PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

IUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODIERUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 161 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO-LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CL.

GREGORIUS PALAMAS. CONSTANTINUS HARMENOPULUS. THEOPHANES NICÆNUS. ALII.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1865

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIV. ANNI 1345-1350.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ,

ΤΟΥ ΠΑΛΑΜΑ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

GREGORII PALAMÆ,

THESSALONICENSIS ARCHIEPISCOPI,

OPERA OMNIA

THEOLOGICA, HOMILETICA, HAGIOGRAPHICA, POLEMICA, ASCETICA.

ACCEDUNT

GREGORII SINAITÆ, CONSTANTINI HARMENOPULI NOMOPHYLACIS, MACARII CHRYSOCEPHALI PHILADELPHIENSIS METROPOLITÆ, JOANNIS CALECÆ CPOLITANI PATRIARCHÆ, THEOPHANIS NICÆNI ARCHIEPISCOPI, NICOLAI CABASILÆ THESSALONICENSIS,

QUÆ SUPERSUNT.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

GREGORII TOMUS PRIOR, CÆTERORUM TOMUS UNICUS.

ALMA COLLEGE
208.1
LIBRARY
M57H
Alma, California

VENEUNT 2 VOLUMINA 22 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1865

8235

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIV. ANNUS 1345-1350.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CL. CONTINENTUR.

CONSTANTINUS HARMENOPULUS.

De Const. Harmenopuli ætate, vita et scriptis editis et ineditis. 9

Const. Harmenopuli libellus de opinionibus hæreticorum qui singulis temporibus exstiterunt. 19

De fide orthodoxa. 29

Narratiuncula de tribus tomis synodicis in quibus omnes adversus imperatoriam majestatem turbarum aut rebellionis duces eorumque adjutores et conscii anathemate percutiuntur. 41

Contra Gregorium Palamam. 43

Epitome canonum. 45

MACARIUS CHRYSOCEPHALUS PHILADELPHIENSIS METROPOLITA.

Oratio in Exaltationem venerandæ et vivificæ Crucis. 173

Prœemia ad Commentarios in novum Testamentum. 229

De universali Orthodoxiæ solemnitate ob restitutum sacrarum imaginum honorem. 241

Ῥοδώνιον sive *Florilegium* (Excerpta). 245

JOANNES CALECA CPOLITANUS PATRIARCHA.

Joannis Calecæ homiliarum ineditarum Index ex Montefalconii Bibl. Coislin. 249

Homilia in Dominicam ante Exaltationem crucis. 253

Homilia in tertiam Jejuniorum Dominicam. 265

THEOPHANES NICÆNUS ARCHIEPISCOPUS.

Monitum Editorum, in quo vera Theophanis ætas statuitur contra Pontii a Leone sententiam, qui an. 1590 ejus opera Græc. Lat. edidit. 279

Theophanis Epistolæ. 287

NICOLAUS CABASILA, THESSALONICENSIS METROPOLITA.

Ejus vita, res gestæ, scripta. 355

De divino altaris Sacrificio. Præmittitur Gentiani Herveti interpretis ad lectorem admonitio. 363

De vita in Christo libri septem : Latine ex ed. Jacobi Pontani; Græce in D. W. Gass *Die Mystik des Nikolaus.* 491

Sermo contra feneratores, ex Davidis Hœschelii editione, cujus lacunas supplevimus ope codd. Paris. 970 et 1215. 727

Laudatio sanctæ myroblytidæ Theodoræ, sanctimonialis Thessalonicensis, cum prævio Danielis Papebrochii commentario. 749

GREGORIUS PALAMAS THESSALONICENSIS METROPOLITA.

Notitia Ex Bibliotheca Fabricii ed. Harlesii. 771

Operum Gregorii Palamæ argumenta ex codd. Coislin. 799

De Gregorio Palama Græcorum Sententiæ. Insunt : Gregorii Acindyni Iambi ; Andreæ Colossensis Dialogus ; Joannis Cpolitani tomus ; Anonymi (sed Constantini Harmenopuli) de hæresibus Palamæ ; tomus condemnationis ejusdem, sermo patriarchalis quo proscribuntur Palamas et ejus fautores ; Simeonis, Xerocerci monasterii abbatis, ex libello de sobrietate et attentione in gratiam Hesychastarum, seu Umbilicanimorum, scripto ; patriarchæ Cpolitani tomus contra Synodum Palamitarum ; Davidis monachi relatio de dissidio Barlaami et Palamæ. 843

GREGORII PALAMÆ OPERA.

Theophanes, sive de divinitatis et rerum divinarum communicabilitate et incommunicabilitate. 909

Prosopopœiæ, id est Dialogus Corporis et Animæ coram judicibus causam dicentium. Latine col. 959, Græce col. 1347. 959

Vita S. Petri Athonitæ ; præmittitur Conr. Janningi Commentarius. 989

Antonii Bortoli Monitum in Palamæ scripta ascetica. Ex Φιλοκαλία τῶν ἱερῶν Νηπτικῶν, *Venetiis* 1782 *edita.** 1041

De passionibus, virtutibus, et mentalis quietudinis fructibus, ad Xenam sanctimonialem. 1043

Decalogus Christianæ legis 1089

De Hesychastis. 1101

De oratione et puritate cordis. 1117

Capita CL physica, theologica, moralia et practica. 1131

Hagioriticus tomus pro Hesychastis, cui inter alios subscribit « monachorum minimus Joasaph, » quondam Joannes Cantacuzenus imp. Cpolitanus. 1225

Notitia in Gregorii Sinaitæ opuscula ascetica. 1237

Gregorii Sinaitæ capita de ascesi per acrostichidem. 1241

Ejusdem capita alia. 1299

Ejusdem de quiete et oratione ; item de signis gratiæ et erroris ; et quæ sit differentia fervoris et orationis ; et quod sine duce facile superveniat error. 1303

De quietudine et duobus orationis modis. 1313

Quomodo oporteat sedere hesychastam ad orationem, nec cito assurgere. 1329

* Propter materiæ cognationem Palamæ Asceticis ex eodem libro subjecimus etiam Gregorii Sinaitæ opuscula ejusdem argumenti, qui Palamæ coævus exstitit. Hæc omnia huc usque pro ineditis ab omnibus bibliographis habebantur ; nullus enim *Philocaliæ* editionem novit, cujus exemplaria omnia Venetiis in Orientem transmissa sunt.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE

ANNO DOMINI MCCCXLV.

CONSTANTINUS HARMENOPULUS.

NOTITIA.

(Fabric. Harl. Biblioth. Gr. t. XI.)

Constantinus Harmenopulus ad medium duodecimum sæculum refertur a multis, et nominatim a Caveo (1) et a Petro Bælio (Réponse aux questions d'un provincial, t. I, ch. 53, p. 482) ; quare hoc etiam capite illi locum dare volui. Verius tamen est, medio sæculo decimo quarto demum illum floruisse, ut ex jam dicendis patebit. Natus est circa ann. 1320 Cpoli (2) patre Curopalata, matre Muzalona Jo. Cantacuzeni imp. consobrina. Ad decimum sextum annum ætatis liberalibus Græcorum disciplinis a Philastrio monacho studita institutus, post auditum Leonem monachum (3) ad annum usque vicesimum Latinis litteris navavit operam sub Aspasio monacho Calabro, quem ad id pater Constantini magna mercede ex Italia conduxerat. Hinc ad jurisprudentiam se contulit doctore Simone Attaliata, pronepote Michaelis Illius, cui Juris Compendium Græci debent. Eo magistro velocissimi ingenii juvenis ad eam sapientiæ famam pervenit, ut duodetricesimo ætatis anno antecessoris nomen meruerit, quod non nisi senibus principes Græci et legum stipendia emeritis plurima concedebant. Tricesimo ætatis anno Judex Dromi, quod civilium dicastarum supremum tribunal fuit, renuntiatus, et inter consiliarios ascitus principis (4), quos inter primum locum obtinuit minimus omnium ætate, tanta cum integritatis et sapientiæ gloria id muneris exsecutus est; ut, Cantacuzeno e solio, quod occupaverat, deturbato (5), nullam fortunæ aut dignitatis mutationem sit passus, quinimo, patre defuncto, auctus honoribus, Sebastus et Curopalata ad Cæsarem (6) propius accedere jussus sit. Opibus, dignitatibus, opulentoque Bryenniæ conjugis matrimonio felix ad legum interpretationem se contulit, tanta ubique et gravitate et eruditione, quantam nobis ubique ingerunt ejus in *Digestum* (7) *ac codicem* luculentissimi *Commentarii*, *Explanationes Novellarum*, *Prochiron juris utriusque*, aliaque, quæ passim Latinis Ictis ad auctoritatem præsentissimam evocantur, quæque tanti Græcis habita sunt, quanti olim priscis Latinis effata Scævolæ, Pauli, Caii, Ulpiani, aliorumque hujusmodi, quorum in jure summa auctoritas. *Sapientissimum* appellatum a Michaele Balsamone (8), *peritissimum legum* a Nicolao Cabasila (9), *Os jurisprudentiæ* antonomastice, et *Jurisconsultum* κατ' ἐξοχὴν a Nilo Rhodio (10), et ab ipso Philotheo (11) patriarcha Cpol. *Thesaurum Nomicum*, disces ex pluribus virorum hujuscemodi monumentis. Circa quadragesimum ætatis annum canones attigit, cum *præfectus Thessalonicæ* summo cum *Nomophylacis* imperio per otium amavit sacra tractare, ea diligentia et fide, ut inter canonistas Græcos principem locum, judice Nicolao Comneno, obtineret, et Nilo Rhodio vocetur, διδάσκαλος καὶ κανόνων ἑρμηνευτὴς ἀνεπίληπτος, suffragante Georgio Coressio Additionibus ad *bibliothecam* Photii et Christophoro Campana Chio, *Canonarcha de vi canonum*, scholio ultimo. Diem obiit supremum Cpoli ann. 1380, vel 1383 (Fabr.). Vir bonæ in cod. Cæsar. 11 n. 8, est Philothei testimonium de ætate Constantini Harmenopuli. *V.* Lambec. VI, part. I, p. 87 sqq. ibique Kollarii not. p. 89 sq. Id testimonium Lambec. exhibet integrum (quod Fabric. postea in sect. 2 repetiit), ex eoque docet Constant. Harmen., qui in eo vocatur *nomophylax sacri imperatorii secretii et judex urbis Thessalon.* composuisse *Promptuar. juris civil.* et *Epitomen juris canon.* sub imperio imperatoris Joannis Cantacuzeni imp.

(1) In *Histor. litter. SS. Eccl.*, tom. II, p. 226, ad ann. 1150, ed. Basil. Sed Caveum jam refutavit Tenzel in *Monatlichen Unterredungen*, etc., m. cit. 1690, 8, p. 967. (Harl.)

(2) Accuratam hanc de Harmenopulo notitiam debeo Nicolao Comneno Papadopoli, p. 143. *Prænotionum mystagog.* editarum Neapoli 1695, fol. Comnenus testatur se usum Georgii Coressii et Maximi Planudæ Paralipomenis ad *Bibliothecam* Photii.

(3) Hunc, cum non diu post archiepiscopum Mytilenæum fuisse constet, Nic. Comnenus eumdem putat fuisse cum Leone Magentino, cujus commentarii in scripta Aristotelis exstant.

(4) Joannis Cantacuzeni imp.

(5) Ann. Christi 1355.

(6) Joannem Palæologum.

(7) De his Harmenopuli scriptis partim adhuc ineditis plura dixisse se Comnenus testatur in opere, quod inscripsit *Græciæ Sapientis testimonium*. Illud non vidi.

(8) In Anaphora III, c. 5.

(9) In quæst. de matrimonio, apud Christoph. Campanam Canonarcham.

(10) In Sylloge canonum ad canones concilii Cpol. sub Cantacuzeno.

(11) Orat. 2, de pace Christi.

tricis Annæ Palæologinæ, hujusque filii, Joannis Palæologi ann. a creato mundo 6853, h. e. ann. Chr. 1345, et retractat, aliorum olim secutus rationes, sententiam antea libro v Comment. in Indic. i, p. 688 sq., et 771 (sed v. Kollar. *ibid.*, p. 535) prolatam, rejicitque opiniones Theod. Ad. Svallemberg. (*V.* postea ad sect. ii), Marquardi Freheri in Chronologia, præfixa Juri Græco Romano, ac Josephi Mariæ Suaresii in Notitia Basilicorum (12), qui ætatem Constantini Harmen. alligarunt a. C. 1143 (quos etiam secutus est Burc. Gotthelf. Struv. in *Historia juris*, Ienæ 1718, 4, p. 341 ac 605); atque Jac. Gothofredi, in Manuali juris (p. 79, edit. 11 Genev. 1710, 12); ac Philippi Labbei in *Biblioth. chronolog. SS. Eccles.*, qui illius ætatem retulerunt ad ann. Chr. 1150; Christfr. quoque Waechterus in Opusc., p. 591, vulgarem sententiam amplexus, Harmenopulum jam sæc. xii vixisse contendit, sed ideo notatus a Trotzio in præfat. ad Waechteri Opusc. p. 75 aliique. *Vid.* ad fin. sequentis paragraphi 2. — Contra de ætate ejus cum Fabricio consentiunt Oudin. in Comment. de SS. Eccles. tom. III, p. 924, ad ann. 1340; Hamberger in *Zuverläss. Nachricht.*, t. IV, p. 613 sq.; Saxius, in *Onom. lit.*, part. II, p. 365 sq., ad ann. 1345, qui præterea plures viros doctos præcipue scriptores *Histor. juris* de eo laudat; Sammet, in Opusculis, Lips. 1763, 4, p. 30; — Jo. Aug. Bachius, in *Hist. jurisprud. Rom.*, et Aug. Corn. Stockmann. in Not. ad illam, p. 655 sq. ed. quintæ; Pohl. ad Suares. l. c. p. 16, qui pag. 17 sqq. editiones recenset; et Car. Frid. Zepernick ad Caspar. Arhat. Beck. *De Novellis Leonis Augusti*, etc., Halæ 1779, 8, p. 22 sqq. Add. meam Introduct., etc., II, part. I, p. 539 sq. et Supplementa ad illam, II, pag. 61 sq. (HARL.)

Constantini Harmenopuli scripta edita.

1. Ἑξάβιβλος, sive Πρόχειρον νόμων, *Promptuarium juris civilis* in sex libros, titulos LXXXII divisum, quod una cum *Ecloga legum georgicarum ex jure. Justinianeo*, Græce cura Theodorici Adamæi Suallembergii lucem vidit Parisiis apud Christianum Wechelum 1540, 4, Latine vertit D. Bernhardus a Rey Colon. 1547, 8, apud Martinum Gympicum, et ex secunda recognitione *ibid.* apud Gualtherum Fabricium 1556, 8. Et cum Enchiridio usuum feudalium per interpretem addito, 1566, 8. Accuratius deinde et elegantius, additis etiam scholiis. Joannes Mercerus, cum præfatione ad Michaelem Hospitalium, Lugd. 1656, 4; et Lausannæ, apud Franciscum le Preux, illustr. D. Bernensium typographum 1580, 8. Hinc Græce et Latine cum Merceri versione et scholiis, et paratitlis Dionysii Gothofredi et variarum lectionum libello ex codice ms. Jacobi Lectii; et nomenclatore Græcarum dictionum juris ad Harmenopulum, Genev. 1587, 4. [Constantini Selectæ præceptiones de agricultura, Latine, per Jan. Cornarium, Basil. 1538, 8. (in Cat. bibl. Leidens. pag. 142.) Posthæc edituri erant Harmenopuli Promptuarium Henr. Erustius, Abr. Haverkampius, qui edidit Specimen juridicum ad Constantini Harmenopuli Promptuarii lib. II, tit. 4, § 34, Lugd. Batav. 1738, postea a Gerh. Oelrichs, *Thes. diss. jurid.* vol. I., tom. III, p. 43, insertum; et Dav. Ruhnken. Sed horum conatus fuerunt irriti. Quo facto Ger. Meermann. persuasit Gul. Otton. Reitzio, ut curam novæ editionis susciperet, eique, operam suam ad hunc laborem profligandum pollicito, suppeditavit, quotquot ipse collegerat in Græcum interpretem subsidia tum codd. mss. tum collationum, tum animadversionum, ab eruditis viris profectarum. Reitzius igitur duobus codd. MSS. aliisque subsidiis usus textum Græc. restituit atque emendavit, novam eamque elegantiorem versionem confecit et nomenclatorem Græcum Gothofredi editioni adjectum auxit. Quia vero Reitzius cum vix ad finem opus perduxisset, et præfationi ultimam admovisset manum, animam efflavit: ejus filius, Carolus Conradus, a Meermanno rogatus, secundum schedas paternas opus absolvit, quod post mortem Ger. Meermanni tandem hujus filius Jo. L. B. de Meermann edidit *Supplemento novi thesauri civilis et canonici*, Hagæ Comitum, 1780 fol. init. cum inscriptione: *Constantini Harmenopuli Manuale legum, item leges agrariæ ex variis codd. emendavit atque auxit; nova versione Latina adornavit; notasque et observatt. complurium eruditorum, tam editas* (n. Bern. a Rey, Jo. Mercerii et Dion. Gothofredi), *quam ineditas, ut et suas, adjecit, nec non I. G. Sammet Diatriben de Hypobolo subjunxit Gul. Otto Reitzius.* Textui Gr. a pag. 1 subjecit lectionum varietatem, scholia vetera atque eruditorum animadversiones; in Præfatione autem uberius recenset subsidia, quibus ad emendandum æque ac illustrandum Manuale usus est. Ea autem fuerunt duo codd. Meermanniani, ineditus commentar. Eman. Soarez a Ribeira; obss. et collationes ad codd. anecdotæ A. Pennæ, Ant. Contii, Gerh. Falkenburgii, Jas. Cujacii, Jos. Scaligeri, Claud. Salmasii, Abr. Haverkampii et Jo. Dan. Ritteri, quorum ultimus lectiones varr. et loca Ictorum exscripsit ex Harmenopulo Cujacii, quem servat bibliotheca Senatus Lipsiensis, iisque suas addidit observatt. pag. VI, Præfat. ex cod. Meermann. integro vetus Πρόχειρον νόμων in 40 tributum titulos continente, locum, ad initium Προθεωρίας Harmenop. § 18, pertinentem, cum tabula titulorum, Gr. et Lat. cum Vavassoris, illud edituri, suisque notis inserui, et pag. IX animadverit, hoc Πρόχειρον non aliud esse, ac cujus titulos J. H. Majus in Bibl. Uffenbachiana, p. I, p. 522, exhibuit, in quibusdam tamen differre; tum pag. XIII sqq. repetuntur superiorum editionum Dedicationes ac Præfationes. Sammeti Diatriben excipiunt, p. 386 sqq. *leges agrariæ*, ex quatuor codd. Meermannianis emendatæ, Gr. et Lat. cum notis Reitzii et aliorum. Ex indice nominum propriorum de *Magistri*

(12) *V.* pag. 16 ed. Pohl. qui in not. plura et certiora de Const. Harmen. scripsit.

Ῥωμαϊκῶν, citatis ab Harmenopulo in Prolegom. p. 6, adhuc observo, Gothofredo in nota aliisque videri, illum fuisse eumdem cum Cosma, officiorum magistro sub Romano seniore, et a Ῥωμαϊκῶν scriptore diversum, sed jam dissensit Salmasius et ita jam Suallemberg. in epist. dedicat. p. XIV sq. ed. Reitz judicavit, et Reitzio verosimile est, hujus *Magistri* nomen non honoris titulum, sed κύριον ὄνομα familiæ fuisse, etc. Fabricius noster infra in vol. XII, p. 429 sqq. recudi fecerat partem Præfationis Harmenopuli, qua rationes, ob quas post Basilii Constantini et Leonis manuale legum aliud ipse novum composuerit, exponit. Illa quidem pars h. l. rectius resumenda fuerat; at, quoniam in Reitzii edit. p. 6 sqq. et emendatior et notis multis instructa legitur, eam et h. l. et infra in vol. XII excludendam esse duxi. HARL.] —Germanice Harmenopuli *Hand-Buch und Auszug Kayserlicher und Bürgerlicher Rechte, D. Justo Goblero* interprete Francof. 1566, 1576 fol. MS. hoc opus in variis bibliothecis, ut Cæsarea, Lambec. VI, pag. 45 (15), Coisliniana pag. 218, etc. Privata quidem auctoritate sed singulari studio concinnatum fuit ab Harmenopulo hoc Promptuarium, compendiumque juridicum, supplens et emendans defectus veteris προχείρου, quod in XI (14) tributum titulos auspiciis Basilii Macedonis, Constantini Porphyrogennetæ et Leonis Sapientis pridem compositum ipse commemorat: explanationibus etiam succinctis, quibus leges adductas principum et jurisconsultorum veterum responsa illustrat, illud locupletavit, quas Mercerus atque inde Godofredus et minori typorum charactere et præposito σχολίου vel ἐπεξηγήσεως titulo solent distinguere.

2. Ἐπιτομὴ τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων· Epitome divinorum et sacrorum canonum (tributa in sectiones sex, 1) de episcopis, 2) de presbyteris, diaconis, subdiaconis atque ex oreistis, 3) de clericis, 4) de monachis et monasteriis, 5) de laicis, 6) de mulieribus.) Πρόχειρον juris canonici vocat Nic. Comnenus, p. 219 *Prænot. mystagogicar.* Cum Scholiis Citrensis τοῦ Κίτρους, qui p. 11 nominatur, et Philothei (qui patriarcha CPol. fuit ann. 1354 et ab ann. 1362 ad 1376) Græce et Latine prodiit in Marquardi Freheri Jure Græco Romano lib. I. p. 1-71, ex Græco Jo. Sambuci codice, adjuncta Latina Jo. Leunclavii versione. Francof. 1696 fol. Hæc Epitome in aliquot codicibus Cæsareis exstat manu exarata, teste Lambecio V, p. 160; et VI, pag. 35, ac 37 (15), quos cum editis conferri, postremum præcipue, operæ pretium fuerit. Ex eodem [p. 87 sqq. Koll.] et Nota Philothei adjecta non licet de ætate Harmenopuli dubitare, quam ideo hic etiam ascribere haud gravabor: Τὸ παρὸν ὅλον τοῦτο βιβλίον τῶν τε θείων καὶ φιλευσεβῶν νόμων καὶ τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων συντέθει πολλῷ πόνῳ, καὶ οὕτως ὠργανώθη παρὰ τοῦ πανσεβάστου νομοφύλακος τοῦ εὐαγοῦς βασιλικοῦ σεκρέτου καὶ κριτοῦ τῆς θεοσώστου πόλεως Θεσσαλονίκης κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Ἁρμενοπούλου ἐπὶ τῆς βασιλείας τῆς εὐσεβε-

(13) Sive p. 83 sqq. ed. Kollarii, in cod. 11 n. 2 et n. 3 exstat ejusd. Harmenopuli *Ecloga legum georgicar.* ex jure Justinianeo; ibid. p. 31, n. 8, cod. 2; et p. 40, n. 15, cod. 3; ac p. 71, n. 5, cod. 7; p. 84, n. 3, cod. 11; pag. 99, n. 2, cod. 12, vol. VIII, p. 902, n. 7, cod. 47, sunt eædem *Leges georgicæ.* Ibid. pag. 45, vol. VI, n. 22, cod. 3, ex titulo quarto libri secundi Promptuarii, § 31, de ἀμπελουργίοις s. *olearüs*, ubi Lambec. et Kollar. de significatione voc. Græc. barbari Ἀμπελάριος plura afferunt. Add. Reitzii ind. Græc. ad promptuar. h. voc. et not. ad II, 4, § 20, p. 122.— Ibid. pag. 56, n. 7, cod. 9 (ubi consules Kollar. notam), excerpta quædam Miscell. *de officiis magistratuum ac judicum*; ibid. p. 76, n. 1; cod. 10, p. 83, n. 2, cod. 11; ac p. 99 n. 2, cod. 12 ac vol. VIII, pag. 1067, n. 12, cod. 53. *Promptuarium* — Locus quidam de formula loquendi ἐπὶ σεκρέτῳ apud Harmenopulum a Lambecio, rectius *vero præfectus tribunali dicasterioque* a Kollario in vol. IV, pag. 76 sqq. explicatur. — In vol. II, p. 922, n. 4 cod. 449, *Georgii Critonii* seu *Crittonei*, olim professoris Parisiens. Præfat. in *Harmenopuli titulum de judiciis.* —Venetiis, in bibl. Marc. cod. 182 et 183 est *Promptuarium*, adjecta *Donatione Constantini M.*; item *Ecloga legum georgicarum* et alia Harmenopuli opera. — (Ead. Opusc. in cod. Barocc. 149) In cod. 525 et 580, *Promptuarium* V. Cat. codd. gr. Marc. pag. 105, 284 et 305. — Matriti, in cod. reg. 85, cum Legib. georgic. et aliis Harmenop. libris. V. Iriart. Cat. codd. gr. Matrit. pag. 347 sqq. — In cod. Jo. Mori 281 sive n. 9467, Cat. Mss. Angliæ, etc. vol. II; Epitomes Juris civilis liber primus, Latine. — Paris. in bibl. publ. codd. duodecim asservatum Harmenop. Promptuarium. V. Indic. ad vol. II, Cat. Mss. regg. Paris. — Secundum Montfaucon. *in Bibl. bibliothecar. Mss*; exstant pag. 12 D. in bibl. Vatic. Harmen. Hexabiblos, bis, et officia palatii: pag. 344, *E.* in bibl. Bodleiana, Manuale legum.—Florentiæ in bibl. Laurent. codd. 19 n. 1, plut. 81, et 85, n. 2, Promptuarium, ac n. 7, Leges georgicæ: quos codd. copiosius recenset Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. 3, pag. 230 et 417. — Mosquæ in bibl. typographei synod. in 4, *Promptuarium* in codd. 41, 44 et 45 cum appendice quatuor legum, et legg. georgicis. V. Matthæi Notit. codd. Gr. Mosquens. in 8, p. 322, 323 et 324.— Ibid. p. 84, n. 7, in cod. 151 sunt quædam capp. excerpta ex scriptis Harmenopuli. (HARL.)

(14) Conf. Pohl. ad Suaresii Notitiam Basilic. p. 7 sqq., p. 14 sqq., præcipue p. 15, not. d, ubi Harmenopuli verba § 20 Προθεωρία; explicantur, et pag. 36 sqq. id editum esse a Reitzio in Meermanni supplem. jam memoravimus. (HARL.)

(15) Sive p. 537, vol. V, n. 8, cod. 253 ed. Kollar. — In vol. VI, part. I, p. 79, n. 4, cod. 9, pag. 83, n. 5; cod. 11 a Philotheo, ut Lambec. arbitratur, suppleta et scholiis margin. illustrata; sed conf. Kollarii Notam it. in vol. VIII, p. 995, n. 24, cod. 51; *ibid.*, pag. 1010, n. 20, cod. 53. — Florentiæ in bibl. Laurent. cod. 19, n. 2, plut. 81; et cod. 85, n. 4, plut. 89. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laurent. tom. III, p. 252 et 418. — Venetiis in bibl. Marc. cod. 182. et cod. 580, V. Cat. codd. Gr. Marc., p. 165 et 305. —*Taurini* in cod. 278 I. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 380. — Paris. in oct. codd. bibl. publ. V. Indic. ad vol. II, Cat. Mss. regg. Paris. p. VIII. — Mosquæ in cod. typographi synod. 20, n. 4, et cod. 41, n. 10, et cod. 44 n. 3. V. Matthæi Notit. citatam p. 315, 322 et 323 sq. — Oxon. in cod. Barocc. 149. — Matriti in cod. reg. 85 fol. 203. V. Iriart. Cat. codd. Gr. Matrit. p. 350 sq. (HARL.)

στάτης καὶ φιλοχρίστου Δεσποίνης ἡμῶν καὶ Αὐτοκρατορίσσης κυρᾶς Ἄννης τῆς Παλαιολογίνης, καὶ τοῦ ἐρασμιωτάτου ταύτης υἱοῦ, τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου Βασιλέως ἡμῶν καὶ Αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου, ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ϛωνγ', ἰνδικτιῶνος ιγ'. Hoc est: *Præsens hic totus liber divinarum ac piarum legum et sacrorum atque divinorum canonum multo labore compositus et ita instructus est ab admodum venerabili nomophylace sacri imperatorii secreti et judice a Deo servatæ urbis Thessalonicæ, domino Constantino Harmenopulo, sub imperio piissimæ et Christum amantis dominæ atque imperatricis, dominæ Annæ Palæologinæ, et dilectissimi filii ipsius, piissimi et Christum amantis regis nostri atque imperatoris Romanorum, domini Joannis Palæologi, anno a creatione mundi* 6853, *indictione decima tertia, sive anno Christi* 1345. Huic suffragatur, quod idem Philoth. in ἀνατροπῇ τῶν γεγραμμένων παρὰ τῷ Ἁρμενοπούλῳ ἀναθεματισμῶν, quam in codice regio 2023 lectam sibi laudat etiam Cangius Glossario in Κριτής, Harmenopulum velut adhuc spirantem alloquitur his verbis: Ὁ περὶ ταῦτα σοφὸς, σεβαστὲ νομοφύλαξ καὶ καθολικὲ κριτὰ Ἁρμενόπουλε, πῶς οὐ κἀκεῖνο τοῖς γεγραμμένοις προσέθηκας; *Cum peritus sis hujusmodi rerum, venerabilis nomophylax et judex generalis Harmenopule, cur non hoc quoque scriptis adjecisti?* etc. Unde jam in edito ann. 1650 opere *De Synedriis*, lib. I, cap. 10, pag. 213 sq. Jo. Seldenus monuit, de Harmenopuli ætate aliter esse omnino decernendum, quam viris doctis fuerat hactenus receptum, qui retulerunt ad sæculum duodecimum, ut Marquardus Freherus in Chronologia *Juri Græco-Rom.* præfixa; Josephus Maria Suaresius, in Notitia Basilicorum; Jac. Gothofredus, in Manuali juris; Philippus Labbeus et Casimirus Oudinus, et Lud. Ellies du Pin, De scriptoribus ecclesiasticis; Tho. Ittigius, Præf. ad librum *De hæresiarchis*, p. 18; Jo. Doviatius, Prænot. canon., p. 428, aliique.

3. Περὶ ὧν οἱ κατὰ καιροὺς αἱρετικοὶ ἔδοξαν. *De opinionibus hæreticorum, qui singulis temporibus extiterunt.* Incipit: Οἱ περὶ τὸν Ἄρειον. Sine ordine temporis disserit breviter 1) de Arianis, 2) Macedonianis, 3) Sabellianis, 4) Apollinari, 5) Eutyche et Dioscoro, 6) Paulo Samosetano, 7) Nestorianis, 8) Sergio, Pyrrhoque monothelitis, 9) Origenianis, 10) Petro Fullone, 11) Marcionitis, ac Manichæis, 12) Marcello, Photino et Sophronio, 13) Eunomianis, 14) Novatianis, et 15) Sabbatianis, 16) Montani sectatoribus, 17) Donatistis, 18) Massalianis, qui etiam Enthusiastæ et Valentiniani (ita dicti, quod Valentini et Valentis impp. temporibus pullulaverint), denique de Eleutherio Paphlagone atque 19) Bogomilis, οὐ πρὸ πολλοῦ τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς, *non diu ante nostram memoriam.* Prodiit ex Jo. Sambuci codice Græce cum Latina Jo. Leunclavii versione ad calcem legationis Man. Comneni ad Armenios Basil. 1578, 8; p. 537 — 576, et in *Jure Græco-Rom.* Freheri pag. 547, Francof. 1596, fol. et in *Auctario Bibl. Patrum* Ducæano Paris. 1624, tomo I, et in *Bibl. Patrum*, Morellianæ edit. ann. 1644, 1654 tomo XI; Latine sæpius in cæteris *Bibliothecæ Patrum* editionibus, et ad calcem Honorii *De hæresibus*, Helmst. 1676, 4 (Fabr.) Codd. hujus libelli exstant Florentiæ in bibl. Laurent. cod. 19, n. 3, plut. 81 et cod. 83 n. 6, plut. 89. Vid. Bandini, cat. codd. Gr. Laur. p. 233 et 418. — Venetiis, in Bibl. Marc. codd. 182 et 183, cui adjecta est nota de ætate Harmenopuli; quæ a Fabricio ad sect. 2 adfertur. V. Cat. codd. Gr. Marc, p. 105. — Paris, in bibl. publ. cod. 1355, n. 22. — in cod. 1361. n. 6, et duobus sequent. — Vindobon. in cod. Cæs. 253, n. 2. — In cod. 10, n. 6, et in cod. 51, n. 26. V. Lambec, vol. V. p. 334; VI, part. I, p. 79, atque vol. VIII, p. 696. (Harl.)

4. Περὶ πίστεως ὀρθοδόξου. *De fide orthodoxa.* Incipit: Πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως Χριστιανόν. Libello de hæresibus subjicitur Græce et Latine in prima editione, p. 576 — 583; et in omnibus cæteris jam memoratis similiter recusum. In codicibus autem Cæsareis hæc expositio fidei libello de hæresibus instar procœmii præmittitur, ut notat Lambecius VI, pag. 35, 39 (16). Eamdem bis memoriter recitasse dicitur Harmenopulus morti vicinus eo ipso die, quo Cpoli obiit sub Manuele Palæologo Kalendis Martii anno ætatis 63, Christi 1380, vel 1383, ut accuratius a Coressio suppurari notat Comnenus pag. 144. In hac Ecthesi Allatius, II, 2, *De consensu*, § 8, pag. 493, monet contra Harmenopuli mentem addita ab editoribus *Juris Græco-Romani*, pag. 552, verba: Καὶ τοῦ Υἱοῦ, *ac Filio*, ubi de Spiritus Sancti processione sermo est. Quod facile crediderim, licet futilem conjecturam Nic. Comnenus appellet. Certe in prima Leunclavii editione ann. 1578, pag. 578, tantum legitur: Τ. συναϊδίως ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατ. ὁ, ἐκπορευόμενον.

5. *Donatio Constantini Magni* Silvestro Papæ, ut aiunt, facta, quam ex Græca Harmenopuli versione dedi tom. VI, pag. 5 (17), vulgaverat e Græco codice regio Parisiensi Jul. Cæsar Bulengerus, lib. II

(16) Sive p. 79, n. 5, cod. 9, p. 86 sq. ed. Kollar. in cod. 11, n. 6; it. pag. 99. n. 3, cod. 12, nec non in vol. V, p. 333, n. 1, cod. 253, ubi V. Kollar. et in vol. VIII, p. 696, n. 25, cod. 51, — Florent. in bibl. Laurent. cod. 85, n. 5, plut. 89, præmittitur quoque libello de hæresibus, n. 6. V. *Bandin.* cat. codd. Gr. Laurent. III, pag. 418. — Paris, in bibl. publ. cod. 1355, cum libello de hæreticis et aliis operibus Harmenopuli; in cod. 1360 et tribus sequentibus, in quibus etiam præmittitur libello *De hæreticis*. Præmittitur quoque in cod. Barocc. 149, et cod. Matrit. reg. 85. V. Iriart. Cat. cod. Gr. Matrit. p. 351, in quo cod. si recte intelligo verba Iriarti, leguntur verba καὶ τοῦ Θεοῦ. — Mosquæ, in cod. 41, n. 11, teste Matthæi in not. codd. Gr. Mosq. p. 322. (Harl.)

(17) Sive vol. VI, p. 698 sqq. nov. ed ubi in nota *l.* jam plures citavi codd. mss. Conf. etiam Fabric. infra in vol. XI, p. 352 sq. vet. ed. Editionibus ibid. memoratis addantur: *Constantini donatio* e Græco in Latinum conversa a Bartholomæo Pinerno de Monte Arduo, sine l. et a. 4. V.

De imperio Rom. c. 6. Exstat etiam in codicibus Cæsareis, de quibus Lambecius, V, pag. 241, et VI, pag. 35, 38, nec non in Barocciano bibl. Bodleianæ codice 149.

6. *Tomus contra Gregorium Palamam* Græce et Latine editus sine nomine auctoris ab Allatio in *Græcia Orthodoxa*, tom. I, pag. 780-785, Rom. 1652, 4. Harmenopulo vindicatus a Nic. Comneno, pag. 144 *Prænotionum Mystagogicarum*. Incipit : Ἡ μὲν παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Scripta Harmenopuli inedita.

7. *Dissertatio de jejunii quadragesimalis aliorumque nonnullorum solemnium jejuniorum origine ac ratione.* Incipit : Ἴστέον, ὅτι τὴν ἁγίαν καὶ Μεγάλην τεσσαρακοστὴν νηστεύομεν ὡς τοῦ χρόνου ὅλου ἀποδεικάτωσιν. MS. in bibl. Cæsarea, Lambec. VI, pag. 37 sq. (Fabr.) Sive p. 84, Kollar. n. 4, cod. 11. (Harl.)

8. Τὰ ὀφφίκια τοῦ παλατίου. Τὰ ὀφφίκια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. *Catalogus officiorum aulæ imperatoriæ et Magnæ ecclesiæ CPolitanæ. S. Sophiæ* id. p. 36, et 40. « Fabr. » In cod. Vindob. 7, n. 10, *Officia Magnæ eccles. CPolit. S. Sophiæ* sine nomine auctoris. V. Lambec. VII, part. I, pag. 727 sq. qui, hunc catalogum censet diligenter conferendum esse cum aliis ejusdem generis catalogis in Georg. Codini libro De *officiis Magnæ ecclesiæ et aulæ* CP. Gr. et Lat. edito, cum observatt. et notis Jac. Gresteri et Jac. Goar. Paris. 1647, fol. et Kollarius adnotat, hoc opusculum Constantino Harmenopulo tribui inferius in cod. X, n 9. In hoc scilicet occurrit, n. 7 Const. Harmenop. *Catal. officiorum aulæ CP.* n. 9. autem ejusd. *Catal. officiorum Magnæ ecclesiæ CP.* V. Lambec. VI, part. I, pag. 80 atque 81; Kollar. autem in nota et monet illos catalogos in bibl. Cæsar. pluribus occurrere exemplis, et judicat eos mereri, qui non modo cum aliis conferantur, sed etiam separatim efferantur in lucem. — Idem duo catalogi in cod. 51, n. 28. V. Lambec. VIII, pag. 996. — ibid. p. 961, n. 4, cod. 48. Cat. officior. Magnæ eccl. CPol. sed nomine Harmenopuli omisso. — Bini Catal. in cod. Barocc. 149 et Paris. in bibl. publ. codd. 1360, ac tribus sequentibus, et 1386. — Venet. in bibl. Marc. codd. 182 et 183. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 105. (Harl.)

9. *Narratiuncula de tribus tomis synodicis* sub imp. Constantino Porphyrogenneto, sub imp. Manuele Comneno et Mich. Palæologo compositis, in quibus anathemate perentiuntur, quicumque contra imperatores seditionem excitant, et per vim aut insidias imperium invadere nituntur vel eorum adjutores et conscii. Incipit : Ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πορφ, id., p. 35. (Fabr.) Venet. in bibl. Marc. 183. V. Cat. cit. p. 105. — Vindobon. in cod. 9, n. 3., et cod. 53, n. 13. V. Lambec. VI, pag. 78 sq. et VIII., pag. 1008, ubi inscribitur : *Harmenop. Epitome decretorum impp. Constantini Porphyrog. etc., contra deficientes, et, adfectata tyrannide, insidias vel mortem imperatoribus molientes;* atque citatur *Jus Græco-Romanum*, tom. I, p. 118. In cod. n. 14, subjicitur *Philothei, patriarchæ CPol. commonitio de anathematismis ad Constant. Harmenop. qua probat, decreta illa de tyrannis et insidias imperatori struentibus, excommunicandis esse abolita.* V. not. Kollar. qui addit, exstare Gr. et Lat. in Freberi. *Jure Græco-Romano*, libr. IV, p. 288. sqq. Eadem Philothei refutatio anathematum supra scriptorum exstat in cod. Meermann., cujus præcipuas ab ed. Leunclav. ap. Freber. l. c. diversas lect. enotavit Reitzius in Supplem. ad Meermann, *Novo thesauro*, etc., pag. 374. — *Harmen. narratiuncula* Venetiis in bibl. Marc. cod. 183. V. Cat. cit. p. 105 Taurini, in cod. 288, ex quo confector Cat. codd. Gr. Taur. pag. 381, illam Gr. et Lat. evulgavit ; sed eamdem emendatiorem ex cod. Matrit. 85 Iriarte, in Cat. codd. Gr. Matrit. pag. 350; et Reitzius in Supplem. ad Meermann. l. cit. p. 374, Gr. ac Lat. ex cod. Meermann. ediderunt, et Reitzius adnotavit, primam partem, quantum ad Const. Porphyr. jam a Leunclav. tom. I, p. 118, esse promulgatam, at lectiones interdum differre. (Harl.)

10. *Lexicon*, τοῦ σεβαστοῦ καὶ κριτοῦ Θεσσαλονίκης τοῦ Ἀρμενοπούλου λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον περιέχον τὰ κοινῶς γραφόμενα ῥήματα. Cujus pars MS. in bibl. Cæsarea (18). Nescio, idemne, an aliud, quod

Panzer. A. t. IX, pag. 170, n. 87. atque: *Donationis, quæ Constantini dicitur, privilegium;* Bartbol. Pincerno de Monte Ardno ad Julium II, pont. max. interprete. Laurentii Vallæ. --contra ipsum, ut falso creditum et ementitum privilegium declamatio; cum Ulrichi Hutteni, equitis Germani, ad Leonem X, pont. max. Præfat.; Nicolaus de Cusa, tit. S. Petri ad vincula, *De donatione Constantini* ; Antonius, archiep. Florentin., de eadem re ; Hieron. Paulus Catthalanus, I. M. D. ac cubicularius Alexandri VI, pont. max. de eadem donatione, sine a. l. et typogr. nota, in-8. Hutteni Præfat. subscripta est, *ex arce Steckelberg. Kal. Decembr.* 1517. — Codd. autem laudatis adde Mosquens. 41 teste Matthæi in notit. codd. Gr. Mosq. pag. 322, et cod. Meermann. ex quo lect. a Fabriciano textu in vol. VI cit. diversas excerpsit et posuit *Reitzius* in supplem. ad Meerman. Novum thes. juris I civil. et can. p. 374. (Harl).

(18) Conf. supra ad vol. VI, pag. 343 sq., et p. 633, quibus add. cod. Venet. bibl. Marc. 525 (v. Cat. codd. Gr. Marc. p. 284). — In Montfaucon. *Bibl. biblioth. Mss.* I, pag. 623 E ; inter codd. bibl. Scholarii Armenopuli *Proœmium de verborum constructione* ; item *Lexicon ordine litterarum* ; et pag. 642 E, inter codd. bibl. Bodlei, n. 685 Harmenopuli *Lexicon* : in Catal. autem mss. Angliæ, etc., I. p. 7 in cod. Barocc. 68, inesse dicuntur *Harmen. Lexicon. verborum synonymor.* et ejusdem *Lexicon verborum transitivorum et intransitivorum* : — eadem et *Harmen.* proœmium de syntaxi verborum, in cod. Barocc. 159. (Harl).

septem folia in quarto implens exstat integrum in alio codice, atque inscribitur : Λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον περιέχον τὰ πολυώνυμα τῶν ῥημάτων. Incipit : Ἀγαπῶ, φιλῶ. Vide Nesselium l., p. 398, et IV p. 120. Quod vero ab Dupino, tom. IX *Bibliothecæ scriptor. Eccles.* p. 200, memoratur Harmenopuli Dictionarium, *Dictionnaire du droit civil*, haud diversum est ab ejus *Promptuario sive Prochiro juris*, de quo supra dictum. Vide Baelii *Respons. ad quæstiones hominis e Provincia*, cap. 53, tom I. p. 482 seq.

11. A Nicolao Comneno in *Prænotionibus mystagogicis* præterea subinde citantur Harmenopuli *Scholia in Pandectas*, p. 235, 238, 239, 268, 282, 400 ; *in codicem*, p. 320, 321, *in Novellas*, p. 322, 388; *in Novellam Leonis*, ibid. et 197 ; *Libellus de testibus*, p. 405; *Libellus de testimonio quomodo fiat*, quem in suam Synopsin juris retulit Thomas Diplovatacius id. 384. Epistola 21 *ad Sclerum*, p. 226. 362. Idem Comnenus observat, Harmenopulum libenter insistere vestigiis ICti inter Græcos celebris Tipuciti, p. 834; et canonum interpretis Theodori Prodromi, p. 364. Multus etiam in eo Comnenus est, p. 144 et 251, ut Harmenopulum Balsamoni præferat, et a schismate Photiano alienum fuisse probet, insultetque Maximo Margunio, Balsamonem præ illo extollenti. Eumdem Margunium, Harmenopuli *orationes* citantem, refellit pag. 272, negatque orationes ullas aut dixisse vivum, aut fato functum reliquisse. *Ipse enim*, inquit, *initio commentariorum suorum in Digestum se infacundum et tardioris pronuntiationis hominem fatetur, eamque causam adfert, ob quam a dicendis causis impendendoque clientibus patrocinio se transtulit ad quietiorem legum meditationem.*

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ

ΤΟΥ ΑΡΜΕΝΟΠΟΥΛΟΥ

ΣΕΒΑΣΤΟΥ, ΚΑΙ ΝΟΜΟΦΥΛΑΚΟΣ, ΚΑΙ ΚΡΙΤΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ,

ΠΕΡΙ ΩΝ ΟΙ ΚΑΤΑ ΚΑΙΡΟΥΣ ΑΙΡΕΤΙΚΟΙ ΕΔΟΞΑΣΑΝ.

—

CONSTANTINI HARMENOPULI

SEBASTI, NOMOPHYLACIS, ET JUDICIS THESSALONICENSIS,

DE OPINIONIBUS HÆRETICORUM, QUI SINGULIS TEMPORIBUS EXSTITERUNT.

(Ex Ducæi supplem.)

—

Ariani, Filium Dei creaturam esse dicentes, verbum istud : « Ante me factus est, » quod evangelista Joannes in persona præcursoris et Baptistæ Joannis protulit, male pro eo, ac si diceretur, « Ante me creatus est, » interpretantur. Sed male sentire convincuntur, ex illo sequente verbo : « Quoniam me prior erat. » Omnino enim contrarium dicere debebat, hoc quodam modo : Me prior est, quoniam prior me factus est. Nos autem illud, Ante me factus est, pro eo, ac si diceretur, Gloriosior et honoratior me factus est, recte sentientes accipimus. Refutantur etiam, cum pluribus aliis, tum quod Idem Joannes dixerit : « In principio (id est, a principio) erat Sermo, et Sermo erat Deus, » Iidem et illud, « Omnia per ipsum facta sunt, » quasi per instrumentum quoddam intelligebant ; puta serram, aliudve tale. Nos autem hoc ita dictum accipimus, ut loqui solemus, regem

A α'. Οἱ περὶ τὸν Ἄρειον, κτίσμα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντες, τὸ « Ἔμπροσθέν μου γέγονεν, » ὅπερ Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐκ προσώπου λέγει τοῦ προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου, ἀντὶ τοῦ, Πρὸ ἐμοῦ ἐκτίσθη, παρεξηγοῦνται. Ἐλέγχονται δὲ κακῶς φρονεῖν, ἐκ τοῦ μετ' αὐτό· Διότι πρῶτός μου ἦν. Τοὐναντίον γὰρ πάντως εἰπεῖν ὤφειλεν, ὅτι Πρῶτός μού ἐστι, διότι πρῶτός μου γέγονεν. Ἀλλ' ἡμεῖς τὸ, Ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ἀντὶ τοῦ, Ἐνδοξότερος καὶ προτιμότερός μου γέγονεν, ὀρθῶς φρονοῦντες νοοῦμεν. Ἐλέγχονται δὲ καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν, καὶ ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν αὐτὸν Ἰωάννην· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, (ὅπερ ἐστὶν, ἐξ ἀρχῆς) καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. » Οἱ αὐτοὶ καὶ τὸ, « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » ὡς δι' ὀργάνου τινὸς ἐνόησαν· πρίονος τυχὸν, ἢ ἑτέρου

B τοιούτου. Ἀλλ' ἡμεῖς, ὡς δι' υἱοῦ φαμὲν τὸν βασιλέα τήνδε τυχὸν κτίσαι πόλιν, οὕτω καὶ τοῦτο νοοῦμεν. Οἱ αὐτοὶ καὶ μονογενῆ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγουσιν,

ὡς μόνον γενόμενον ὑπ' αὐτοῦ· ὡς τῶν ἄλλων ὑπ' αὐτοῦ τάχα τοῦ Χριστοῦ γενομένων. Ἡμεῖς δὲ μονογενῆ τοῦτον φαμὲν, ὡς μόνον ἀῤῥήτως ἐξ αὐτοῦ πρὸ τῶν αἰώνων ἁπάντων γεγεννημένον. Καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα παρεξηγοῦνται, τὴν οἰκείαν αἵρεσιν συνιστῶντες.

A per filium civitatem aliquam condidisse. Iidem et unigenam Dei Filium dicunt, quasi qui solus ab eo factus sit, cæteris ab ipso forte Christo factis. At nos unigenam hunc dicimus, veluti qui solus ex ipso ante omnia sæcula genitus sit. Etiam hujus generis alia plura interpretando depravant, sectæ suæ fidem astruentes.

β'. Οἱ περὶ τὸν Μακεδόνιον δοῦλον καὶ κτίσμα τὸ πανάγιον λέγοντες Πνεῦμα, καὶ τὸ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ ῥητὸν, τὸ φάσκον, Καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ἐνταῦθα στίξαντες, ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς λέγουσιν, Ὃ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοῦτο νοοῦντες· ἡμεῖς δὲ ἀναγινώσκοντες, ὡς ἐν ἀρχῇ πρωτέταχται, περὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ὅλον εἰρῆσθαι νοοῦμεν.

2. Macedoniani Spiritum sanctum esse servum et creaturam asserentes, in dicto Joannis, « Sine ipso factum est nihil, » puncto post hæc verba collocato, versum alium sic inchoant : « Quod factum est, in eo vita erat, » atque hoc de Spiritu Sancto intelligunt. Nos vero locum illum ita legentes, ut ab initio series ipsa declarat, totum de Filio dictum intelligimus. B

γ'. Οἱ περὶ τὸν Σαβέλλιον, τὸν Πατέρα, τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις καὶ τρία πρόσωπα τῆς μακαρίας θεότητος, μίαν ὑπόστασιν καὶ ἓν πρόσωπον ἐδογμάτιζον· ποτὲ μὲν ὡς Πατέρα, ποτὲ δὲ ὡς Υἱὸν, ἔστι δ' ὅτε καὶ ὡς Πνεῦμα φαινόμενον. Ἐλέγχονται δὲ ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν Ἰωάννην· « Καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, » ἀντὶ τοῦ, μετὰ Θεοῦ· δύο προσώπων ἐντεῦθεν εἰσαγομένων, καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν εὐαγγελικῶν ῥήσεων.

3. Sabelliani Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, tres illas hypostases, atque tres personas beatæ divinitatis, unam hypostasin et unam personam esse tradebant : quæ nonnunquam Patris, nonnunquam Filii, nonnunquam Spiritus speciem præ se ferret. Sed arguuntur ex eo quod Joannes dixit : « Et Sermo erat apud Deum, » hoc est cum Deo ; unde colliguntur esse personæ duæ, deque pluribus aliis dictis evangelicis.

δ'. Οἱ περὶ τὸν Ἀπολινάριον τὸν Λαοδικέα, ἄνουν σάρκα καὶ ἄψυχον προσειληφέναι τὸν Κύριον λέγουσιν· ὡς ἀντὶ νοῦ καὶ ψυχῆς, ἀρκούσης αὐτῷ τῆς θεότητος· παρεξηγούμενοι τὸ, « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, » μὴ εἰδότες, ὡς ἡ θεία Γραφὴ σάρκα τὸν ἄνθρωπον ὀνομάζει· ὡς ἔχει καὶ τὸ, « Ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. » Οἱ αὐτοὶ καὶ ἐκ τοῦ, « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, » συνηγορίαν ἑαυτοῖς πεποιήκασιν, οὕτω λέγοντες· Εἰ ναὸς ἡ σὰρξ τοῦ Κυρίου λέγεται, ἄψυχος δὲ ναός· ἄψυχος ἄρα καὶ αὕτη. Οἱ αὐτοὶ καὶ τὴν σάρκα ταύτην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσι τὸν Κύριον ἔχοντα, ὡς διὰ σωλῆνος, οὕτως ἐλθεῖν διὰ τῆς Παρθένου· ἐκ τοῦ· « Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ, » τοῦτο δῆθεν πιστούμενοι, μὴ εἰδότες, ὡς διὰ τὸ ἐν δύο φύσεσι μίαν ὑπόστασιν τὸν Χριστὸν ἔχειν, οὕτως εἴρηται τοῦτο.

4. Apollinaris Laodicensis sectatores aiunt, assumpsisse Dominum carnem mentis expertem et inanimam ; ut cui divinitas mentis et animæ loco sufficeret : prave scilicet enarrantes illud, « Et Sermo caro factus est. » Non enim norant, divinas Litteras carnem appellare hominem ; ut in illo quoque dicto, « Aspiciet universa caro salutare Dei. » Quærebant iidem sibi patrocinium ex verbis illis, « Solvite templum hoc, » et ita ratiocinabantur : Si caro Domini templum dicitur, et si templum res est inanima, nimirum et ipsa est inanima. Dicunt iidem, Dominum qui carnem hanc haberet e cœlo, tanquam per canalem, transiisse per Virginem, idque de verbis illis colligunt : « Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo est, Filius ille Dei, qui est in cœlo. » Sed ignorabant, id propterea sic prolatum, quod duabus in naturis unam Christus haberet hypostasin. C

ε'. Οἱ περὶ τὸν Εὐτυχῆ καὶ Διόσκορον, κατὰ φαντασίαν ἔλεγον τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον γεγονέναι, μίαν ἔχοντα φύσιν· οὐκ οἶδ' ὅπως νοοῦντες τὸ παρὰ Ἰωάννῃ· « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· » καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλά.

5. Eutychis atque Dioscori sectatores, Filium Dei dicebant specie tenus hominem esse factum, cum unam naturam habeat : haud scio, quonam modo dictum illud Joannis intelligentes : « Et Sermo caro factus est. » Addebant hujus generis et alia plura. D

ς'. Οἱ περὶ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν ἔλεγον, θείας χάριτος, καθάπερ οἱ προφῆται, κατηξιωμένον. Ἐλέγχονται δὲ ἐκ τοῦ τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην εἰπεῖν, ὅτι « Πρῶτός μου ἦν, » κατὰ τὴν προαιώνιον ὕπαρξιν δηλαδή· ἐπειδήπερ ὁ Βαπτιστὴς κατὰ σάρκα πρότερος ἦν τοῦ Χριστοῦ. Οἱ αὐτοὶ καὶ τὸ, « Ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ, μὴ θαυμάζετε τοῦτο· » οὕτως ἀναγινώσκουσι· Καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν.

6. Pauli Samosateni discipuli Christum dicebant esse purum ac solum hominem, divinæ gratiæ, sicut et prophetas, participem factum. Coarguuntur autem ex Joannis Baptistæ verbis, « Me prior erat, » quatenus scilicet exsistebat ante sæcula : cum ratione carnis Baptista Christo prior esset. Iidem et illud, « Potestatem ei concessit etiam exercendi judicii, quod Filius sit hominis, id ne miremini : » hoc igitur ita legunt, « Et potestatem ei concessit etiam exercendi judicii, quod Filius sit hominis.

Hic integra distinctione posita, versum alium inchoantes, rursum legunt : « Id ne miremini. »

7. Nestoriani dicebant Christum habere propter virtutem inseparabiliter sibi conjunctum Dei Sermonem : ita quidem, ut in eo Filii duo considerentur ; unus Dei, Virginis alter. Eaque de causa Christiparam, non Deiparam vocabat eam, quæ reapse Deipara est. Verum et hi cum de pluribus aliis dictis coarguuntur, tum de illo, « Sermo caro factus est. »

8. Sergii Pyrrhique complices unam voluntatem, et unam actionem in Christo, qui duabus ex naturis esset, tradebant.

9. Origeniani more paganorum exsistere animas ante corpora docebant, et finem supplicii nunquam finiendi statuebant, et animas a corporibus nudas resurgere.

10. Petri cognomento Fullonis asseclæ hymno quem Trisagium vocant (quod sancti vox ter in eo repetatur) adjecerunt hæc verba : « Qui crucifixus es propter nos : » passibilem scilicet divinitatem facientes, quæ passionis omnis expers est.

11. Marcionitæ ac Manichæi legislationem Testamenti Veteris mali rerum opificis esse dicunt. Iidem quoties apud ipsos non baptizatus aliquis moritur, sub lectulo defuncti vivo quodam occultato, lectulum adeunt, ac mortuum interrogant, an baptizari velit. Respondet occultatus ab imo, velle, atque ita loco defuncti eum baptizant. Causam rogati, dicunt hoc Apostolum docuisse, cum ait[1] : « Si prorsus mortui non resuscitantur, cur etiam baptizantur pro mortuis? » Sed ignorant, id hoc modo prolatum propterea, quod quicunque baptizantur, in confessione resurrectionis mortuorum ejusque spe baptizentur. Hi Manichæi Christum dicunt deposito in terra corpore, purum solumque Deum in cœlum ascendisse. Iidem et mundum, ut malum, et carnem criminantur, ac Dei ab opificio excludunt. Tradunt et duo principia, malum et bonum, sive Deum et materiem. De Testamento Veteri sacrilege loquuntur. Lunam et sidera, ceu deos, adorari jubent. Carnis resurrectionem negant. Animarum de corporibus in corpora migrationem docent. Herbas, et arbores, et aquam, esse res animatas aiunt. Manichæi vero dicuntur, quod dogmata Manis in pretio habeant ; qui se Paracletum appellabat, et Christum specie tenus conspectum apparuisse docebat.

12. Marcelli, Photini, et Sophronii sectatores, non confitentes sanctam Trinitatem, sed spiritum solum Deum appellantes, ejus Sermonem esse dicebant efficacitatem, quæ in prognato de semine Davidis habitasset ; non substantiam, quæ suam habeat hypostasin : male quidem sentientes. Nam Dei Sermo nec is est qui profertur, nec ei similis

[1] I Cor. xv, 29.

A Ἐνταῦθα στίξαντες, ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς αὖθις ἀναγινώσκουσι· Μὴ θαυμάζετε τοῦτο.
A ptos habens, uxori tertiæ copulatus fuerit, ad triennium communionis exsors esto, ac deinde ter in anno participabit : die scilicet Resurrectionis paschali, et in Obdormitione Deiparæ, festoque Domini Natalitio, quod verisimile sit, ea jejunia, quæ dies hosce præceduni, majorem partem hujusce labis abstergere. Sin orbus est, veniam consequitur, quod desiderio procreandi liberos tertias amplexus sit nuptias, consuetaque pœna sanabitur, dum per tres annos a communione arcetur.

Ὁ ν' τούτου.

Ἡ τριγαμία παράνομος, καὶ τῆς Ἐκκλησίας βύπασμα. Ἀστηλίτευτος δὲ, ὡς τῆς ἀνειμένης πορνείας αἱρετωτέρα.

50 *ejusdem.*

Tertium conjugium contra leges est, et inquinamentum Ecclesiæ. Non vituperandum tamen, cum soluta scortatione sit præstabilius.

Ὁ ξ' τούτου.

Οἱ πολύγαμοι, κτηνώδεις. Ἀλλ' οὖν ἑνιαυτὸν προσκλαιέτωσαν, καὶ τριετίαν ὑποπεσόντες, δεχέσθωσαν.

B

80 *ejusdem.*

Qui plures contrahunt nuptias, jumentis sunt similes. Enimvero annum unum plorent, et ubi triennium procubuerint, admittuntor.

Ὁ γ' τῆς ἐν Καισαρείᾳ.

Τῶν πολυγάμων ὁ χρόνος ὥρισται· ἀλλ' ἡ τούτων ἀναστροφὴ καὶ πίστις συντέμνει τὸν χρόνον.

3 *Cæsariensis.*

Eorum qui plures contrahunt nuptias, definitum tempus est. Sed ipsorum conversatio et fides aliquid de tempore decidit.

Ὁ θ' τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, ἐξίσου καὶ ὁ ἀνὴρ καὶ ἡ γυνὴ τῇ πορνείᾳ διαζεύγνυται. Ἡ δὲ συνήθεια καὶ πορνεύοντα τὸν ἄνδρα, καὶ μοιχεύοντα, τῇς γυναικὸς οὐ διαζεύγνυσι. Διατοῦτο ὁ καταλειφθεὶς διά τι, συγγνωστός· καὶ ἡ συνοικοῦσα τούτῳ, οὐχ ὡς μοιχαλὶς κατακρίνεται· ἡ δὲ καταλιποῦσα αὐτὸν, μοιχαλίς, εἰ ἐπ' ἄλλον ἦλθεν ἄνδρα. Καὶ ὁ τὴν γυναῖκα καταλιπὼν, καὶ ἐπ' ἄλλην ἐλθὼν, μοιχός· ποιεῖ γὰρ αὐτὴν μοιχευθῆναι· καὶ ἡ συνοικοῦσα αὐτῷ, μοιχαλίς.

9 *Basilii Magni.*

Secundum Christi dictum, æqualiter et vir et mulier per scortationem dirimuntur. Verum consuetudo maritum et scortantem, et adulterium committentem a muliere non separat. Propterea desertus ob delictum aliquod veniam meretur; et quæ cum ipso cohabitat, non tanquam adultera condemnatur, sed potius ea quæ ipsum deseruit, adultera est, si ad alium virum transierit. Itidem C qui deseruit uxorem, et transiit ad alteram, mœchus est. Facit enim, ut adulterio polluatur. Et quæ cum ipso cohabitat, adultera est.

Ὁ κε' τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Ἄνδρα πεπορνευκότα ἡ ἰδία γυνὴ παραλήψεται· ταύτην δὲ μιανθεῖσαν ὁ ἀνὴρ ἀποπέμψεται· πόρνος γὰρ, οὐ μοιχὸς, ὁ εἰς ἐλευθέραν ἐκπεσὼν ὑπογύναιος.

25 *Basilii Magni.*

Maritum, qui scortatus est, uxor propria recipiet, uxorem vero pollutam maritus dimittet. Quippe scortator est, non mœchus, qui cum uxorem habeat, cum libera delinquit.

Ὁ κ' τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ.

Ὁ μοιχὸς καὶ ἡ μοιχαλὶς δι' ἑπταετίας τυγχανέτωσαν τοῦ τελείου.

20 *Ancyranæ.*

Adulter et adultera septennio restituuntor.

Ὁ νη' τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Ὁ μοιχεύσας, πεντεκαιδεκαετίαν· τέσσαρα μὲν ἔτη, α') προσκλαίων· πέντε δὲ, β') ἀκροώμενος· τέσσαρα, γ') ὑποπίπτων· καὶ ἑνὶ, δ') συνεστώς.

58 *Basilii Magni.*

Qui adulterium commisit, annis quindecim, quatuor quidem annis 1) plorans; quinque vero 2) audiens; quatuor 3) succumbens; et uno 4) stans.

Σχόλια.

α'. Ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενος, καὶ τῶν εἰσιόντων δεόμενος, ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι.

β'. Ἤγουν ἔξω ἱστάμενος ἐν τῇ νάρθηκι.

γ'. Ἤγουν ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενος, ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐξερχόμενος μετὰ τῶν κατηχουμένων.

δ'. Ἤγουν τοῖς πιστοῖς συνευχόμενος, τῶν ἁγιασμάτων μὴπω ἀξιούμενος, εἰ μὴ μετὰ τοῦτο.

Scholia.

D

1. Hoc est stans extra ecclesiam et ingredientes orans, ut pro se preces fundant.

2. Hoc est stans foris in narthece (1).

3. Hoc est stans intra ecclesiam, post suggestum et cum catechumenis exiens.

4. Hoc est, cum fidelibus orans, qui necdum tamen admittitur ad sacramenta, nisi post hoc.

Ὁ νθ' τούτου.

Ὁ πόρνος, ἑπταετίαν· δύο μὲν ἔτη, προσκλαίων· δύο δὲ, ἀκροώμενος· καὶ ἑνὶ, συνεστώς.

59 *ejusdem.*

Scortator, annis septem; duobus quidem annis plorans; duobus autem audiens, et uno stans.

Σχόλιον.

Τὸν πόρνον ὁ Νηστευτὴς ἐπὶ διετίαν καταδικάζει, εἰ μόνον μέχρις ἑσπέρας καθ' ἑκάστην νηστεύει, καὶ

Scholium.

Scortatorem Jejunator ad biennium condemnat, si duntaxat usque ad vesperam quotidie jejunat, et

(1) Peridromo sive porticu templi.

siccis vescitur, et pœnitentias 250 peragit. Adulterum vero, ad triennium; si duntaxat jejunat, et siccis vescitur, et pœnitentias 250 peragit.

3 *Nysseni.*

Scortator per novem annos sacramentorum communionem impetret.

4 *ejusdem.*

Adulter autem et qui cum jumentis, quive cum masculis rem habet, annis 18.

67 *Basilii Magni.*

Fratrum sororumque coitus ad homicidæ tempus confitebitur.

68 *ejusdem.*

Prohibitum ob cognationem matrimonium, adulteri tempus.

71 *ejusdem.*

Qui cuivis horum prædictorum conscius est peccati, nec id confessus fuerit, convictus pari cum illo temporis spatio punietur.

75 *ejusdem.*

Qui cum sorore sua vel ex patre, vel ex matre, pollutus est, in domum precationis non ingreditor, donec a nefario facto destiterit. Et tunc ploret triennium, triennium succumbat, et deinde triennium stans, ad communionem admittitor.

Scholium.

Talem Jejunator ad triennium condemnat, cum jejunio, et siccorum esu, et pœnitentiis quotidianis 500. Qui vero cum nuru sua se polluit, ad biennium, cum pœnitentiis 300. Similiter et qui cum socru. Verum ut nunc res est, condemnat tales synodus ad sexennium, una cum magis, et adulteris, et homicidis.

76 *ejusdem.*

Similiter et qui nurum suam accepit.

77 *ejusdem.*

Qui suam dimisit, et aliam accepit, annum unum ploret, biennium audiat, triennium succumbat. Deinde cum anno steterit uno, communionem impetret.

78 *ejusdem.*

Similiter et qui duas sorores accepit, licet diversis temporibus.

9 *ejusdem.*

Et qui erga novercam insaniit, velut is habeatur, qui cum sorore pollutus est.

7 *ejusdem.*

Qui cum maribus, et qui cum jumentis consuescunt, et homicidæ, et venefici, et adulteri, et simulacrorum cultores, ad eamdem formam puniuntor.

62 *ejusdem.*

Pædico, tanquam mœchus.

Scholium.

Talem Jejunator ad triennium condemnat, cum 200 pœnitentiis quotidianis.

63 *ejusdem.*

Similiter et qui cum brutis coivit, idque fassus est.

16 *Ancyranæ.*

Qui cum brutis coivit, si annos 20 habeat, annis 15 succumbat, et sexennio citra oblationem com-

A ξηροφαγεῖ, καὶ μετανοίας ποιεῖ σν'. Τὸν δὲ μοιχὸν, ἐπὶ τριετίαν· εἰ μόνον νηστεύει, καὶ ξηροφαγεῖ, καὶ μετανοίας ποιεῖ σν'.

Ὁ γ' τοῦ Νύσσης.

Ὁ πόρνος δι' ἐννέα ἐτῶν τῆς κοινωνίας ἀξιούσθω τῶν ἁγιασμάτων.

Ὁ δ' αὐτοῦ.

Ὁ μοιχὸς, ὁ ζωοφθόρος, καὶ ὁ ἀρσενοκοίτης, διὰ δεκαοκτώ.

Ὁ ξζ' τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Ἡ μιξαδελφία τὸν τοῦ φονέως χρόνον ἐξομολογήσεται.

Ὁ ξη' αὐτοῦ.

Ὁ ἀπειρημένος ἐν συγγενείᾳ γάμος, τὸν τοῦ μοιχοῦ.

B *Ὁ οα' τούτου.*

Ὁ συνεγνωκὼς ἑκάστῳ τῶν προειρημένων ἁμάρτημα, καὶ μὴ ὁμολογήσας, ἐλεγχθεὶς, τὸν ἴσον ἐκείνῳ χρόνον ἐπιτιμηθήσεται.

Ὁ οε' τούτου.

Ὁ ἀδελφῇ ἐκ πατρὸς ἢ μητρὸς συμμιανθεὶς, εἰς οἶκον προσευχῆς μὴ εἰσερχέσθω, ἕως τῆς παρανόμου πράξεως ἀποστῇ. Καὶ τότε τριετίαν προσκλαιέτω, τριετίαν ὑποπιπτέτω, εἶτα τριετίαν συνεστὼς, τῆς κοινωνίας ἀξιούσθω.

Σχόλιον.

Τὸν δὲ τοιοῦτον ὁ Νηστευτὴς ἐπὶ τριετίαν καταδικάζει μετὰ νηστείας, καὶ ξηροφαγίας, καὶ μετανοιῶν ἑκάστης ἡμέρας φ'. Τὸν δὲ εἰς νύμφην, ἐπὶ διετίαν, μετὰ μετανοιῶν τ'. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν εἰς πενθερὰν. Τὸ δέ γε νῦν ἔχον, ἡ σύνοδος ἐπὶ ἑξαετίαν C τοὺς τοιούτους καταδικάζει, ἅμα τοῖς γόησι, καὶ τοῖς ἀνδροφόνοις.

Ὁ ος' τούτου.

Κατὰ ταῦτα δὲ, καὶ ὁ τὴν νύμφην αὐτοῦ λαβών.

Ὁ οζ' τούτου.

Ὁ τὴν ἰδίαν ἀφεὶς, καὶ ἑτέραν λαβὼν, ἐνιαυτὸν προσκλαιέτω, διετίαν ἀκροάσθω, τριετίαν ὑποπιπτέτω. Εἶτα ἐνιαυτὸν συνεστὼς, τῆς κοινωνίας ἀξιούσθω.

Ὁ οη' τούτου.

Ὡσαύτως καὶ ὁ δύο ἀδελφὰς λαβὼν, εἰ καὶ κατὰ διαφόρους χρόνους.

Ὁ θ' τούτου.

Καὶ ὁ τῇ μητρυιᾷ ἐπιμανεὶς, ὡς ὁ ἀδελφῇ συμμιανθείς.

D *Ὁ ζ' τούτου.*

Ἀρρενοφθόροι, καὶ ζωοφθόροι, καὶ φονεῖς, καὶ φαρμακοὶ, καὶ μοιχοὶ, καὶ εἰδωλολάτραι, κατὰ τὸν αὐτὸν ἐπιτιμάσθωσαν τύπον.

Ὁ ξβ' τούτου.

Ὁ ἀρσενοκοίτης, ὡς ὁ μοιχός.

Σχόλιον.

Τὸν τοιοῦτον ὁ Νηστευτὴς ἐπὶ τριετίαν καταδικάζει, μετὰ σ' μετανοιῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν.

Ὁ ξγ' τούτου.

Ὡσαύτως καὶ ὁ ἀλογευσάμενος, καὶ ἐξαγορεύσας.

Ὁ ις' τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ.

Ὁ ἀλογευσάμενος, εἰκοσαετὴς μὲν τελῶν, πεντεκαιδεκαετίαν ὑποπιπτέτω, καὶ ἑξαετίαν χωρὶς προσ-

φορᾶς κοινωνείτω. Τὴν ἡλικίαν δὲ ταύτην ὑπερβὰς, καὶ γυναῖκα ἔχων, πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη ὑποπιπτέτω, καὶ πέντε τῶν εὐχῶν κοινωνείτω. Ὁ δὲ πρὸς τῷ γυναῖκα ἔχειν, καὶ ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα ἔτη τελῶν, ἐπὶ τῇ τοῦ βίου ἐξόδῳ τυγχανέτω τῆς κοινωνίας.

A municet. Sin illam ætatem excesserit, et uxorem habeat, annis viginti quinque succumbat, et annis quinque precum particeps esto. Qui vero et habet uxorem, et annum quinquagesimum excessit, in exitu vitæ communionem impetret.

Ὁ ιζ' ταύτης.

Ὁ ἀλογευσάμενος, καὶ λεπρὸς ὤν, ἢ λεπρώσας, ἐν τοῖς χειμαζομένοις εὐχέσθω.

Σχόλιον.

Λεπρὸς ὤν, ἤγουν ἀκάθαρτος καὶ μεμολυσμένος· ἀκάθαρτοι γὰρ οἱ λεπροὶ παρὰ τῷ Μωσαϊκῷ νόμῳ. Τὸ δὲ « Λεπρώσας, » ἀντὶ τοῦ « Μιάνας, » τὰ ζῶα δηλονότι. Χειμαζομένους δὲ τοὺς δαιμονῶντας λέγει, ὥς τινές φασιν.

17 *ejusdem.*

Qui cum brutis coivit, et leprosus est, aut lepra sua infecit, inter agitatos precetur.

Scholium.

Leprosus, hoc est, immundus et pollutus. Quippe leprosi erant immundi in lege Mosaica. Quod ait, « Qui lepra infecit, » tantum valet, ac si diceret, « polluit, » jumenta scilicet. Agitatos autem vocat a dæmone tortos, ut aliqui tradunt.

Ὁ κ' τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Ὁ ἀξίνῃ παρὰ τὸν θυμὸν κατὰ τῆς ἑαυτοῦ γαμετῆς χρησάμενος, φονεύς ἐστιν ἑκούσιος. Ὡσαύτως καὶ ὁ ξίφει κατα τινος χρησάμενος. Καὶ ὁ ἐπιδοὺς φάρμακα, εἰ καὶ δι' ἄλλην ταῦτα παρέσχεν αἰτίαν. Καὶ ὁ λῃστὴς, καὶ ὁ πολέμιος. Καὶ αἱ τὰ ἀμβλωθρίδια διδοῦσαί τε καὶ λαμβάνουσαι. Ἀκούσιος δὲ φονεύς ἐστιν, ὁ λίθον ἀφεὶς ἐπὶ κύνα, ἢ δένδρον, καὶ ἀνθρώπου τυχών. Καὶ ὁ παιδεύων ἱμάντι καὶ λύγῳ. Ὁ μέντοι ξύλῳ ἢ χειρὶ πλήξας ἐπὶ τὰ καίρια, ἐγγὺς τοῦ ἑκουσίου.

20 *Basilii Magni.*

Qui per iracundiam adversus uxorem dolabra fuerit usus, homicida voluntarius est. Similiter et qui gladio contra quem usus est. Itidem qui venena dedit, licet ob aliam causam ea præbuit. Item latro, et hostis. Tum quæ abortiendi remedia porrigunt, et accipiunt. Homicida vero non voluntarius est, qui cum lapidem, vel fustem emisisset in canem, hominem petiit. Et qui loro vimineve castigat. Qui vero fuste vel manu tempora percussit, prope abest a voluntario.

Ὁ μγ' τούτου.

Καὶ ὁ πρὸς θάνατον πλήξας, εἴτε ἤρξε τῆς πληγῆς, εἴτε ἡμύνατο, φονεύς ἐστι.

43 *ejusdem.*

Et qui percussit ad mortem, sive percutiendi fecit initium, sive se defendit, homicida est.

Ὁ νδ' τούτου.

Τὰ τῶν φονέων ἐπιτίμια καὶ ἐπιτείνεται καὶ ὑφίεται, κατά τε τὴν αἰτίαν τοῦ φόνου, καὶ τὴν τῆς μετανοίας ποιότητα.

54 *ejusdem.*

Homicidarum pœnæ intenduntur ac remittuntur, tum ratione causæ cædis, tum pro pœnitentiæ qualitate.

Σχόλιον.

Ἐπὶ τοῦ πατριάρχου Λουκᾶ στρατιώτῃ τινὶ φόνον ἑκούσιον πεποιηκότι ἐπίσκοπός τις ἐπὶ μετρίῳ πάνυ καιρῷ ἐγγράφως τὴν ἀθώωσιν δέδωκε. Καὶ ἐγκαλούμενος παρὰ τῇ συνόδῳ, τὸν κανόνα προέτεινεν, ὃς τοῖς ἐπισκόποις ἐπιτρέπει τὴν ἐξουσίαν ἢ ἀνεῖναι ἢ ἐπιτεῖναι τοῖς μετανοοῦσι τὰ ἐπιτίμια. Ἀλλ' ἠκουσεν, ὅτι τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐδόθη μὲν τοῦτο, οὐ μὴν ἀνεξετάστῳ καὶ ὑπερβαλλούσῃ χρῆσθαι συγκαταβάσει. Ὅθεν τὸν μὲν στρατιώτην ἡ σύνοδος τοῖς ἐκ τῶν κανόνων ἐπιτιμίοις καθυπέβαλε, τὸν δὲ ἀρχιερέα δίκας ἀπῄτησε, τὴν ἐν ὡρισμένῳ καιρῷ τῆς λειτουργίας ἐπίσχεσιν.

C Homicidarum pœnæ intenduntur ac remittuntur, tum ratione causæ cædis, tum pro pœnitentiæ qualitate.

Scholium.

Sub Luca patriarcha militi cuidam, qui cædem voluntariam commiserat, episcopus quidam intra perexiguum tempus absolutionem per scripturam concesserat. Et cum accusaretur apud synodum, canonem prætendebat, qui permittit episcopis potestatem vel remittendi, vel augendi pœnitentiam agentibus pœnas. Sed ei responsum fuit, concessum id quidem esse pontificibus, non tamen ut citra explorationem et nimia commiseratione uterentur. Quare militem synodus canonicis pœnis subjecit, et pontificem quoque multavit, ad certum tempus a ministerio abstinere jussum.

Ὁ νς' τούτου.

Ὁ ἑκούσιος φονεὺς εἰκοσαετίαν ἀκοινώνητος ἔσται τοῖς ἁγιάσμασι· τὰ μὲν τέσσαρα, ἔξω ἑστὼς, καὶ τῶν εἰσιόντων δεόμενος, εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖσθαι, τὴν ἁμαρτίαν ἐξαγορεύων· τὰ δὲ πέντε, ἐν τοῖς ἀκροωμένοις· τὰ δὲ ἑπτὰ, μετὰ τῶν ἐν ὑποπτώσει· τὰ δὲ τέσσαρα, μετὰ τῶν πιστῶν, χωρὶς προσφορᾶς· καὶ οὕτω τῶν ἁγιασμάτων μεθέξει.

56 *ejusdem.*

Homicida voluntarius annis viginti sacramenta non percipiet; tribus quidem annis foris stans, et ingredientes obsecrans, uti pro se preces fundant, peccatum suum confitens; quinque vero, inter audientes degens; septem, inter eos qui concidunt; quatuor, cum fidelibus, absque oblatione, atque ita demum sacramentorum particeps erit.

Ὁ νζ' τούτου.

Ὁ ἀκουσίως φονεύσας, δεκαετίαν· δύο μὲν ἔτη προσκλαίων, τρία δὲ ἀκροώμενος, καὶ τέσσαρα ὑποπίπτων, καὶ τῷ ἑνὶ συνεστώς.

57 *ejusdem.*

Qui non sponte cædem commisit, decennio: duobus quidem annis plorans, tribus audiens, quatuor succumbens, et uno stans.

Σχόλιον.

Τοὺς φονεῖς ὁ Νηστευτὴς, τοὺς μὲν ἑκουσίους, ἐπὶ πενταετίαν καταδικάζει· τοὺς δὲ ἀκουσίους, ἐπὶ τριετίαν.

Scholium.

Homicidas Jejunator voluntarios quidem in quinquennium condemnat, non voluntarios autem ad triennium.

5 *Nysseni.*

Aut non voluntarius homicida, per septennium; voluntarius, per novennium.

22 *Ancyranæ.*

Aut non voluntarius homicida, per quinquennium; voluntarius, in fine vitæ [sacramenta percipiat].

13 *Basilii Magni.*

Qui hostem occidit, licet pietatis propugnator, triennio non communicet.

Scholium.

Sub patriarcha Constantino Chliareno synodalis est facta cognitio, quod siquidem aliquis, dum latronis insidias effugere posset, non hoc contentus, sed data opera latronem aggressus interfecerit, tanquam homicida sit puniendus. Sin primus latro gladium adversus eum sustulerit, tunc ejus interfector non punietur. Enimvero qui utilitatis publicæ causa, cum valde rogatus esset, latronem quæsitum invenerit et occiderit, non pœna, sed præmiis dignus habebitur. Cautionis tamen causa placuit et hos ad triennium condemnari. Clericos autem, qui quamcunque cædem admiserint, confestim puniri par est, nullo discrimine hostis habito, vel latronis, vel cujuscunque. Quo factum est, ut pontifex, qui occiderat Agarenum tempore belli, qui gladium adversus ipsum strinxerat, de synodi sententia depositus sit.

6 *Nysseni.*

Latro, tanquam homicida voluntarius.

61 *Basilii Magni.*

Qui furtum fecerit, et confessus fuerit, anno arcebitur; convictus autem, biennio.

Scholium.

Talem Jejunator ad 40 dies condemnat. Convictum vero, ad sex menses, quibus vesci debeat siccis, et pœnitentias 100 quotidie peragere.

64 *ejusdem.*

Perjurus decennio: duobus annis plorans, tribus audiens, quatuor succumbens, et uno stans.

Scholium.

Hunc Jejunator ad annum unum damnat, siccis vescentem, et jejunantem usque ad vesperam, et 250 pœnitentias peragentem.

82 *ejusdem.*

Aut qui per vim perjurium admisit, sexennio recipitor; qui absque coactione, duodecim annis.

65 *ejusdem.*

Magus et veneficus, tanquam homicida.

Scholium.

Jejunator autem magos et venefícos ad triennium damnat, cum pœnitentiis quotidianis 250, cumque jejunio, et rigida vivendi ratione. Similiter et mulieres quæ ligaturas faciunt, et quæ ariolantur.

66 *ejusdem.*

Violator sepulcri, tanquam perjurus.

Α

Ὁ ε' τοῦ Νύσσης.

Ἡ ὁ ἀκούσιος φονεὺς, διὰ εἰκοσιεπτά· ὁ δὲ ἑκούσιος, ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου.

Ὁ κβ' τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ.

Ἡ ὁ ἀκούσιος φονεὺς, διὰ πενταετίας· ὁ δὲ ἑκούσιος, ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου.

Ὁ ιγ' τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Ὁ πολέμιον ἀποκτείνας, εἰ καὶ τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχος, τριετίαν μὴ κοινωνείτω.

Σχόλιον.

Ἐπὶ τοῦ πατριάρχου Κωνσταντίνου τοῦ Χλιαρηνοῦ διέγνωστο συνοδικῶς, ὅτι εἰ μὲν δυνάμενός τις διαδρᾶναι τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ λῃστοῦ, τούτῳ μὲν οὐκ ἠρκέσθη, ἀλλ' ἐκ μελέτης αὐτῷ ἐπιθέμενος ἀνῄρηκεν, οἷα φονεὺς ἐπιτιμηθήσεται. Εἰ δὲ πρῶτος τὸ ξίφος ὁ λῃστὴς ἧρε κατ' αὐτοῦ, τότε οὐκ ἐπιτιμηθήσεται ὁ φονεύσας αὐτόν. Ὃς μέν τοι διὰ τὸ κοινῇ συμφέρον πολλὰ παρακληθεὶς, τοῦτον ζητήσας εὗρε καὶ διεχρήσατο, μὴ ὅτι τιμωρίας, ἀλλὰ καὶ ἐπάθλων ἀξιωθήσεται. Ἀσφαλείας δὲ ἕνεκεν ἐπὶ τριετίαν ἤρεσε καὶ τούτους καταδικάζεσθαι, τοὺς δὲ κληρικοὺς οἱονδήποτε φόνον πεποιηκότας, εὐθὺς τιμωρεῖσθαι, μηδεμιᾶς οὔσης διαφορᾶς πολεμίου, ἢ λῃστοῦ, ἢ οἱουδήποτε. Ὅθεν καὶ ἀρχιερεὺς Ἀγαρηνὸν φονεύσας, κατ' αὐτοῦ ξίφος ἀνατείναντα ἐν καιρῷ πολέμου, καθῃρέθη συνοδικῶς.

Β

Ὁ ς' τοῦ Νύσσης.

Ὁ λῃστὴς, ὡς ὁ ἑκούσιος φονεύς.

Ὁ ξα' τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Ὁ κλέψας καὶ ὁμολογήσας, ἐνιαυτὸν κωλυθήσεται· ἐλεγχθεὶς δὲ, δύο.

Σχόλιον.

Τὸν τοιοῦτον ὁ Νηστευτὴς ἐπὶ μ' ἡμέρας καταδικάζει. Τὸν δὲ ἐλεγχθέντα, ἐπὶ μῆνας ἕξ, ξηροφαγοῦντα, καὶ μετανοίας ρ' ἑκάστης ἡμέρας ποιοῦντα.

C

Ὁ ξδ' τούτου.

Ὁ ἐπίορκος, δεκαετίαν· δύο μὲν ἔτη προσκλαίων, τρία δὲ ἀκροώμενος, τέσσαρα ὑποπίπτων, καὶ ἑνὶ συνεστώς.

Σχόλιον.

Τοῦτον ὁ Νηστευτὴς ἐπὶ ἔτος ἓν ξηροφαγοῦντα καὶ νηστεύοντα μέχρις ἑσπέρας, καὶ μετανοίας ποιοῦντα σν'.

D

Ὁ πβ' αὐτοῦ.

Ἡ ὁ ἐκ βίας ἐπιορκήσας, διὰ ἑξαετίας δεχέσθω· ὁ δ' ἄνευ ἀνάγκης, διὰ δωδεκαετίας.

Ὁ ξε' αὐτοῦ.

Ὁ γόης καὶ ὁ φαρμακὸς, ὡς ὁ φονεύς.

Σχόλιον.

Ὁ δὲ Νηστευτὴς τοὺς γόητας καὶ τοὺς φαρμακοὺς ἐπὶ τριετίαν καταδικάζει, μετὰ μετανοιῶν ἑκάστης ἡμέρας σν', καὶ νηστείας, καὶ σκληραγωγίας. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰς γυναῖκας τὰς ποιούσας περίαπτα, καὶ μαντευομένας.

Ο ξς' αὐτοῦ.

Ὁ τυμβωρύχος, ὡς ὁ ἐπίορκος.

Σχόλιον.

Τοῦτον ὁ Νηστευτὴς ἐπὶ ἔτος ἓν καταδικάζει, μετὰ μετανοιῶν ἑκάστης ἡμέρας σ'.

Ὁ ζ' τοῦ Νύσσης.

Ἢ ὁ τυμβωρύχος, εἰ μὲν ὥστε λίθους ἐκβαλεῖν, συγγνωστέος· εἰ δὲ πρὸς τὸ λαβεῖν τι τῶν συνταφέντων, τῷ τῆς πορνείας ὑπόκειται κρίματι.

Ὁ η' τούτου.

Ὁ ἱερόσυλος, δι' ἐλάττονος παρὰ τὸν μοιχὸν χρόνου.

Ὁ ις' τούτου.

Ὁ τυμβωρύχος ἐξαγορεύων, καὶ τὰ ἴδια διανεμέτω τοῖς πένησι.

Σχόλιον.

Τὸν τοιοῦτον ὁ Νηστευτὴς ἐπὶ τριετίαν καταδικάζει. Τοῦ αὐτοῦ Νηστευτοῦ καὶ τάδε· Ἐμπεσόντος τινὸς ἀκαθάρτου εἰς φρέαρ, ἢ εἰς οἶνον, ἢ εἰς ἔλαιον, ὁ τούτου γευσάμενος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας κρέατος καὶ τυροῦ μὴ ἁπτέσθω· ἑπτὰ δὲ μὴ κοινωνείτω. Ὁ μετὰ τὴν θείαν ἐμέσας μετάληψιν, μ' ἡμέρας τῆς θείας ἀφίσταται κοινωνίας, τὸν ν' ψαλμὸν ψάλλων, καὶ μετανοίας ποιῶν ν', κἂν ὁπωσδήποτε τοῦτο συμβαίη.

ΕΠΙΓΡΑΦΗ Δ'.

Ἐπίλοιπα τῶν παραπεσόντων.

Ὁ ογ' τοῦ Μεγάλου Βασιλείου, καὶ ὁ α' τοῦ Νύσσης.

Ὁ ἀρνησίχριστος διὰ βίου προσκλαιέτω, καὶ τῶν ἁγιασμάτων ἐν τῷ τέλει, πίστει τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, ἀξιούσθω.

Σχόλιον.

Ἡ τοῦ πατριάρχου Μεθοδίου διατύπωσις τοὺς παραπεσόντας καὶ ὑποστρέψαντας, νηπίους μὲν αἰχμαλωτισθέντας, καὶ φόβῳ ἢ ἀγνοίᾳ καθυπαχθέντας, συγγνώμης ἀξιοῖ, τῷ ἁγίῳ μόνον χρίουσα μύρῳ· τελείους δὲ τὴν ἡλικίαν ὄντας, καὶ ἀνάγκῃ καθυπαχθέντας, συγγνώμης μὲν καὶ αὐτοὺς ἀξιοῖ, τῷ ἁγίῳ χρίουσα μύρῳ, νηστεῦσαι δὲ ὅμως τεσσαρακοστὰς ἡμερῶν δύο προστάττει, κρεῶν ἀπεχομένους, ἐκτενεῖς τε δεήσεις καὶ γονυκλισίας ποιεῖν ὁπόση δύναμις. Τοὺς δὲ ἐκ προαιρέσεως αὐτομολήσαντας ἐπὶ δύο ἐνιαυτοὺς νηστεύειν προστάττει, παραπλησίως τοῖς ἄνω δεδηλωμένοις, καὶ γονυκλισίας ἑκάστης ἡμέρας ποιεῖν ρ' ἢ σ', καὶ εἶθ' οὕτω τῷ ἁγίῳ χρίεσθαι μύρῳ.

Ὁ πα' τούτου.

Οἱ δι' ἀνάγκην παραβάντες τὴν πίστιν δι' ὀκταετίας δεχέσθωσαν· οἱ καὶ αὐθαιρέτως, διὰ δωδεκαετίας.

Ὁ ια' τῆς πρώτης.

Οἱ χωρὶς ἀνάγκης παραπεσόντες, ἀσύγγνωστοι παντάπασιν ὄντες, ὅμως διὰ φιλανθρωπίαν, γνησίως μετανοήσαντες, τρία ἔτη ἐν τοῖς ἀκροωμένοις μενέτωσαν, ἑπτὰ ὑποπιπτέτωσαν, καὶ δύο χωρὶς προσφορᾶς τῶν εὐχῶν κοινωνείτωσαν.

Ὁ ιβ' ταύτης.

Οἱ τῇ πλάνῃ δόξαντες ἀντιστῆναι, εἶτα δωρεαῖς

A

Scholium.

Hunc Jejunator ad annum unum damnat, cum pœnitentiis quotidianis 200.

7 Nysseni.

Aut sepulcri violator, si fecit hoc lapidum eruendorum causa, veniam meretur; sin ut aliquid auferat de rebus una sepultis, scortationis judicio subjacet.

8 ejusdem.

Sacrilegus, minori temporis spatio, quam adulter.

16 ejusdem.

Sepulcri violator, qui facinus suum confitetur, B etiam sua bona pauperibus distribuat.

Scholium.

Talem Jejunator ad triennium damnat. Ejusdem Jejunatoris et hæc sunt: Si quid immundi ceciderit in puteum, vel in vinum, vel in oleum, qui hoc degustat, ad triduum a carne caseoque abstineat, septemque diebus non communicet. Qui post sacram participationem vomuerit, 40 dies a communione abstinet sacra, psalmum 50 quotidie canens, et 50 pœnitentias peragens, quocunque tandem modo id acciderit.

TITULUS IV.

Pœnæ lapsorum.

Canon 73 Basilii Magni et 1 Nysseni.

Qui Christum negavit, tota vita ploret; et sacramenta sub finem vitæ, per fiduciam erga Dei benignitatem, consequatur. C

Scholium.

Sanctio Methodii patriarchæ lapsos et conversos, pueros quidem in captivitatem abductos, et metu, vel ignoratione subactos, venia dignatur, sacro duntaxat eos oleo inungens; adultos vero, et coactione subactos, venia quidem et illos dignatur, sacro inungens oleo, sed jejunare tamen binas dierum quadragesimas jubet, a carnibus abstinentes, intentasque preces et congenulationes pro viribus facere. Qui vero scientes prudentesque [a Christianis] transfugerint, eos ad biennium jejunare jubet, perinde ut indicatum est supra, quotidieque centies vel ducenties congenulare, atque ita oleo sacro inungi. D

81 ejusdem.

Qui fidem adhibita coactione violaverint, annis 18 admittuntor; qui sponte, annis 12.

11 primæ synodi.

Qui absque coactione lapsi sunt, licet omnino veniam nullam mereantur, tamen humanitatis causa, si vere pœnitentiam egerint, triennium inter audientes maneant, septennium succumbant, et biennium absque oblatione precum participes sunto.

12 ejusdem.

Qui visi fuerint errori obstitisse, si deinde ad

eum propter munera recurrerint, decennio succumbant, cum triennis auditionis spatio. In omnibus tamen pœnitentiæ species examinanda est, et in eum qui ardentius pœnitentiam egerit, episcopus se humaniorem gerat.

14 *ejusdem.*

Si catechumenus lapsus fuerit, triennium inter audientes sit, atque ita cum catechumenis precetur.

3 *Ancyranæ.*

Qui vi et tormentis adhibitis, vel manibus victimam, vel ore cibum exceperit, a communione non arcetor. Quod si laicus sit, etiam ordinationem consequitor, cæteroqui reprehensionis expers.

4 *ejusdem.*

Qui ob vim adhibitam sacrificavit, et cœnavit in deastrorum templis, si quidem cum abduceretur, et habitu lætiore et splendidiore vestitu utebatur, atque indifferenter cœnæ particeps fiebat, sexennio restituitor.

5 *ejusdem.*

Sin omnia contraria, siquidem manducaverit, triennio; si non manducaverit, biennio.

6 *ejusdem.*

Qui comminationi duntaxat cessit, ac deinde pœnituit, quinquennio restituitor.

7 *ejusdem.*

Qui cum paganis in festis eorum, et suis quidem cum cibis convivia habuit, biennio succumbat.

8 *ejusdem.*

Qui bis et ter ex coactione sacrificavit, septennio restituitor.

9 *ejusdem.*

Qui non modo defecit, verum etiam coegit alios, decennio restituitor.

1 *Petri Alexandrini.*

Qui post multos cruciatus tormentis victi, Christum negaverint, ac deinde mutata sententia luxerint, cum jam quatuor annos persecutionis præterierint, etiam alios 40 dies puniuntor.

2 *ejusdem.*

Qui vero lapsi sunt, posteaquam duntaxat carcerati fuissent, altero etiam anno puniuntor.

3 *ejusdem.*

Qui vero ad interitum absque necessitate sua sponte perrexerint, ac deinde pœnituerint, ad triennium.

4 *ejusdem.*

Qui vero postquam lapsi sunt, non pœnituerint, rejiciendi.

5 *ejusdem.*

Qui dissimulationem adhibuerint, et irriserint

A ἐπὶ ταύτην ἀναδραμόντες, δεκαετίαν ὑποπιπτέτωσαν μετὰ τριετοῦς ἀκροάσεως χρόνον. Πλὴν ἐφ' ἅπασι τὸ τῆς μετανοίας εἶδος ἐξεταστέον, καὶ τῷ θερμοτέρως μετανοήσαντι φιλανθρωπότερον ὁ ἐπισκόπος διακείσθω.

Ὁ ιδ' ταύτης.

Κατηχούμενος εἰ παραπέσοι, τριετίαν ἀκροάσθω· καὶ οὕτως μετὰ τῶν κατηχουμένων εὐχέσθω.

Ὁ γ' τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ.

Ὁ βίᾳ καὶ βασάνοις ἢ θῦμα ἐν ταῖς χερσὶν, ἢ βρῶμα δεξάμενος ἐν τῷ στόματι, τῆς κοινωνίας μὴ κωλυέσθω. Καὶ εἰ λαϊκὸς δὲ εἴη, καὶ χειροτονίας τυγχανέτω, ἄλλως ἀνεπίληπτος ὤν.

B

Ὁ δ' ταύτης.

Ὁ βίᾳ θύσας καὶ δειπνήσας ἐν τοῖς εἰδωλείοις, εἰ μὲν ἀπαγόμενος, καὶ σχήματι φαιδροτέρῳ, καὶ ἐσθῆτι λαμπροτέρᾳ ἐχρῆτο, καὶ ἀδιαφόρως τοῦ δείπνου μετέσχε, δι' ἐξαετίας τοῦ τελείου τυγχανέτω.

Ὁ ε' ταύτης.

Εἰ δὲ πᾶν τοὐναντίον, φαγὼν μὲν, διὰ τριετίας· μὴ φαγὼν δὲ, διὰ διετίας.

Ὁ ς' ταύτης.

Ὁ ἀπειλῇ μόνον εἴξας, εἶτα μετανοήσας, διὰ πενταετίας τοῦ τελείου τυγχανέτω.

Ὁ ζ' ταύτης.

C Ὁ τοῖς ἐθνικοῖς ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, καὶ μετὰ ἰδίων βρωμάτων συνεστιαθείς, διετίαν ὑποπιπτέτω.

Ὁ η' ταύτης.

Ὁ δὶς καὶ τρὶς δι' ἀνάγκην θύσας διὰ ἑπταετίας τοῦ τελείου τυγχανέτω.

Ὁ θ' ταύτης.

Ὁ μὴ μόνον ἀποστὰς, ἀλλὰ καὶ ἄλλους καταναγκάσας, διὰ δεκαετίας τυγχανέτω τοῦ τελείου.

Ὁ α' Πέτρου Ἀλεξανδρείας.

Οἱ μετὰ πολλὰς αἰκίας τῶν βασάνων ἡττηθέντες, καὶ τὸν Χριστὸν ἀρνησάμενοι, ἔπειτα μεταγνόντες καὶ πενθοῦντες, τεσσάρων ἐτῶν ἤδη τῷ διωγμῷ παρελθόντων, καὶ ἄλλας ἡμέρας ἐπιτιμάσθωσαν μ'.

D

Ὁ β' τούτου.

Οἱ δὲ μετὰ τὸ φυλακισθῆναι μόνον παραπεσόντες, καὶ ἕτερον ἐνιαυτὸν ἐπιτιμάσθωσαν.

Ὁ γ' τούτου.

Οἱ δὲ πρὸς τὴν ἀπώλειαν χωρὶς ἀνάγκης αὐτομολήσαντες, εἶτα μετανοήσαντες, ἐπὶ τριετίαν.

Ὁ δ' τούτου.

Οἱ δὲ μετὰ τὸ πεσεῖν ἀμετανόητοι, ἀπόβλητοι.

Ὁ ε' τούτου.

Οἱ δὲ ὑποκρινάμενοι καὶ διαπαίξαντες τοὺς βιά-

σαντας, καὶ θῦσαι διαφυγόντες, ἐξάμηνον ἐπιτιμάσθωσαν.

Ὁ ς' τούτου.

Οἱ δὲ δούλους ἀνθ' αὐτῶν θῦσαι καταναγκάσαντες, αὐτοὶ μὲν τριετίαν.

Ὁ ζ' τούτου.

Οἱ δὲ καταναγκασθέντες δοῦλοι, ἐνιαυτόν.

Ὁ η' τούτου.

Οἱ παραδοθέντες, καὶ δι' ἀνάγκην μὲν ἀρνησάμενοι, εἶτα τὴν ἧτταν ἀνακαλεσάμενοι, καὶ γενναίως ἀγωνισάμενοι, ἐν ἅπασι μετὰ χαρᾶς κοινωνείτωσαν.

Ὁ θ' τούτου.

Ὡσαύτως καὶ οἱ εἰς τοὺς ἀγῶνας αὐτομολήσαντες. Ὑπὲρ Χριστῷ γὰρ, εἰ καὶ μὴ κατὰ Χριστὸν πεποιήκασι, φεύγειν καὶ διωκομένους κελεύσαντα.

Ὁ ι' τούτου.

Κληρικοὶ δὲ, αὐτομολήσαντες εἰς τοὺς ἀγῶνας, μὴ λειτουργείτωσαν, ὅτι τὸ σφῶν καταλελοίπασι ποίμνιον, ὃ μηδεὶς τῶν ἀποστόλων πεποίηκεν.

Ὁ ια' τούτου.

Τοῖς αὐθαιρέτως μὲν τὸν ἀγῶνα ὑπεισελθοῦσι, διὰ δὲ πολλὰς αἰκίας ἀρνησαμένοις, εἶτα μετανοήσασι, καὶ τὸ πραχθὲν ἀποδυρομένοις, ἄξιον ἐπινεῦσαι, καὶ συνεύχεσθαί τε ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ τὸ Θεῖον ἐξιλεοῦν.

Ὁ ιβ' τούτου.

Οἱ χρήματα παρασχόντες, ἵνα βασάνους ἐκφύγωσιν, ἀνέγκλητοι· χρημάτων μᾶλλον ἢ ψυχῆς ζημίαν ἑλόμενοι.

Ὁ ιγ' τούτου.

Ὡσαύτως καὶ οἱ φυγῇ τὴν σωτηρίαν εὑρόντες, κἂν ἀντ' αὐτῶν ἕτεροι κατεσχέθησαν.

Ὁ ιδ' τούτου.

Οἱ μετὰ πολλὰς αἰκίας, καὶ θῦμα ταῖς χερσὶν ἀκουσίως δεξάμενοι, τῇ τε λειτουργίᾳ μενέτωσαν, καὶ τοῖς ὁμολογηταῖς ἐγγραφέσθωσαν.

Ὁ α' τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ.

Οἱ ἐν αἰχμαλωσίᾳ τῶν βαρβάρων φαγόντες βρώματα, ἀνεύθυνοι.

Ὁ β' τούτου.

Οἱ τὸν καιρὸν τῆς τῶν βαρβάρων καταδρομῆς, τὸν πᾶσιν ὄλεθρον φέροντα, κέρδους ἑαυτοῖς καιρὸν ἡγησάμενοι, τὰ ἀλλότρια διηρπάκασι, τῆς Ἐκκλησίας ἐκριπτέσθωσαν, ὡς ἀσεβεῖς καὶ θεοστυγεῖς.

Ὁ δ' τούτου.

Οἱ τοὺς διαφυγόντας αἰχμαλώτους βίᾳ κατέχοντες, ἀποδότωσαν, ἵνα μὴ σκηπτοὶ πέσωσιν ἐπ' αὐτοὺς οὐρανόθεν.

Ὁ ε' τούτου.

Οἱ αἰχμαλωσίᾳ ληφθέντες, καὶ τοσοῦτον ἐκβαρβαρωθέντες, ὥστε καὶ κατὰ τῶν ὁμοφύλων χωρεῖν, καὶ τῆς ἀκροάσεως ἀπειργέσθωσαν, ἕως ἂν τι περὶ αὐτῶν δόξειε τῇ συνόδῳ.

A eos, a quibus cogebantur, atque ita, quominus sacrificarent, effugerint, sex mensibus castigantor.

6 *ejusdem.*

Qui servos pro se sacrificare coegerint, ipsi quidem triennio.

7 *ejusdem.*

Servi vero coacti, annuo spatio.

8 *ejusdem.*

Qui traditi sunt, et propter coactionem quidem abnegarunt, verum postea cessione revocata, fortiter decertarunt, in omnibus cum gratulatione communicent.

9 *ejusdem.*

B Similiter et qui sponte ad obeunda certa mina (1) perrexerint. Nam pro Christo id faciunt, tametsi non secundum Christum, qui persecutionem patientes fugere jnssit.

10 *ejusdem.*

Clerici vero, qui sponte ad obeunda certamina se contulerint, ministerium sacrum peragant, quandoquidem ovile suum reliquerunt, quod apostolorum nemo fecit.

11 *ejusdem.*

Iis qui sponte quidem certamen obierunt, verum propter varios cruciatus abnegarunt, ac deinde rursum pœnituerunt, factumque suum deplorarunt, æquum est annuere, ac pro eis tum preces fundere, tum Numen placare.

C 12 *ejusdem.*

Qui pecunias dederunt, ut tormentis eriperentur, culpa carent, cum pecuniarum, quam animæ detrimentum, subire maluerint.

13 *ejusdem.*

Similiter et qui fuga saluti suæ consuluerunt, licet pro eis alii prehensi fuerint.

14 *ejusdem.*

Qui post varios cruciatus victimam suis manibus inviti acceperunt, et in ministerio maneant, et inter confessores referuntor.

1 *S. Gregorii miraculorum effectoris.*

Qui in captivitate cibos Barbarorum comederunt, culpa carent.

2 *ejusdem.*

D Qui tempus incursionis Barbarorum, quod perniciem universis affert, pro lucri sui occasione duxerint, alienaque diripuerint, ex Ecclesia ejiciuntor, velut impii et invisi Deo.

3 *ejusdem.*

Qui captivos qui fuga evaserint, vi detinent, eosdem restituant, ne fulmina cœlitus in eos decidant.

9 *ejusdem.*

Qui venerunt in captivitatem, et usque adeo barbari facti sunt, ut etiam suæ nationis homines invadant, etiam ab auditione arceantur, donec aliquid synodus de ipsis statuerit.

(1) Hoc est martyria, sive testimonia veritati perhibenda.

10 *ejusdem.*

Qui alienas domos subire ausi fuerint, si per accusationem convicti fuerint, etiam ab auditione arcentor; sin sponte fuerint confessi, cum revertentibus succumbant.

11 *ejusdem.*

Similiter et qui vel in campo, vel in domo quid invenerunt.

12 *ejusdem.*

Qui res inventas ab se confitentur, nihil earum nomine poscant, puta præmium indicii, vel conservatæ rei, vel inventæ.

13 *ejusdem.*

Qui moriuntur eo tempore, quo pœnas luunt, de sententia duntaxat episcopi communicent. Quod si quis eorum convaluerit, saltem sit inter eos qui precum participes sunt.

Basilii Magni.

Quemadmodum in oleribus, sic etiam in carnibus ab utili noxium discernimus. Et veluti cicutam, vel hyoscyamum aliquis non manducaverit, qui sapiat; sic neque vulturem, neque canem degustaverit, extra necessitatem, qua urgente qui comederit, nefarium nihil admiserit.

84 *ejusdem.*

In omnibus pœnitentiæ modus, non spatium temporis exploretur.

11 *Nysseni.*

Oportet enim quovis in delicto pœnitentis affectionem, non tempus spectare; atque ob ardorem studii nonnunquam aliquid de tempore decidere, adeoque pœnæ tempus in tria dividere: quorum uno ploret æger; altero audiat; tertio succumbat; atque ita demum stet erectus.

102 *habitæ in Trullo.*

Consideretur et peccati qualitas, et ejus, qui peccavit, pœnitentia, sicque conveniens morbo remedium atque sanatio adhibeatur, ne modum excedens, ægrum lædat.

4 *S. Cyrilli.*

Quemadmodum qui tempestate in mari jactantur, quædam exonerant, ut reliqua servent; sic nobis quoque nonnulla negligenda sunt, ne totum amittamus.

18 *Timothei Alexandrini.*

Quibusdam in hominibus ab anno ætatis duodecimo peccata æstimantur; in aliis, ab ætate provectiore ac maturiore, pro cognitione scilicet ac intelligentia cujusque.

Scholium.

Nonnulli tradunt, debere tam masculos, quam femellas, posteaquam sextum ætatis annum impleverint, per confessionem corrigi atque sanctificari.

6 *Nicolai patriarchæ.*

Scriptum illud canonicum Jejunatoris, quod nimiam lenitatem adhibeat, complures perdidit: et qui quod bonum est norunt, corrigentur.

Ὁ ι' τούτου.

Οἱ ἀλλοτρίοις οἴκοις τολμήσαντες ὑπελθεῖν, εἰ μὲν ἐλεγχθῶσι κατηγορίᾳ, καὶ τῆς ἀκροάσεως εἰργέσθωσαν· εἰ δ' ἑκόντες ὁμολογήσουσι, μετὰ τῶν ὑποστρεφόντων ὑποπιπτέτωσαν.

Ὁ ια' τούτου.

Ὡσαύτως καὶ οἱ ἐν πεδίῳ, ἢ ἐν οἰκίᾳ τι εὑρηκότες.

Ὁ ιβ' τούτου.

Οἱ τὰ εὑρημένα ὁμολογοῦντες, μηδέν τι περὶ αὐτῶν αἰτείτωσαν, μήνυτρον δῆθεν, ἢ σῶστρον, ἢ εὑρητρον.

Ὁ ιγ' τούτου.

Οἱ ἐν ἐπιτιμίῳ ἀποθνήσκοντες, κοινωνείτωσαν γνώμῃ μόνον τοῦ ἐπισκόπου. Εἰ δέ τις αὐτῶν ὑγιάνοι, μετὰ τῶν κοινωνούντων τῆς εὐχῆς μόνον ἔστω.

Τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Ὥσπερ ἐν λαχάνοις, οὕτω καὶ ἐν κρέασι τοῦ χρησίμου τὸ βλαβερὸν διακρινομεν. Καὶ ὥσπερ κώνειον ἢ ὑοσκύαμον οὐκ ἄν τις φάγοι νοῦν ἔχων, οὕτως οὔτε γυπὸς, οὔτε κυνὸς ἅψαιτο, μὴ σὺν ἀνάγκῃ· ὡς ὅγε φαγὼν οὐκ ἠνόμησεν.

Ὁ πδ' τούτου.

Ἐπὶ πᾶσιν ὁ τρόπος τῆς μετανοίας, ἀλλὰ μὴ ὁ χρόνος δοκιμαζέσθω.

Ὁ θ' τοῦ Νύσσης.

Δεῖ γὰρ ἐν παντὶ πλημμελήματι, τῇ διαθέσει τῶν μετανοοῦντος, ἀλλὰ μὴ τῷ χρόνῳ προσέχειν, καὶ σπουδῆς ἕσθ' ὅτε θερμότητι, τὸν χρόνον ὑποτέμνειν, καὶ τὸν τοῦ ἐπιτιμίου χρόνον εἰς τρεῖς μερίζειν· καὶ τὸν μὲν, προσκλαίειν τὸν κάμνοντα· τὸν δὲ, ἀκροᾶσθαι· τὸν δὲ, ὑποπίπτειν, καὶ οὕτω συνίστασθαι.

Ὁ ρβ' τῆς ἐν Τρούλλῳ.

Σκοπείσθω δὲ καὶ ἡ τῆς ἁμαρτίας ποιότης, καὶ ἡ τοῦ ἡμαρτηκότος μετάνοια, καὶ οὕτω κατάλληλος ἡ θεραπεία προσαγέσθω τῷ ἀῤῥωστήματι· ἵνα μὴ, πέρα τοῦ δέοντος γενομένη, ζημιώσῃ τὸν κάμνοντα.

Ὁ δ' τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.

Ὥσπερ οἱ ἐν θαλάσσῃ χειμαζόμενοι ἀποφορτίζουσί τινα ὑπὲρ τοῦ σῶσαι τὰ λοιπὰ, οὕτω παρ- D οπτέον καὶ ἡμῖν τινα, ἵνα μὴ τὸ πᾶν ζημιωθῶμεν.

Ὁ ιη' Τιμοθέου Ἀλεξανδρείας.

Τῶν ἀνθρώπων τοῖς μὲν τὰ ἁμαρτήματα ἀπὸ δωδεκαετοῦς ἡλικίας κρίνεται· τοῖς δὲ, ἀπὸ μείζονος καὶ τελειοτέρας, πρὸς τὴν ἑκάστου δηλονότι γνῶσιν καὶ φρόνησιν.

Σχόλιον.

Φασί τινες, ὅτι μετὰ τὸ γενέσθαι ἑξαετεῖς, ὀφείλουσι καὶ ἄῤῥενες καὶ θήλειαι δι' ἐξαγορεύσεως διορθοῦσθαι καὶ ἁγιάζεσθαι.

Ὁ ς' τοῦ πατριάρχου Νικολάου.

Τὸ κανονικὸν τοῦ Νηστευτοῦ, πολλῇ συγκαταβάσει χρησάμενον, πολλοὺς ἀπώλεσε· καὶ οἱ ἐν γνώσει τοῦ καλοῦ ὄντες, ἐπανορθωθήσονται.

ΕΠΙΓΡΑΦΗ Ε'.

Καθολικοί.

Ὁ ξγ' τῆς ἐν Τρούλλῳ.

Τὰ ὑφ' Ἑλλήνων συμπλασθέντα μαρτυρολόγια, πυρὸς γενέσθωσαν παρανάλωμα· καὶ οἱ ὡς ἀληθῆ ταῦτα δεχόμενοι ἀναθεματιζέσθωσαν.

Σχόλιον.

Ὡς ἔοικεν, ὑφ' Ἑλλήνων συνεγράφησάν τινα, ὡς λεχθέντα καὶ πραχθέντα παρὰ ἁγίων μαρτύρων, ἀλλόκοτα καὶ γελοῖα· ἵνα δι' αὐτῶν καταγελῶτο μὲν ἡ πίστις ἡμῶν, ὑβρίζοιντο δὲ καὶ οἱ μάρτυρες.

Ὁ πα' ταύτης.

Ὁ τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ τὸ, « Ὁ σταυρωθείς, » προστιθείς, ἀναθεματιζέσθω.

Ὁ κθ' τῆς ἐν Λαοδικείᾳ.

Τῷ τὸ Σάββατον ἀργοῦντι, καὶ μὴ τὴν Κυριακὴν, ἀνάθεμα.

Ὁ λ' ταύτης.

Ὡσαύτως καὶ τῷ τὴν ἐκκλησίαν ἐγκαταλιμπάνοντι, καὶ ἀγγέλους ὀνομάζοντι· εἰδωλολατρείας γὰρ ἐγγύς.

Σχόλιον.

Αἵρεσις ἦν παλαιὰ, λεγόντων τινῶν, ὡς οὐ δεῖ τὸν Χριστὸν εἰς βοήθειαν ἐπικαλεῖσθαι, ἢ εἰς προσαγωγὴν τὴν πρὸς τὸν Θεόν, ἀλλὰ τοὺς ἀγγέλους. Τοῦτο δὲ τάχα δι' εὐλάβειαν ἔλεγον ταπεινούμενοι.

Ὁ λδ' ταύτης.

Ὁμοίως καὶ τῷ τοὺς ψευδομάρτυρας τιμῶντι, ἀνάθεμα.

Σχόλιον.

Ἤγουν οὓς οἱ ἑτερόδοξοι ὡς ἁγίους τιμῶσι, καὶ μάρτυρας.

Ὁ ρθ' τῆς ἐν Καρθαγένῃ.

Τῷ τὸν Ἀδὰμ δογματίζοντι καὶ δίχα τῆς ἁμαρτίας τεθνήξεσθαι μέλλοντα, ἀνάθεμα.

Ὁ ρ' ταύτης.

Τῷ λέγοντι, τὰ μικρὰ καὶ νεογνὰ βαπτιζόμενα μὴ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτίζεσθαι, μηδὲ ἔλκειν ἐκ τῆς τοῦ Ἀδὰμ ταῦτα προγονικῆς ἁμαρτίας τὸ ὀφεῖλον καθαρθῆναι, ἀνάθεμα.

Ὁ ρια' ταύτης.

Τῷ λέγοντι, τὸ ἅγιον βάπτισμα ἄφεσιν μόνον τῶν παρεληλυθυιῶν ἔχειν ἁμαρτιῶν, οὐ μὴν καὶ τῶν μελλουσῶν βοήθειαν, ἀνάθεμα.

Ὁ ριβ' αὐτῆς.

Τῷ λέγοντι, ὅτι διὰ τοῦ βαπτίσματος γνῶσις ἡμῖν μόνον τῶν πρακτέων ἐντίθεται καὶ μὴ, οὐ μὴν δὲ καὶ δύναμις τοῦ ἀγαπᾷν τὰ πρακτέα, ἀνάθεμα.

Ὁ ριγ' αὐτῆς.

Τῷ λέγοντι, διὰ τοῦτο ἡμῖν τὴν χάριν δεδόσθαι, ἵνα ὅπερ διὰ τοῦ αὐτεξουσίου ποιεῖν δυνάμεθα, τοῦτο διὰ ταύτης εὐχερέστερον ποιῶμεν, ἀνάθεμα.

Ὁ ριδ' αὐτῆς.

Τῷ λέγοντι, τὸ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ τῷ Θεολόγῳ ῥηθὲν ἐν ἐπιστολῇ· « Ἐὰν εἴπωμεν ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ

A

B

C

D

TITULUS V.

Canones generales.

Canon 63 habitæ in Trullo.

Libri de martyribus a paganis conficti, ab igne consumuntor, et qui eos, ceu veritate nixos, admittunt, anathematis rei sunto.

Scholium.

Uti quidem apparet, erant a paganis conscripta quædam, velut dicta et facta sanctis a martyribus, absurda ridiculaque : ut per ea tum fides nostra irrideretur, tum contumelia martyres afficerentur.

81 ejusdem.

Qui verbum istuc : « Qui crucifixus est, » hymno ter sancto addiderit, anathematis reus esto (1).

29 Laodicenæ.

Qui Sabbato feriatur, non die Dominico, anathema sit.

35 ejusdem.

Similiter et qui relinquit ecclesiam, atque angelos appellat. Nam a cultu simulacrorum prope abest.

Scholium.

Antiqua erat quorumdam hæresis, qui dicebant, non Christum ad opem nobis ferendam implorandum, vel uti nos ad Deum adducat, sed angelos. Quod quidem illi fortasse tradebant ex religiosæ humilitatis prætextu.

34 ejusdem.

Similiter et illi sit anathema, qui commentitios martyres honore afficit.

Scholium.

Videlicet quos diversæ a recte sentientibus sectæ homines tanquam sanctos et martyres honorant.

109 Carthaginiensis.

Ei, qui tradit, Adamum etiam peccato non interveniente moriturum fuisse, anathema.

110 ejusdem.

Ei, qui dicit, parvulos et recens natos, cum baptizantur, non in remissionem peccatorum baptizari, nec eos ex Adami primævo peccato id attrahere, quod expurgari debet, anathema.

111 ejusdem.

Ei, qui dicit, sanctum baptisma duntaxat remissionem præteritorum peccatorum habere, non etiam opem et remedium pro futuris, anathema.

112 ejusdem.

Ei, qui dicit per baptismum nobis agendorum notitiam duntaxat indi et non agendorum, non etiam facultatem amplectendi agenda, sit anathema.

113 ejusdem.

Ei, qui dicit, propterea nobis datam esse gratiam, ut quod per arbitrium liberum facere possumus, id per hanc facilius præstemus, anathema.

114 ejusdem.

Ei, qui dicit, verbum istuc prolatum apud Joannem Theologum in epistola : « Si dixerimus nos

(1) Cur hoc in Trisagio tolerari non possit, declarat Theorianus in Armenica legatione, nuper a nobis edita Basileæ. (*Vide tom. CXXXIII Patrologiæ.*)

peccatum non habere, nosmetipsos fallimus, » per humilitatem, non veritatem esse prolatum, anathema.

115 *ejusdem.*

Ei, qui dicit, homines sanctos istuc verbum : « Et remitte nobis debita nostra, » non pro se dicere', quasi qui peccare nequeant, sed pro hominum vulgo, anathema.

1 *Gangrenæ.*

Si quis legitimum matrimonium vituperat, anathema.

2 *ejusdem.*

Si quis religiose vescentem carnibus absque sanguine, et simulacris immolato, et suffocato, condemnat, anathema.

3 *ejusdem.*

Si quis servo religionis erga Deum prætextu suadet, ut dominum suum contemnat, anathema.

4 *ejusdem.*

Qui hæsitat a presbytero conjugato [sacramenta] percipere, anathema sit.

5 *ejusdem.*

Qui ædem sacram contemnit, anathema.

6 *ejusdem.*

Similiter et qui seorsum cœtus habet.

7 *ejusdem.*

Ei, qui præter episcopi vel presbyteri sententiam res ecclesiasticas tractat, anathema.

8 *ejusdem.*

Similiter et ei qui dat vel accipit oblationem fructuum absque episcopo, et eo qui administrationi [rerum ecclesiæ] præfectus est.

9 *ejusdem.*

Itidem et illi, qui virginitatem colit, vel continentiam servat, non ipsius boni causa, sed quod matrimonium abominetur.

10 *ejusdem.*

Qui propter exercitationem, quæ religiosa putatur, pannis utitur, aliosque pie veros (1) gestantes damnat, sit anathema.

14 *ejusdem.*

Liberi, qui prætextu religiosæ pietatis a parentibus recedunt, anathema sunto.

16 *ejusdem.*

Contemnenti eos, qui ex fide dilectiones (2) faciunt, et invitationibus hujusmodi non communicanti, anathema.

17 *ejusdem.*

Similiter et illi, qui propter exercitationem die Dominico jejunat.

18 *ejusdem.*

Item illi, qui usitata jejunia citra necessitatem solvit.

19 *ejusdem.*

Quin etiam abominanti martyrum causa institutas congressiones, et quæ in eis obeuntur functiones.

Ἔχομεν, ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν· » διὰ ταπεινοφροσύνην, καὶ οὐχὶ κατὰ ἀλήθειαν εἰρῆται, ἀνάθεμα.

Ὁ ριε' ταύτης.

Τῷ λέγοντι, τοὺς ἁγίους τὸ, « Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, » οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν λέγειν, ὡς ὄντων ἁναμαρτήτων, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν πολλῶν, ἀνάθεμα.

Ὁ α' τῆς ἐν Γάγγρᾳ.

Εἴ τις τὸν ἔννομον μέμφοιτο γάμον, ἀνάθεμα.

Ὁ β' ταύτης.

Εἴ τις τὸν εὐλαβῶς ἐσθίοντα κρέα χωρὶς αἵματος, καὶ εἰδωλοθύτου, καὶ πνικτοῦ, κατακρίνει, ἀνάθεμα.

Ὁ γ' ταύτης.

Εἴ τις δοῦλον, θεοσεβείας προφάσει, τοῦ οἰκεῖα πείθει δεσπότου καταφρονεῖν, ἀνάθεμα.

Ὁ δ' ταύτης.

Ὁ διακρινόμενος παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος μεταλαμβάνειν, εἴη ἀνάθεμα.

Ὁ ε' ταύτης.

Ὁ τοῦ θείου καταφρονῶν οἴκου, ἀνάθεμα.

Ὁ ς' ταύτης.

Ὡσαύτως καὶ ὁ ἐκκλησιάζων ἰδίᾳ.

Ὁ ζ' ταύτης.

Τῷ παρὰ γνώμην ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου τὰ τῆς ἐκκλησίας πράττοντι, ἀνάθεμα.

Ὁ η' ταύτης.

Ὡσαύτως καὶ τῷ διδόντι ἢ λαμβάνοντι καρποφορίαν ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τοῦ ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν τεταγμένου.

Ὁ θ' ταύτης.

Ἀλλὰ δὴ καὶ τῷ παρθενεύοντι ἢ ἐγκρατευομένῳ, οὐ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, ἀλλ' ὡς τὸν γάμον βδελυσσομένῳ.

Ὁ ι' ταύτης.

Ὁ διὰ νομιζομένην ἄσκησιν ῥακενδυτῶν, καὶ τῶν εὐλαβῶς τοὺς βήρους φορούντων καταγινώσκων, εἴη ἀνάθεμα.

Ὁ ιδ' ταύτης.

Τὰ πιστῶν γονέων ἀναχωρήσαντα τέκνα θεοσεβείας προφάσει, ἀνάθεμα.

Ὁ ις' ταύτης.

Τῷ καταφρονοῦντι τῶν ἐκ πίστεως ἀγάπας ποιούντων, καὶ ταῖς κλήσεσι μὴ κοινωνοῦντι, ἀνάθεμα.

Ὁ ιζ' ταύτης.

Ὡσαύτως καὶ τῷ δι' ἄσκησιν ἐν τῇ Κυριακῇ νηστεύοντι.

Ὁ ιη' ταύτης.

Καὶ τῷ τὰς νενομισμένας νηστείας χωρὶς ἀνάγκης παραλύοντι.

Ὁ ιθ' ταύτης

Ἀλλὰ δὴ καὶ τῷ βδελυσσομένῳ τὰς τῶν μαρτύρων συνάξεις, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς λειτουργίας.

(1) Hoc est serica, unde vestes holoveræ, l. 4, C. *de vest. holover.* lib. xi, quæ totæ de serico sunt.
(2) Hoc est exhibent convivia fratribus ex dilectione.

Ὁ ζ' τοῦ πατριάρχου Νικολάου.

Τὸ κλίνειν ἐν Σαββάτῳ γόνυ, παρὰ τοῦ κανόνος οὐ κεκώλυται. Οἱ πολλοὶ δὲ, διὰ τὸ μὴ νηστείαν ἐν Σαββάτῳ γίνεσθαι, οὐδὲ γόνυ κλίνουσιν.

Ὁ κ' τῆς α'.

Ἐν ταῖς Κυριακαῖς, καὶ ταῖς τῆς Πεντηκοστῆς ἡμέραις, γόνυ τις μὴ κλινέτω.

Ὁ νε' τῆς ἐν Τρούλλῳ.

Τῶν Ῥωμαίων τὰ τῆς τεσσαρακοστῆς νηστευόντων Σάββατα, ὁ τῶν ἀποστόλων περὶ τῶν Σαββάτων κρατείτω κανών.

Ὁ πε' ταύτης.

Τῷ μεγάλῳ Σαββάτῳ περὶ μέσας νύκτας τῇ νηστείᾳ διαρκετέον.

Ὁ ἑνενηκοστὸς ταύτης.

Ἀπὸ τῆς ἑσπερινῆς εἰσόδου τοῦ Σαββάτου, γονυ τις μὴ κλινέτω, μέχρι τῆς ἑσπερινῆς τῆς Κυριακῆς εἰσόδου.

Ὁ ιε' Πέτρου Ἀλεξανδρείας.

Τετράδι καὶ Παρασκευῇ νηστευτέον. Τῇ μὲν, διὰ τὸ κατὰ Χριστοῦ τῆς προδοσίας συμβούλιον· τῇ δὲ Παρασκευῇ, διὰ τὸ σωτήριον πάθος. Τῇ μέντοι Κυριακῇ χαρμοσύνως ἑορταστέον, διὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασιν.

Ὁ α' Διονυσίου Ἀλεξανδρείας.

Ἡ τῆς ἀναστάσεως ὥρα τοῦ Κυρίου, οὐκ εὔδηλος. Ἀναστάντα γὰρ αὐτὸν εὗρον αἱ εἰς τὸν τάφον ἐλθοῦσαι, ὡς πάντες οἱ Εὐαγγελισταὶ μαρτυροῦσι. Διὸ τοὺς μὲν πρὸ μεσονυκτίου τὴν νηστείαν λύοντας μεμφόμεθα· τοὺς δὲ μέχρις ὄρθρου ἐγκαρτεροῦντας ἀποδεχόμεθα· τοῖς δὲ μεταξὺ τούτων, οὐκ ἐνοχλοῦμεν.

Τοῦ πατριάρχου Νικολάου.

Ἡ νηστεία τοῦ Αὐγούστου πρότερον οὖσα, ὕστερον μετετέθη, διὰ τὸ ταῖς ἐθνικαῖς ταύτην συμπίπτειν νηστείαις. Πλὴν ἔτι πολλοὶ τὴν νηστείαν ταύτην νηστεύουσι.

ΕΠΙΓΡΑΦΗ Ϛ'.

Περὶ βασιλέως.

Ὁ ἑνενηκοστὸς τρίτος τῆς ἐν Καρθαγένῃ.

Οἱ βασιλεῖς τῇ Ἐκκλησίᾳ βοηθείτωσαν, ὡς καὶ Παύλῳ ποτὲ κινδυνεύοντι στρατιωτικὴ χεὶρ ἐβοήθησεν.

Ὁ ξθ' τῆς ἐν Τρούλλῳ.

Ἄνευ βασιλέως, μή τις εἰς τὸ ἱλαστήριον εἰσερχέσθω.

Ὁ λ' τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Ἄρχων ἐπὶ κακῷ τοῖς ἀρχομένοις ὀμνύων, αὐτὸς μὲν ἐπιτιμάσθω, μὴ προχείρως ὀμνύειν· ὁ δὲ ὅρκος ἀκυρούσθω.

—

ΤΜΗΜΑ Ϛ'.

ΠΕΡΙ ΓΥΝΑΙΚΩΝ.

Ὁ μδ' τῆς ἐν Καρθαγένῃ.

Αἱ ἱεραὶ παρθένοι τῶν πατέρων ἀφιστάμεναι, τῇ

A 7 *Nicolai patriarchæ.*

Sabbato genu flectere, non prohibitum est a canone. Plerique vero propterea, quod jejunia Sabbato nulla sint, neque genu flectunt.

20 *primæ.*

Diebus Dominicis et quinquagesimalibus, genu quis haud flectat.

55 *habitæ in Trullo.*

Licet Romani jejunare soleant in Sabbatis quadragesimæ, tamen apostolorum potius de Sabbatis canon ratus esto.

85 *ejusdem.*

Sabbato illo [quod Pascha præcedit] magno continuandum est jejunium usque ad noctem mediam.

B 90 *ejusdem.*

A vespertino introitu et initio Sabbati genu quis haud flectat, usque ad exitum Dominici diei vespertinum.

15 *Petri Alexandrini.*

Feria quarta et in Parasceve jejunandum est, illa quidem, ob proditionis adversus Christum consilium, in Parasceve autem, propter salutiferam passionem. Dominicus vero dies hilariter celebrandus, propter resurrectionem Domini.

1 *Dionysii Alexandrini.*

Hora resurrectionis Dominicæ certa statui non potest. Quippe mulieres ad sepulcrum profectæ sic eum repererunt, ut qui jam resurrexisset, quemadmodum omnes Evangelistæ testantur. Quapropter C eos qui ante mediam noctem jejunium solvunt, reprehendimus, et qui ad diluculum usque abstinent, probamus : qui vero medium inter hæc quiddam tenent, iis molesti non sumus.

Nicolai patriarchæ.

Cum jejunium prius haberetur Augusto mense, deinceps translatum fuit propterea, quod cum jejuniis paganis concurreret. Nihilominus id jejunium multi servant.

TITULUS VI.

De imperatore.

Canon 93 *Carthaginiensis.*

Imperatores Ecclesiæ succurrant, quemadmodum et Paulo quondam periclitanti manus militaris D auxilio fuit.

69 *habitæ in Trullo.*

Excepto imperatore, nemo propitiatorium ingreditor.

30 *Basilii Magni.*

Magistratus, qui jurat in perniciem subditorum, ipse quidem docetor, ne temere juret ; jusjurandum vero irritum esto.

—

SECTIO VI.

DE MULIERIBUS.

Canon 44 *Carthaginiensis.*

Sacræ virgines, cum a parentibus discedunt, epi-

scopi vel presbyterorum cura mulieribus in primis honestis commendentur.

A

19 Ancyranæ.

Virgines ad aliquos tanquam fratres non accedant.

11 ejusdem.

Virgo alicui desponsata, et ab altero rapta, sponso restituitor.

70 habitæ in Trullo.

Mulieres in ecclesia sileant.

44 Laodicenæ.

Mulier sacrarium non ingreditor.

6 Cæsariensis.

Cum prægnans per baptismum illuminatur, fetus uteri non illuminatur. Nam cujusque voluntas æstimatur.

B

28 Basilii Magni.

Quæ præter voluntatem parentum secuta est aliquem puella, parentibus reconciliatis, triennio castigator.

40 ejusdem.

Quæ præter voluntatem domini viro se tradidit, scortatur.

49 ejusdem.

Stupra vi facta culpa carent. Et serva, si vim a domino passa fuerit, insons est.

33 ejusdem.

Quæ in via peperit, et partum neglexit, cædis est rea.

52 ejusdem.

C

Quæ vero partum propter solitudinem, vel necessariorum penuriam amisit, veniam meretur.

Scholium.

Quæ præter animi sententiam amisit infantem, ad annum unum apud Jejunatorem damnatur. Quæ vero super infantem sopitum corruit, eumque suffocavit, ad triennium. Quæ partum neglexit, extinctum culpa sua, voluntariæ cædis pœnas luit. Itidem cum puer non baptizatus mortuus est, parentum suorum culpa, parentes ad triennium condemnantur. De iis vero quæ proprios infantes ad templorum introitus exponunt, proposita est in synodo quæstio, placuitque puniri has tanquam homicidas, licet alius eos sustulerit et adhibita cura conservarit.

87 habitæ in Trullo.

D

Quæ a viro ad alium se confert, adultera est, ac reversa non admittetur.

18 et 60 Basilii Magni.

Adultera est et illa quæ virginitatem quidem spopondit, sed postea se carnis submisit affectibus; itemque mœchus, qui cum hac coierit. Virginitatem vero spondet, quæ cum esset annorum 17, examinata perstitit in proposito, seque recipi petiit. Quapropter et adulterio polluti tempus implebit.

20 ejusdem.

Si quæ, cum essent in secta quadam, virginitatis promissum violaverint, ad Ecclesiam accedentes, non condemnantur. Nam quæcunque lex dicit, iis qui sub lege sunt. dicit.

τοῦ ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρων προνοίᾳ ταῖς τιμιωτάταις γυναιξὶ παρατιθέσθωσαν.

Ὁ ιθ' τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ.

Αἱ παρθένοι τισὶν ὡς ἀδελφοῖς μὴ προσίτωσαν.

Ὁ ια' ταύτης.

Ἡ μνηστευθεῖσά τινι κόρη, καὶ ὑπ' ἄλλου ἁρπαγεῖσα, καθιστάσθω τῷ μνηστευσαμένῳ.

Ὁ ο' τῆς ἐν Τρούλλῳ.

Αἱ γυναῖκες ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ σιγάτωσαν.

Ὁ μδ' τῆς ἐν Λαοδικείᾳ.

Γυνὴ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ μὴ εἰσίτω.

Ὁ ς' τῆς ἐν Καισαρείᾳ.

Ἐγκύου φωτιζομένης, τὸ κυοφορούμενον οὐ φωτίζεται. Ἑκάστου γὰρ ἡ προαίρεσις κρίνεται.

Ὁ λη' τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Ἡ παρὰ γνώμην τῶν γονέων ἀκολουθήσασά τις κόρη, τῶν γονέων διαλλαγέντων, τριετίαν ἐπιτιμάσθω.

Ὁ μ' τούτου.

Ἡ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ἀνδρὶ ἑαυτὴν ἐδοῦσα πορνεύει.

Ὁ μθ' τούτου.

Αἱ πρὸς ἀνάγκην φθοραὶ, ἀνεύθυνοι· καὶ ἡ δούλη, εἰ βιάσθη παρὰ τοῦ δεσπότου, ἀνεύθυνος.

Ὁ λγ' τούτου.

Ἡ ἐν ὁδῷ κυήσασα, καὶ ἀμελήσασα τοῦ κυήματος, φονεύτρια.

Ὁ νβ' τούτου.

Ἡ δὲ τὸ κύημα δι' ἐρημίαν, ἢ ἀπορίαν τῶν ἐπιτηδείων ἀπολωλεκυῖα, συγγνωστή.

Σχόλιον.

Ἡ ἀκουσίως ἀποβαλοῦσα τὸ βρέφος, ἐπὶ ἔτος ἓν παρὰ τῷ Νηστευτῇ καταδικάζεται. Ἡ δὲ τῷ βρέφει κοιμωμένῳ ἐμπεσοῦσα, καὶ ἀποπνίξασα, ἐπὶ τριετίαν. Ἡ δὲ καταφρονήσασα τοῦ κυήματος, τῇ ἀμελείᾳ ταύτης ἀποφθαρέντος, ἑκουσίου φόνου δίκας. Καὶ παιδίου ἀβαπτίστου ἀποθανόντος, τῇ τῶν οἰκείων ἀμελείᾳ γονέων, ἐπὶ τριετίαν οἱ γονεῖς καταδικάζονται. Περὶ δὲ τῶν ἐκτιθεμένων τὰ οἰκεῖα βρέφη πρὸς ταῖς εἰσόδοις τῶν ἱερῶν, λόγος ἐπὶ τῆς ἱερᾶς συνέδου γέγονε, καὶ ἤρεσεν, ὡς φονευτρίας ταύτας κολάζεσθαι, κἂν ἕτερος ἀνέληται, καὶ ἐπιμεληθάμενος ζωογονήσῃ.

Ὁ πζ' τῆς ἐν Τρούλλῳ.

Ἡ ἐξ ἀνδρὸς ἐπ' ἄλλον ἰοῦσα, μοιχαλίς· καὶ ἐπιστρέψασα, οὐ δεχθήσεται.

Ὁ ιη' καὶ ὁ ξ' τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Μοιχαλὶς, καὶ ἡ παρθενίαν μὲν ὁμολογήσασα, τοῖς δὲ τῆς σαρκὸς πάθεσιν ὕστερον ὑποπεσοῦσα· καὶ μοιχὸς, ὁ ταύτῃ συγγίνομενος. Παρθενίαν δὲ ὁμολογεῖ ἡ περὶ τὰ ἑπτακαίδεκα ἔτη ἀναχρινομένη, καὶ προσμένουσα, καὶ λυπαροῦσα παραδεχθῆναι. Διὸ καὶ τὸν χρόνον τοῦ μοιχεύσαντος ἐκτελέσει.

Ὁ κ' τούτου.

Αἱ ἐν αἱρέσει τὴν τῆς παρθενίας ὁμολογίαν ψευσάμεναι οὗ καταδικάζονται προσελθοῦσαι· ὅσα γὰρ ὁ νόμος λαλεῖ, τοῖς ἐν νόμῳ λαλεῖ.

Ὁ λε' τούτου.

Ἐὰν ἀλόγως ἀνεχώρησεν ἡ γυνὴ, αὐτὴ μὲν οὐκ ἀνεύθυνος, ὁ δὲ ἀνὴρ ἀνεύθυνος.

35 *ejusdem.*

Si absque ratione mulier diverterit, ipsa quidem non expers est culpæ, sed vir tamen culpa caret.

Ὁ ἑνενηκοστὸς πρῶτος τῆς ἐν Τρούλλῳ, καὶ ὁ πα' τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ, καὶ ὁ β' τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Αἱ τὰ ἀμβλωθρίδια διδοῦσαι, καὶ αἱ δεχόμεναι, τῷ τῶν φονέων ἐπιτιμίῳ καθυποβαλέσθωσαν.

91 *habitæ in Trullo, et* 21 *Ancyranæ, et* 2 *Basilii Magni.*

Quæ medicamenta partum abigentia præbent, et quæ accipiunt, homicidarum pœnæ subjiciuntor.

Ὁ ἑνενηκοστὸς τρίτος τῆς ἐν Τρούλλῳ, καὶ ὁ λα', καὶ ὁ λς', καὶ ὁ μς' τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Ἡ πρὸ τοῦ πεισθῆναι τὸν τοῦ ἀνδρὸς θάνατον, ἀφανοῦς γενομένου, ἑτέρῳ συναφθεῖσα, μοιχᾶται. Ἰλὴν αἱ στρατιώτιδες ἔχουσι καί τινα συγγνώμην, διὰ τὸ πρὸς θάνατον ἀεὶ τοὺς αὐτῶν ἄνδρας εἶναι. Διὸ καὶ ὁ στρατιώτης ἐὰν ἐπανέλθῃ ποτὲ, καὶ προαιρῆται, τὴν οἰκείαν αὖθις ἀπολαμβάνει γυναῖκα, συγγνώμης ἀξιουμένην. Ἡ δὲ τῷ καταλειφθέντι παρὰ γυναικὸς πρὸς καιρὸν κατὰ ἄγνοιαν συναφθεῖσα, εἶτα ἀφεθεῖσα, διὰ τὸ πρὸς αὐτὸν τὴν προτέραν ἐπανελθεῖν, ὡς ἐν ἀγνοίᾳ πορνεύσασα, γάμου οὐκ εἴργεται. Κάλλιον δὲ, ἐὰν μείνῃ οὕτως.

91 *habitæ in Trullo, et* 31 *et* 36 *et* 46 *Basilii Magni.*

Quæ ante, quam de viri nusquam apparentis obitu inaudierit, cum altero juncta fuerit, adulterium committit. Militum tamen uxores veniæ nonnihil habent propterea, quod earum mariti prope semper adsint ad mortem. Quapropter et miles, si reversus aliquando fuerit, atque ita velit, suam recipit uxorem, venia dignatam. Mulier vero, quæ viro ab uxore deserto per ignorationem ad tempus aliquod juncta fuerit, ac deinde propterea dimissa, quod prior isthæc ad eum redierit, quasi quæ per ignorantiam scortata sit, a matrimonio contrahendo non arcetur. Melius tamen fuerit, eam ita manere.

Ὁ μη' τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Ἡ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἀφεθεῖσα, οὕτω μενέτω· μοιχαλὶς γὰρ, κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, « εἰ ἑτέρῳ ζευχθείη. »

48 *Basilii Magni.*

A viro dimissa sic maneat. Adultera namque, secundum illud Domini verbum, « si alteri juncta fuerit. »

Ὁ λδ' τούτου.

Αἱ μοιχευθεῖσαι καὶ ἐξαγορεύουσαι, ἢ καὶ ἐλεγχόμεναι, ἄνευ κοινωνίας ἱστάσθωσαν, καὶ μὴ δημοσιευέσθωσαν.

34 *ejusdem.*

Adulterio pollutæ, quæ vel confessæ fuerint, vel convictæ, absque communione stent erectæ, nec tamen publice judicentur.

Ὁ λθ' τούτου.

Ἡ τῷ μοιχῷ συζῶσα διὰ βίου μοιχεύεται.

39 *ejusdem.*

Quæ cum adultero juncta vivit, tota vita mœchatur.

Ὁ ς' τοῦ Τιμοθέου Ἀλεξανδρείας.

Κατηχουμένη ἐὰν ἐν ῥύσει γένηται, μὴ βαπτιζέσθω, ἕως οὗ καθαρθῇ.

6 *Timothei Alexandrini.*

Catechumena si fluxum habuerit, ne baptizator ante, quam purgata fuerit.

Ὁ η' τούτου.

Ἡ ἐν τῇ μεγάλῃ ἑβδομάδι τετοκυῖα, καὶ τροφῆς μεταλαμβανέτω, καὶ οἴνου.

8 *ejusdem.*

Quæ [ante Pascha] magna illa septimana peperit, et cibum capiat, et vino utatur.

Τοῦ πατριάρχου Νικηφόρου.

Ἐὰν γυνὴ γενήσεται, καὶ ἔστιν ἐν κινδύνῳ τὸ παιδίον, ἀπὸ ἡμερῶν τριῶν ἢ πέντε· τὸ μὲν παιδίον φωτισθήτω, ἄλλη δὲ γυνὴ βεβαπτισμένη καὶ καθαρὰ θηλάσει αὐτό. Ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὸν κοιτῶνα, εἰς ὃν τὸ παιδίον ἀνάκειται, μέχρι τῶν μ' ἡμερῶν, ἕως ἂν καθαρθῇ τελείως, καὶ λάβῃ εὐχὴν παρὰ τοῦ ἱερέως, μήτε μὴν ἅψηται τοσύνολον αὐτοῦ.

Nicephori patriarchæ.

Si uxor pepererit, et infans in periculo est, a tribus aut quinque diebus, puer quidem per baptismum illuminator, sed alia mulier baptizata et munda lactabit eum. Mater autem ipsius cubiculum non ingreditor, in quo puer jacet, usque ad quadragesimum diem, dum purgata scilicet integre fuerit, et preces a sacerdote impetraverit, nec omnino puerum attinget.

Ὁ β' Διονυσίου Ἀλεξανδρείας, καὶ ὁ ζ' Τιμοθέου.

Αἱ ἐν ἀφέδρῳ, καὶ θείων ναῶν, καὶ ἱερῶν μυστηρίων εἰργέσθωσαν.

11 *Dionysii Alexandrini, et* 7 *Timothei.*

Quæ in secessu sunt, tam a divinis templis, quam sacris mysteriis arcentor.

Σχόλιον.

Ἦγουν ἐν καταμηνίοις, διὰ τὸ κεχωρισμένως ταύτας παρὰ Ἰουδαίοις καθέζεσθαι.

Scholium.

Hoc est, quæ menses suos habent, propterea quod hæ separatim apud Judæos degebant.

Τοῦ πατριάρχου Νικηφόρου.

Ἐὰν τελεία γυνὴ γενομένη Χριστιανὴ, μετὰ μίαν, ἢ δύο, ἢ ὁσασδήποτε ἡμέρας μέχρι τῶν ἑπτὰ, ἴδῃ

Nicephori patriarchæ.

Si adulta mulier facta Christiana, post unum, vel duos, vel quotcunque dies, usque ad septem,

sibi consueta viderit, in domo sua communicabit; ecclesiam vero non ingredietur, donec purgata fuerit.

2 *Cæsariensis.*

Quæ duobus fratribus nupta fuerit, tota vita rejicitor. Jam vero moritura, si polliceatur se valetudine recuperata matrimonium soluturam, ad pœnitentiam ducitor. Sin alteruter conjugum obierit, superstiti pœnitentia gravis manet.

24 *Basilii Magni.*

Vidua sexagenaria, si nupserit, veniam non impetret. Quæ vero annos sexaginta necdum attigit, veniam meretur.

41 *ejusdem.*

Accusari vidua nequit, si cum alio cohabitaverit.

53 *ejusdem.*

Serva vidua fortasse non multum deliquerit, si secundas nuptias contraxerit per speciem raptus.

11 *Ancyranæ.*

Quæ propter exercitationem religiosam, hominum opinione, virilem vestem sumit, anathema sit.

12 *ejusdem.*

Similiter et quæ maritum deserit, matrimonium abominans.

13 *ejusdem.*

Et quæ liberos deserit, continentiæ prætextu.

15 *ejusdem.*

Quæ propter divinum, hominum opinione, cultum comas tondent, anathema sint.

11 *S. Gregorii miraculorum effectoris.*

Mulieres, quarum a Barbaris vitiata corpora sunt, culpa carent, nisi fortassis etiam ante captivitatem cognitæ fuerint.

τὰ ἔθιμα αὐτῆς, ἐν τῷ εἴκῳ αὐτῆς κοινωνήσει. Εἰς δὲ τὴν ἐκκλησίαν οὐ μὴ εἰσέλθῃ, ἕως οὗ καθαρισθῇ.

Ὁ β' τῆς ἐν Καισαρείᾳ.

Ἡ δυσὶν ἀδελφοῖς γαμηθεῖσα διὰ βίου ἐξωθείσθω. Ἀποθνήσκουσα δέ, εἰ ὑπισχνοῖτο λύσειν τὸν γάμον ὑγιάνασα, εἰς μετάνοιαν ἀγέσθω. Εἰ δὲ τῶν συνοίκων ὁ εἷς τελευτήσει, τῷ μείναντι δυσχερὴς ἡ μετάνοια.

Ὁ κδ' τοῦ Μεγάλου Βασιλείου.

Ἑξηκοντούτης χήρα, εἰ γήμοι, ἀσύγγνωστος· ἡ μέντοι πρὸ τῶν ἑξήκοντα χρόνων, συγγνωστέα.

Ὁ μα' τούτου.

Ἀνέγκλητος ἡ χήρα, ἑτέρῳ συνοικήσασα.

Ὁ νγ' τούτου.

Ἡ χήρα δοῦλη τάχα οὐ μέγα ἥμαρτεν, ἑλομένη δεύτερον γάμον ἐν ἁρπαγῆς σχήματι.

Ὁ ια' τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ.

Ἡ διὰ νομιζομένην ἄσκησιν ἀνδρῷον ἀναλαμβάνουσα ἀμφίασμα, εἴη ἀνάθεμα.

Ὁ ιβ' ταύτης.

Ὡ σαύτως καὶ ἡ τὸν ἄνδρα καταλιμπάνουσα, τὸν γάμον βδελυσσομένη.

Ὁ ιγ' ταύτης.

Καὶ ἡ τὰ τέκνα καταλιμπάνουσα, εὐλαβείας προφάσει.

Ὁ ιε' ταύτης.

Αἱ διὰ νομιζομένην θεοσέβειαν τὰς κόμας ἀποκειρόμεναι, ἀνάθεμα.

Ὁ β' τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ.

Αἱ παρὰ τῶν βαρβάρων ὑβρισθεῖσαι τὸ σῶμα γυναῖκες, ἀνεύθυνοι, εἰ μή που καὶ πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας εἶεν κατεγνωσμέναι.

ANNO DOMINI MCCCXLV.

MACARIUS CHRYSOCEPHALUS

PHILADELPHIENSIS METROPOLITA.

NOTITIA

(Fabric. Harles, *Bibliotheca Græca*, tom. XI, p. 595; tom. VIII, p. 675.)

Macarius Chrysocephalus, Philadelphiæ archiepiscopus, fortasse idem cum Macario Philadelphiæ circa annum 1350, de quo Cantacuzenus, IV, 37, pag. 859. Diversus a Joanne Chrysocephalo, de quo meminit Syropulus in *Hist. concilii Florentini*, sect. IV, cap. 29, et Joanne Chrysocephalo Holobolo, hypomnematographo, et Ecclesiæ CP. diacono, a quo scriptum sæculo XV codicem, in quo Catena Nicetæ

in Lucam continetur, in bibl. Coisliniana asservari refert Montfauconus, pag. 231, nec non a Matthæo Chrysocephalo, de quo dixi volum. VIII, pag. 685, quemadmodum et de Macarii Chrysocephali Catenis Patrum ineditis in Genesin, Matthæum, [*ibid.* p. 645, et 675 seq. 677 seq.] et ea Lucæ, quorum Matthæus non meminit, fusius tradidi *ibid.* pag. 679 seq [ubi v. not. *n*]. Præterea scripsit brevem, sed accuratam expositionem in Canones apostolorum et conciliorum, quam dum Chii moraretur, se legisse testatur Allatius contra Creyghtonum, pag. 680. [Idem scripsit Florilegium. V. supra ad vol. IX, p. 759, et in cod. Marc. bibl. 452. HARL.] Exstant quoque variæ ejus Homiliæ adhuc ineditæ in bibl. cardinalis Columnæ, et Romæ in collegiis Græcorum : plerasque etiam habuit Gerasimus Blachus et Allatius, qui et laudato adversus Creyghtonum loco et libro de Simeonibus illarum meminit (1). Harum notitiam apponam ex codice Coisliniano, quem recenset Montfauconus, pag. 180 seq.

1. *In novem ordines angelorum et in S. Michaelem* ; caret initio. In 14 capita distributus est. Initium sic profertur a Leone Allatio : Ἀρίστη μὲν καὶ ἡ τῶν ὁρωμένων εὐπρέπεια.

2. Fol 19. *In principes angelorum Michaelem et Gabrielem.* Init. Ἤδη μοι τῷ πρὸς τοὺς οὐρανίους. In 15 capita divisus est.

3. Fol. 40. *In Hypapanten.* Initium : Φαιδρὰ τῆς ἑορτῆς τὰ προπύλαια καὶ φρικτά.

4. Fol. 50. *In festum* τῆς Ὀρθοδοξίας. Init. Τίς ὁ ἦχος τῶν ἑορταζόντων.

5. Fol. 66 verso : *In tertiam jejuniorum Dominicam, in qua fit adoratio crucis.* Init. Μεγάλη μὲν ἡ παροῦσα ἡμέρα καὶ περιφ.

6. Fol. 80 verso : *In Ramos Palmarum.* Init. Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών · κήρυττε.

7. Fol. 93. *In S. Joannem apostolum et theologum, ejusque theologiam.* Init. Ἀποστολικὴν ἐπιδημίαν εὐφημῆσαι προθέμενος.

8. Fol. 104 verso : *In natale sancti Joannis Baptistæ.* Init. Ἰωάννῃ τῇ φωνῇ τοῦ Λόγου τοῦ; Λόγου; ἀνατίθημι.

9. Fol. 120. *In decollationem S. Joannis Baptistæ.* Init. Πάλιν Ἰωάννης; ὁ μέγας; ἡ πρόδρομος τοῦ λόγου φωνή.

10. Fol. 139. *In Exaltationem Sanctæ Crucis.* Init. Ἐμοὶ μὲν τὸ χαριέστατον ἁπάντων, καὶ μάλιστα. Editus a Gretsero tom. II *De cruce*, pag. 1289.

11. Fol. 151, verso. *In Transfigurationem Domini nostri Jesu Christi.* Init. Θεὸς Κύριος ἐπ' ὄρους ἐπέφανεν.

12. Fol. 173, verso. Joan. Chrysost. *In Annuntiationem Deiparæ.* Init. Πάλιν χαρᾷ; εὐαγγέλια. Πάλιν ἐλευθ. Hactenus Macarii Chrysocephali Sermones in codice Coisliniano. Postremus vero Chrysostomi fertur. Tres alios memorat Allatius :

In gloriosam Christi Resurrectionem. Incipit : Χαρᾷ; ὑπόθεσις ἡ παροῦσα πανήνυρις.

In mulieres unguenta ferentes et in Joseph ab Arimathia, deque Dominica resurrectione, et futura per eam universi hominum generis suscitatione. Incipit : Τῆς παρούσης ἡμέρας τὰ εὐαγγέλια.

In Ascensionem Domini Deique nostri Jesu Christi. Incipit : Μεγάλη τῆς ἡμέρας ἡ δύναμις.

Fabricius iterum in tomo VIII, p. 675.

Macarius, incertum, an sæculi XIV scriptor, Philadelphiæ metropolita, a studio Catenas e scriptis SS. Patrum connectendi et χρυσᾶ κεφάλαια ex illis excerpendi colligendique CHRYSOCEPHALUS appellatus, præter Catenam in Genesin, quæ nescio an adhuc superest, nisi forte hæc sit Catena illa in Genesin ms. quam in bibl. Cæsarea exstare supra, § IV, p. 736 [ed. vet.] adnotavi, composuit Catenam in Matthæum, divisam in tomos III, λόγους LX. Ex his tomus I, λόγους XX complexus superest in codice CLXVI Barocciano, exarato an. Chr. 1345. Inscribitur : Ἐξήγησις εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον Εὐαγγέλιον, συλλεγεῖσα καὶ συντεθεῖσα κεφαλαιωδῶς παρὰ Μακαρίου Μητροπολίτου Φιλαδελφείας τοῦ Χρυσοκεφάλου, ἥτις καὶ χρυσᾶ κεφάλαια ὠνόμασται, διά τε τὴν τιμίαν καὶ διαλάμπουσαν τῶν ἐν τοῖς κεφαλαίοις θεωρουμένων ἔννοιαν, καὶ διὰ τὴν τοῦ συγγραφαμένου ἐπίκλησιν.

Πολλῶν πόνων ἔρανον ἠκριβωμένος
Τὰ πάντα δ' ὡς χρὴ καὶ καλῶς ἐσκεμμένα.
Οὐδὲν περιττὸν οὐδὲ λεῖπον ἐνθάδε
Μακάριος συνῆψε Φιλαδελφείας (2).

Jo. Christophorus Wolfius, qui illum codicem Barocciannum evolvit, et accuratiorem illius notitiam nobis tradidit, testatur, scriptores, quorum expositiones ac symbolæ in hac Catena afferuntur, præter

(1) Supra in vol. X, in Sanctorum Elogiis et Vitis passim citatæ sunt Macarii Chrysocephali homiliæ, et, quæ in bibl. Coislin. indicantur, est adnotatum, e. g. p. 199 bis, p. 237, 241, 243, 247, 251 bis, 254 fin. 256, 259, 260 et 302. Add. infra, vol. XIII, p. 788. — Sec. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 185 D, Romæ in cod. Ottobon. Ejusd. Oratt. de diversis, p. 187 B in cod. Bibl. Ejusdem Collectio expositionum in Evangelia. — Ib. p. 501 C, et p. 528 A, Mediolani, in bibl. Ambros. ejusd. homiliæ 106. Item in Exaltationem S. Crucis, ex bibl. cardinalis Columnæ; iterum, homiliæ. — Conf. Cavei diss. 1, ad *Hist. litt. SS. Eccl.* II, p. 12 seq. in primis Oudin. *Comm. de SS. Eccl.* III, p. 606 sqq. ad ann. Chr 1290. HARL.

(2) Conf. Matthæi Præf. ad Euthymii Zigabeni Comm. in SS. Evangelia, tom. I, p. 8, sq. de illis versibus. Ib.

Macarium ipsum, esse Africanum, Alexandrum, Anonymum, Basilium, Clementem Alex., Jo. Climacum, Cosmam, Cyrillum, Chrysostomum, Dorotheum, Epiphanium, Eusebium, Gregorium Naz. et Nyssenum, Joannem Geometram, Isidorum, Marcum (archiepiscopum forte Alex. sæculo XIII ineunte, qui etiam in Catena Corderiana ad Lucam citatur), Maximum, Metaphrastem, Nilum, Origenem, Philochorum, Severum, Titum Bostrensem, et Victorem Antiochenum, « ac binos, inquit, alios, quorum nomina per litterarum compendium insolens nec facile obvium, rarius expressa erant. » Frequentissime in hoc opere advocantur in partes Chrysostomus, Gregorius uterque et Titus. (FABR.) Conf. infra, vol. X, p. 797 seq. et cel. Villoison in *Anecd. Gr.* tom. II, pag. 5 sqq. de Macarii nomine et ætate, diversa variorum doctor. judicia affert. In primis huc pertinent ea quæ de Oudini ac Millii Usseriique sententia refert. Jo. enim Millius, in Prolegg. p. 130, col. 1, et pag. 158, col. 2. ad edit. N. T. Oxon. 1707. opinabatur, Chrysocephalum floruisse aut scripsisse a. Chr. 995, ex fide cod. Oxoniens. 156 in quo inest ipsius *Catenæ in S. Matthæum pars* I, quam ann. 995, vel ab ipso auctore, vel a librario scriptam arbitrabatur; sed refutatus est ab Usserio cap. 18 Prolegom. ad edit. Epist. S. Ignatii, cum hæc ipsa Catenæ in Matthæum pars prima, in hoc ipso codice finita, notetur mensis Decembr. d. 22, an. 6853, feria quarta, h. e. a. Chr. 1345. Ejusdem Millii opinionem explodit Oudin. *De scriptor. eccl.* tom. III, p. 607, ubi vitam scriptaque Macarii Chrysocephali persequitur, ejusque ætatem a. circ. 1290 asserit. Tum Villoison pluribus examinat refellitque opinionem Le Quien in *Oriente Christiano*, tom. I, pag 872 sq. et amplectitur sententiam nostri Fabricii, Macarium Chrysoceph. vixisse sæculo decimo quarto; denique diligenter eruditeque recenset Macarii Chrysoceph. Ῥοδωνιὰν in cod. Venet. Marc. et multa ex illa vel notat vel primus publicavit illustravitque. Ætas ejus cognosci potest ex cod. Vindob. Cæsar. 266 n. 15, ubi est tomus condemnationis sectatorum Barlaami Calabri et Gregorii Acyndini, a synodo CPolitana in palatio Blachernensi habita, compositus et editus ann. mundi secundum vulgarem Ecclesiæ CP. supputationem 6859, f. ann. Christi 1351, atque Callisti, patriarchæ CP. aliorumque multorum metropolitarum, ipsorumque imperatorum, Jo. Cantacuzeni et Jo. Palæologi subscriptionibus confirmatus. Inter metropolitas igitur subscriptores nominatur ὁ Μητροπολίτης Φιδαδελφείας, ὑπέρτιμος καὶ ἔξαρχος πάσης Λυδίας, καὶ καθολὸς χριτὴς τῶν Ῥωμαίων, *Μακάριος*. V. Lambec. Comm. V, p. 420 sqq. HARL.

Ut appareat, quam diversam ab aliis veterum recentiumque κεφαλαίοις evangelistæ Matthæi, distinctionem secutus Macarius fuerit, titulos λόγων viginti, non ultra capitis octavi primos quatuor versiculos progredientium, e catalogo mss. Angliæ tom. I, n. 156, adscribam (1).

Λόγος α'. Τὰ προλεγόμενα περιέχει τὰς τῶν Εὐαγγελίων ὑποθέσεις.
β'. Περὶ τῆς γενεαλογίας τοῦ Χριστοῦ.
γ'. Τὴν Χριστοῦ γέννησιν καὶ τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Ἰωσὴφ περιέχει.
δ'. Ἡ τῶν Μάγων προσκύνησις καὶ δωροφορία.
ε'. Ὁ χρηματισμὸς τοῦ Ἰωσὴφ, καὶ εἰς Αἴγυπτον φυγὴ τοῦ Χριστοῦ.
ς'. Ἡρῴδου παιδοκτονία, καὶ ἡ Χριστοῦ ἐξ Αἰγύπτου ἐπάνοδος.
ζ'. Περὶ Ἰωάννου, καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν κηρύγματος καὶ βαπτίσματος.
η'. Ἡ Χριστοῦ βάπτισις.
θ'. Πειρασμὸς Χριστοῦ καὶ νίκη κατὰ τοῦ διαβόλου.
ι'. Ἀναχώρησις εἰς Γαλιλαίαν καὶ κατοικία εἰς Καπερναούμ.
ια'. Πρόσκλησις Ἀνδρέου καὶ Πέτρου καὶ τῶν υἱῶν τοῦ Ζεβεδαίου.
ιβ'. Οἱ μακαρισμοί.
ιγ'. Διδασκαλία ἁπλοτέρα τῆς νομικῆς πολιτείας.
ιδ'. Περὶ ἀοργησίας καὶ εὐφροσύνης, καὶ περὶ τοῦ μηδ' ὅλως ὀμνύειν.
ιε'. Περὶ τοῦ ἀγαπᾶν τοὺς ἐχθρούς.
ις'. Περὶ ἐλεημοσύνης, καὶ προσευχῆς, καὶ νηστείας.
ιζ'. Περὶ ἀκτημοσύνης, καὶ τοῦ ἐν οὐρανῷ θησαυρίζειν.
ιη'. Περὶ τοῦ μὴ κρίνειν, καὶ τοῦ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ αἰτεῖν μετὰ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας.
ιθ'. Περὶ τῶν ψευδοπροφητῶν.
κ'. Ἴασις τοῦ λεπροῦ.

Similis Catena ejusdem Macarii in Lucam, sive in loca Lucæ, quibus gemina non habet Matthæus, in 24 divisa libros, atque ideo magni alphabeti nomine ab auctore nuncupata, exstat in codice Barocciano 161 (2) : Εὐαγγελικῶν διάνοιαν ῥημάτων Χρυσοκέφαλος συντίθησιν ἐνθάδε ταπεινὸς Μακάριος

(1) De diversitate codd. in Matthæi Evangelio, vel κεφαλαίων notatione et τίτλοις instructorum, vel quorum sectiones sub majusculis sive minusculis litteris alphabeti indicantur, et de numerandis Matthæi capitibus docte egerunt Griesbach, theologus Ienensis cel. in prog. Ἐπίμετρον ad Commentarium criticum in Græcum Matthæi textum. Jenæ 1801, 4, et Gabler, theologus Altdorf. cel. in *Journal für theologische Litteratur*, tom. II, part. I, Norimbergæ, 1801, n. 1; *Hat die Ebnerische Handschrift des N. T. das erste Kapitel Matthæi, oder nicht?* (prius adfirmatur probaturque) pag. 1 sqq. (HARL.)

(2) Secundum catal. codd. Angliæ, etc., tom. I. pag. 30, est illa in cod. Barocc. 211. Similis Macarii Chrysoc. catena est in cod. *Taurinensi* CI, atque confector catal. codd. Cr. Taur, quia Fabricius h. l. partem procœmii tantum edidit prætermisso ejus initio, usus (ut ille ait) fortasse codice mutilo, vel ea duntaxat excerpere volens, quæ operis rationem ostenderent, omissa a Fabricio supplevit ex cod. Taurinensi (in quo multa est lectionis varietas notatu digna), et integram subjecit præfationem cum versione Lat. pag. 188 sq. Quod vero catalogus ille haud frequens est, retinui h. l. id quod Fabricius dederat. — Vindobonæ, in Bibl. Cæsar.

Φιλαδελφείας, ὁ οἰκέτης τῆς μακαρίας Τριάδος. Auctores, ex quibus Catena contexta, iidem fere, ex quibus illa in Matthæum; præ cæteris frequentes afferuntur symbolæ Antipatri Bostrensis, Anastasii, Basilii, Cyrilli, Eusebii, Joannis Chrysostomi, Gregorii Nazianzeni et Nysseni, Severi Antiocheni, Titi Bostrensis et Victoris Antiocheni. Laudantur etiam Ambrosius, Asterius, Basilius Seleuc., Cassianus, Clemens Alex., Climacus, Cosmas, monachus Damascenus, Dionysius Areopag., Dorotheus Elias Cretensis, Ephraim, Epiphanius, Evagrius, Gregorius Thaumaturgus, Hippolytus, Ignatius, Irenæus, Justinus, Leo imp., tomo synodico, Maximus, Nicetas, Nilus, Origenes, Philanthropenus, Psellus, Theophylactus, et semel in limine operis Manuel Grammaticus, ubi variæ significationes vocabuli λόγος ex eo afferuntur. Plures sæculo XIV fuere Manueles Grammatici, ut Manuel Moschopulus, et Manuel Chrysoloras, de quibus supra [vol. VI, p. 322 sqq. § 4 et 5].

Hoc magnum in Lucam Macarii Alphabetum laudat etiam atque usque ad litteram *d* legisse se testatur Allatius, de Psellis, p. 39, et adversus Creyghtonum pag. 682. Incipit : Ἐμοὶ κόσμος καὶ πλοῦτος καὶ πρὸς τούτων ζωὴ καὶ τρυφή. Ejus *precatio adversus Barbarorum incursus* exstat Græce et Latine in Græcorum Euchologio, pag. 817, edit. Goari. *Sermo in exaltationem crucis*, sed extrema parte mutilus, apud Gretserum, *De cruce*, pag. 1289. Alias ejus tredecim homilias, quæ ms. fuere apud Gerasimum Blachum atque Allatium, et in bibl. cardinalis Columnæ et Romæ in collegio Græcorum, recenset Guil. Caveus in *Diss. de scriptoribus dubiis*, qui non audet Macarium Chrysocephalum eumdem statuere cum Macario, Philadelphiensi episcopo, qui ann. Chr. 1354 a Joanne Cantacuzeno commendatus est ad patriarchatum Cp. quem Philotheus deinde obtinuit. Quanquam vero non plane certum illud sit, veri tamen esse simillimum libenter profiteor. Quemadmodum et Chrysocephalum nomen esse non tam a studio χρυσᾶ κεφάλαια colligendi inditum, quam gentilitium (1), persuadet, quod Joannis Chrysocephali mentio occurrit in Syropuli *Historia concilii Florentini*, sect. 4, c. 29, et Matthæi Chrysocephali Carmina iambica in orationem sepulcralem Manuelis (Palæologi) imp., de Theodoro, fratre, memorat Allatius contra Creyghtonum, p. 684, afferens etiam hos ejusdem versus binos, quorum singuli universas Alphabeti Græci litteras complectuntur.

Δηδεὶς πτεροῖς ἐκλαγξε βομβώδη ψόφον
Ἀβροχίτων δ' ὁ φύλαξ θηρολυγοκαμψιμέτωπος.

cod. 42 Catena in Evang. Lucæ ex multis scriptoribus collecta eccles., quos enumerat Lambec. Comm. 3, pag. 165 sqq., et Catenam illam dignissimam profecto esse judicat, quæ secundum id mss. exemplar sine ulla interpolatione edatur Græce. Sed paulo post iterum de illo cod. dicendum est.

(1) Conf. Villoison, l. c., pag. 57 not. l. Harl.

ΜΑΚΑΡΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑΣ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΚΕΦΑΛΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΥΨΩΣΙΝ

ΤΟΥ ΤΙΜΙΟΥ ΚΑΙ ΖΩΟΠΟΙΟΥ ΣΤΑΥΡΟΥ.

—

MACARII CHRYSOCEPHALI

PHILADELPHIENSIS, METROPOLITÆ

ORATIO IN EXALTATIONEM VENERANDÆ ET VIVIFICÆ CRUCIS.

(Opp. Gretseri t. II, p. 149.)

—

Ἐμοὶ μὲν τὸ χαριέστατον ἁπάντων, καὶ μάλιστα Α καθηδύνον μου τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις ἡ τοῦ Κυ-

Nihil mihi ex omnibus rebus jucundius accidit, neque quod intimos animi mei recessus magis

oblectet, quam gloria Domini mei, universorum Gubernatoris et Salvatoris Christi. At hæc alia non est, quam Crux omni veneratione dignissima totiusque mundi singulare ornamentum. Hanc cum exaltari conspicor, exaltor simul et ego mente, orationibusque crucis laudes enarrantibus gaudere solitus, vos quoque gaudii hujus et canticorum jucunditatis participes habere exopto. Adeste igitur et accurrite omnes qui habitatis orbem, et ex Psalmi monitis, manibus plaudentes, spiritu mentes extollite, hymnumque victricem decantate, et ex beneficio canticum efficite, et sublata lætitiæ voce, *Annuntiate usque ad extremum terræ*[1], et a finibus orbis audiatur exsultatio, et salutare Dei admirandis operibus plenum. Etenim me magnitudo mysterii, præsentisque celebritatis virtus in oblivionem meæ imbecillitatis adducunt, crucisque laudes decantare, ipsamque mortem a Domino pro me oppetitam (quoad vires patiuntur) extollere, et vitalem resurrectionem, quæ gloriam nobis peperit, universitatis hujus terminis nuntiare cohortantur. Nam gloria generis nostri, gloria Christi est, servarique per crucem merito crucis beneficium prædicamus.

Optarem quidem, statim sub exordium orationis, angelicam mihi donari linguam, vocemque humana superiorem et excellentiorem, et quæ vim per terras et maria penetrandi haberet, quæque cunctos mortales præconio altisono, et ad omnes manante, ad anniversariam diei hujus festivitatem convocaret, ut cum magnitudine gaudii æquaretur etiam lætantium conventus, a finibus terræ collectus, et ex omnis conditionis hominibus constitutus : ut hac ratione quasi tuba quadam omnibus hujus solemnitatis caput et summam significarem, et perspicue declararem; tuba, inquam, non ex ære fusa et artificiose confecta, sed aurea illa et spirituali, quæ maximo suo ornamento et immortalem sinceritatem, et omnimodam incorruptionem habet.

Cum vero duo sint, quæ et vocem et orationem meam a proposito et incepto abducere moliantur, animi infirmitas, et in tam varias mundi plagas gentium diffusio, etiam atque etiam oro, ut ad utrumque amoliendum opem mihi feratis, ut illam quidem precibus vestris corroboretis, hanc autem frequentia, densoque accursu vestro, et alacritate ad audiendum, compensetis; sic enim fortassis propositam materiam propius attingere, et orationis, ob communem totius orbis celebritatem institutæ, metam assequi licebit. Exaltatur ergo adorationis causa veneranda Domini crux; at interim prostat in argumentum dicendi, simulque astat multitudo timentium Dominum, populi, tribus, et linguæ a finibus terrarum exclæ, videndi simul et audiendi causa. Nec est, qui laudationem mirandis rebus parem allaturus sit. Quis enim eloqui possit *potentias Domini, et auditas facere omnes laudatio-*

[1] Act. xiii, 47.

A ρίου μου δόξα καθέστηκε τοῦ πάντων Θεοῦ καὶ Σωτῆρος Χριστοῦ. Αὕτη δέ ἐστιν ὁ πανσεβάσμιος σταυρὸς, ἡ παγκόσμος εὐπρέπεια. Καὶ τοῦτον νῦν ὑψούμενον βλέπων, συνυψοῦμαι τῇ διανοίᾳ, καὶ χαίρων τοῖς περὶ αὐτοῦ λόγοις, κοινωνοὺς ὑμᾶς ἔχειν ἀξιῶ τῆς φαιδρότητος, καὶ τῆς τῶν ἀσμάτων φιλοτιμίας. Συνδράμετε δὲ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην, καὶ ψαλμικῶς τὰς χεῖρας κροτήσαντες, πνευματικῶς τὰς φρένας ὑψώσατε, καὶ ἐπινίκιον ὕμνον ἀναπράξατε μελῴδημα τὸ εὐεργέτημα ποιησάμενοι, καὶ φωνὴν εὐφροσύνης ἐξηχήσαντες· *Ἀναγγείλατε ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς*, καὶ ἀκουστὸν γενέσθω τοῖς πέρασι ἀγαλλίαμα, τὸ τοῦ Θεοῦ σωτήριον τερατούργημα. Κἀμὲ γὰρ τοῦ μυστηρίου τὸ μέγεθος, καὶ τῆς ἡμέρας ἡ δύναμις ἐπιλαθέσθαι τῆς ἀσθενείας προτρέπεται, καὶ τοῦ σταυροῦ τὴν εὐφημίαν κροτῆσαι, αὐτὸν δὲ τὸν δι' ἐμὲ τοῦ Δεσπότου θάνατον, ὡς δυνατὸν ἐξυμνῆσαι, καὶ τὴν ζωηφόρον ἀνάστασιν καταγγεῖλαι τοῖς πέρασι, δι' ἧς ἐδοξάσθημεν. Δόξα γὰρ τοῦ γένους ἡμῶν ἡ τοῦ Χριστοῦ γέγονε δόξα, καὶ σεσωσμένοι διὰ σταυροῦ, καὶ τὴν εὐεργεσίαν ἀναχηρύττομεν.

Ἐβουλόμην γοῦν ἀρχόμενος τοῦ λόγου, καὶ γλῶτταν εὐθὺς ἀγγελικὴν λαβεῖν, καὶ φωνὴν εἰληφέναι φύσεως ἀνθρωπίνης κρείττονα, καὶ διὰ πάσης δυναμένην γῆς καὶ θαλάσσης ἀφικνεῖσθαι, καὶ πάντας ἀνθρώπους ἐν ὑψηλῷ καλέσαι καὶ διαπρυσίῳ κηρύγματι πρὸς τὴν ἐτήσιον ταύτην τῆς ἑορτῆς τελετὴν, ἵνα τῷ τῆς χαρᾶς μεγέθει συνεπεκτείνηταί μοι καὶ τῶν εὐφραινομένων ὁ σύλλογος ἐκ περάτων γῆς· καὶ παντὸς γένους ἀνθρώπων συνεστηκὼς, καὶ οὕτως ὡς διὰ σάλπιγγος ἠχῆσαι μέγα καὶ διατρανῶσαι πᾶσι τῆς πανηγύρεως τὸ κεφάλαιον, σάλπιγγος οὐ χαλκοστόμου τινὸς καὶ τεχνικῆς, ἀλλὰ τῆς παγχρύσου καὶ πνευματικῆς, ἥτις μετὰ τῆς καλλίστης εὐπρεπείας καὶ τὸ ἀκήρατον ἔχει, καὶ ὅλως ἀδιάφθορον.

Δυοῖν δὲ ὄντων, ἅπερ μοι συνέχοντα μετὰ τῆς φωνῆς καὶ τὸν λόγον ἀπάγειν ἐθέλει τοῦ πράγματος, καὶ τῆς ἐγχειρήσεως ἀπείργειν τὴν ἔφεσιν, ψυχικῆς ἀτονίας καὶ μήκους ἐθνῶν διασπορᾶς, πρὸς ἀμφότερα βοηθῆσαί μοι διανάστητε νῦν ὑμεῖς, καὶ τὴν μὲν ἐπιῤῥώσατε ταῖς εὐχαῖς, τὴν δὲ σπουδῇ συμπληρώσατε, προστρέχοντες ἀσμένως ἐπὶ τὸ κήρυγμα, καὶ προθυμότερον τῆς ἀκροάσεως ἁψαμένοι· οὕτως ἂν ἴσως καὶ δυναίμην ἐγγὺς που τῆς προθέσεως ἐλθεῖν, καὶ τὸν λόγον κατὰ σκοπὸν συμπερᾶναι τῆς οἰκουμενικῆς πανηγύρεως. Καὶ τοῦν ὑψοῦται μὲν εἰς προσκύνησιν ὁ τίμιος τοῦ Δεσπότου σταυρὸς, πρόκειται δὲ εἰς ἐξήγησιν, ὅπερ αὐτοῦ λόγος καὶ πληθὺς παρίστηκε τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον, λαοὶ, φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι ἐξ ἄκρων γῆς συνδιεραμηκότες εἰς τὴν πρόσβλεψιν ὁμοῦ καὶ ἀκρόασιν. Καὶ τῶν θαυμασίων ἀξίαν τὴν εὐφημίαν ὁ προσκομίσων ἐστὶν οὐδείς. Τίς γὰρ καὶ δυνήσεται

τὰς δυναστείας λαλῆσαι τοῦ Κυρίου, καὶ ἀκουστὰς ποιῆσαι πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ, ὅσας τε ἄνωθεν πεποίηκεν ἐξ ἡμερῶν ἀρχαίων, προτυπῶν τὴν σταυροῦ δόξαν, καὶ ὅσας ἐσύστερον δι' αὐτοῦ τεθαυματούργηκε καὶ μέχρι τοῦ νῦν οὐ διαλείπει τερατουργῶν, εἰς καύχημα τῶν ἠλπικότων ἐπ' αὐτὸν καὶ ἀσφάλειαν; Οὐκ ἔστιν ἀληθῶς, οὐκ ἔστιν οὐδὲ νῷ διαλαβεῖν, οὐδὲ παρακύψαι τῇ διανοίᾳ πρὸς τὰ κόσμῳ παντὶ μὴ χωρούμενα τοῦ Δεσπότου καὶ Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ διὰ σταυροῦ τελούμενα, εἰς αἰῶνας δὲ ὅλους καὶ αἰῶνας αἰώνων ἐνεργούμενά τε καὶ θαυμαζόμενα, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνην μόνον, ἀλλ' οὐδὲ ἀγγελικὴν, οἶμαι, καὶ ὑπερκόσμιον ἀρκέσαι δύναμιν πρὸς ὕμνον τῶν διὰ σταυροῦ τερατουργημάτων. Ἐπίσης γὰρ ἅμαχός τε τοῖς ἀντιπάλοις ἡ τούτων δύναμις, καὶ τοῖς οἰκείοις εἰς εὐφημίαν ἀνέφικτος, καὶ νικητὴς ὄντως ἀναδείκνυται δεξιὸς ἑκατέρων, τοὺς μὲν καταράσσων καὶ μόνῳ τῷ τυποῦσθαι, τῶν δὲ ἁπάντα λόγον ὑπερβαίνων τῷ εὐφημεῖσθαι.

Πλὴν ἀλλὰ καὶ γλῶσσαν ἁγιάζεσθαι τῷ περὶ σταυροῦ λέγειν βουλόμενος ἐγὼ, καὶ νοῦν φωτίζεσθαι τῷ συνεχῶς περὶ τούτου διανοεῖσθαι, τὰ πρὸ τῆς χάριτος, ὡς ἐν εἰκόνι τερατουργηθέντα τῆς τοῦ σταυροῦ δόξης θεωρεῖν προεθέμην, καὶ οὕτω τῆς ἡμῶν συνελεύσεως τὸν πόθον ἀποπληρῶσαι. Δεῖξαι γὰρ ὁ λόγος βούλεται, ὡς ἡ παροῦσα πανήγυρις, οὐ μόνον ὅτι ἐν κόσμῳ τελεῖται παντὶ, ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν ἀπ' αἰώνων καὶ εἰς αἰῶνας πρόνοιαν τοῦ Θεοῦ κηρύττει, παγκόσμιος ἔστι τε καὶ ὀνομάζεται. Τοὺς μὲν γὰρ ἀρχαίους οἱ τύποι τοῦ σταυροῦ διέσωζον, τοὺς δὲ μετὰ τὸ Χριστοῦ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν πάντας ἡμᾶς αὐτὸς διαλάμπων τῆς θείας ἀξιοῖ χάριτος, καὶ κοινός ἐστι καὶ παγκόσμιος ὁ σταυρὸς εὐεργέτης· κρατιστὴν γὰρ ἄνωθεν ἰσχὺν κεκτημένος, οὐ μόνον τυπούμενος νῦν, ἐν ἀληθείᾳ τοὺς ἐναντίους τροποῦται, ἀλλὰ καὶ πάλαι συμβολικῶς διαγραφόμενος, τὰ θαυμαστὰ ἐκεῖνα καὶ ἐξαίσια κατειργάζετο θαύματα. Καὶ θάλασσα μὲν τῇ πανσθενεῖ τούτου διετέμνετο ἐνεργείᾳ· ποταμὸς δὲ πελαγίζων εἰς αἷμα μετεβάλλετο, καὶ Αἴγυπτος διαφόροις πληγαῖς ἐμαστίζετο, καὶ ἔρημος ποικίλαις θεοσημείαις ἠγλαΐζετο, καὶ Μερρὰ ἐγλυκαίνετο, καὶ πέτρα πηγὰς ὑδάτων, ὡς ἐξ ἀβύσσου παρεῖχε, καὶ Ἀμαλὴκ κατεπολεμεῖτο, καὶ Φαραὼ κατεποντίζετο, καὶ ὄφεων ὀλέθρια δήγματα ἐθεραπεύετο, καὶ τἄλλα λαμπρῶς ἐτερατουργεῖτο θαυμάσια. Εἰ δὲ τῆς προτυπώσεως ἡ δήλωσις τοιαύτη, τῆς ἀληθείας ἡ φανέρωσις ὁποία;

nes ejus [1], quas fecit superioribus sæculis *a diebus antiquis* [2], adumbrans crucis gloriam, et quas posteriore tempore, ejusdem crucis virtute, non sine miraculis perpetravit; et ad hodiernum usque diem patrare non desinit, ut gloriandi et præsidii sibi pollicendi occasionem omnes illi habeant, qui in eum sperant? Certe neque animo comprehendere, neque cogitatione vel paululum intueri licet ea, quæ totus mundus non capit, miracula, a cruce Domini et Salvatoris nostri patrata; quæque in omnes sæculorum æternitates adhuc perficiuntur, et ab omnibus summa admiratione afficiuntur, et non humanam tantum, sed neque angelicam illam et cœlestem facultatem satis esse arbitror miraculis, virtute crucis perpetratis, digne celebrandis. Æque enim virtus ejus et hostibus insuperabilis est, et amicis omni laude major, vereque crux utrosque vincit, hos quidem vel sola sui efformatione conturbans, at vero illorum omnem orationem ad laudationem accommodatam transcendens.

Cæterum ego et lingnam de cruce disserendo sanctificare, mentemque assidua de cruce cogitatione illustrare volens, statui ea quæ ante gratiæ legem, tanquam in imagine de crucis gloria mirabiliter peracta sunt, ad contemplationem proponere, et hac ratione desiderio concursus vestri satisfacere. Propositum enim mihi est demonstrare, præsentem celebritatem, non modo quod in toto mundo agatur, sed quod etiam divinam in genus humanum providentiam ab omnibus sæculis ostendat, vere toti mundo communem et esse, et appellari. Nam priscos typi crucis conservabant; at post mortem et resurrectionem Domini, omnes nos illuminans divina perfundit gratia. Estque crux communis totiusque, qua patet orbis, benefactrix. Ingenii enim vi divinitus donata, non modo nunc cum veritate peracta effingitur, adversarios terga dare compellit; sed et olim per umbram quamdam efformata, mirabilia illa et stupenda facta perpetravit. Et mare quidem omnipotenti hujus efficacitate divisum est, fluviusque, qui maris instar habet, in sanguinem versus; et Ægyptus variis plagis afflicta est; et solitudo variis portentis, cœlitus editis, illustrata; et Marrha in dulcedinem versa; et petra fontes aquarum, quasi ex abysso, subministravit, et Amalec debellatus est, Pharao submersus, et perniciosi serpentum ictus sanati; et ad genus alia miracula splendide edita. Quod si umbræ et præsignificationis manifestatio tantæ virtutis exstitit, quantam efficacitatem ipsi veritati jam manifestatæ inesse oportet?

Ταύτῃ τοι καὶ κατ' ἐμαυτὸν ἀεὶ θαυμάζων ἐγὼ τὴν ὑπέρλαμπρον αὐτοῦ δόξαν, καὶ λόγοις νῦν ἐκδιηγεῖσθαι διανέστην, κοινωνούς τε τῆς εὐφροσύνης λαβεῖν ἐθέλων ὑμᾶς, καὶ συμμετόχους τῆς ἐκθειάσεως. Σπεύδω γοῦν ψυχῇ πάσῃ καὶ προθυμίᾳ πρὸς τὸ δόξαν ἐκδιηγεῖσθαι Θεοῦ, καὶ ταύτης τῇ μετουσίᾳ δο-

Quare illustrissimam ejus gloriam, semper apud animum meum admiratus, eamdem nunc quoque, ut verbis exsequar, exsurrexi, vobis lætitiæ sociis totiusque festivitatis consortibus ascitis. Propero igitur toto pectore animique promptitudine ad gloriam crucis Dominicæ enarrandam, eonorque ut

[1] Psal. cv, 2. [2] Thren. i, 7 et alibi.

communione ejus gloriam ejus assequar; afferoque fidem, quæ omnia postulata accipere solet; et abundantiore gaudio perfundor, cum oculos ad multitudinem et magnitudinem propositorum mirabilium converto. Suppetit enim mihi orationum plurimarum pulcherrimarumque, et huic solemnitati maxime accommodatarum copia, quarum aliæ jam pronuntiatæ sunt, aliæ posteris non inconvenienter pro argumento futuris temporibus relinqui possunt; nam ignis naturam disceptatio de cruce imitatur, omnibus absque sui imminutione sufficit, nec tamen deficit; nam a seipsa decorem et magnificentiam habet; quæ nihil aliud quam perpetua exsultatio, ut Isaias ait [a], et lætitia indeficiens generationum generationibus rite et convenienter a Domino concessa. Et quemadmodum si quis ad fontem illum perveniret, quem ab initio ex terra ascendere, ut faciem terræ irrigaret, Scriptura testatur [b]; si quis, inquam, ad hunc fontem perveniret, admiraretur quidem, ut par est, mirabilium immensitatem; nunquam autem totam aquæ copiam videre posset, etiamsi longam, spectandi gratia, ad scatebras moram traheret; semper enim fluenta intuebitur, nunquam autem fluentorum principium: ita etiam quod ad præconia crucis attinet, contingit; nam nonnulla eorum sunt quæ sermone panduntur, alia quæ cogitatione informantur, alia quæ apud pietate præstantes viros, quasi in ærario reposita sunt, quæ et nunc et post communem omnium resurrectionem, in sempiternum ævum in regno Dei admirationi erunt. Larga igitur gratia est, et opulentum donum; omnia immensa et supra ordinarium naturæ cursum; et quonam alio quam crucis argumento, ea quæ instant, digna sunt? Nec materia destituimur, cum de cruce dicendum. Illa nos potissimum inopia premit, quænam res priore loco expedienda sit, unaquaque prius nos ad sese haud sine gratia et lepore, invitante, imo et trahente, et ut suam admirabilitatem prius contemplemur, alliciente; ut proinde nobis eveniat, quod iis qui floriferis in saltibus, et in pratis omnium florum varietate picturatis versantur.

Porro cum hæc ita sese habeant, cumque ex ipsa copia ad inopiam redacti simus, id factu optimum arbitramur, ut temporis et miraculorum opportunitate utamur, altiusque eorum quæ priscis sæculis gesta sunt, explicationem repetamus, propositis iis quæ olim symbolice crucis gratiam adumbrabant, illatisque postea iis quæ a Domino gesta sunt, et inter se invicem collatis. Hac enim ratione dubitationem quæ exstitit, dissolvemus; neque aberrabimus, quo minus ea quæ sublimiora sunt, præponamus. Sed ea quæ primo dicta sunt, prima quidem erunt ordine propter tempus, neque dignitate ob explicationem nostram posteriora fient, licet ut typi et umbræ veritatis prima sint, simulque secundas tenere dicantur; a seipsis enim tantummodo vincuntur, quippe quæ in figura evenerint, et spirituali oculo intuenda sint. Nobilis autem in primis est typus ille crucis, qui ab ortu solis petitur. Ibi enim paradisus est, in quo et vitæ lignum, crucis figura, plantatum, quod mihi quidem, si mandata Dei ob-

A ξάζεσθαι, καὶ πίστιν εἰσφέρω τὴν πάντα πεφυκυῖαν λαμβάνειν τὰ αἰτούμενα, καὶ χαίρω μᾶλλον ἀφορῶν πρὸς τὸ πλῆθος ἅμα καὶ μέγεθος τῶν προκειμένων θαυμασίων. Ἔξεστι γάρ μοι λόγων οἰκείων τῇ πανηγύρει πλείστων τε καὶ μεγίστων ἐμπορῆσαι καὶ τούτων τοὺς μὲν εἰρηκέναι, τοὺς δὲ παραλεῖψαι εἰς φιλότιμον ὑπόθεσιν τοῖς μεθ' ἡμᾶς τηρουμένοις· κατὰ γὰρ τὴν πυρὸς φύσιν πολλοῖς ἐξαρχῶν ὁ περὶ σταυροῦ λόγος ἀμείωτος μένει, ὅλην παρ' ἑαυτῷ τὴν ἰδίαν ἔχων εὐπρέπειαν, ἥδ' ἔστιν ἀγαλλίαμα αἰώνιον, ὡς ἂν Ἡσαΐας φαίη, καὶ εὐφροσύνη ἀένναος, γενεαῖς γενεῶν ἀγαθοπρεπῶς παρὰ Κυρίου χορηγουμένη. Καὶ ὥσπερ εἴ τις ἐπὶ τὴν πηγὴν γένοιτο, ἣν ἀναβαίνειν ἐκ τῆς γῆς τὸ κατὰ ἀρχὰς εἶπεν ἡ Γραφὴ, καὶ τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ἐπικλύζειν, εἴ τις κατ' αὐτὴν ἔλθοι B ποτὲ, θαυμάσει μὲν τὸ τῶν θαυμάτων, ὡς εἰκὸς, ἄπειρον· ἰδεῖν δὲ αὐτῆς τὸ πᾶν ὕδωρ οὐδαμῶς δυνήσεται, κἂν ἐπὶ πολὺ τῇ θέᾳ προσμένῃ· ἀεὶ γὰρ τὸ ῥέον, οὐ μὴν δὲ τὸ βρύειν ἀρχόμενον ὄψεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἐγκωμίων τοῦ ζωοποιοῦ συμβαίνει σταυροῦ· τὰ μὲν γὰρ λέγεται τούτων, τὰ δὲ νοεῖται, τὰ δ' ἔστι παρ' αὐτῷ θείοις ἀνδράσι ταμιευόμενα, νῦν δὲ καὶ μετὰ τὴν κοινὴν ἡμῶν ἐξανάστασιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ δι' αἰῶνος θαυμάζεσθαι. Δαψιλὴς τοίνυν ἡ χάρις, πλουσία ἡ δωρεὰ, ἄπειρα καὶ ὑπερφυῆ πάντα, καὶ τίγε ἄλλου ἢ σταυροῦ ἄξια τὰ προκείμενα; Καὶ οὐκ ἀποροῦμεν, ὅτι χρὴ λέγειν περὶ σταυροῦ, ἀποροῦμεν δὲ τρόπον ἕτερον, οὗτινος χρὴ μνησθῆναι πρότερον, ἑκάστου πρὸς ἑαυτὸ χαριέντως ἡμᾶς ἑλκοντος, καὶ πρώτου θαυμάζεσθαι C πείθοντος, ὡς ἐν λειμῶνι πολυανθεῖ καὶ ποικίλῳ τῶν ἀνθέων τὰ κάλλιστά τε καὶ εὐωδέστατα.

Οὕτω δὴ ἔχοντες καὶ εἰς καινὴν ἀπορίαν ἐξ ὑπερβαλλούσης εὐπορίας ἐλθόντες, δεῖν ἔγνωμεν τοῖς καιροῖς μάλιστα τῶν ἀρίστων τούτων ἑξακολουθῆσαι θαυμασίων, καὶ ἄνωθεν ἀναλαβεῖν τῷ λόγῳ τῶν ἀρχαιοτέρων διήγησιν, τὰ συμβολικῶς τε πάλαι τὴν τοῦ σταυροῦ χάριν εἰκονίζοντα προτιθέμενοι, καὶ τὰ δεσποτικῶς ὕστερον ἐπιτελεσθέντα προσεπιφέροντες, καὶ συμβιβάζοντες ἅμφω πρὸς ἄλληλα· οὕτω γὰρ καὶ τὴν προσγενομένην ἀπορίαν διαλύσομεν, καὶ D περὶ τὴν τῶν ὑψηλοτέρων προτίμησιν οὐχ ἁμαρτήσομεν, ἀλλὰ τὰ πρότερα, προτέρως εἰρημένα, πρῶτα μὲν ἔσται τῇ τάξει διὰ τὸν χρόνον, οὐ δεύτερα δὲ τῇ ἀξίᾳ διὰ τὴν ἀφήγησιν, κἂν ὡς τύποι τῆς ἀληθείας καὶ πρῶτα τυγχάνῃ, καὶ δεύτερα χρηματίζῃ, ὑφ' ἑαυτῶν μόνον ἡττώμενα ὡς ἐν ἐκβάσει γεγονότα, καὶ πνευματικῶς θεωρούμενα. Καὶ τοίνυν εὐγενὴς οὗτός ἐστι, καὶ τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν· ἐκεῖ γὰρ ὁ παράδεισος, ἐν ᾧ καὶ τὸ προτυποῦν τὸν ζωηφόρον σταυρὸν ζωῆς ξύλον πεφύτευται, ὃ προέκειτο μὲν τετηρηκότι μοι τὴν ἐντολὴν εἰς μετουσίαν, ὡς ἔπαθλον,

[a] Isa. LXV, 18. [b] Gen. II, 6.

Ἵν' ὡς ἐκ τοῦ ἀβρώτου τέως τὴν εὔκλειαν, οὕτως ἐκ τούτου καὶ τὸ ἀεῖζωον λάβοιμι. Ἐπεὶ δὲ τοῦ ἀπηγορευμένου μετέσχον καρποῦ, καὶ τῆς τούτου γεύσεως ἐκωλύθην, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα τῆς τρυφῆς ἐξεβλήθην. Χριστὸς δὲ ἀθανασίας ξύλον μοι, καὶ δένδρον ζωῆς αἰωνίου παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων ὀφθεὶς ἐν παραδείσῳ νέῳ τῆς θείας Γραφῆς, καὶ ξύλῳ προσπαγεὶς τῷ τοῦ σταυροῦ δι' ἐμὲ, ὡς ζωῆς ἄρτος, ὡς βότρυς ἀθανασίας, οὐ τὸ εἶναι μόνον ἁπλῶς αὖθις ὅπερ ἀπώλεσα διὰ πεῖρας θανάτου καὶ σώματος διαφθορᾶς ἐδωρήσατο, ἀλλὰ τὸ εὖ εἶναι, καὶ τὸ εἰς ἀεὶ ζῆν φιλανθρώπως διὰ πίστεως ἐχαρίσατο.

servassem, propositum erat in communionem et præmium; ut quemadmodum ex ligno eo usque intacto, et a nemine degustato, gloriam capere licebat, sic ex hoc vitæ perpetuitatem decerperem. At simul atque vetito fructu me contaminavi, ab hoc itidem exclusus sum, summisque illis deliciis vel maxime hanc ob causam excidi. At vero Christus immortalitatis lignum, et arbor æternæ vitæ secus decursus aquarum plantata, cum in novo divinæ Scripturæ paradiso apparuisset, lignoque crucis propter me affixus fuisset, ut panis vitæ, et ut immortalitatis botrus, non solum concessit ut dignitatem, qua antea præditus eram, quamque morte et corruptione amiseram, recuperarem, sed etiam ut præclare perpetuo per fidem viverem, humanissime et liberalissime largitus est.

Παραπλησίως δὲ καὶ ἡ σωστικὴ τοῦ Νῶε κιβωτὸς τὸ κατὰ σταυρὸν εἰκόνιζε μέγα μυστήριον, ὁπηνίκα τὸ τοῦ κόσμου παντὸς φεύγουσα ναυάγιον, μικρὰ διέσωζε τοῦ γένους ἡμῶν σπέρματα, τὴν τοῦ δικαίου μόνην οἰκίαν, καὶ ἐν ὀκτὼ τοῖς πᾶσι λογικοῖς τὴν ἀνάστασιν Χριστοῦ προετύπου, ὀγδόην οὖσαν τὴν αὐτὴν, καὶ πρώτην, καὶ μίαν τὸ θαυμαστότερον· ὀγδόην διὰ τὰς προλαβούσας εἰς πρόκαιρον παλινζωΐαν· πρώτην διὰ τὰς ἐπακολουθούσας εἰς εὔκαιρον ἀειζωΐαν, καὶ μίαν διὰ τὸ ἐξαίρετον τῆς ἐγέρσεως ὅτι ἑαυτὸν ἐξανέστησε μόνος τῶν ἀπ' αἰῶνος ἢ εἰς αἰῶνας ἐγειρομένων. Ἔδει γὰρ κἀν τῇ ἀναστάσει τι ὑπὲρ ἡμᾶς ἔχειν, τὸν καὶ ἐν τῇ γεννήσει τοῦτον λαβόντα θεῖον τοῦ Δεσπότου ναὸν, καὶ διὰ τοῦτο μία ἡ τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασις, ὡς πανσθενῶς αὐτουργηθεῖσα, καὶ κατ' ἐξουσίαν ἰδίαν αὐτοῦ καὶ δύναμιν τελεσθεῖσα, τὸ τοῦ πάθους ὁμοῦ καὶ τὸ τοῦ θανάτου ἑκούσιον μιμουμένη, ὥσπερ ἔζητα καὶ ἔλεγε περὶ μὲν τοῦ πάθους τῷ δικάζοντι· *Οὐκ εἶχες ἐξουσίαν οὐδὲ μίαν κατ' ἐμοῦ, εἰ μή σοι ἦν δεδομένη ἄνωθεν.* Περὶ δὲ τοῦ θανάτου, καὶ ἀναστάσεως· *Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν.* Ἀλλὰ τῇ μιᾷ ταύτῃ καὶ ὑπερφυεῖ ἑκάτερα συναριθμεῖται τά τε παλαιὰ καὶ τὰ νέα, ἵν' ἀμφότερα τιμηθῇ, καὶ τὰ μὲν ὡς τύποι τῆς ἀληθείας, τὰ δὲ, ὡς εἰκόνες τοῦ ἀρχετύπου δοξασθῇ. Διὸ καὶ πρώτη γίνεται, καὶ ὀγδόη γνωρίζεται, οὐχ ὀγδόη δὲ μόνον ἡ τριήμερος τοῦ Κυρίου ἀνάστασις, ἀλλὰ καὶ ἐν ὀγδόῃ γέγονεν ἡμέρᾳ, τῇ πρώτῃ ταύτῃ τῶν ἡμερῶν, καὶ μιᾷ τῶν Σαββάτων, ἵν' ὥσπερ πάντων ἀνθρώπων ἐπραγματεύθη τῶν ἐν χρονικῷ διαστήματι, τοῦτο γὰρ τὸ τριήμερον βούλεται, οὕτω καὶ τὸν μέλλοντα διαγράψῃ σαφῶς αἰῶνα μετὰ τὴν ἐνταῦθα ἑβδοματικὴν τοῦ χρόνου περίοδον, ἀναφαινόμενον, καὶ εἰς μίαν ἀνέσπερον ἐπεκτεινόμενον ἡμέραν καθ' ἣν ἀναστήσεται πᾶν τὸ πλάσμα, τὸ μὲν *εἰς ζωῆς*, τὸ δὲ *εἰς κρίσεως ἐξανάστασιν*, ἀλλ' ἡ μὲν κιβωτὸς οὕτω τὸν σταυρὸν καὶ τὴν δι' αὐτοῦ ἐγκόσμιον προδιετύπου σωτηρίαν.

Pari modo et arca illa, quæ Noe conservavit, crucis figuram gessit, quando totius mundi quasi naufragium et diluvium effugiens, exiguum generis humani semen salvum et incolume retinuit; familiam nimirum justi illius, et per octo ratione præditas animas resurrectionem Christi præsignificabat, quæ et ipsa octava est, et prima, et quod mirabilius, unica. Octava, propter illas quæ ad tempus factæ, in vitam restitutiones; prima, propter sequentes quæ ad sempiternam vitam adipiscendam peractæ sunt, et peragentur; una, propter singularem præstantiam excitationis, quia seipsum solus ex omnibus illis, qui ab omni sæculorum memoria resuscitati sunt, excitavit; oportebat enim ut et in resurrectione aliquid supra communem cursum et legem haberet ille, qui in ortu suo sanctum illud Domini templum sortitus fuerat; ea de causa unica est hæc Salvatoris resurrectio, tanquam omnipotenti virtute peracta, propriaque potestate et facultate patrata, quippe quæ et passionis simul et mortis voluntariam rationem imitaretur; quemadmodum et de passione sua dixit ad præsidem: *Non haberes ullam potestatem in me, nisi tibi data fuisset desuper* [1]. At de morte et resurrectione hæc prænuntiavit: *Potestatem habeo ponere animam meam, et potestatem habeo recipere eam* [2]. Cæterum uni huic et omnem naturam supergressæ utraque accensentur, tam vetera quam nova, ut utraque honorentur: hæc quidem, ut veritatis figuræ; illa autem, ut archetypi imagines. Ea de causa prima est, et octava appellatur. Neque solum octava est resurrectio Domini tertio die perfecta, sed et octavo die accidit: prima videlicet dierum, et una Sabbatorum, ut quemadmodum pro salute omnium hominum, qui temporis intervallo circumscribuntur, est suscepta (hoc enim triduanum spatium indicat), ita etiam perspicue futurum sæculum designet, quod post septenarium hunc temporis circuitum exsistet, et ad unum vesperæ expertem diem extendetur, quo omnis creatura resurget, partim in *resurrectionem vitæ*, partim *in resurrectionem judicii* [3]. Et arca quidem hunc in modum crucem, eamque, quæ per crucem omnibus obvenit, salutem præfigurabat.

[1] Joan. XIX, 11. [2] Joan. X, 18. [3] Joan. V, 29.

Cæterum Noe et vocabulo et moribus Salvatoris imago erat. Nam Christus vera justitia et requies per lignum crucis, ab eluvione, quæ sub intelligentiam cadit, et a peccatorum diluvio humanum genus præservavit, tuncque columba sub vesperam ad arcam revertit, germen olivæ afferens. At jam crux lignum misericordiæ et benignitatis nobis esse cœpit, quam commiseratione erga nos commotus, Emmanuel in fine sæculi suscepit. Nam hoc mihi illud, *ad vesperam*, insinuare videtur. Spiritus certe sanctus prædicans per os apostolorum crucis dispensationem, occultamque rationem, voluptates illas, quæ totum terrarum orbem occupaverunt, exsiccavit, et impietatis inundationem coercuit.

A Ὁ δὲ Νῶε καὶ κλήσει καὶ τρόπῳ τοῦ Σωτῆρος ἦν προεικόνισμα. Χριστὸς γὰρ ἡ ἀληθὴς δικαιοσύνη καὶ ἀνάπαυσις, διὰ ξύλου σταυροῦ τοῦ νοητοῦ διέσωσεν ἡμᾶς κλύδωνος, καὶ καταχλυσμοῦ ἁμαρτιῶν ἐῤῥύσατο τὸ ἀνθρώπινον, καὶ τότε μὲν ἡ περιστερὰ πρὸς ἑσπέραν ἐπὶ τὴν κιβωτὸν ἐπανῆκε, κάρφος ἐλαίας κομίζουσα. Νῦν δὲ ξύλον ἐλέου καὶ φιλανθρωπίας γέγονε ἡμῖν σταυρὸς, ὃν διὰ τὸν περὶ ἡμᾶς οἶκτον ὁ Ἐμμανουὴλ κατεδέξατο, ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος· τοῦτο γάρ μοι τὸ *πρὸς ἑσπέραν* νοεῖν δίδωσι. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον κηρύττον διὰ στόματος τῶν ἀποστόλων τὴν διὰ σταυροῦ οἰκονομίαν, τὰς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν κεχυμένας ἡδονὰς κατεξήρανε, καὶ κατέπαυσε τὸν τῆς ἀσεβείας κατακλυσμόν.

Neque historia de Abrahamo omnium ore celebranda et gratiæ, quæ ex cruce nascitur, plane est expers. Ille enim filium unigenitum, ex promissione susceptum, et in quem promissio, velut in terminum tendebat, ad cædem ducebat, et immolare festinabat; jussus a Deo, volente, opinor, ut etiam justi hujus erga Deum pietas et observantia, omni posteritati, quamvis seræ, admirationi esset, et ut sacrificium illud pro totius mundi salute peragendum firmaretur, sacrificium, inquam, illud, quo mactandus erat Agnus ille innocuus et immaculatus, qui tollit peccata mundi; et ut id quod merum beneficium erat, quasi debitum quoddam nobis clementer repræsentaret et prædemonstraret, atque simul patriarcham et virtutis possessorem, et fidei magistrum, et maximi muneris auctorem pronuntiaret; ut hac ratione exsecrandum diaboli os obstrueretur, qui non modo per Judaicam impietatem, sed et per Græcorum gentiliumque perversitatem, et per ipsos falsi nominis Christianos hæreticos, divini verbi œconomiam et dispensationem evertere nititur. Si enim homo eo erga Deum amoris processit, ut voluerit filium suum ei, a quo illum acceperat, immolare, quomodo fieri poterat, ut clementissimus et misericordia impulsus, non offerret pro totius mundi

B Οὐδ' ἡ κατὰ τὸν Ἀβραὰμ ἀξιώμνητος ἱστορία τῆς κατὰ τὸν σταυὸν πάντως ἄμοιρος χάριτος. Υἱὸν γὰρ ἐκεῖνος τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τῆς ἐπαγγελίας, καὶ εἰς ὃν ἡ ἐπαγγελία, πρὸς σφαγὴν ἦγε, καὶ θύειν ἔσπευδε, τοῦτο παρὰ Θεοῦ κελευσθεὶς, ἐθέλοντος, οἶμαι καὶ τοῖς μετὰ πολλὰς γενεὰς ἀνθρώποις τὴν τοῦ δικαίου θαυμάζεσθαι περὶ αὐτὸν εὐσέβειαν, καὶ βουλομένου τὸ μυστήριον προπιστώσασθαι τῆς παγκοσμίου θυσίας, τῆς ὑπὲρ ἡμῶν σφαγῆς τοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Ἀμνοῦ τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ ὡς ὄφλημα τὴν εὐεργεσίαν ἀποδεῖξαι φιλευσπλάγχνως, ἵν' ἅμα καὶ ἀρετῆς κληρωτὴν, καὶ πίστεως διδάσκαλον, καὶ δωρεᾶς τῆς μεγίστης ἀρχηγὸν τὸν πατριάρχην ἀναχηρύξῃ,

C καὶ οὕτως ἐμφραγῇ τὸ μιαρὸν διαβόλου στόμα, οὐ διὰ τῆς Ἰουδαϊκῆς μόνον θεομαχίας, ἀλλὰ καὶ δι' Ἑλληνικῆς, καὶ δι' αὐτῶν δὴ τῶν ψευδοχριστῶν αἱρετικῶν τὴν οἰκονομίαν ἀνατρέποντος. Εἰ γὰρ ἄνθρωπος εἰς τοῦτο φιλοθεΐας ἦλθεν, ὡς καὶ τὸν υἱὸν θῦσαι τῷ δεδωκότι Θεῷ, πῶς οὐκ ἔμελλεν ὁ ὑπεράγαθος ἡμῶν Δημιουργὸς διὰ φιλανθρωπίας ἄδυσσον ὑπὲρ τῆς οἰκουμενικῆς σωτηρίας τὸν Μονογενῆ δοῦναι;

benignitas noster conditor, infinita sua misericordia impulsus, non offerret unigenitum suum Filium?

Abraham quidem figuram cœlestis Patris, ejusque in nos benevolentiæ gerens, adducebat filium suum Isaac, qui lignis in humeros acceptis, patrem sequebatur, crucis imaginem exprimens, et Jesum meum ad passionis locum abeuntem adumbrans; D unigenitus enim Filius est unici Patris, principio carentis, et unicæ matris secundum carnis ortum, crucemque, in humeros sublatam, bajulans mortem illam ab omnibus decantatam, nostri causa sustinuit. Porro Isaac impatibilem divinitatem insinuavit, divino mandato mori prohibitus; ariete autem humanitas significabatur, et mors quam Christus secundum humanam naturam subiit. Etenim *sicut oris ad occisionem ductus est, et ut agnus coram tondente se obmutuit* [9]. At planta Sabec idem est quod planta remissionis, nec aliud innuit, præter crucem, qua remissionem peccatorum consecuti

Ἐντεῦθεν λοιπὸν ὁ μὲν Ἀβραὰμ τὴν τοῦ Θεοῦ Πατρὸς σχηματίζων εὐδοκίαν προσῆγε τὸν Ἰσαὰκ, ὁ παῖς δὲ, τὰ ξύλα ἐπωμισάμενος, εἵπετο μετὰ τοῦ πατρὸς, καὶ σταυροῦ τύπον ἔσωζε, καὶ τὸν ἐμὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον ἐπὶ τὸ πάθος εἰκόνιζε· Μονογενὴς γὰρ μόνου Πατρὸς ἀνάρχου καὶ μόνης μητέρος τὸ κατὰ σάρκα γεγέννηται, καὶ τὸν σταυὸν ὡς ἐπωμάδιον ἔχων τὸν ἀοίδιμον ἐκουσίως ὑπέστη δι' ἡμᾶς θάνατον. Πλὴν ὁ μὲν Ἰσαὰκ τῆς ἀπαθοῦς θεότητος τύπος ἐγένετο, καὶ θεία φωνῇ θυῆσκειν ἐκωλύετο· τῷ κριῷ δὲ ἡ ἀνθρωπότης ἐδηλοῦτο, καὶ ὁ κατ' αὐτὴν Χριστοῦ θάνατος. *Ὡς πρόβατον* γὰρ *ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος ἄφωνος.* Τὸ δὲ φυτὸν Σαβὲκ, φυτὸν ἀφέσεως σημαίνει, ὅπερ ἐστὶν ὁ σταυὸς, δι' οὗ ἄφεσις ἁμαρτημάτων δεδώρηται. Οὕτω δὲ καὶ Ἐξεκιὴλ ὕδωρ ἀφέσεως τὸ προτυποῦν τὸ βαπτί-

[9] Isa. LIII, 7.

σματος ὕδωρ ἐκάλεσε. Δύο γάρ ἐστι τὰ χαριζόμενα τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν, πάθος διὰ Χριστὸν καὶ βάπτισμα τὸ σωτήριον· καὶ γοῦν *Ἀβραὰμ ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τοῦ Κυρίου, καὶ εἶδε* τυπικῶς, *καὶ ἐχάρη*, ἡμέραν δηλαδὴ τὴν τοῦ πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως. Ἐπειδὴ ὥσπερ ἡ Σάρρα τριήμερον μετὰ τὴν θυσίαν ζῶντα παραλαβοῦσα τὸν Ἰσαὰκ εὐφραίνετο, οὕτως ἡ Ἐκκλησία τριήμερον μετὰ τὸν σταυρὸν ζῶντα τὸν Ἰησοῦν εἶδε, καὶ ἐχάρη, καὶ τὴν χαρὰν αὐτῆς οὐδεὶς ἀφελέσθαι δύναται. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ τῆς ἐπαγγελίας ἦν πέρας λαμβάνειν ἤρξατο, καὶ πληθύνεσθαι λοιπὸν ἔδει, τὸ τοῦ δικαίου σπέρμα, ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, ἐφόδιον Ἰακὼβ τὸ ἐπαινετὸν κλέμμα ποιεῖται τὴν τοῦ πατρὸς εὐχήν, καὶ στέλλεται τὴν ἐπὶ τὸν συγγενῆ Λάβαν, καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀποδιδράσκει φονῶντα, καὶ ἐν τῇ ῥάβδῳ αὐτοῦ διέρχεται τὸν Ἰορδάνην, ὅπερ ἀληθῶς τοῦ νέου λαοῦ τἀγαθὰ προδιέγραφε, τὸν σταυρόν φημι, καὶ τὸ βάπτισμα· οὕτω γὰρ τοῦ ἐξ ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνου τὸν ὀλεθρον ἐκπεφεύγαμεν, καὶ εἰς Χαρὰν μετέβημεν, οὐ τόπον σημαίνουσαν ἀνακλίσεως, ἀλλ' εὐφροσύνην ἔχουσαν τὴν αἰώνιον, ἣν καὶ προδηλῶν ὁ Ἰακὼβ εἰς Χαρὰν ἐγεγόνει, καὶ ἐκοιμήθη ἐκεῖ, καὶ τὴν οὐρανομήκη τεθέαται κλίμακα ἐφ' ἧς ἐπεστήριχτο Κύριος. Ταύτῃ δὲ πάλιν ὁ σταυρὸς ἀπεικαζόμενος ἦν, ἐν ᾧ Χριστὸς ἐπεστηρίχθη μετέωρος, καὶ πρὸς ἑαυτὸν πάντας ἀνεῖλκυσεν. Ἐπάγη δὲ πάντως τὸ τῆς παγκοσμίου χαρᾶς πρόξενον ξύλον, ἵνα δὴ καὶ ὁ τῆς οἰκουμένης κεκοίμητο πατριάρχης Ἀδάμ. Λίθος δὲ ἦν, φησὶ, πρὸς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ δὴ τόπος κρανίου τὸ λιθόστρωτον, οὗ ἐπὶ τὸ ἄκρον ἐκκέχυται τὸ σωτήριον αἷμα τοῦ θεανθρώπου Ἰησοῦ, *ἀγαλλιάσεως ἔλαιον* ὁ θεῖος ἂν εἴποι Δαβίδ, ὡς τῆς ἐξ ἁμαρτιῶν σκυθρωπότητος τοὺς μεταλαμβάνοντας ῥυόμενον.

sumus. Quo sensu Ezechiel quoque aquam remissionis dixit, eam videlicet, quæ salutares baptismi undas præfigurabat. Duo enim sunt quæ peccatorum remissionem largiuntur, passio et mors Christi gratia suscepta et obita, et salutiferæ baptismatis aquæ: *Exsultavit Abraham, ut videret diem Domini, vidit*que, in imagine, *et gavisus est* [10], diem videlicet passionis et resurrectionis. Et quemadmodum Sara, recepto tertio post sacrificium peractum die Isaac vivo et salvo, magnam voluptatem cepit; ita et Ecclesia, cum tertio post mortem die Jesum redivivum intueretur, omnibus lætitiis cumulata incessit; nec est qui gaudium hoc ab illa auferre queat. Postquam autem promissionem jam finem accipere, opere ipso compleri, justique semen, ut stellas cœli et ut arenam quæ est in littore maris, multiplicari oportebat, Jacob viatici loco, furtum illud memorabile committens, pacis benedictionem sibi comparat, mittiturque ad cognatum Laban, fratrem, qui sanguinem et cædem spirabat, fugiens, et in baculo suo transit Jordanem: quæ res vere novi populi fortunas prænotabat, crucem, inquam, et baptismum: hoc enim modo effugimus exitium quod nobis imminebat ab eo qui ab initio homicida fuit. Et in Charan translati sumus; non quæ locum requiei significet, sed quæ nullo fine terminandam jucunditatem contineat; quam et Jacob præfigurans in Charan venit, ibique fessa membra somno refecit, scalamque ad cœlos pertingentem vidit, cui Dominus innitebatur; quæ crucis similitudinem præ se tulit, in qua Christus sublimis fixus est, et ad seipsum omnes traxit. Fixum vero est illud lætitiæ ad omnes spectantis efficiens lignum, ubi communis omnium parens requieverat. Lapis autem erat, inquiunt divinæ Litteræ, ad caput ejus. Atqui Lithostroton, hoc est, locus lapidibus stratus, locus est Calvariæ, cujus summitatem sanguis Salvatoris, Deique et hominis Jesu effusus aspersit, quem *oleum lætitiæ* divinus David appellaverit [11]; homines enim, qui ejus participes fieri volebant, ex peccati mœrore et angore liberavit.

necessum plane tibi fuerit. Habemus isthic ardua Pyrenneorum juga, quasi quædam orilis tui, imo Hispaniæ totius, adversus hæreticorum Navarræorum rabiem munimenta. At majorem nobis fiduciam præstat tua virtus, tua solertia. Hanc (ut solent industrii duces) omnium periculosissimo in acie loco uti probationem, constituere decrevit cœlestis ille æternusque rerum humanarum imperator. Ego igitur in meis thesauris, id est pauperi bibliotheca, scriptorum ac lucubrationum levibus sarcinulis, nihil habui hoc tempore, hoc inquam misero et extremo tempore, quo commodius possem adversus importunissimos hostes armentarium tuum instruere quam pientissimis Theophanis urbis Nicææ præsulis scriptis. Docent quidem illa (ut tu videbis) Nicænum populum, quanta sit sacerdotii a Deo instituti dignitas, quæ excellentia; probant sacri ordinis functiones penes eos esse, qui divinis characteribus insigniti sunt; demonstrant qua innocentia, puritate, sanctimonia esse eos oporteat, qui ad supremæ hujus dignitatis apicem evehuntur. Isti contra sacramenta irrident, profano populo eorum potestatem tribuunt; sacramenta et a Deo traditam τάξιαν confundunt. Eo quis apud eos præstantior, quo impurior. Theophanem videbis ad Christianam constantiam, longanimitatemque in laboribus ac tentationibus habendam, populum suum adhortantem; contra, istos blasphemos, instabiles, fontes sine aqua, nebulas turbinibus exagitatas. Theophanem leges ad gratiarum actionem, ob pestis cessationem, Deo bonorum omnium auctori reddendam, plebem suam invitantem; sunt et inter istos (atque o utinam non eorum pars major, et labes hæc, o miserum ævum, apud eos tantum) qui unum Fatum Fortunamque adorant, iis litant, ab iis felicitatem aut infortunium, belluis quidem ipsis stupidiores, pendere arbitrantur. Theophanem audies humanarum rerum levitatem, miseriam, caducitatem exaggerantem, persuadentemque suis, ut ab iis ad bona solida, beata, æterna animos transferant. Isti ex diametro terrena sapiunt, seipsos amant, post carnem in immunditiæ concupiscentia ambulant, voluptatum nempe amatores, magis quam Dei. Theophanes non modo hæreticorum novitates et prava dogmata fugienda esse docet, sed et consortium et conspectum; at isti nova figmenta et perditionis sectas quotidie introducunt, solum (ut inquit beatus Judas) Dominatorem et Dominum nostrum Jesum Christum negantes. His igitur tu, hisque similibus spiritualibus telis (ut et beati majores tui ecclesiarum pastores) irritos facies adversarum partium te circum ovileque tuum frementium atque ululantium insultus. Sic vero eos irritos facere conaberis, ut præsentissimum Ecclesiæ periculum instare cognoscas. Nam quæ ab infelicis Galliæ malis universo orbi impendeant mala, nemo est tama misere occæcatus, qui non videat, qui non doleat, qui non deploret. Eorum vero remedium, cum in cœlesti ac divino præsidio præcipue situm sit, in vestra tamen, quibus populi Christiani salus commissa est, bona ex parte positum esse, quæso, arbitremini. Quis enim in divinis Litteris, conciliorum decretis, Patrum scriptis, antiquis historiis, quotidianis experimentis tam peregrinus, qui nesciat, ministros Christiani Evangelii si eorum vita digna sit, doctrina præstans, innocentia probata, sanctitas spectata, Christi populo plurimum profuturos? Contra, si isti officio suo desint, muneris sui obliviscantur, nullum in illis doctrinæ et probitatis specimen appareat, edacissimas esse tineas et ferrugines, quæ intimis rerum publicarum visceribus adhærentes, lente quidem ac sine murmure, sed tandem inhumaniter eas corrodunt ac discerpunt. Sunt quidem illi mœnia, ac propugnacula hujus sacrosanctæ civitatis, quid si collabentia fuerint et ruinosa, et in proprium commodum et utilitatem declivia? Canes illi ovilis hujus, quid si somniculosi et muti, imo (quod dolendum) rapacissimi lupi, propriarum ovium exuviis efferati, earum sanguine rictus et ungues perfusi? Sunt exercitus nostri antesignani et primipili: quid si transfugarum et exploratorum officio fungantur? Præsentium malorum medicina, futurorum præservatio esse solent: an igitur venenum loco antidoti nobis propinabunt, pestem ac luem intra nostros parietes immittent? Bonorum illi ac Catholicorum defensores, impiorum et perfidorum hostes esse debent; anne vice versa bonis et Catholicis molestæ novercæ erunt, impiis et perfidis indulgentes et molles nutriculæ? Denique illi patres, doctores et amici, quid tandem si immisericordes vitricos, si falsos prophetas, si juratissimos hostes eos experiaris? Quid (inquam) si eos temporalia pro æternis, vana pro veris, caduca pro solidis, fallacia pro certis, propria pro publicis, humana pro divinis, cum deplorando orbis Christiani scandalo commutare viderimus? Verum hæc quidem, præstantissime præsul, alii non ego, aliis non tibi. Theophanis opuscula habuimus jamdudum ex Vaticana summorum pontificum bibliotheca. Sed cum plurimis locis valde essent depravata, editionem eorum hucusque distulimus. Nunc vero tandem exemplar alterum multo correctius, ex Messanensis archimandrii archetypo descriptum nacti, Latine a nobis reddita, et brevibus notis aucta ad te mittimus. Græca ipsa e regione Latinorum proponere (quod vides in hoc scriptionum genere ut plurimum omitti) eo consilio adducti sumus, ne lectores vera καὶ γνησίᾳ Theophanis mente fraudarentur, si forte eam nos alicubi minus assecuti sumus. Nam quod sine ullo fuco aut mendacio affirmem, properanti nimis calamo, ac fessis plerumque nimium oculis hæc dictavimus. Jam quæ de auctore nostro ad te deferam, hæc habeo.

Theophili imperatoris iconomachi temporibus, qui patri Michaeli, quem Græci historici τραυλὸν καὶ μογγαράβδαιον vocant, successit, vixere fratres duo Theodorus et Theophanes, clari ob sacrarum imaginum adversus impium et sacrilegum principem, propugnationem. Nam frontes ambo (quod quidem supplicium imperator Constantinus uti impium, divinæque pulchritudini, ad cujus similitudinem humana facies figurata est, contumeliosum, lege prohibuerat, l. XVII, C. De pœnis) ejus jussu notis compuncti, ac propterea vulgo γραπτοὶ appellati, variis etiam aliis tormentis afflicti, et tandem in exsilium pulsi, nihil e constanti confessionis ardore remiserunt. Fuit iis (quod et ad eorum gloriam non minimum vertinet) et ætate æquales, et fidei socius, magnus ille Methodius Constan-

tinopolitanus, quem vivum sepulcro includi (erat is eo ævo non infrequens cruciatus) jussit idem impiissimus tyrannus. Exstant quidam iambi, quos Theodorus ac Theophanes, in eam insulam delati, qua Methodius sub terram degebat, ad eum scripserunt, illi etiam, quos hic ad eosdem respondit. Quos, quod elegantissimi sint, post hanc epistolam ascriptos, nisi gravaris, quæso legas. Mortuo Theophilo, sub Theodora et Michaele filio (quem μεθυσὸν vocant auctores) induciæ quidem Ecclesiæ concessæ, non pax, malacia, non tranquillitas. Theophanes igitur eo tempore una cum Theodoro fratre, ut et Methodius, aliique quam multi iconoclastarum hostes, ab exsilio revocatus, ab Augusta honorifice tractatur, imo et luculento convivio excipitur. Atque hactenus ea tibi retuli, quæ a Græcis historicis ab anno salutis octingentesimo vicesimo, ad octingentesimum quinquagesimum scribuntur. Addunt Romana Martyrologia, et Græcorum Menologia Theophanem ab exsilio reversum Nicænæ urbis episcopum creatum fuisse. Nec ego certe de eorum fide addubito. Id enim et Theophanis Vitæ scriptor a Lipomano editus primum, demum a Surio, nos docet, et Michael Glycæ, et Constantinus Manasses Græci auctores litteris mandarunt. Quorum testimonia, quod seorsum a me posita legere possis, hic prætermittam. Sed et cætera, quæ ad hujus viri vitam peculiarius cognoscendam spectant, tam a præcitatis auctoribus, quam ab eo, quem etiam nominavi metaphraste, ne ego te pluribus morer, facile intelliges. Itaque dubius non sum, quin Theophanes noster is ipse sit, de quo diximus. Verum quoniam loci duo apud eumdem ita urgere videntur, ut multo recentior existimari nec injuria possit, illos tibi præterire non debeo. Uterque habetur in epistola ad Nicænos de rerum humanarum contemptu. Prior est in ipso initio, ubi Nicæam captam, atque in hostium potestatem redactam dolet. Alter in fine, quo (ut habetur in exemplari Vaticano) meminit Barlaami et Acyndini hæreticorum. At Barlaamus et Acyndinus sub Joanne XXI, sive magis XXII, Romano pontifice, Michaele Andronico Palæologo Orientis, Henrico Lucenburgico, sive Ludovico Bavaro Occidentis imperatoribus, emersere, circa Christi annum millesimum trecentesimum vicesimum. Quorum tunc temporis impietas (nempe ea ipsa, quæ a nostro Theophane oppugnatur) coercita fuit. Sed et eodem ævo, nempe ad annum Christi millesimum trecentesimum, Scythica gens Orientem gravius pervasit Ottomano duce, cujus filius Orchannes non multo post Nicæa ipsa longi temporis obsidione fatigata tandem potitus est. Itaque hæc inter sese ita convenire videntur, ut nostrum Theophanem ea ætate vixisse vero similius fuerit. Cæterum ego non adhuc adducor, ut a priori sententia discedam. Nam Acyndini et Barlaami mentio deest in Messanensi codice, cujus exemplum ad hanc editionem habuimus opera Metelli Anderi viri docti et integri. Et certe Messanensis libri fides potior mihi fuit, quam Vaticani; nam et multo majorem antiquitatem præferre constat, cum Vaticanum sub Nicolao V scriptum fuisse facile sit colligere ex Perotti quibusdam parergis, quæ pro libelli initio habentur. Deinde hæresis Barlaami et Acyndini non fuit nova; nam multa imo fere omnia a priscis hæreticis desumpsit, ut in illius loci scholiis demonstrabo. Quot hæreticorum deliria notantur ab Ignatio, qui tempore Apostolorum vixit, quæ Ario, Macedonio, Nestorio, Eutycheti, tanquam eorum architectis tribuerunt sæcula succedentia? Jam Nicææ oppugnatio a prioris Theophanis ætate non omnino discrepat. Nam multo ante Theophilum imperatorem universa Asia ita a Saracenis infestabatur, ut fieri potuerit (variæ enim jam tunc et pene momentaneæ in Orientali imperio rerum vicissitudines), Nicæam in eorum potestatem ad aliquod tempus reductam. Certe Leonis Isaurici anno secundo, qui fuit Christi septingentesimus quintus, Thracia, imo ipsa urbs imperii sedes, per Soymanum, Umarum, Izithen biennium oppugnata. Quo etiam tempore Mardasanes ab Œthæ pylis ad Nicæam et Nicomediam usque, ut nominatim prodiderunt auctores, excursans, totam Bithyniam populatus est. Sed et ejusdem Cononis anno decimo Amer (sic Agareni vocabant suos imperatores) et Mabias quidam, cum centum millibus militum Nicæam diu obsedit, quæ tandem re desperata, Sanctorum tutelarium ope, qui per murorum demolitiones conspecti, hostes terruerunt, liberatur. Michaelis Balbi imperio major adhuc barbarorum illuvies; nam illi a littoribus Bætici Oceani nostri solventes (quo tempore regnabat apud nos Alphonsus cognomento Magnus, Ranimiri filius, Ordonii nepos, Garsiæ pater) facile Cretam occupaverunt, et brevi Siciliam, Calabriam, bonamque Italiæ partem debellarunt; in Asiam tandem trajicientes, atque aliis sui generis adjuncti, sæpe in Græcia vel cum ipso Theophilo conflixerunt, ultimumque ad Amorium Phrygiæ oppidum, non sine successu. Accedit locus apud eumdem Theophanem in epistola περὶ τῆς ἐγκωσύνης, ubi de baptismo loquitur, qui sic habet: Ideo Christus membra, quæ tanquam propria sibi est copulaturus, conformia prius capiti facit per baptismum. Deinde per participationem ac communicationem suæ carnis et sanguinis sibi et inter sese divina hæc omnia membra agglutinat. Atque addit: Ideo enim baptismus sanctam præcedit communionem. Ubi non obscure innuit, antiquum Ecclesiæ morem (de quo in notis agemus) suo tempore durasse, nempe adultos, et qui sacræ Eucharistiæ sacramentum accipiebant, ad baptismum accessisse, quod certe multo vetustius est, quam ut in Græcia ætate ejus senioris Andronici, id est trecentorum plus minusve annorum ferre possit. Ad hæc, haud mihi persuadebo, illa ætate Theophanem vixisse, cum ejus mentio ab illius ævi diligenti scriptore, imperatori caro, litterarum et litteratorum hominum amatore et encomiaste Nicephoro Gregora penitus (quod meminerim) negligatur. Legimus quidem integro sæculo ante Andronicum Nicolaum quemdam Nicæanum, qui Andronico Comneno tyranno, Alexii Comneni avunculo, Manuelis Comneni fratre, Nicæam prodidit. Theophanis vero per ea sæcula nulla omnino fit mentio. Hæc certe ita dicta velim, ut liberum unicuique per me fiat, de Theophanis sæculo pro libito sentire. Habuit certe omni ævo, ornatissime præsul, terrarum ille oculus et flos, viros doctrina et ingenio præstantissimos, e quorum fontibus in omni fere disciplinarum genere rivulos nostros adhuc deri-

vamus. Ut non satis mirari quidem possimus incredibiles humanorum rerum vicissitudines, sive (ut Christianum hominem loqui decet) divinæ sapientiæ incomprehensibilia decreta. Jacet enim nunc Græcia, pristinæ venustatis putridum cadaver, miserandum exuvium, vile temporis ludibrium, tenuissima præteriti corporis umbra, et nisi libri superessent, nusquam in suo solo cognoscenda. Non omittam (ut omnis de Theophane apud auctores mentio prodatur) vixisse imperio Leonis Armeni Theophanem alium, monasticæ vitæ sectatorem, qui in Samothraciam relegatus ob sacrarum item imaginum cultum, clarus ibi miraculis obiit. Fuit et Theophanes Isaurus, qui a Maximino ad Nicephorum Logothetem historiam contexuit. Nos hujus quædam habemus nondum edita, quæ nobis communicavit Franciscus Turrianus societatis Jesu presbyter, vir omni memoria venerandus, cum quo pene quotidiana nobis fuit familiaritas toto illo biennio, antequam ad meliorem vitam translatus esset. Et hic quidem tertius Theophanes, ut et priores duo, ὁμολογήτης ab auctoribus dictus, id est, ob veræ religionis confessionem ab hæreticis afflictus. Non enim confessor appellabatur beatis illis temporibus, nisi is, qui fidei causa tormenta subierat. Et hinc (ut alibi observavimus ex Antiocho monacho) non rarus ille apud veteres scribendi modus, cum de tyrannis et Ecclesiæ persecutoribus loquuntur, πεποίηκε μάρτυρα, πεποίηκε ὁμολογήτην, *id est,* fecit martyrem, fecit confessorem, *nempe, illum morte, hunc cruciatibus affecit.*

Orationem atque ea, quæ περὶ τοῦ λόγου in Theophane censere, frustra fuerit, cum ecclesiasticorum auctorum libri sententiarum ac rerum causa legendi magis sint quam verborum. Charactere est non humili, aut depresso, sed gravi, et qui sublimitatem rhythmumque affectat, at in quo syntomicum, acreque illud Nazianzeni merito desideres. Est enim laxus, et sæpiuscule plus nimio excurrens, qualis alicubi Chrysostomus. Quo fit ut a periodorum distractione, et in verbis haud recta ἀκολουθείᾳ *implicitus sit, et ut Græci critici in hoc genere loquuntur, omnino* ἀσαφής. *Verba non sordida, imo nec obscura, frequenter tamen ideo impropria, quod translata. Schemata, præter hanc unam metaphoram, fere nulla. Sacræ Scripturæ sententiis refertus est, imo fere totus ex illis, maxime iis, quæ in Epistolis Pauli, contextus, ut vel in hoc Chrysostomi, quem studiose imitatur, discipulum possis agnoscere. Tu, præstantissime episcope (apud quem jamdudum scio bonorum scriptorum monumenta summo esse loco, nostras, quæcumque illæ fuerint, lucubrationes non ultimo), humaniter accipe, quæ studia mea hisce diebus pronatalitiis tibi desudarunt. Quæ tandem si tibi probari cognovero, maximum me opellæ hujus pretium fecisse arbitrabor. Fulgentissimus lucifer puer Jesu (reverendissime Pater) cujus felicissimo exortu caliginosæ scelerum tenebræ depulsæ sunt, mentem tuam jugiter illustret. Ille tibi in ista, qua ad clavum stas, muneris tui puppi, certa sit Helice, per quam tandem populum quem cœlesti potestate regis, ad æternæ salutis portum possis perducere. Romæ in monasterio Prædicatorum sanctæ Mariæ super Minervam, 20 Decembris. Anno humanæ salutis 1589.*

ΘΕΟΦΑΝΟΥΣ
ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΝΙΚΑΙΑΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

—

THEOPHANIS
METROPOLITÆ NICÆNI
EPISTOLÆ.

—

I. Α

Theophanis archiepiscopi Nicæni Epistola ad Nicænos, docens qualem esse oporteat verum Christianum contemptorem rerum omnium præsentium, sive tristium sive jucundarum; prope finem vero præcipiens omne vorsus consortium hæreticorum

Α'.

Θεοφάνους μητροπολίτου Νικαίας, ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς Νικαίας, διδάσκουσα πῶς δεῖ εἶναι τὸν ἀληθῆ Χριστιανὸν ὑπερόπτην πάντων τῶν παρόντων καὶ ἡδέων καὶ λυπηρῶν, πρὸς τὸ τέλος εἰσηγουμένη καθάπαξ ἐκτρέπεσθαι

πᾶσαν κοινωνίαν, τῶν αἱρετικῶν. Πεμφθεῖσα παρ' αὐτοῦ ἔτι ὄντος ὑποψηφίου ταύτης τῆς πόλεως.

A *fugiendum esse. Missa fuit, cum primum declaratus est hujus urbis pastor.*

Οἱ τὴν πάλαι μὲν εὐδαίμονα καὶ περιφανεστάτην τῶν πόλεων, νυνὶ δὲ δορυάλωτον, ὦ Θεοῦ κριμάτων! καὶ δεδουλωμένην οἰκοῦντες ἢ παροικοῦντες Νίκαιαν, μᾶλλον δὲ τὸ εἴδωλον αὐτῆς ἀτεχνῶς, ἐκ μόνου τοῦ ὀνόματος καὶ τῆς ἐπιγραφῆς κατὰ τοὺς ἀνδριάντας τὸ γνώριμον ἔχουσαν, ὅσον τε ἐν διαφόροις βαθμοῖς τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου· καὶ οἱ λοιποὶ ἅπαντες ὅσοι καλεῖσθε ἀπὸ Χριστοῦ, χάρις ὑμῖν εἴη, ἔλεος καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

Qui felicem olim et clarissimam urbium, nunc vero captivam, o Dei judicia! et in servitutem redactam habitatis Nicæam, quique ipsius incolæ estis, imo ut verius dicam, qui civitatis illius simulacrum revera habitatis, solo ex nomine et inscriptione, ut in statuis fieri solet, notitiam sui exhibentis; quotquot estis in variis gradibus sacerdotalis ordinis constituti, cæterique omnes, qui nomen a Christo sumpsistis, gratia vobis sit, misericordia et pax a Deo Patre, et Christo Jesu Domino nostro.

α'. Γινώσκειν ὑμᾶς δέον, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, ὅτι εὐδοκίᾳ καὶ χάριτι τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ, τοῦ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα κατ' ἰδίαν πρόθεσιν, κοινῇ γνώμῃ τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου τοῦ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου καὶ τῆς περὶ αὐτὸν θείας καὶ ἱερᾶς συνόδου προήχθην ἐγὼ ὁ ἐλάχιστος διὰ μηνύματος εἰς ὑποψήφιον, καὶ οἷον εἰπεῖν μνηστῆρα τῆς ἐν ὑμῖν ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. Διὸ πρῶτον δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐν Χριστῷ εἰρήνην τε καὶ ἀγάπην, ἣν ὥσπερ τινὰ κλῆρον πατρῷον παρ' αὐτοῦ εἰλήφαμεν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ· ἧς καὶ μετάσχοιτέ μοι δαψιλῶς εἰς ἐφόδιον ὑπομονῆς καὶ μεγαλοψυχίας, ὥστε δύνασθαι καὶ ἀλλήλους παρακαλεῖν, διὰ τοὺς ἐπικειμένους ὑμῖν ἀεὶ πειρασμούς. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ὅπως ἐξέληται ἡμᾶς ἐκ τοῦ πονηροῦ· προοιμιάσομαι γὰρ ἀπὸ τῆς θεσπεσίας τοῦ Παύλου φωνῆς· ἐπεὶ κἀκεῖνος ὑμᾶς δι' ἐμοῦ ταῦτα πάντα παρακαλεῖ, ἵνα ἀξίως καὶ κατὰ τοὺς νόμους τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύησθε. Ὑμῖν γὰρ μάλιστα δεῖ πολλῆς νήψεως καὶ προσοχῆς, ἀγαπητοί, οἷα δὴ συναναστρεφομένοις πονηροῖς ἀνθρώποις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς, ἵνα μή τινες ἐκ τῆς πρὸς ἐκείνους διηνεκοῦς ὁμιλίας, καὶ πολλῆς συνηθείας περιτρεπόμενοι, ἢ κατὰ τὴν πίστιν ὑποσκελίζοιντο, ἢ κοινωνοῖεν τοῖς ἔργοις ἐκείνων τοῖς πονηροῖς· ὁμιλίαι γὰρ, φησὶ, *κακαὶ φθείρουσιν ἤθη χρηστά*· καὶ ῥᾷον μεταλαβεῖν κακίας, ἢ ἀρετῆς μεταδοῦναι, θεῖοι φασι Πατέρες. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἕτερά ἐστι πρὸς τοῖς εἰρημένοις, τὰ παρακαλεῖν τε καὶ διεγείρειν δυνάμενα πρὸς τὴν ἀπάτην ἐκείνων καὶ μοχθηρίαν, ὥστε κλονεῖσθαι τοὺς μὴ καλῶς προσέχοντας ἑαυτοῖς. Πρῶτον μὲν τὸ λεῖον τῆς ἡδονῆς, καὶ ἀνειμένον πάντη καὶ ἀκόλαστον τοῦ βίου, καὶ τὸ ἐξεῖναι πᾶσαν ἐπιθυμίαν τελεῖν τῆς σαρκὸς ἀκωλύτως· πρὸς τούτοις ἐπίκειται καὶ ὁ ἀφανὴς ἐχθρὸς καὶ ἀντίδικος ἡμῶν διάβολος μετὰ τῆς ἐπιβούλου σαρκὸς, ὑπηκόους καὶ ὑπηρέτας ἔχων τοὺς ὁρωμένους εὐμενεῖς ἐχθροὺς ἡμῶν ἄν τις εἴπε, τοὺς συνοικοῦντας ἡμῖν καὶ καθάπερ τινὰς ἀκάρπους μελίσσας συμμιγνυμένας τῷ τοῦ Χριστοῦ μελισσῶνι· καὶ τὸ μέλι τῆς ἀρετῆς ἐκείνων ὑποσυλᾷν πειρω-

B 1. Nosse vos oportet, dilecti fratres, me minimum divina voluntate et gratia omnipotentis Dei, qui juxta dispositionem suam, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, vocat, ex consensu sanctissimi domini nostri œcumenici patriarchæ, sacriquæ ipsius ac divini concilii promotum esse, declaratumque in electum, atque, ut ita dicam, sponsum sanctæ vestræ Dei Ecclesiæ. Quapropter do vobis in primis pacem et charitatem in Christo, quam veluti paternam quamdam hæreditatem ab ipso Deo Salvatore nostro accepimus; quam et vos, quæso, amplectimini copiose, ad patientiæ longanimitatisque commeatum acquirendum, ut et vos in assidue imminentibus tentationibus invicem consolari possitis. Deprecor autem vos, o fratres, propter nomen Domini nostri Jesu Christi, qui semetipsum dedit C propter nostra peccata, ut nos a malo erueret (incipiam enim a præclara divinaque Pauli voce, nam et ille vos ad hæc omnia per me adhortatur, ut digne et juxta legem Evangelii Christi conversemini. Vobis enim in primis, o dilecti, multa opus est sobrietate atque attentione, quippe qui cum pravis hominibus, impiis et peccatoribus degatis, ne qui ex assiduo cum illis colloquio multaque consuetudine depravati, vel in fide decipiantur, vel malis eorum operibus communicent: *Prava* enim, inquit, *colloquia bonos mores corrumpunt*[1]; et facilius esse pravitatem contrahere, quam virtutem impertiri, sacri Patres affirmant. Sed et alia sunt præter jam dicta, quæ invitare possunt et excitare ad illorum fraudes et malitiam, ita ut ii qui D bene sibi non attendunt, facile nutent. Et primo quidem voluptatis lenitas, omnimodaque relaxatio, vitæque luxus, et licentia nullo reluctante ad omnem cupiditatem carnis explendam; ad hæc imminet invisibilis noster inimicus atque adversarius diabolus, cum insidiosa carne, visibiles subditos habens et ministros, hostes quidem nobis amicos, ut sic eos appellemus, cohabitantes nobiscum, qui, ut infructuosæ quædam apes, Christi apiario commiscentur, et mel virtutis eorum subripere ac deprædari conantur; simulata amicitia, fictoque amore noxia quæque semper illis suadentes atque

[1] I Cor. xv, 33.

consulentes, et velut escam, ut dixi, hamo mortis voluptatem apponentes. Istud ergo, o dilecti, occultum ac subdolum bellum, tanquam sub mari latens saxum, multo difficilius est, et periculosius manifesto et a longe agnito. Ad hoc enim bellum si quis armetur et comparetur, capi difficile poterit, ad omnem conatum impetumque hostium propulsandum tuto fortiterque persistens : cæterum ab iis, qui, ut evangelice loquar, sub ovium pellibus tanquam Arabici lupi ad vos veniunt, facile quis decipi potest, et in hostes, amicos credens, improviso incidere. Ideo et malorum auctor inimicus hostisque noster, per vitæ consortem, et amicam Evam adortus est Adamum, et per voluptatem ac gloriæ cupiditatem amarissimum in eorum corda venenum immisit. Majorem enim, o charissimi, utilitatem, aut nocumentum accipere aliunde nemo potest, quam ab hominibus quibuscum versari solet, simulque vivere et non rara familiaritate, frequentique colloquio conjunctos habet. Ideo et sapiens naturæ nostræ moderator, per homines, non per angelos, quamvis multo validiores, salutem nostram semper curari vult. Hoc ergo et malignus ille callens, per hos etiam et ille nos aggredi non desinit, auxiliantem sibi cooperantemque habens etiam carnem, quæ voluptatem utilitati atque honestati anteponit. Quæ tamen natura minime mala est; nihil enim eorum quæ a Deo facta sunt, est natura malum, sed quæ a voluptate utilitatur et efferatur. Verum si quis parum sese erexerit, socordiamque ab animo tanquam veternum excusserit, omnia hæc varia et gravia, tanquam aranææ telas disrumpet ac perdet, supernum habens auxilium et gratiam sibi cooperantem, quæ ardua quæque difficiliaque facile explanat, hostibusque tremendum atque invictum efficit, et ab ipsis insidiose admotas machinas, fraudesque ad nihilum redigit. Nam vide. Hinc quidem malignus ille per impios, veluti ante oculos subjicit cœnosam vitam atque voluptuariam, per ebrietatem, et fornicationem, et reliqua intemperantiæ genera; altera vero ex parte duritiem laboremque evangelicæ, sive potius angelicæ vitæ, hisque jam hucusque ostensis, reliqua obtegere conatur. At gratia Dei huic fraudi optime occurrit; ostendit enim nobis prædictarum viarum finem : *Illa enim*, inquit, *arcta et angusta per eam transeuntes ad sempiternam perducit vitam, lata vero et spatiosa ad perditionem manifestam* [1]. Apposite autem præsentem vitam, caducam quidem, et quæ paulatim breviatur et defluit, viæ nomine significavit, et propemodum ita omnes alloquitur, ne scilicet sedulis molestum atque arctum viæ contentionem alacritatis studiique relaxare faciat; sed considerent brevitatem harum rerum, et perpendant temporanea esse mala, et quam primum se esse perventuros ad quietem ac beatam vitam. Neque etiam viæ latitudo (1),

A μένους, καὶ ἐν προσχήματι φιλίας καὶ κατεψευσμένης ἀγάπης, συμβουλεύοντας καὶ παραινοῦντας ἀεὶ τὰ ὀλέθρια · καὶ καθάπερ δέλεαρ, ὡς ἔφην, ἐν ἀγκίστρῳ τοῦ θανάτου προβαλλομένους τὴν ἡδονήν. Οὗτος τοίνυν, ἀγαπητοί, ὁ ὑποκεκρυμμένος καὶ ὕπουλος πόλεμος, οἷά τις ὕφαλος πέτρα, πολλῷ χαλεπώτερός τε καὶ ἐπικινδυνότερός ἐστι, τοῦ φανεροῦ καὶ πόρρωθεν ἐγνωσμένου. Πρὸς μὲν γὰρ τοῦτον καθοπλισθείς τις καὶ προπαρασκευασάμενος, δυσάλωτος ἔσται · πρὸς πᾶσαν πεῖραν καὶ προσβολὴν τῶν ἐναντίων ἱστάμενος, ἀσφαλῶς τε καὶ κραταιῶς, πρὸς δὲ τοὺς ἐν ἐνδύμασι προβάτων εὐαγγελικῶς εἰπεῖν προσερχομένους ὑμῖν λύκους Ἀραβικούς, ῥᾳδίως ἄν τις ἀπατηθείη, καὶ ἀπροόπτως περιπέσειε τοῖς

B πολεμίοις ὡς φίλοις. Διὰ τοῦτο καὶ τῷ Ἀδὰμ ὁ ὀρχέκακος ἐχθρὸς ἡμῶν καὶ πολέμιος, διὰ τῆς Εὔας τῆς κοινωνοῦ τοῦ βίου καὶ φίλης προσέβαλε. Καὶ διὰ τῆς ἡδονῆς καὶ φιλοδοξίας τὸν πικρότατον ἐνῆκεν ἰὸν ταῖς καρδίαις ἐκείνων. Οὔτε γὰρ ὠφέλειαν, οὔτε βλάβην μείζονα δύναταί τις, ἀγαπητοί, ῥᾷον λαβεῖν ἄλλοθεν, ἢ παρὰ τῶν ἀνθρώπων τῶν συναναστρεφομένων, καὶ κοινωνούντων, καὶ συνήθειαν οὐ μικρὰν ἐσχηκότων ἐκ τῆς συχνῆς ὁμιλίας. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ σοφὸς κηδεμὼν τῆς ἡμετέρας φύσεως διὰ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐ δι' ἀγγέλων, καί τοι πλεῖστα πολλῷ δυναμένων, τὴν σωτηρίαν ἡμῶν βούλεται ἀεὶ ἐνεργεῖσθαι. Τοῦτ' οὖν καὶ ὁ πονηρὸς εὖ εἰδώς, διὰ τῶν τοιούτων ἐπιχειρῶν οὐ παύεται καθ' ἡμῶν, ἔχων συνεφαπτομένην ἐκείνῳ καὶ συνεργὸν καὶ τὴν

C σάρκα πρὸ τοῦ λυσιτελοῦς καὶ βελτίστου τὴν ἡδονὴν αἱρουμένην. Οὐ φύσει πονηρὰν οὖσαν, οὐδὲν γὰρ τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγονότων πονηρόν ἐστι φύσει, ἀλλ' ὑπογαργαλιζομένην ὥσπερ καὶ βακχευομένην ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Ἀλλ' εἰ μικρόν τις διανασταίη, καὶ τὴν ῥᾳθυμίαν ὥσπερ τινὰ κάρον ἀπόθοιτο τῆς ψυχῆς, ταῦτα πάντα τὰ ποικίλα καὶ χαλεπὰ, ὡς ἰστὸν ἀράχνης διαῤῥήξει καὶ ἀφανίσει τὴν ἄνωθεν ἐπικουρίαν καὶ χάριν ἔχων συναιρομένην αὐτῷ, καὶ πάντα τὰ προσάντη καὶ δυσχερῆ ῥᾳδίως ἐξομαλίζουσαν, καὶ φοβερὸν καὶ ἀήττητον καθιστῶσαν τοῖς πολεμίοις, καὶ τὰ κακούργως εἰσαγόμενα παρ' αὐτῶν μηχανήματα καὶ σοφίσματα εἰς τὸ μηδὲν διαλύουσαν. Σκόπει γὰρ ἔνθεν μὲν ὁ πονηρὸς ὑποτίθησιν ὥσπερ ὑπ' ὄψιν διὰ τῶν ἀσεβῶν τὴν ἐκ τῆς μέθης

D τε καὶ πορνείας καὶ πάσης ἄλλης ἀκολασίας βορβορώδη ζωὴν καὶ φιλήδονον · ἐξ ἑκατέρου δὲ τὸ τῆς εὐαγγελικῆς εἴτ' οὖν ἀγγελικῆς πολιτείας, σκληρὸν καὶ ἐπίμοχθον, καὶ μέχρι τούτου τὰ τοιαῦτα δεικνὺς, τὸ ἐπέκεινα καλύπτειν ἐπιχειρεῖ. Ἀλλ' ἡ τοῦ Κυρίου χάρις πρὸς τὴν τοιαύτην ἀπάτην ἱσταμένη καλῶς, δείκνυσιν ἡμῖν τῶν εἰρημένων ὁδῶν ἑκατέρας τὸ πέρας · *Ἡ μὲν γὰρ στενὴ*, φησὶ, *καὶ τεθλιμμένη εἰς αἰῶνιον ἀπάγει τοὺς ταύτην διερχομένους · ἡ δὲ πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος φανερῶς πρὸς ἀπώλειαν*. Καλῶς δὲ καὶ ὁδοὺς ἐκείνας ἐκάλεσε τὸ παρερχόμενόν τε καὶ κατ' ὀλίγον ὑποτεμνό-

[1] Matth. VII, 14.

(1) *Viæ latitudo.* Vaticanus Codex habet, ὁ πλατυσμὸς τοῦ βίου. Messan. τῆς ὁδοῦ, idque convenientius antecedentibus : ideo retinuimus.

μενον καὶ ὑποῤῥέον ἀεὶ τῆς παρούσης ζωῆς αἰνιττόμενος. Καὶ μονονουχὶ πρὸς πάντας φωνὴν ἀφεὶς μήτε τοῖς σπουδαίοις τὸ ἀνιαρόν τε καὶ τεθλιμμένον τὸν τόνον τῆς προθυμίας ὑποχαλάτω, λογιζομένοις τὸ βραχὺ τούτων καὶ πρόσκαιρον, καὶ τὴν διαδεξομένην ὅσον οὐδέπω μακαρίαν ἄνεσιν καὶ ζωήν. Μήτε μὴν τοὺς ἀκολάστους δελεαζέτω ὁ πλατυσμὸς τῆς ὁδοῦ καὶ ἡ εἰς κόρον πλησμονὴ τῆς ἐμπαθοῦς ἡδονῆς, ὑφορωμένους τὸ μετ' ὀλίγον κατάλληλον τῆς τοιαύτης ὁδοῦ πέρας, τὴν ἀπώλειαν καὶ τὸ μὴ σβενύμενον πῦρ καὶ τὸν ἀτελεύτητον σκώληκα. Ἀλλὰ τοῖς τοιούτοις ἐπιχειρήμασιν ὁ ποικίλος καὶ πολύμορφος ὄφις ἀποχρουσθεὶς τῇ συμμαχίᾳ τοῦ πνεύματος, οὐκ ἠρεμεῖν ὅλως ἀνέχεται· ἀλλὰ δι' ἐναντίων μηχανημάτων τὸν πύργον τῆς ὑπομονῆς τε καὶ πίστεως ἡμῶν ἐπιχειρεῖ καθελεῖν, ἐπηρείας καὶ θλίψεις ποικίλας καὶ πολλαχόθεν ἡμῖν ἐπεγείρων, τοῖς συνήθεσιν ὀργάνοις τῆς ἑαυτοῦ πονηρίας πάλιν χρησάμενος, καλῶς δυναμένοις τὰ τοιαῦτα ὑπηρετεῖν. Καὶ νῦν μὲν ζημίας καὶ ἁρπαγὰς τῶν προσόντων ἡμῖν ἐπάγων, ἄλλοτε φυλακάς τε καὶ μάστιγας, λοιδορίας τε καὶ ὕβρεις καὶ ἀτιμίας, ποτὲ δὲ αἰχμαλωσίας καὶ ἀπειλὰς βιαίων θανάτων, ἵν' ἐντεῦθεν κατολιγωρήσαντες, ἢ πρὸς τὴν ἀκολασίαν σπευσώμεθα, ἢ πρὸς τὴν ἀσέβειαν εὐμενῶς ἴδωμεν, τούτων πάντων τῶν χαλεπῶν ἀπαλλαγὴν ἐπαγγελλομένην καὶ τῶν παρόντων ἡδέων δαψιλῆ χορηγείαν, εἰ τῆς εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς ταύτην ἀλλάξαιμεν. Ἀλλά γε τὰς μηχανάς τε καὶ ἐλεπόλεις καρτερῶς ἐνίγκοιμεν ἄν, εἴ γε βουλοίμεθα διαγρηγορεῖν, ὅπλον καὶ πρόβολον τὸν Χριστὸν ἀῤῥαγῆ κεκτημένοι, παραδειγμάτων δὲ εὐπορούντες γενναίων καὶ θαυμαστῶν τῶν ἁγίων λέγω τὴν ὑπομονήν τε καὶ καρτερίαν, καὶ μέχρις αἵματος πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀντικατάστασιν. *Οἱ μὲν γὰρ*, φησὶν, *ἐτυμπανίσθησαν, οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν, ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσιν· ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον, ἔτι δὲ δεσμῶν καὶ φυλακῆς· ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον, περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος.* Τοῦ Θεοῦ συγχωροῦντος ἵνα τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως καὶ ἀνδρίας ἐκείνων λαμπρῶς ἄγαν ἀναφανῇ, εἰς μειζόνων μὲν ἐκείνοις ἀντίδοσιν ἀγαθῶν, αἰσχύνην δὲ πλείω καὶ ἧτταν τοῦ πονηροῦ, ὑπόδειγμα δὲ καρτερίας ἡμῖν, καὶ πᾶσι τοῖς μετ' ἐκείνους εἰς τὸ τοῦ βίου τούτου παρερχομένοις στάδιον.

β'. Καὶ τί δεῖ περὶ τούτων λέγειν; Αὐτὸς γὰρ ὁ Κύριος μείζονα δι' ἡμᾶς ὑπὸ τῶν ἀγνωμόνων ὑπήνεγκεν Ἰουδαίων, ὥσπερ τῶν ἱερῶν διηγουμένων Εὐαγγελίων ἀκούειν ἔξεστι πᾶσι. Καὶ γὰρ οὐδὲν οὐδαμῶς οὔτε τῶν πρὸς ἀτιμίαν φερόντων, οὔτε τῶν ὀδύνην ἐμποιεῖν δυναμένων εἴασαν ἀνεπιχείρητον καὶ ἀκίνητον κατ' αὐτοῦ· νῦν μὲν, ψευδομαρτυρίας συῤῥάπτοντες, νῦν δὲ διαλοιδορούμενοι καὶ χλευάζοντες, ἐμπαιγμοὺς καὶ μάστιγας πρὸς τούτοις ἐπιδαψιλευόμενοι· καὶ ποτὲ μὲν τὴν θείαν ἐκείνην καὶ φρικτὴν κεφαλὴν καλάμοις τύπτοντες, ποτὲ δὲ στέ-

A vitiosæque voluptatis plena satietas, decipiat luxuriosos, prospicientes vicissim vitæ hujus brevem finem, perditionem, inquam, et ignem inextinguibilem, æternumque vermem. Cæterum fraudulentus ac dolosus serpens, ope spiritus hisce rationibus propulsatus, acquiescere tamen nullo modo potest: quinimo per oppositas machinas, patientiæ fideique nostræ turrim evertere aggreditur, insidias variasque tentationes variis ex locis nobis struens, consuetis pravitatis suæ instrumentis ad hæc exsequenda maxime aptis rursum utens. Et nunc quidem jacturas direptionesque facultatum nobis infert, alias vero carcerem, verbera, contumelias, et injurias, atque ignominias; quandoque vero captivitates minasque violentæ mortis, B ut hinc fracti animo vel fœderemur ad luxuriam, vel ad impietatem inclinemus, quæ nobis horum omnium malorum liberationem, præsentiumque voluptatum copiosam affluentiam promittit, si pietatem virtutemque cum ipsa commutaverimus. Cæterum (2) machinationes et instrumenta diruentia fortiter perferemus, si vigilare voluerimus, scutum et propugnaculum firmissimum atque tutissimum Christum habentes, præclaris etiam exemplis ac mirabilibus abundantes, sanctorum, inquam, patientia, ac tolerantia, et adversus peccatum resistentia usque ad sanguinis effusionem. *Quidam enim*, inquit, *distenti sunt, non suspicientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem; C alii vero ludibria et verba experti, insuper et vincula, et carceres; lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus* [3]. Deo nimirum permittente, ut probata eorum fides et fortitudo clarissime elucesceret, illis quidem in majorem bonorum retributionem, majusque diabol decus et damnum, nobis vero omnibusque qui in vitæ hujus stadium descendunt, in patientiæ exemplum.

D 2. Quid vero attinet de his dicere? ipse enim Dominus propter nos multo majora ab ingratis Judæis passus est, ut ex sacris Evangeliis id enarrantibus audire omnibus licet. Nihil enim quod ad ignominiam pertineret, aut quod dolorem aliquem afferre posset, intactum immotumque contra ipsum reliquerunt; modo quidem falsa commenti testimonia, modo illudentes et subsannantes, ad hæc, opprobria et flagella abunde infligentes, modo etiam divinum illud tremendumque caput arundinibus percutientes, modo spineam apponentes co-

[3] Hebr. x, 35 38.

(2) *Cæterum.* Deest Vaticano, ἀλλά γε, ac propterea hujus loci sententia hiulca: supplevimus ex Messanensi.

ronam, ut simul et dolore afficeretur, et injuria. Porro in divinam illam faciem, quæ increata divinitatis gloria et gratia plusquam solis radii in Thabor effulsit, quam apostolorum maximi clare inspicere non potuerunt, tali ignominia et petulantia debacchati sunt, ut ad sputa et alapas ab scelestis illis accipiendas esset proposita. Ac demum medium inter facinorosos homines, nudum in cruce suspenderunt. Verum nec sic quidem iram furoremque satiarunt, sed ibi quoque divino ori, a quo melle et favo, ut ait Propheta [4], dulciora verba emanarunt, cum irrisione fel et acetum obtulerunt. Et vero nec post ejus mortem, iracundiam remiserunt. Sed hasta vivificum latus transfixerunt, unde exiit totius orbis expiatio, quæ universo mundo vitam largitur, nempe sanguis et aqua.

3. Hæc igitur omnia consiederantes, o dilecti, et carnis voluptates ut noxia venena vitemus, et illatas tentationes strenue perferamus, ut socii Christi passionis, et per hanc gloriæ ipsius consortes efficiamur, si ideo compatimur, ut simul glorificemur. Sicut enim ab ore meretricis mel stillare videtur, deinde vero ab iis qui illud degustarunt, felle amarius reperitur, sic ab omnibus vitæ carnalibus voluptatibus, nempe ebrietate, deliciis, et luxu, omnique libidine ac intemperantia, verborum obscœnorum vaniloquio, rapacitate et injustitia, superbia et elatione, et si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur, dulcedo quædam atque voluptas initio superficie tenus inferri videtur, postmodum vero felle amarius diffunditur. Omnis vero disciplina et tribulatio in præsentiarum non videtur esse gaudii, sed doloris, sed tandem per eam exercitatis pacificum reddit justitiæ fructum. Ideo opus est patientia. *Si enim*, inquit, *perseremus, et regnabimus* [5]. Hortor autem vos, o fratres, ut eos dignoscatis, si qui sunt qui discordias et scandala in Ecclesiam Christi inducere conantur, vanamque hæresim (3), quæ procul est a doctrina spiritus, veluti malum zizanium disseminare tentant. Isti igitur ab ovili Christi tanquam lupi expellantur a vobis; non enim melius, si non etiam pejus, affecti sunt perfidis Judæis, qui in deificatam gratiosamque Domini faciem debacchati sunt. Illi enim in faciem ipsam, tanquam in hominis puri faciem injuriam intulerunt, quamvis ad divinitatem magnitudo criminis perveniret (4). Idem

A φανον περιτιθέντες; ἀκάνθινον ὀδύνης ὁμοῦ καὶ ὕβρεως ἕνεκα. Εἰς δὲ τὸ θεῖον ἐκεῖνο πρόσωπον τὸ ὑπὲρ τὰς ἡλιακὰς αὐγὰς ἐκλάμψαν ἐν Θαβωρίῳ τῇ ἀκτίστῳ τῆς θεότητος δόξῃ καὶ χάριτι, ἥνπερ οἱ πρόκριτοι τῶν ἀποστόλων οὐκ ἠδυνήθησαν ἐναργῶς κατιδεῖν, τοιαύτην ἀδοξίαν καὶ παροινίαν κατέχεον, ὡς προκεῖσθαι τοῖς ἀλιτηρίοις ἐκείνοις εἰς ἐμπτυσμοὺς καὶ ῥαπίσματα. Καὶ τέλος καὶ μέσον κακούργων ἀνδρῶν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ γυμνὸν ἀπρώρησαν. Καὶ οὐδ' οὕτω κόρον εἰλήφασι τῆς μανίας καὶ τοῦ θυμοῦ, ἀλλὰ κἀκεῖ προσέφερον μετ' εἰρωνίας τῷ θείῳ στόματι, οὗπερ προῆλθον τὰ ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον, κατὰ τὸν Προφήτην, γλυκύτερα λόγια, χολήν τε καὶ ὄξος. Οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ μετὰ θάνατον αὐτοῦ τῆς ὀργῆς καθυφῆκαν, ἀλλὰ λόγχῃ τὴν ζωηφόρον πλευρὰν ἐξεκέντησαν, ὅθεν ἐξῆλθε τὸ τῆς οἰκουμένης καθάρσιον καὶ παγκοσμίου ζωῆς χορηγὸν αἷμα καὶ ὕδωρ.

B

Γ'. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἐννοοῦντες, ἀγαπητοὶ, καὶ τὰς ἡδονὰς τῆς σαρκὸς ὡς δηλητήρια φάρμακα φεύγωμεν, καὶ τοὺς ἐπαγομένους πειρασμοὺς γενναίως ἐνέγκωμεν, ἵνα κοινωνοὶ γενώμεθα τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἐκείνου δόξης, εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν. Ὥσπερ γὰρ ἀπὸ στόματος γυναικὸς πόρνης μέλι στάζειν δοκεῖ, ὕστερον μέντοι πικρότερον χολῆς τοῖς μετασχοῦσιν εὑρίσκεται, οὕτω καὶ ἀπὸ πάντων τῶν τοῦ βίου σαρκικῶν ἡδονῶν, κἂν μέθην εἴπῃς, κἂν τρυφὴν, καὶ βλακείαν καὶ πᾶσαν ἀκολασίαν καὶ ἀμετρίαν, κἂν αἰσχρολογίαν τε καὶ μωρολογίαν, κἂν ἁρπαγάς τε καὶ ἀδικίας, κἂν ὑπερηφίαν καὶ τύφον, καὶ εἴ τι ἕτερον ἀντίκειται τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, γλυκύτητά τινα καὶ ἡδονὴν καταρχὰς ἐξεπιπολῆς δοκεῖ φέρειν, ὕστερον μέντοι πικρότερον χολῆς τὰς ἀναδόσεις ἐργάζεται. Πᾶσα δὲ παιδεία καὶ θλῖψις, πρὸς μὲν τὸ παρὸν, οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης. Διὰ τοῦτο ὑπομονῆς χρεία· *Εἰ γὰρ ὑπομένομεν*, φησὶ, *καὶ βασιλεύσομεν*. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, σκοπεῖν εἴ τινες διχοστασίας καὶ σκάνδαλα εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίαν εἰσάγειν ἐπιχειροῦσι, καὶ τὴν C D κενοφανῆ, ἣν πόῤῥω τῆς διδασκαλίας τοῦ πνεύματος αἱρεσιν ὑποσπείρειν ὥσπερ τι ζιζάνιον πονηρὸν ἀποπειρῶνται. Οὗτοι τοίνυν τῆς τοῦ Χριστοῦ ποίμνης ὡς λύκοι διωκέσθωσαν ὑφ' ὑμῶν· καὶ γὰρ οὐδὲν ἄμεινον διάκεινται τῶν εἰς τὸ τεθεωμένον τε

[4] Psal. xviii, 11. [5] II Tim. ii, 12.

(3) *Vanamque hæresim.* Locus hic, ut editus est, totidem verbis habetur in Messanensi, Vaticanus addit τοῦ Βαρλαάμ τε καὶ Ἀκινδύνου, de quo dixi in dicatoria epistola.

(4) *Perveniret.* Recte docent theologi veteres et recentiores, post incarnationem Verbi divinam naturam humanæ ita conjunctam, ut per communicationem proprietatum quidquid Christo competit, de Deo dici possit, et quidquid Deo, de Christo. Hinc in concilio tertio impiæ illæ et rudes Nestorii voces damnatæ sunt, nempe: *Eum qui spatiis menstruis adolevit, Deum non appellavero.* Et illæ: *Ne glorieris, Judæe, Deum non crucifixisti.* Quæ inde procedebant, quod, sicut duas essentias substantiasque, ita duas in Christo personas constitueret: ac proinde corpus Christi tabernaculum Θεότητος vocaret, ipsumque Deum ἐν ἀνθρώπῳ κατοικήσαντα (quod totidem verbis cavetur ab Ignatio in epistola ad Philippenses), Christum autem nulla unitione admissa, *hominem solitarium.* Quæ vox Vincentio, Cassiano, Gelasioque frequens in hoc argumento: et hujus erroris causa a sexto concilio Toletano, in professione fidei, nominatim damnata. Vide Cyrillum, in epist. ad Nestorium, quæ incipit.

καὶ κεχαριτωμένων τοῦ Κυρίου πρόσωπον πεπαρ-
ωνηκότων δυσσεβῶν Ἰουδαίων. εἰ μὴ καὶ χεῖρον.
Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτὸ ὡς εἰς ἀν-
θρώπου ψιλοῦ πρόσωπον τὴν ὕβριν ἐπήγαγον, εἰ καὶ
πρὸς τὴν θεότητα τὸ μέγεθος διέβαινε τοῦ τολμή-
ματος. Εἷς γὰρ ὑπῆρχε θεάνθρωπος Λόγος ὁ ταῦτα
δεχόμενος. Οὗτοι δὲ οἱ νέοι τῆς θεότητος ὑβρισταὶ
εἰς τὴν δοξάσασαν τὸ μακάριον ἐκεῖνο πρόσωπον
ἄκτιστον τῆς θεότητος δόξαν, καὶ *παραπέτασμα*
ταύτην ἀναίδην ἀποκαλοῦντες. Ταῦτα δὲ τῶν Ἰου-
δαϊκῶν ἐκείνων σιέλων καὶ ἐμπτυσμάτων, βδελυκτό-
τερά τε καὶ ἀτιμότερα. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖνοι τὸ ὄγμα

A cuibm Verbum Deus simul erat, et homo, qui hæc ferebat. Isti vero novi divinitatis conviciatores in increatam divinitatis gloriam, quæ beatam illam faciem glorificavit, *velum* (5) illam impudenter appellantes. Hæc autem Judaicis salivis sputisque abominabiliora sunt, atque ignominiosiora. Et sicut illi monarchiæ scilicet dogma astruere putantes, distinctionem, et Filium nullo pacto admittebant : sic et isti divinæ naturæ simplicitatem prætendentes, hinceque simplices posse se terrere arbitrantes, divinæ substantiæ et actionis differentiam de (6) medio tollere penitus conantur, actionem omnino Deum

Ἄνδρες αἰδέσιμοι. Ἔγγὺς (inquit) γεγόνασί τινες τοῦ μὴ ἀνέχεσθαι λοιπὸν ὁμολογεῖν ὅτι Θεός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὄργανον δὲ μᾶλλον καὶ ἐργαλεῖον Θεότη-
B τος, καὶ ἄνθρωπος θεοφορος. *Fere enim quidam ita effecti sunt ut minime jam ferendum putent Christum Deum confiteri, sed organum potius et instrumentum Deitatis, et hominem Deum ferentem.* Idem in epistola ad monachos, quæ incipit Ἀφίκοντο μὲν τινὲς, multis in locis, alibique frequenter inculcat. Sed expressius anathematismo 7 et 11. Utinam extarent nobis Cœlestini Pontificis scripta, qui et Ephesinam synodum e Græco fecit Latinam, et eam ad Orientis Occidentisque Ecclesias misit, ipsamque confutavit hæresim. Utinam Sixti III, qui id ipsum præstitit; Eusebii etiam Doryleensis, qui Nestorianorum mastix fuit, clarusque ob persecutionem, quam ab ipsis Nestorianis in λῃστρικῇ synodo Ephesina non multo post passus est, et qui postea Eutychetem primus omnium detexit! Nam et hic etiam scriptis oppugnavit Nestorium. Sed et Theodori Ancyrani opera, et ante hos Attici Constantinopolitani liber, quem ad Arcadii filias scripsit præveniens Nestorii tunc presbyteri Antiocheni hæresin, magno Christianæ rei malo interciderunt. E quibus certe et ad veteres Nestorianorum errores cognoscendos maximum adjumentum ad novitios Nestorianos (quando et hæc etiam monstra alit hoc ævum) confutandos instructissimum armamentarium haberemus.

(5) *Velum.* Faciem carnemque Christi *velum* appellare potuerunt isti, vel cum Nestorio (ut diximus) sentientes, qui nullam unitionem inter humanitatem divinitatemque admittebat, sed humanitatem quasi hospitem divinitatis vocabat : vel cum aliis hæreticis, qui Christi corpus nec verum nec nobis consubstantiale asserebant, sed phantasticum, fallax, commentitium, imaginarium (nam iis omnibus vocibus utitur Augustinus) ac proinde vocare potuerunt isti carnem Christi *velum*, quasi quo divinitas tantum tegeretur, quam solam vere in Christo existere dicebant. Quem errorem diversis attribuunt antiquissimi nostrorum. Irenæus tacito auctore alicubi eum oppugnat, sed Ebionitis postea non obscure tribuit. Tertullianus in libro huic hæresi confutandæ dicato, Marcioni, Apelli, Valentino, et Saturnino : ideoque libri titulum facit, *De carne Christi adversus quatuor hæreses*, rursum adversus Marcionem contra hoc deliriuin strenue pugnat : Philastrius item eumdem Marcionem auctorem facit. Posteriores, nempe Augustinus, in libro *De hæresibus*, et in iis quæ scribit contra Manichæos, errorem hunc adversus ipsos exagitat. Theodoretus item in Fabulis, et Vincentius, cap. 20, et Damascenus, libro *De hæresibus*, et Idacius, adversus Varimadum, lib. 3. Leo etiam primus, sermone 4, in Nativit., et 4 in Epiphania, atque alibi hæresim istam tanquam Manichæorum oppugnant. Postmodum ab Eutychete Constantinopolitano abbate eadem excitata ex parte fuit, ut tradit Flavianus Constantinopolitanus in epist. 1 et 2 ad Leonem, Romanum pontificem. Leo ipse, epist. 11, quæ est ad Julianum Coensem, et 83, ad monachos Palæstinæ, et in sermone 8, de Nativitate, et in tractatu Romæ habito, de erroribus Eutychetis. Habetur etiam in condemnatione Nestorii facta in concilio Constantinopolitano, quod insertum est in Chalcedonensi. Tradit Liberatus, cap. 11 *Breviarii*, Evagr. lib. 1, cap. 9, et libro II, cap. ult ; his enim testimoniis probatur Eutychetem unicam tantum naturam, nempe divinam, in Christo agnovisse, carnem ejus sanctissimam, nec consubstantialem nobis, nec omnino veram fuisse : quare fateri cogebatur Christum non ut hominem, sed ut Deum fuisse passum. Non negaverim sanctos Patres humanitatem Christi *velum* frequenter vocasse, quod divinitatis splendorem et gloriam oculis hominum tegeret et occultaret : sic Cyrillus, c. 28 libri 4 in Joannem ; Gregor. Nyssenus, in libro *De vita Moysis*, atque alii loquuntur. Verum istos, quos noster oppugnat, credibile est, non hoc, sed eo, quem diximus, sensu locutos.

C (6) *Divinæ substantiæ et actionis differentiam.* Illud est sine dubio apud theologiæ veros professores, essentiam divinam tributaque inter sese, et ab illa distincta esse, etsi non *realiter*, ut loquuntur, quod supercœlestis illius naturæ simplicitas minime patitur, *ratione* tamen, vel aliqua tertia distinctionis specie, quam inter hanc illamque mediam formant : de quo articulo videndus S. Thomas, 1 part. q. 4, art. 1, et q. 13, art. 12. Itaque vanum est, et ignorantiæ plenum, nullam penitus admittere distinctionem, sed omnia confundere, ut istos fecisse prætextu divinæ simplicitatis ait Theophanes. Quod et Eunomianorum fuit ; nam illi dicebant, *aut totaliter Deum comprehendi, aut nihil ex eo cognosci posse. quod simplicissimus esset.* Contra quos diserte disputat Basilius multis in locis, et sæpe Nazianzenus, in oratione vero secunda de Paschate ab illis verbis : *Immensus igitur est Deus et ad*
D *contemplandum difficilis, idque solum in eo plane comprehendi potest, quod immensus sit : quamlibet aliquis existimet eum, quia simplicis naturæ sit, rationem hanc habere. ut vel nullo omnino modo comprehendi possit, vel plene perfecteque comprehendi queat,* et quæ sequuntur. Vide etiam subtilem Damasceni de hoc disputationem, lib. 1, 2, 4, et 12, ubi probat diversa Deo accommodata nomina, varias rerum in eo differentias non denotare, sed solam rationum diversitatem et considerationem. Fuit vero hæc doctrina Dionysii in lib. *De divinis nominibus*, c. 2. Decernit docte hunc articulum concil. Tolet. 15, sub Juliano Pomerio, Egica rege coactum. Illud quod sequitur in Theophane : *Vitam et sapientiam, et virtutem vel nullo pacto Deum habere, vel si habet, illam esse creatam ;* plane absurdum et impium est, ut docte et orthodoxe idem Thomas, 1. part. q. 5, 14, 18, ubi de vera vita, scientia, bonitateque Dei docet, alibique frequenter de reliquis tributis ejus scribit.

esse dicentes. Videlicet vitam et sapientiam et virtutem vel nullo pacto habere, vel si habet, illam esse creatam, quasi aperte diceretur, ipsum a semetipso dissentire, simplicitatemque ipsius ejus distinctionem nullo pacto suscipere in communicationem gloriæ, sed emittere ad creaturas (7). Isti ergo, ut dictum est, tanquam malæ quædam feræ procul ab ovili Christi expellantur: *Et mala bestia*, inquit Isaias, *non ascendet per eam* [6]; nam ii, inquit, *non Domino Nostro Jesu Christo, sed ventri suo serviunt* [7], qui per bona verba vanasque fraudes decipiunt corda simplicium. Dominus autem, qui consolatur humiles, corda quoque vestra consoletur, corroboretque vos in omni opere, et verbo bono. Orate autem et pro nobis, fratres, ut opus Domini nobis commissum cum incremento progrediatur semper. Gratia Domini nostri Jesu Christi et charitas Dei et Patris et communicatio sancti Spiritus sit cum vobis omnibus, o fratres. Amen.

A τῆς μοναρχίας συνιστᾷν δῆθεν οἰόμενοι τὴν διάκρισιν καὶ τὸν Υἱὸν κἀδαμῶς παρεδέχοντο· οὕτω καὶ οὗτοι τὸ ἁπλοῦν τῆς θείας φύσεως προβαλλόμενοι καὶ ταύτῃ μορμολύττειν τοὺς ἁπλουστέρους οἰόμενοι, τὴν τῆς θείας οὐσίας καὶ ἐνεργείας διαφορὰν ἀναιρεῖν ὅλως ἐπιχειροῦσιν. Ἐνέργειαν ὅλως λέγοντες τὸν Θεὸν, ἤγουν ζωὴν καὶ σοφίαν καὶ δύναμιν, ἢ μηδαμῶς ἔχειν, ἢ εἴπερ ἔχει, κτιστὴν εἶναι, πρὸς ἑαυτὸν στασιάζειν ἀντιχρυς αὐτὸν λέγοντες, καὶ τὸ ἁπλοῦν ἐκείνου τὴν ἑαυτῆς διάκρισιν μὴ δεχόμενον, μηδαμῶς εἰς κοινωνίαν τῆς δόξης ἀλλὰ πρὸς τὰ κτίσματα παραπέμπουσαν. Οὗτοι τοίνυν, ὡς εἴρηται, καθάπερ τινὰ πονηρὰ θηρία πόρρω τῆς ἀγέλης ἀπεληλάσθωσαν τοῦ Χριστοῦ· *Οὐδὲν γὰρ*, φησὶν Ἡσαΐας, *τῶν θηρίων τῶν πονηρῶν οὐ μὴ ἀναβῇ ἐπ' αὐτήν*· οἱ γὰρ τοιοῦτοι, φησὶ, *τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ*, καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ κενῆς ἀπάτης, ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. Ὁ δὲ B παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς Κύριος, παρακαλέσαι τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ στηρίξαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ ἀγαθῷ. Προσεύχεσθε δὲ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν, ἀδελφοὶ, ἵνα εἰς προκοπὴν τὸ δοθὲν ἡμῖν ἔργον ἔργον ἀεὶ τοῦ Κυρίου προβαίνῃ· ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν, ἀδελφοί. Ἀμήν.

[6] Isa. xxxv, 8. [7] Rom. xvi, 18.

II.

Ejusdem epistola doctrinalis de patientia et longanimitate ad omnes Christianos, qui ab eo pascebantur.

Theophanes, minimus Jesu Christi servus, sacræ Nicænæ Ecclesiæ sacerdotali gratia, divina miseratione præsidens, juxta promissionem vitæ, quæ est in Christo Jesu, omnibus a Christo vocatis in C diversis quidem ætatibus constitutis familiis, fortunis, vitæ institutis ac statibus, æqualem vero fidem, et in religione sententiam, et spem sortitis, Nicæam habitantibus et Prusam, et omnem circa regionem usque ad maritimam (8) connumeratis ascriptisque spirituali nostro ovili, dilectis in sancto Spiritu, filiis humilitatis nostræ: gratia vobis,

Β'.

Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ διδασκαλικὴ πρὸς πάντας τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ποιμαινομένους Χριστιανοὺς, περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας.

Θεοφάνης ἐλάχιστος Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος τῆς κατὰ Νικαίαν ἱερᾶς Ἐκκλησίας ἱεραρχικῇ χάριτι προεστὼς ἐλέῳ Θεοῦ, κατ' ἐπαγγελίαν ζωῆς τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, πᾶσι τοῖς ἀπὸ Χριστοῦ καλουμένοις, ἐν διαφόροις μὲν ἡλικίαις καὶ γένεσι τύχαις τε καὶ ἐπιτηδεύμασι καὶ πολιτείαις ὑπάρχουσιν, ἰσότιμον δὲ πίστιν λαχοῦσι, καὶ τὴν κατ' εὐσέβειαν δόξαν τε καὶ ἐλπίδα, τοὺς τὴν Νικαίαν τε καὶ Προῦσαν οἰκοῦσι, πρὸς δὲ καὶ τὴν κατ' αὐτὰς πᾶσαν μέχρι τῆς παραλίου περίχωρον, τοῖς συνηριθμημένοις τῇ καθ' ὑμᾶς λογικῇ ποίμνῃ ἀγαπητοῖς ἐν ἁγίῳ Πνεύματι,

(7) *Ad creaturas emittere.* Quidquid boni inest in creaturis, ab uno Deo per participationem procedit; eo enim quis purior, quo supercœlestem illam puritatem magis participat; eo innocentior, quo innocentiam; sanctior, quo sanctitatem, ac similiter D de aliis virtutum generibus. Est si quidem ipse Deus idea, archetypusque bonitatis, imo bonitas, ipsa κατὰ φύσιν, ut locuti sunt antiquissimi theologorum; perfectissimus in unaquaque re, formaque: quinimo, ut Dionysius ait, ea ratione in unaquaque re, formaque, non perfectus, quod ὑπερτελὴς καὶ προτέλειος, *superfectus*, *et anteperfectus in re formaque qualibet sit.* Signanter Chrysostomus, in oratione *De Nativitate Salvatoris*, nondum edita (quam nos manuscriptam habemus, inter alia multa hujus Patris, quæ, volente Deo, propediem dabimus) ὑπερφίαλον Deum vocat: quasi qui effluat, abundet, supernatet, inundet creaturarum omnium excellentias: *Omnia* (inquit Damascenus, lib. I, cap. 19.) *divinam naturam appetunt, et in ipsa exsistunt, ipsa divina natura omnibus rebus pro cujusque natura, esse tribuit; est enim et eorum quæ sunt essentia, et eorum quæ vivunt, vita, et eorum quæ ratione utuntur, ratio, et eorum quæ intellectualiter sunt, intelligentia*, quæ omnia totidem fere verbis a magno Dionysio mutuatus est, capp. 2, 4, 8, *De divinis nominibus.* Ἀγαθοειδῶς igitur, ut ipse loquitur Damascenus, in singulis rebus pro uniuscujusque captu resplendet jubar illud superbeneedictum, immortale, infinitum, æternum. Hæc cum ita sint, impium certe fuerit, exspoliare (ut isti, quos noster oppugnat) vera vita ipsammet vitam, a qua omnia vivunt, scientiam ipsammet scientia, a qua scientes sciunt, bonitatem ipsam bonitate, per quam bona omnia bona sunt. Atque ideo experiem horum facere, quod ea cum aliis communicet, maxime cum ipsarum divinarum proprietatum una sit et præstantissima κοινωνία, id est sui ipsius communicatio. Sic tamen se communicat ut quod alius dat, sibi non auferat. *Ipse se nobis* (in hunc sensum inquit Dionysius) *communicat, nihil perpessus.* Ie his quidemnos hospites, quare leviter illa attigisse contenti erimus.

(8) *Usque ad maritimam.* Habetur in utroque exemplari παραλίου, inducta etiam linea, qua notari solent propria nomina. Sed cum in totius Bithyniæ topographia nullum oppidum reperiatur hoc nomine, recte credimus substitutum [illegible]

τεχνοις τῆς ἡμῶν ταπεινότητος· χάρις ὑμῖν, ἔλεος, A misericordia, pax et amor multiplicetur in prospe-
εἰρήνη καὶ ἀγάπη πληθυνθείη, εἰς εὐπλοΐαν μὲν τοῦ ram præsentis vitæ secundum Deum navigationem,
παρόντος κατὰ Θεὸν βίου καὶ ζωὴν ἀκύμαντον καὶ fluctibusque et tumultibus carentem, fruitionem
ἀτάραχον, ἀπόλαυσιν δὲ καὶ εὐφροσύνην ἀπόῤῥητον vero et ineffabile gaudium futuræ immortalitatis,
τῆς μελλούσης ἀθανασίας, ἣν ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς πρὸ quam præparavit Deus ante constitutionem mundi
καταβολῆς κόσμου, τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ, diligentibus se in veritate, servantibusque fideliter
καὶ τηροῦσιν αὐτοῦ καλῶς τὰς ἐντολὰς καὶ τὰ δικαιώ- præcepta et legis ipsius mandata.
ματα.

α'. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου πάντοτε περὶ ὑμῶν, 1. Gratias ago Deo meo semper pro vobis, o
ἀγαπητοί, ἀκούων τὴν πίστιν ὑμῶν φρουρουμένην charissimi, audiens fidem vestram in virtute Dei
ἐν δυνάμει Θεοῦ εἰλικρινῆ καὶ ἀσάλευτον, μεταξὺ servari puram et inconcussam, inter eos qui Evan-
τῶν ἀνθισταμένων τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ, καὶ gelio Christi obstant et opponuntur, vestramque
τὴν μετ' εὐχαριστίας ὑπομονὴν ὑμῶν ἐν ποικίλοις patientiam cum gratiarum actione in variis tenta-
πειρασμοῖς καὶ θλίψεσιν, ἐξ ὧν τὸν ἀμαράντινον tionibus et angustiis: propter quæ immarcescibilem
κομιεῖσθε στέφανον ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου adipiscemini coronam, in adventu Domini nostri
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐλθόντος δοξάσαι μὲν τοὺς B Jesu Christi: qui veniet ut suos fideles servos glo-
ἰδίους πιστοὺς δούλους ἀφράστῳ καὶ θείᾳ δόξῃ, rificet inexplicabili ac divina gloria: retribuat vero
ἀποδοῦναι δὲ ἐκδίκησιν ἐν φλογὶ πυρὸς, τοῖς μὴ εἰδόσιν vindictam in flamma ignis iis qui ipsum nesciunt,
αὐτὸν, μηδὲ ὑπακούουσι τοῖς τὸ Εὐαγγέλιον τούτου neque audiunt eos qui prædicant Evangelium ip-
κηρύττουσι· μεμνημένος ὑμῶν ἀεὶ ἐν ταῖς προσ- sius. Recordor vestrum omnium semper in oratio-
ευχαῖς, ἵνα ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰη- nibus, ut Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi
σοῦ Χριστοῦ δῴη ὑμῖν στηριχθῆναι κατὰ τὸν ἔσω det vobis ut confirmemini secundum interiorem
ἄνθρωπον, καθωπλισμένους τὴν πίστιν τε καὶ ἐλπίδα, hominem, et induamini armaturam fidei et spei,
ὅπως μὴ ἀποκάμητε μέχρι τελευταίας ἀναπνοῆς, neque deficiatis usque ad extremum vitæ spiri-
πρὸς τὰς ἐπαγομένας ὑμῖν καθ' ἑκάστην θλίψεις καὶ tum, propter angustias et tribulationes, quæ vobis
πειρασμοὺς, ἀπό τε δαιμόνων καὶ τῶν ἀτόπων καὶ quotidie offeruntur et a dæmonibus, et ab infestis
πονηρῶν ἀνθρώπων. Εἰδέναι γὰρ ὑμᾶς, ἀγαπητοὶ, ac pravis hominibus. Scire enim, vos o dilecti,
βούλομαι ὅτι ὥστερ ἐστὶ συνεκτικὸν τῆς παρούσης volo, quod quemadmodum cibo et potu sensibilis
ἡμῶν αἰσθητῆς ταύτης ζωῆς, ἡ τροφή τε καὶ πόσις· hæc vita nostra conservatur (haud enim ullo modo
καὶ γὰρ τινὰ τούτων ἄνευ ζῆν ὅλως ἀδύνατον· οὕτω C fieri potest, ut quisquam sine istis vivat), sic pro-
τῆς κατὰ Θεὸν ζωῆς ἴδιόν ἐστι καὶ συστατικὸν, καὶ prie ac germane vitam secundum Deum omnis qui-
πᾶσα μὲν ἀρετή. Καὶ γὰρ ὁμοίως ταύτης χωρὶς, dem virtus constituit (sine illa enim fieri nequit,
ἀδύνατόν ἐστιν ἐν πνεύματι ζῆν τινα κατὰ τὸν ἔσω ut aliquis in spiritu vivat secundum interiorem
ἄνθρωπον· μάλιστα δὲ τῶν ἄλλων ἡ ἐν θλίψεσιν hominem), sed omnium maxime patientia in tribu-
ὑπομονή τε καὶ καρτερία. Καθάπερ γὰρ ὁ χρυσὸς lationibus atque constantia. Sicut enim aurum
καθόσον ἂν ὁμιλῇ τῷ πυρὶ καθαίρεται δοκιμώτερος quanto magis igni admovetur, tanto fit probatius
γινόμενος καὶ λαμπρότερος, οὕτω καὶ ἡ πειρασμοῖς atque illustrius, sic et anima tentationibus et pe-
καὶ κινδύνοις ψυχὴ προσπαλαίουσα, ἡλίου γίνεται riculis vexata fit sole purior et splendidior. At
καθαροτέρα καὶ λαμπροτέρα. Καὶ εἰ βούλεσθε, προ- vero si libet, age, proponamus vobis constantissi-
θῶμεν ὑμῖν εἰς ὑπόδειγμα τῶν εἰρημένων τὸν καρ- mum ac patientissimum magnum Job in prædicto-
τερικώτατον καὶ μέγαν Ἰώβ. Οὗτος γὰρ, πρὸ τοῦ rum exemplum. Hic enim ante adversitates omni
πειρασμοῦ, παντοίαις ἀρεταῖς ὑπῆρχε κεκοσμημέ- virtutum genere præditus erat; ut ipse de se testa-
νος, ὡς αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ παραδηλοῖ λέγων, μᾶλλον tur, imo vero divina Scriptura, loquensque per
δὲ ἡ θεία Γραφὴ, καὶ ὁ φθεγγόμενος· ἡμῖν διὰ ταύτης eam nobis Deus. Pudicitia enim et carnis puritas et
Θεός. Σωφροσύνη μὲν γὰρ καὶ σαρκὸς καθαρότης D sanctimonia erant illi familiaria, et maxime expe-
καὶ ἁγιασμὸς, τοσοῦτος ἦν αὐτῷ ἀναγκαῖον καὶ περι- tenda. Et hoc quidem cum ante antiquam legem
σπούδαστον. Καὶ ταῦτα πρὸ τοῦ παλαιοῦ νόμου esset, quando nulla erat, ut in disciplina (9) evange-
ὑπάρχοντι ὅτε οὐδεὶς ὁ λόγος ἦν τῶν τοιούτων, ὥσ- lica, harum rerum ratio. Ergo nec curiosis quidem
περ κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν ἀκρίβειαν, οὐδὲ περιέρ- oculis attendebat mulierum facies: *Pepigi*(10), in-
γοις γοῦν προσεῖχε τοῖς ὀφθαλμοῖς ταῖς τῶν γυναι- quit, *fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem*
κῶν ὄψεσι· *Διαθήκην* γὰρ, φησὶ, *διεθέμην τοῖς de virgine*[a]. Si autem in virgines, ac liberas mulie-

[a] Job. xxxi, 1.

(9) *Ut in disciplina.* Messanensis ὅτι κατὰ τὴν ἀκρίβειαν: Vaticanus, ὥσπερ κατὰ τὴν, etc.

(10) *Pepigi.* In sacræ Scripturæ testimoniis reddendis in hac versione mea, vulgatam editionem, quam cæterarum omnium, quæ hactenus prodierunt, optimam et emendatissimam censeo, fere semper religiose secutus sum, fere, inquam; nam aliquando ab ea discedere necessum habui, cum verba ipsa, quæ apud Theophanem reperiebantur, essent reddenda. Cæterum cum Latina vulgata editione usus non sum, interpretationi saltem Bibliorum secundum Septuaginta, quæ nuper edita est, adhærere studui. Istum vero nunc præfari libuit, quod hæc epistola fere tota ex Jobi libri testimoniis

res erant illi oculi adeo continentes et castigati, et vel in cogitatione et oculo fornicationem rejiciebat, quanto minus adulterii labem et maculam ad illius animam penetrare omnino potuisse credendum est? Quapropter et confidens adeo propter prædicta gloriatur, ut etiam dira sibi mala imprecetur, nisi in iis maxima cum cautione et observantia vitam suam egerit. Ideo ait : *Si cor meum secutum est alterius viri uxorem, aut si obsedi januas ejus, placeat quoque uxor mea alteri, et filii mei humilientur* [9]. Quasi per hæc diceret, ex suis rebus unumquemque aliena dijudicare debere, sicut ait Dominus : *Prout vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis similiter* [10]. Si enim grave tibi est et intolerabile tuam uxorem alterius amorem sequi, neque tu alienum thorum subvertere tentes ; et illius quidem justi viri hæc erat castimonia. De justitia vero defensioneque oppressorum, ac invalidorum audi quid dicat : *Justitiam indutus sum, et vestitus sum judicio sicut diploide. Salvavi enim mendicum de manu potentis, et pupillum cui non erat adjutor, adjuri ; oculus fui cæcorum, et pes claudorum ; ego fui pater impotentium, et judicium quod non noveram perscrutatus sum, confregi autem molas iniquorum*(11), *de medio dentium eorum rapinam eripui* [11]. Sed et acceptionibus muneribusque in judiciis superior erat justus ; ait enim : *Et si manibus meis tetigi dona, ipse quidem seminem*(12), *comedant vero alii* [12]. Et justitiam quidem sic indutus erat, ut ipse dicit, tanquam vestem decorantem ipsum multo illustrius regia purpura. Eleemosyna autem, quæ inter omnes virtutes principem maxime decet (13), et hospitalitas, nonne huic curæ fuere? imo vere maxime. Quid enim ait? *Si buccellam meam comedi solus, partemque ex illa non dedi orphano : quoniam a juventute mea enutriebam ut pater* [13]. Et rursus : *Et si despexi nudum pereuntem, et non indui. Et si non benedixerunt me impotentes, et ex tonsura agnorum meorum calefacti sunt humeri eorum, hæc et hæc patiar* [14]. Et rursus : *Ostium meum omni venienti patuit, aut si dimisi infirmum sine vacuo exire januam meam* [15]. Verum neque a debitoribus quidem repetebat de-

ὀφθαλμοῖς μου, καὶ οὐ συνῆσω ἐπὶ παρθένον. Εἰ δὲ πρὸς παρθένους καὶ ἐλευθέρας οὕτως ἦσαν αὐτῷ ἐγκρατεῖς καὶ κεκολασμένοι οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ οὕτως αὐτῷ μέχρι καὶ διανοίας καὶ ὄψεως ἡ πορνεία ἀπείρηται, σχολὴ γ' ἂν τὸ τῆς μοιχείας μύσος καὶ ῥύπασμα, πάροδον ἂν ἔσχεν ὅλως εἰς τὴν ἐκείνου ψυχήν. Διὸ καὶ τοσοῦτον θαῤῥῶν ἀγκυχᾶται τοῖς εἰρημένοις, ὅτι καὶ τὰ δεινότατα λίαν ἑαυτῷ ἐπαρᾶται, εἰ μὴ μετὰ πολλῆς ἀσφαλείας πρὸς ταῦτα καὶ συντηρήσεως τὴν ἑαυτοῦ διεξῆγε ζωήν. Διό φησιν· *Εἰ ἐξηκολούθησεν ἡ καρδία μου γυναικὶ ἀνδρὸς ἑτέρου, εἰ καὶ ἐγκάθετος ἐγενόμην ἐπὶ θύραις αὐτῆς, ἀρέσαι ἄρα καὶ ἡ γυνή μου ἑτέρῳ, τὰ δὲ γήπιά μου ταπεινωθείη.* Ὡσανεὶ διὰ τούτων λέγων, ὅτι Ἐκ τῶν οἰκείων πᾶς τις ὀφείλει διακρίνειν καὶ τὰ ἀλλότρια, καθώς φησιν ὁ Κύριος, ὅτι *Καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως.* Εἰ γὰρ τὸ προσχεῖν τὴν σὴν γυναῖκα ἕρωτι ἀνδρὸς ἑτέρου, λίαν δοκεῖ σοι χαλεπὸν καὶ ἀφόρητον, μηδὲ σὺ γάμους ἀλλοτρίους ἐπιχείρει ἀνατρέπειν, καὶ τὰ μὲν τῆς σωφροσύνης τῷ δικαίῳ τοιαῦτα. Περὶ δὲ δικαιοσύνης καὶ προστασίας ἀδικουμένων καὶ ἀδυνάτων, ἄκουσον τί φησίν· *Δικαιοσύνην ἐνεδύκειν, ἡμφιασάμην δὲ κρῖμα ἴσα διπλοΐδι. Διέσωσα γὰρ πτωχὸν ἐκ χειρὸς δυνάστου, καὶ ὀρφανῷ ᾧ οὐκ ἦν βοηθὸς ἐβοήθησα. Ὀφθαλμὸς δὲ ἤμην τυφλῶν, ποῦς δὲ χωλῶν. Ἐγὼ ἤμην πατὴρ ἀδυνάτων, δίκην δὲ ἣν οὐκ ᾔδειν ἐξιχνίασα. Συνέτριψα δὲ μύλας ἀδίκων· ἐκ μέσου τῶν ὀδόντων αὐτῶν ἅρπαγμα ἐξήρπασα.* Ἀλλὰ καὶ λημμάτων καὶ δώρων ἀνώτερος ὁ δίκαιος ἐν ταῖς κρίσεσιν ἦν, φησὶ γάρ· *Εἰ δὲ καὶ ταῖς χερσί μου ἠψάμην δώρων, σπείραιμι ἄρα, καὶ ἄλλοι φάγοισαν.* Ἀλλὰ τὴν μὲν δικαιοσύνην οὕτως ἦν ἐνδεδυμένος, καθώς φησιν ὡς ἱμάτιον, πολλῷ λαμπρότερον αὐτὸν καλλώπιζον τῆς βασιλικῆς ἁλουργίδος, ἐλεημοσύνης δὲ τῆς βασιλικωτάτης τῶν ἀρετῶν καὶ φιλοξενίας οὐκ ἐμέλησε τούτῳ· πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Τί γάρ φησιν; *Εἰ τὸν ψωμόν μου ἔφαγον μόνος καὶ οὐχὶ ὀρφανῷ μετέδωκα ἐξ αὐτοῦ, ὅτι ἐκ νεότητός μου ἐξέτρεφον ὡς πατήρ.* Καὶ πάλιν· *Εἰ καὶ ὑπερεῖδον γυμνὸν ἀπολλύμενον καὶ οὐκ ἠμφίασα. Ἀδύνα-*

[9] Job. xxi, 10. [10] Luc. vi, 31. [11] Job xxix, 14-17. [12] Job xxxi, 8. [13] ibid. 17, 18. [14] ibid. xix, 20. [15] ibid. 32.

constet. At clarum est eum librum, prout nos Latinum habemus, multum differre a textu Græco. Hieronymus eam quam in Bibliis habemus, versionem (nam et aliam fecit juxta Septuaginta) ex Hebraico, Arabico, et Syro elaboravit, nihil vero minus, quam ex Græco. Si quid igitur offenderit lector, quod in Latina Vulgata vel non exstet, vel aliter habeatur, consulenda illi erunt Græca, quæ Theophanes secutus est, et quæ nos vertimus. Sed et illud hoc loco lectorem scire opportuerit, epistolam hanc, quæ tota in patientiæ commendatione et Jobi historia versatur, bona ex parte Chrysostomi imitationibus constare : singula nos, prout occurrunt, adnotare noluimus, ne capita notarum et earum numeros innumeros lacereamus. Itaque consultius duximus, ad finem ea omnia quæ a Chrysostomo (ut diximus) mutuatus est Theophanes, unico scholio aggerere.

(11) *Molas iniquorum.* In Vaticano et Messanensi desunt huic periodo quæ sequuntur verba, ἐκ μέσου τῶν ὀδόντων, etc., quæ adjunximus ex Jobi textu, cap. xxix.

(12) *Seminem.* Vaticanus σπεῖραί μοι. Messanensis σπείραιμι.

(13) *Principem maxime decet.* Non dubito quin locum hunc aliter vertendum judicent multi, nempe βασιλικωτάτην, *principatum obtinentem, præclarissimam, cæteris virtutibus præstantem.* Verum nos ita reddidimus, quod videremus Jobum a Theophane regem alias sæpe vocari, quocirca huc allusum hoc loco credimus.

τοι δὲ εἰ μὴ εὐλόγησάν με, ἀπὸ δὲ κουρᾶς ἀμνῶν μου ἐθερμάνθησαν ὧμοι αὐτῶν, τὰ καὶ τὰ πάθοιμι. Καὶ πάλιν· Ἡ θύρα μου παντὶ ἐλθόντι ἀνέῳκτο, καὶ οὐκ εἴασα ἀδύνατον ἐξελθεῖν τὴν θύραν μου κόλπῳ κενῷ. Ἀλλ' οὐδὲ τοῖς χρεωφειλέταις ἀπῄτει τὸ δάνειον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν χρεῶν γράμματα διερρήγνυ· Συγγραφὴν γάρ, φησίν, εἶχον κατά τινος ῥήξας αὐτὴν, ἀπέδωκα οὐδὲν λαβὼν παρὰ χρεωφειλέτου. Καὶ μὴν τοιοῦτος ὤν, εἴ ποτε τούτῳ συμβέβηκεν ἁμαρτεῖν ἀκουσίως οὐ δὲ τῆς ἐξομολογήσεως τούτων ἠμέλει, ἀλλ' ἅπαντα ἐξηγόρευε καὶ οὐδὲ πρὸς ἕνα μόνον, ἀλλὰ πολλῶν ἔμπροσθεν, οὕτω τῆς εὐαγγελικῆς ἀκριβείας εἶχετο, πρὸ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ νόμου βεβιωκώς· φησὶ γάρ· Εἰ δὲ καὶ ἁμαρτὼν ἀκουσίως ἔκρυψα τὴν ἁμαρτίαν μου, οὐ γὰρ διετράπην πολυοχλίαν πλήθους, τοῦ μὴ ἐξαγορεῦσαι ἐνώπιον αὐτῶν. Τῆς δὲ μνησικακίας τοσοῦτον ἦν ἀνωτέρα ἡ ψυχὴ τοῦ δικαίου, ὅτι οὐδὲ ταῖς συμφοραῖς ποτε τῶν ἐχθρῶν ἐπευφραίνετο, ἀλλὰ παραπλησίως τοῖς ἀγαπῶσι διέκειτο· φησὶ γάρ· Εἰ δὲ καὶ ἐπιχαρὴς ἐγενόμην πτώματι ἐχθρῶν μου, καὶ εἶπεν ἡ καρδία μου Εὖγε, ἀκουσαι ἄρα τὸ οὖς μου τὴν κατάραν μου. Τὸ δὲ συμπαθὲς καὶ φιλοικτον πρὸς τοὺς κακοπραγοῦντας τίς οὐ θαυμάσειεν; Ἐπὶ παντὶ γὰρ, φησὶν, ἀδυνάτῳ ἔκλαυσα, ἐστέναξα δὲ ἰδὼν ἄνδρα ἐν ἀνάγκαις. Ὡσαύτως πλούσιος ὢν σφόδρα, οὐ μέγα ἐπὶ τούτῳ ἐτίθετο, οὐδὲ τῇ δυνάμει τῆς ἑαυτοῦ περιουσίας· ἦν πεποιθὼς, ὅπερ οἱ πλεῖστοι νῦν

bitum; quin imo eorum chartulas discindebat, *Syngraphamque* (14) enim, inquit, *habebam, et discindens illam largitus sum, nihil a debitore accipiens* [16]. Et tamen cum talis esset, si quando illi non sponte (15) peccare contigisset, minime rennebat ea delicta confiteri: quin et omnia fatebatur, nec coram uno tantum, sed et coram multis, adeo fidelis evangelicæ disciplinæ (16) custos erat, qui ante Evangelium et legem vixit. Dicit enim: *Quod si etiam cum invitus peccassem abscondi peccatum meum, non enim expari turbam multitudinis, ut non enarrarem coram eis* [17]. A memoria autem injuriarum Justi anima tam longe aberat ut inimicorum calamitatibus nunquam gauderet, imo non aliter quam erga amicos in illos affectus esset; ait enim: *Quod si et gavisus sum in casu inimicorum meorum, et dixit cor meum, Euge, audiat auris mea detestationem meam* [18]. Condolentiam vero commiserationemque erga infelices quis non admiretur? *In omni enim*, inquit, *impotenti flevi, gemui vero videns hominem in necessitatibus* [19]. Similiter cum valde dives esset, non ideo extollebatur animo, aut copiis divitiarum suarum confidebat, quod multi nunc faciunt divites. De quibus ait beatus apostolus Paulus Timotheo scribens: *Divitibus hujus sæculi præcipue non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum* [20]. Dicit enim idem justus (17): *Si in pretioso lapide spem posui meam, et læta-*

[16] Job XXXI, 32. [17] ibid. XXXIII, 34. [18] ibid. 29. [19] Job XXX, 25. [20] I Tim. VI, 17

(14) *Syngrapham.* Locus hic diverse habetur et apud antiquos expositores Jobi, et in Latina vulgata, et apud Septuaginta. Nos Theophanis verba reddere satis habuimus, quæ quidem plana sunt. Deest enim id, quod hoc loco difficultatem aliquam habet, nempe: *Syngrapham in humeris circumponens, coronam legebam.* Quæ quidem verba varie declarantur ab auctoribus. Olympiodori expositio, quam habes in Catena in Job, nuper a Paulo Comitolo edita, mihi præ aliis placet, ut quæ magis litteræ conveniat.

(15) *Non sponte.* Fere ita legunt veteres omnes Græci et Latini, præter Augustinum, qui, *sponte*, affirmative habet. Porro loci hujus sententia manifesta est, si peccatum involuntarium acceperis pro illa voluntatis motione, quæ a peccati fomite inducitur, quam *sensualitatem* etiam vocant; in qua, cum ejus omnes in universum motus (non eos tantum, quos primos vocant, in quibus ut nulla est voluntatis titillatio, ita nec offensio, sed et primo secundos, nempe e quibus labis aliquid et reatus jam adhæret) evitare humanarum virium non sit, et justis ipsis impossibile, ut ait Gregorius, lib. XVIII *Moralium*, cap. 4, in hac inquam *sensualitate* ita accepta, peccatum necessario inesse, et hoc sensu collective videlicet (ut loquuntur) sumptam declinari non posse, subtilissimi nostrorum docent. Referendus huc idem Job, illis verbis cap 27: *Non est sanctus in terra qui non peccet*: sanctus Joannes, epistola I, cap. 1: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus*, quæ verba non humilitatis causa debere intelligi, sed juxta veritatem sententiæ decreverunt Patres Milevitani, can. 6, et Africani, canon. 81. Paulus item ad Rom. 7: *Non enim*, inquit, *bonum, quod volo, hoc ago, sed quod odi malum, hoc facio*; quem locum divus Augustinus de jam dicto malo concupiscentiæ, et pulsatione sensualitatis interpretatur; et hoc quidem internum malum apposite Theologus ἐμφύλιον πόλεμον, *viscerale bellum*, appellavit in oratione ad Greg. Nyssenum. Tertullianus, de Resurrectione carnis, *delinquentiam habitantem in carne nostra* vocat. Non omittemus veteres aliter, et largius aliquanto locutos esse de *voluntario et involuntario*. Basilius enim involuntarium peccatum vocare videtur ejus scorti, quod venditum lenoni quæstum corpore facit; voluntarium vero illius, quod voluptatis causa seipsum sceleri mancipat. Et Clemens Stromateus. *Quod voluntarium*, inquit, *non est, pœnam non meretur: id autem in duplici genere est, alterum enim per ignorantiam fit, alterum per vim.* Ad eumdem sensum tendunt, quæ ex Didymo et Philone referuntur a Damasceno in *Parallelis*, cap. *de peccatis* involuntariis. Quæ tamen theologico gnomone dirigenda sunt, et explicanda. Peccatum in voluntate est, ut in proprio subjecto, et causa, essentialiterque, in actu liberi arbitrii consistit. Videndus Thomas, prima secundæ q. 74, ab art. 3, cum sequentibus, et ante Thomam, Augustinus, in iis præcipue, quæ scripsit contra Pelagianos.

(16) *Evangelicæ disciplinæ.* Frequens est hæc Jobi commendatio apud eos omnes qui illius historiæ meminerunt, nempe observasse illum legem, cum ante legem fuerit. Sic Olympiodorus: *Nihil promissum a lege non est ipse consecutus, qui etiamsi legem non audivisset, in mente tamen legem scriptam ferebat, legemque servavit, quamvis non a magistro acceperit.*

(17) *Justus.* Familiare est Patribus justi nomine

tus sum cum mihi esset census multus[21]. Et paulo post : *Et si osculatus sum manum meam apponens ori meo*[22], videlicet si cum jactantia et superbia laudavi meas operationes, omnia putans esse sapientiæ meæ(18), et non divinæ virtutis, et providentiæ, et ideo osculatus sum, ut plerique solent, manus meas, et hoc mihi maximum scelus imputatur.

δὲ εὐφράνθην πολλοῦ πλούτου μοι γενομένου. Καὶ τῷ στόματί μου ἐφίλησα, τουτέστιν, εἰ ἐπῆνεσα τῆς γνώσεώς μου τὸ πᾶν εἶναι λογιζόμενος, ἀλλὰ φιλῶν κατὰ τὴν συνήθειαν τῶν πολλῶν τὰς χεῖράς μου, καὶ τοῦτό μοι ἄρα, ἀνομία ἡ μεγίστη λογισθήσεται.

2. Hæc, o dilecti, justi hujus bona opera ante tribulationes et calamitates hisce virtutibus vitam illius decorabant, qui cum maximis divitiis et vitæ splendore munitus esset, non usus est iis in venereas voluptates, rapinas et immodicas cupiditates, quod plurimi faciunt homines ; et quod mirandum est, idque sæpe dixi, cum ante Evangelium, et legem, nullum tale exemplum videre posset, imo vero contra ; omnes enim aspiciebat diversa via incedentes, et omnem pravitatem studiose operantes, neque ullam omnino disciplinam habuit, neque sacras unquam audivit Scripturas nondum enim scriptæ, aut editæ tunc erant. Cum ergo talis tantusque esset, in eas incidit calamitates et tribulationes sibi invicem succedentes, quæ nulli unquam alii contigerunt, etiamsi multi sæpe ab ipso mundi initio afflicti, ac variis ærumnis affecti fuerint ; non enim solum pecunias, animalium greges, et reliquas omnes facultates, et septem denique spectandorum filiorum chorum in ipso ætatis flore amara morte amisit, et quidem simul hæc omnia ita ut nec singulos, ut æquum erat, propter malorum continuationem lugere posset : *Adhuc enim*, inquit, *hoc loquente, venit alius nuntius, et rursus hoc loquente, alius, inde calamitates annuntiantes*[23]. Non hæc, inquam, tantum passus est, sed etiam corpus, quod solum supererat, vulnere totum illud ambiente percutitur : *A capite*, enim inquit, *usque ad pedes insanabilis et doloribus plenus et nudus super fimum sedet, qui paulo antea potens et rex erat*[24] (19). Cum vero suum cerneret corpus quasi saniei et vermium scatentem

A πάσχουσι τῶν πλουτούντων, περὶ ὧν φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος Τιμοθέῳ γράφων· *Τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελε, μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, ἀλλ' ἐπὶ Θεῷ ζῶντι, τῷ παρέχοντι ἡμῖν πάντα πλουσίως εἰς ἀπόλαυσιν.* Φησὶ γὰρ ὁ αὐτὸς δίκαιος· *Εἰ λίθῳ πολυτελεῖ ἐπεποίθησα, εἰ* μετ' ὀλίγα· *Εἰ δὲ καὶ χεῖρά μου ἐπιθεὶς ἐπὶ* μεθ' ὑπερηφανίας καὶ καυχήσεως τὰς πράξεις μου, μὴ τῆς θείας δυνάμεως καὶ προνοίας καὶ διὰ τοῦτο μου, καὶ τοῦτό μοι ἄρα, ἀνομία ἡ μεγίστη λογισθή-

β'. Τοιαῦτα, ἀγαπητοὶ, τὰ πρὸ τοῦ πειρασμοῦ, καὶ τῶν συμφορῶν κατορθώματα τοῦ δικαίου τοιαύ-
B ταις ἀρεταῖς κατεκόσμει τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν πλοῦτον ὄτι πολὺν καὶ δυναστείαν περιβεβλημένος καὶ δόξαν, καὶ οὐκ ἐχρήσατο τούτοις εἰς ἡδονὰς ἀκολάστους καὶ ἁρπαγὰς καὶ πλεονεξίας ὅπερ πάσχουσι τῶν ἀνθρώπων οἱ πλεῖστοι· καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὡς πολλάκις εἶπον, ὅτι πρὸ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῦ νόμου, ὅτε οὐδὲν παράδειγμα τοιοῦτον εἶχεν ὁρᾶν, μᾶλλον μὲν οὖν πᾶν τοὐναντίον, ἅπαντας τὴν ἐναντίαν βαδίζοντας ἔβλεπε, καὶ πᾶσαν κακίαν ἐργαζομένους μετὰ σπουδῆς· οὐδὲ διδασκαλίας ὅλως μετέσχεν οὐδὲ θείων Γραφῶν ἐν ἀκροάσει γέγονεν, ἐπεὶ οὔπω γεγραμμέναι καὶ δεδομέναι οὖσαι ἐτύγχανον. Τοιοῦτος δὲ ὢν, τοιαύταις περιπίπτει συμφοραῖς, ἀλλ' ἐπαλλήλοις καὶ πειρασμοῖς, ὥσπερ πολλῶν πολλάκις ἀφ' οὗπερ ὁ κόσμος γέγονε κακοπαθησάντων
C καὶ ταλαιπωρησάντων, μηδενὶ τῶν ἁπάντων συμφορὰν τοιαύτην συμβῆναι ποτε. Οὐ γὰρ μόνον χρήματα, ζώων ἀγέλας, πᾶσαν ἄλλην περιουσίαν, καὶ τέλος ἑπτὰ θαυμαστῶν παίδων χορὸν, ἐν τῇ ἄνθει τῆς ἡλικίας ἀπώλεσε θανάτῳ πικρῷ, καὶ ταῦτα πάντα ἀθρόον, ὡς μὴ δύνασθαι κἂν ἀξίως θρηνεῖν ἕκαστον διὰ τὸ συνεχὲς τῶν κακῶν· *Ἔτι γὰρ*, φησὶ, *τούτου λαλοῦντος, ἦλθεν ἕτερος ἄγγελος, καὶ πάλιν τούτου λαλοῦντος, ἄλλος, ἐκεῖθεν τὰς συμφορὰς ἀπαγγέλλοντες.* Οὐ μόνον οὖν ταῦτα ὑπέστη, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα ὃ μόνον ὑπολέλειπτο τούτῳ, πλήττεται πληγὴν ὁλόσωμον· *Ἀπὸ κεφαλῆς γὰρ*, φησὶν, *ἕως ποδῶν ἀνίατός τε καὶ πολυώδυνος καὶ γυμνὸς ἐπὶ κοπρίας κάθηται ὁ πρὸ μικροῦ*

[21] Job xxxi, 24-25. [22] Ibid. 27. [23] Job i, 16. [24] Job ii, 7-8.

per excellentiam intelligere Jobum ; cujus rei ratio copiose redditur ab auctore Catenæ nunc editæ, in Prolegomenis. Omnia enim quæ ad perfectam justitiæ possessionem pertinent, in Jobo fuisse constat. Nobis itaque in Theophane et verbum verbo reddere, et usitatam phrasin non aversari placuit.

(18) *Sapientiæ meæ*. Habent codices γνώμης σεὼς μου corrupte quidem ; substitui, γνώσεως μου. Nam illud μης interjectum est librariorum errore.

(19) *Rex erat*. Ut demus hoc Jobi novitiis calumniatoribus, id est hæreticis, qui ejus historiam mythologicam falso prædicant, de eo nempe (quis fuerit, cujas, quo genere) non ita constare inter auctores ; id tamen, quod hic Theophanes affirmat, videlicet regem fuisse, certum nobis esse debet.

D Ille enim de se loquens id testatur, et illius historia cap. LXII, apud LXX sic habet : *Et hi sunt reges, qui regnaverunt in Edom, cujus regionis etiam ipse dominatus est*, etc., quæ verba explicans Olympiodorus : *Hæc* (ait) *in Paralipomenis reperias, quamobrem eum de se ipse dicit, Eram in medio eorum sicut rex inter milites eximio cingulo, aut quia præ regno ob virtutem colebatur. Illud (sicut) non propter similitudinem adhibetur, sed ut revera eum potestate regia viguisse intelligamus.* Ambrosius in Comment. Epistolæ ad Romanos ejusdem est sententiæ. Gaudentius Brixianus coævus Ambrosio in Præfatione tractatuum : *Sanctus*, inquit, *Job regnum tenebat Arabiæ, sed, ut scriptum est, nulla vidua, nullus pauper domum ejus sinu vacuo exibat.*

δυνάστης καὶ βασιλεύς· πηγὴν δὲ ἰχώρων καὶ σκωλήκων τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ὁρῶν καὶ πλῆρες δυσωδίας οὐ φορητῆς· Ἔλαβε γάρ, φησίν, ὄστρακον, ἵνα τὸν ἰχῶρα ξέῃ, καὶ αὐτὸς ἐκάθητο ἐπὶ κοπρίας ἔξω τῆς πόλεως. Καὶ πάλιν αὐτός φησι· Φύρεταί μου τὸ σῶμα ἐν σαπρίᾳ σκωλήκων, τήκω δὲ βώλακας γῆς ἀπὸ ἰχῶρος ξύων. Οὐκ ἤρκει ταῦτα τῷ διαβόλῳ, οὐδὲ κόρον λαμβάνει τῆς συμφορᾶς τοῦ δικαίου, ἀλλὰ πάντα λίθον κινεῖ τὸ λεγόμενον, ὅπως τὸν ἀδαμάντινον ἀνατρέψῃ καὶ κατενέγκῃ πύργον ἐκεῖνον τοῖς ἑαυτοῦ μηχανήμασι. Διὸ καὶ νῦν μὲν τὴν γυναῖκα ἐγείρει τραγῳδοῦσαν πρῶτον τὰς ἑαυτῆς συμφορὰς καὶ συνωθοῦσαν πρὸς βλασφημίαν. Ἴστε δὲ πάντες ὅπως θραύειν οἶδε καὶ διαλύειν ψυχῆς ἀνδρὸς τόνον ὀδυρμοί τε καὶ δάκρυα γυναικὸς ἐκ κοινῆς τινος συμφορᾶς καὶ παίδων ἀποβολῆς μάλιστα προερχόμενα, καὶ ὅπως ἐντεῦθεν μάλιστα πείθειν ῥᾳδίως πέφυκε τὴν τοῦ ἀνδρὸς γνώμην πρὸς ἅπαν τὸ ἑαυτῇ βουλητόν. Διὸ καὶ πρῶτον μὲν τὴν ἐλπίδα τούτου ἐν ᾗ μόνον ἐσάλευέ τε καὶ ἤδραστο τὸ τῆς ψυχῆς σκάφος ἐν τῷ πελάγει τῶν συμφορῶν καὶ τῷ κλύδωνι, κατατέμνειν καὶ διασπᾷν ὁ διάβολος δι' αὐτῆς ἐπεχείρησεν. Οἶδε γὰρ ὅτι ἐξ ἐλπίδος συνίσταται τὸ τῆς ὑπομονῆς ἀγαθόν· φησὶ γάρ· Μέχρι τίνος καρτερήσεις; λέγων· Ἰδοὺ ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρόν, προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου. Εἶτα ἐπάγει τὰς συμφορὰς ὡς ἂν διὰ τῆς ὑπομνήσεως τούτων σύγχυσῃ τὸ μεγαλόψυχον καὶ καρτερὸν τοῦ γενναίου· Ἰδοὺ γάρ, φησὶν, ἠφάνισταί σου τὸ μνημόσυνον ἀπὸ τῆς γῆς, υἱοὶ καὶ θυγατέρες ἐμῆς κοιλίας ὠδῖνες καὶ πόνοι, οὓς εἰς τὸ κενὸν ἐκοπίασα μετὰ μόχθων· σὺ δὲ αὐτὸς ἐν σαπρίᾳ σκωλήκων κάθησαι διανυκτερεύων αἴθριος, κἀγὼ πλανῆτις καὶ λάτρις, τόπον ἐκ τόπου περιερχομένη, καὶ οἰκίαν ἐξ οἰκίας, προσδεχομένη τὸν ἥλιον πότε δύσεται, ἵνα ἀναπαύσωμαι τῶν μόχθων μοῦ καὶ τῶν ὀδυνῶν αἳ με νῦν συνέχουσι. Τούτοις τοῖς ῥήμασιν ἤδη νομίσας ὁ πονηρὸς εὐχείρωτον τὴν

A fontem plenumque intolerandi fœtoris : *Accepit*, ait, *testam ut saniem eraderet, et ipse sedebat in sterquilinio extra urbem*[23]. Et rursus ipse : *Voluta tur*, inquit, *corpus meum in putredine verminum ; tabefacio autem glebas terræ sanie mea quam erado*[24]. Verum hæc nondum satis diabolo, nec ille adhuc calamitatibus justi satiatus : quinimo omnem, ut aiunt, lapidem movet, quod adamantinum hominem evertat, turrimque illam suis machinis dejiciat. Ideoque modo uxorem ejus excitat, suas primum ærumnas miserabiliter deplorantem adhortantemque illum ad blasphemiam ; nostis autem omnes, quomodo soleant muliebres fletus et lacrymæ frangere et emollire virilis animi robur, ex communi præsertim calamitate filiorumque amissione provenientes, et quam facile sit hac via viri animum ad uxoris voluntatem perduci. Ideo diabolus sancti hujus spem, in qua solum enatabat, et in ipso calamitatum pelago et æstu, animæ illius scapha fluctibus resistebat conquassare ac frangere per uxorem primum aggressus est. Novit enim patientiæ bonum constare ex spe (20). Ait igitur : *Quousque patienter sustinebis? dicens, Ecce permaneo tempus adhuc parvum exspectans spem salutis meæ*[25]. Commemorat deinde ærumnas, ut per harum enarrationem perturbet magnanimitatem, et constantiam generosi viri : *Ecce*, inquit, *memoria tua exstincta est a terra, filii et filiæ mei ventris partus et labores, quos frustra suscepi cum dolore. Tu vero ipse in putredine vermium sedes, pernoctans sub dio, et ego errans ut ancilla, loculi ex loco, domumque ex domo circumeo ; expectans solem quando occidet, ut requiescam ab ærumnis et doloribus, quibus nunc premor*[26]. His verbis arbitratus dæmon justi animam facilem captu jam redditam per objectam uxori personam (ut olim Adami per primam parentem) venenum effert : *Die*, inquit, *verbum ad Dominum, et morere*. Si enim, ait, ob nil aliud blasphemare vis, saltem, ut moriaris, et

[23] Job II, 7, 3. [24] Job III, 26. [25] Job II, 9. [26] ibid., 10.

(20) *Ex spe*. Ut labor spei comes est, ita spes patientiæ, utrumque disces ab uno Paulo : Ματαιότητι (inquit, ad Rom. VIII) ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι. Nam *vanitatem*, hic pro mundanis tentationibus, juxta præcedentia verba interpretatus est alicubi Origenes, et ab eo Hesychius. Subjungit idem Apostolus, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα, id est, *per patientiam exspectamus*. Et divine ad eamdem mentem episcopus Nyssenus : τῶν προσδοκωμένων ἀγαθῶν ἡ θλῖψις ἄνθος ἐστί· διὰ οὖν τὸν καρπὸν, καὶ τὸ ἄνθος δρεψώμεθα : *Afflictio est flos bonorum, quæ sperantur ; decerpamus igitur florem, propter fructum*. Optime etiam Joannes abbas in scala, gradu 30 : *Spes* (inquit) *est incertarum divitiarum opulentia, spes est indubitatus ante thesaurum, thesaurus, hæc absentium imago, huic annexi sunt labores, ex hac pendent fatigationes*. Eodem spectat (inter externa multa) Socratis illud : Οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς, οὔτε ἐλπὶς ἀγαθὴ χωρὶς πόνου γεννᾷ τι χρήσιμον : *Nec mulier sine viro, nec spes bona sine labore quicquam utile parit*. Et hæc quidem de divina illa cœlestique spe dicta erunt ; quam qui habent, etiamsi calamitatibus innumerabilibus obruti sint, lætos quidem esse oportet ; contra, qui eam non habent, quantumvis beatissimi, tristes. quæ Deum ipsum, ipsiusque amorem et fruitionem pro fine habet, quam opifex, non angelis, non glorificatis animis, non aliis denique creaturis concessit, quam athletis, agonistis, viatoribus, ut fidissimam nempe certaminis adjutricem, ut victoriæ comitem. Cæterum humana et terrena spe, quam merito summus philosophorum, *somnium vigilantium* vocavit, quid potest esse miserabilius, quid infelicius ? immundam certe illam Pandoricæ pyxidis fæcem facile in ea cognoscas, si effecta consideres. Ζεῦ πολυτίμητ' (exclamat Græcus Comicus in *Nauclero*), οἷόν ἐστ' ἐλπὶς κακόν, *Jupiter colendissime, quantum malum spes est*. Habemus et Theognidis aureum illud : *Spes et periculum inter homines similia sunt* (inquit idem Lycei princeps, Rhetoricorum 2, cap. XIII) *Spe deficiunt propter experientiam, qua didicere vana, fallacia, ficta esse omnia*. Hoc igitur uno ea ætas, me quidem judice, felix et beata, etiamsi reliquis vitæ præsidiis destituta.

Ebereris ab his calamitosis tribulationibus. Nunc A clare detexit diabolus quamobrem tot illum afflixerit tribulationibus, quidque ipse exspectaret, nempe ut blasphemum adversus Deum proferret verbum. Dixi enim, inquit (21), quod quidquid ipsi feci, id ut blasphemaret, feci. Quapropter cum id minime successisset, non modo nihil jacturæ ex tot tribulationibus illi evenit, sed et magnus victor, coronatusque athleta renuntiatus est, eoque major, quo majora erant, et periculosiora certamina: *Cum*, inquit, *intuitus esset ipsam, dixit illi*, iratus scilicet et cum indignatione respiciens eam, dixit: *Quare tanquam una ex stultis mulieribus locuta es? si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus?* At non hic insidiari desinit malorum machinator; sed alteram ingreditur viam, gravibusque aliis illum afficit malis. Non minus prioribus, ne dicam magis tristibus; hinc enim amicos ipsius, inde vero domesticos et servos excitat adversus athletam, et illos quidem non modo non condolentes consolantesque illum, ut amicos facere par est, sed exprobrantes ei mala, ideoque, non modo non mitigantes dolorem verbis commiserationis, ut periti medici facere solent, sed potius refricantes et affligentes instar carnificum. Ad quos et dicebat: *Vos estis injusti medici*; ideo et dolens aiebat: *Qui me verebantur irruerunt in me*[30]. Et rursus: *Vos aggressi estis me immisericorditer: numquid petii aliquid a vobis? aut potentia vestra indigeo*[30]? quasi dicat; Excedit medela mea vires vestras, nec potestis me a doloribus liberare; uno namque Deo meæ res indigent; cum igitur sanare non possitis, ne contumeliosis verbis crudeliter me cædatis. Et rursus: *Quousque affligetis animam meam, et exsecramini me verbis, et detrahitis mihi? absque ullo pudore molesti mihi estis, et super me magnificamini, insilitis in me probis*[31]. Servi autem abjecti et viles illudentes et deridentes, conspuentesque in ipsum, calamitates assidue exprobrare non desistebant. Dicit enim: *Quomodo ego tristes consolabar, nunc vero me infirmi irridenti*[32]? Et rursus: *Abominati sunt me procul abeuntes; sputum* (22) *autem in faciem meam injicere non renuerunt.* Et rursus: *Fratres, familiares et vicini despexerunt me* D

ψυχὴν τοῦ δικαίου γενέσθαι, διὰ τοῦτο τοῦ προσωπείου τῆς γυναικὸς, ὥσπερ πρώην τῷ Ἀδὰμ διὰ τῆς προμήτορος, ἐπιφέρει τὸ δηλητήριον· *Εἶπον* γὰρ, φησὶ, *τὸ ῥῆμα πρὸς Κύριον, καὶ τελεύτα.* Εἰ γὰρ μὴ δι' ἄλλο τι, φέρε, βούλει βλασφημεῖν, ἵνα γοῦν τελευτήσῃς καὶ ἀπαλλαγῇ τῶν πολυωδύνων τουτωνὶ πειρασμῶν. Νῦν ἀπεκάλυψε σαφῶς ὁ διάβολος τίνος ἕνεκα τοὺς μυρίους ἐπήγαγεν αὐτῷ πειρασμοὺς, καὶ τί ἦν αὐτῷ τὸ σπουδαζόμενον, τὸ ῥῆμα βλάσφημον δηλονότι κατὰ Θεοῦ ἐπενέγκαι. Εἶπον γὰρ, φησὶν, ὅσα ἐπήγαγον αὐτῷ, ἵνα βλασφημήσῃ ἐπήγαγον. Διὸ τούτου μὴ γεγονότος, οὐ μόνον βλάβη τις ἀπὸ τῶν τοσούτων αὐτῷ γέγονε πειρασμῶν, ἀλλὰ καὶ νικητὴς μέγας καὶ στεφανίτης ἀνηγορεύθη, καὶ τοσοῦτο μᾶλλον, ὅσον ἦν καὶ τὰ δεινὰ μείζω καὶ χαλεπά. *Ἐμβλέψας* γὰρ, φησὶν, *εἶπεν αὐτῇ*, τουτέστι μετ' ὀργῆς καὶ ἀγανακτήσεως ἰδὼν αὐτὴν ἔφη· *Ἵνα τί ὥσπερ μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν ἐλάλησας; εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς Κυρίου, τὰ κακὰ οὐχ ὑπολσομεν;* Ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τούτου τῆς ἐπιβουλῆς ὁ κακομήχανος ἵσταται, ἀλλ' ἑτέραν ὁδὸν τρέπεται καὶ χαλεποῖς ἄλλοις προσβάλλει τούτῳ πικροῖς· καὶ τῶν προτέρων οὐδὲν ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ὀδυνηροῖς. Ἐντεῦθεν μὲν γὰρ τοὺς φίλους αὐτοῦ, ἐκεῖθεν δὲ τοὺς οἰκέτας καὶ δούλους ἐγείρει κατὰ τοῦ ἀθλητοῦ· τοὺς μὲν μὴ μόνον, συναλγοῦντας καὶ παραμυθουμένους, ὡς εἰκὸς καὶ πρέπον τοῖς φίλοις, ἀλλ' ὀνειδίζοντας αὐτῷ τὰ δεινὰ. καὶ διὰ τοῦτο μὴ μόνον τὸ πάθος καταλεαίνοντας λόγοις συμπαθείας καὶ παρακλήσεως κατὰ τοὺς ἀγαθοὺς ἰατροὺς, ἀλλ' ἀναξαίνοντας μᾶλλον καὶ ἐπιτρίβοντας δίκην δημίων. Πρὸς οὓς καὶ ἔλεγεν· *Ὑμεῖς ἐστε ἰατροὶ ἄδικοι*, διὸ καὶ ἀλγῶν ἔλεγεν· *Οἵτινες με διενλαβοῦντο, νῦν ἐπιπεπτώκασί μοι.* Καὶ πάλιν· *Ὑμεῖς ἐπέβητέ μοι ἀνελεημόνως, μήτι ὑμᾶς ἤτησα; ἢ τῆς παρ' ὑμῶν ἰσχύος ἐπιδέομαι;* Ὑπὲρ τὴν ὑμετέραν, φησὶ, δύναμίν ἐστιν ἡ ἐμὴ θεραπεία, καὶ τῶν ἀλγεινῶν ἡ ἀπαλλαγὴ, Θεοῦ γὰρ μόνου δεῖται τὰ κατ' ἐμέ. Ἐπεὶ τοίνυν θεραπεῦσαι οὐ δύνασθε, μηδὲ πλήττετε λόγοις ὀνειδιστικοῖς ἀνελεημόνως. Καὶ πάλιν· *Ἕως τίνος ἐγκόπτον ποιήσετε τὴν ψυχήν μου, καὶ καθαιρεῖτέ με λόγοις καὶ καταλαλεῖτέ μου; οὐκ αἰσχυνόμενοί με ἐπίκεισθέ μοι καὶ ἐκ' ἐμοὶ μεγαλύνεσθε, ἐν-*

[30] Psal. LVIII, 4. [31] Job XIX, 1. [32] ibid. 2. [33] ibid. 5.

(21) *Dixi enim, inquit.* Vtilum haberi locum hunc, non est cur non affirmem. Forte desunt præcedentia illa, τὸ ῥῆμα πρὸς Κύριον, καὶ τελεύτα, ut totus locus habeat: *Dic enim, inquit, verbum in Dominum, et morere; quæcunque enim induxi in eum, ut blasphemaret induxi.* At religiosum semper putavimus mutare quidquam contra fidem veterum codicum.

(22) *Sputum.* Despicatissima quæque, et abominanda exspui solita, in signum contumeliæ, injuriæ, et contemptus, docent ex Græcis Origenes, ex nostris Gregorius primus. Ille explicans verba Isaiæ, capitis L; hic in *Moralibus*, lib. XX, cap. 18. Vidua gios (ut est apud Moscu) a leviri thalamo repulsa spuebat in faciem illius, et dicebat: *Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris sui.* Christus apud eum prophetam, quem citavi, opprobrium hoc ab ingrato populo passurum se nuntiat. Quod impietum narrant Matth. XXVI, Marcus X, XIV, XV, Luc XVIII; apud profanos scriptores legitur Aristippi illud: *Conspuus* (inquit Laertius) *a Dionysio, æquo animo tulit. Et cum quidam eam illi ignominiam exprobraret: Piscatores* (inquit) *ut gobium capiant, non ægre ferunt a mari aspergi, et ego ut balænam capiam, non patiar oris illius excrementis aspergi?* Vicissim idem philosophus ædes quasdam magnifice constructas ingressus, in domini os exspuit, adjungens pro excusatione: *Non habui opportuniorem locum.* Hieronymus in dialogo Luciferiani et Catholici, cum refert primum eorum congressum: *Dum audientiam* (inquit) *et circulum lumina jam in plateis accensa solverent, et inconditam disputationem nox interrumperet, consputa pene invicem facie recesserunt.*

ἀλλεσθε δέ μοι ὀνείδει. Οἱ δὲ ζοῦλοι καὶ ητιμωμένοι καὶ εὐτελεῖς χλευάζοντές τε καὶ μυκτηρίζοντες καὶ ἐμπτύοντες τὰς συμφορὰς ἐπαγγέλλοντες ἐκείνου διηνεκῶς οὐκ ἐπαύοντο. Φησὶ γάρ· *Οὐ τρόπον παθεινοὺς παρεκάλουν*, *νυνὶ δὲ κατεγέλασάν μου ἐλάχιστοι.* Καὶ πάλιν· *Ἐδδελύξαντό με ἀποστάντες μακράν· ἀπὸ δὲ τοῦ προσώπου μου οὐκ ἐφείσαντο πτύελον. Οἱ δ' ἀδελφοὶ πάλιν καὶ συνήθεις καὶ γείτονες παρεῖδον ὡς ἀλλότριον πάντῃ. Ἀπ' ἐμοῦ γὰρ*, φησὶν, *ἀδελφοί μου ἀπέστησαν. ἔγνωσαν ἀλλοτρίους ἢ ἐμέ· φίλοι δέ μου ἀνελεήμονες γεγόνασιν· οὐ προσεποιήσαντό με οἱ ἐγγύτατοι, καὶ οἱ εἰδότες μου τὸ ὄνομα ἐπελάθοντό μου. Γείτονες οἰκίας θεράπαιναί τέ μου, ἀλλογενὴς ἤμην ἐναντίον αὐτῶν. Θεράποντά μου ἐκάλεσα, καὶ οὐχ ὑπήκουσε.* Καὶ πάλιν· *Ἐδδελύξαντό με οἱ ἰδόντες με· οὓς δὲ ἠγαπήκειν, ἐπανέστησάν μοι.* Οἶδα ὅτι πάντες ἐκ συμπαθείας λελύπησθε τοῖς λόγοις τούτοις· καὶ ὀδυρμοῖς τοῦ δικαίου. Εἰ οὖν ἡμεῖς ἐξ ἀκοῆς τὰ πάλαι ποτὲ γεγενημένα οὕτω τὴν καρδίαν ἡμῶν συνθλίβει καὶ συνταράττει, νομίσατε τί ἔπασχεν ὁ δίκαιος αὐτὸς ταῦτα ὑπομένων καὶ ἀνεχόμενος. Ἀλλ' οὐδὲ τροφῆς ἄνευ ὀδύνης ὑπὸ τῆς πολλῆς δυσωδίας μετεῖχε· *Βρόμον γὰρ*, φησὶν, *ὁρῶ τὰ σῖτά μου· ἀλλ'* οὐδὲ κοιμώμενος τῶν ἀλγεινῶν ἀπηλλάττετο, ὅτι πᾶσι πειραζομένοις μικρά τις ἀνακωχὴ, ἀλλ' ἐν ὀνείροις ὁ πονηρὸς ἐτάραττε, τοῦτον ἐκφοβῶν τε καὶ θορυβῶν. Διὸ καὶ νομίζων ἐκ Θεοῦ τὰ καταπληκτικὰ ταῦτα ἐπάγεσθαι φόβητρα, ἔλεγεν· *Ἐκφοβεῖς με ἐνυπνίοις, καὶ ἐν ὁράμασί με καταπλήσσεις.* Ἐντεῦθεν τὰ τῆς ἡμέρας δεινὰ οἱ τῆς νυκτὸς πειρασμοὶ δεξέχοντο, φησὶ γάρ· *Ἐὰν κοιμηθῶ, λέγω· Πότε ἡμέρα; ὡς δ' ἀναστῶ, πάλιν· Πότε ἑσπέρα; Πλήρης δὲ γίνομαι ὀδυνῶν ἀπὸ ἑσπέρας ἕως πρωΐ.*

γ'. Καὶ ταῦτα μὲν τῶν πειρασμῶν. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα τῆς ἀρετῆς οἷς διέλαμπε πρὸ τῆς πάλης ταύτης καὶ τῶν ἀγώνων ἔτι πλούτῳ καὶ εὐθυνίᾳ πάσῃ κομῶν, εἰ καὶ μεγάλα ἦν, ὡς φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσε, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς ἀκριβείας ἐναργῶς κατορθώματα· σωφροσύνη γὰρ ἦν καὶ ἁγιασμὸς σώματος, μέχρι βλέμματος καὶ λογισμοῦ τὸ καθαρὸν συντηροῦσα, δικαιοσύνη τε καὶ συμπάθεια, καὶ μετάδοσις δαψιλὴς, ἀμνησικακία τε καὶ μακροθυμία καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὐ τοσοῦτον ἐκεῖνον λαμπρὸν εἰργάσατο καὶ περιφανῆ, ὅσον οἱ πολυειδεῖς ἐκεῖνοι καὶ μυριοὶ πειρασμοὶ, χειμάρρου δίκην ἀθρόον συρρέυσαντες εἰς ἐκεῖνον, καὶ μὴ δυνηθέντες κατασεῖ-

A *tanquam omnino alienum. Recesserunt*, inquit, *a me fratres mei, norunt potius extraneos quam me; amici vero mei immisericordes facti sunt, proximi et affines mei non exceperunt me, et qui meum norant nomen, irruerunt in me. Vicini domus, et ancillæ meæ: alienigena factus eram coram illis, serrum rovavi meum, et non exaudivit.* Et rursus: *Qui viderunt me, abominati sunt, et illi quos amavi, insurrexerunt in me*[33]. Scio omnes vos ex commiseratione affectos esse dolore, his justi verbis et luctu. Si ergo, quæ olim facta sunt, audita, cor nostrum affligunt et conturbant, perpendite, quæso, quidnam passus fuerit justus ipse, qui sustinebat, perferebatque hæc. Verum ne cibum quidem sine dolore sumebat, propter nimium fœtorem: *Graveolentiam*, B inquit, *video cibos meos*[34]; sed neque dormiens (23) (cum quidem afflictis omnibus induciæ sunt pœnarum), vacuus erat doloribus, et in somniis etiam ille malignus hunc perturbabat, terrens eum atque exagitans; ideo arbitratus hæc sibi horrenda terricula a Deo inferri dicebat: Somniis me terres, et visionibus attonitum reddis. Deinde diei mala noctis tribulationibus excipiebantur; dicit enim: *Si dormiero, dico, Quando dies erit? Cum vero excitatus fuero, rursus aio, Quando vesper adveniet? Repleor autem doloribus a vespere usque ad mane*[35].

3. Et hæc quidem tribulationes. At vero virtutis C opera, quibus ante palæstram hanc et certamina opibus adhuc omnique abundantia virens effulgebat, quamvis, ut jam diximus, magna essent, et evangelicæ doctrinæ perfecta evidenter officia (erat enim illi corporis temperantia, et sanctimonia, vel ad intuitum usque, ad cogitationem puritatem conservans, justitia et commiseratio, et copiosa largitio, injuriarum oblivio, et longanimitas, aliaque hujusmodi) non ita clarum et illustrem eum effecerunt, sicuti variæ illæ atque infinitæ tentationes, torrentis instar simul in illum confluentes, minimo tamen valentes concutere turrim illius animæ tuto

[33] Job XII, 21. [34] ibid. [35] Job VII, 3, 4.

(23) *Induciæ sunt malorum.* Dedit hoc providaD natura mortalibus, ut a diurnarum curarum durissimo nervo per noctem ac somnum ad tempus solvantur, donec eos soror somni mors perpetuo liberet. Huc spectat, teste Homeri interprete, vulgare illud: Ὕπνος δὲ πεῖναν τὴν κακέσχατον δαμᾷ. *Somnus pessimam famem domat.* Nam etsi physici affirment, somno nutriri animantia, et is videatur esse proprior versiculi sensus, tamen non male quis cum Eustathio sentiet. Sirach: Μερίμνα ἀγρυπνίας ἀφιστᾷ ὕπνον, *Cura vigiliarum requirit somnum.* Africanus scriptor libro *De anima*, post confutatas philosophorum de somno sententias, subtiliter ac eleganter, ut cuncta, somnum vocat, *medicum laborum.* Seneca: *Non somnus domitor curarum vec-tora solvit.* Cum igitur hoc sit somni in nos beneficium, ut ejus ope paulisper respiremus, non male Jobi calamitates exaggerat, cum, ait, eum nec quietis tempore quievisse, sed spectris, et horribilibus imaginibus vexatum ac delusum. Quod tamen contra naturæ rationem fieri potuisse arbitretur nemo: solent enim animi affectiones per somnum non modo non minui, sed vehementius repræsentari. Ita Synesius Cyrenæus, vir longe doctissimus, et qui in hoc argumento ex professo versatus est: *Voluptas* (inquit) *tum sane etiam maxime blandissima, ut impressa maneant animis odia, et amores ad vitam diurnam.* Quod axioma e media Peripateticorum schola desumptum est.

firmatam in petra fidei et amoris erga Deum, ut murmurans et blasphemum adversus Deum proferret verbum, imo potius beatam illam valdeque laudandam emisit vocem : *Nudus egressus sum ex utero matris meæ, et nudus revertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit ; sicut Domino placuit, ita factum est ; sit nomen Domini benedictum*[36]. Ideo ante tentationes et ærumnas, quamvis Deus ipse testimonium redderet diabolo innocentiæ illius, vocaretque illum optimum omnium hominum qui super terram viverent : *Attendisti* enim, inquit, *mente tua super Job servum meum, quod non est aliquis in terra, sicut ipse, vir sine crimine, verax, Deum colens, abstinens ab omni mala re*[37]. Maligne tamen impudenter, et audacter laudibus justi obtrectare, dignitatemque virtutis ipsius et gloriæ extenuare non verebatur : *Num*, inquit, *gratis Job colit Dominum ? nonne tu munisti ea, quæ extra ipsum et intra domum ejus sunt*[38] ? At post illa certamina doloribus plena, et patientiam cum gratiarum actione, obstructum est omnino os accusatoris, injuriique dæmonis nec ultra ullo modo contradicere valebat, sed pudore suffusus vi victus aufugit. Sicque post tolerantiam tentationum dignus habitus est qui Deum videret, audiretque divinum illud præconium (etenim ut victorem pronuntiat hunc coronarum dator), dicens illi : *Putasne me aliam ob causam allocutum te esse, nisi ut justus appareas*[39] ? hoc est, Quam aliam ob rem permisi, ut tentationes te invaderent, dignatusque nunc sum colloquio, nisi ut justus appareas ? et justitia tua, vivendi ratio, amorque erga Deum ipsi diabolo, omnibusque hominibus, qui erunt usque ad consummationem mundi, manifestetur ? Oratio quidem hæc immarcescibilis fuit corona certaminum athletæ, decorans, glorificansque illum in æternitatem. Hoc bravium fuit agonis ipsius, hoc patientiæ præmium. Oratio hæc morbum illum doloribus plenum illico dissolvit, et facultates omnes reddidit duplo majores iis, quas amiserat, et ex tanta inopia, morbo, et despectu, repente ad maximam gloriam, opes, et bonam valetudinem evexit, præclarumque effecit, et in præsenti vita, et in futura.

σαι τὸν πύργον τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἡδρασμένον ἀσφαλῶς ὄντα ἐν τῇ πέτρᾳ τῆς πίστεως καὶ ἀγάπης τῆς εἰς Θεὸν, ὥστε ῥῆμα γογγυστικὸν καὶ βλάσφημον ἐξενεγκεῖν εἰς Θεόν· ἀλλὰ τὴν μακαρίαν ἐκείνην καὶ πολυύμνητον μᾶλλον ἀνέπεμψε φωνήν· *Γυμνὸς ἐξῆλθον ἐκ κοιλίας μητρός μου, γυμνὸς καὶ ἀπελεύσομαι ἐκεῖ· ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον.* Διὸ πρὸ μὲν τοῦ πειρασμοῦ καὶ τῶν συμφορῶν καίτοι τοῦ Θεοῦ μαρτυροῦντος πρὸς τὸν διάβολον ἄμεμπτον αὐτὸν εἶναι καὶ κρείττω πάντων ἀνθρώπων τῶν ἐπὶ γῆς· *Προσέσχες* γὰρ, φησὶ, *τῇ διανοίᾳ σου κατὰ τοῦ θεράποντός μου Ἰὼβ, ὅτι οὐκ ἔστι κατ' αὐτὸν τῶν ἐπὶ γῆς ἄνθρωπος ἄμεμπτος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος.* Ὅρως ὁ Πονηρὸς ἀναισχύντως καὶ ἰταμῶς ἐπηρεάζειν οὐ παρῃτεῖτο τοῖς ἐγκωμίοις τοῦ δικαίου, καὶ τὸ ἀξίωμα καθαιρεῖν τῆς ἀρετῆς ἐκείνου καὶ δόξης· *Μὴ* γὰρ, φησὶ, *δωρεὰν Ἰὼβ σέβεται τὸν Κύριον ; οὐ σὺ περιέφραξας τὰ ἔξω αὐτοῦ καὶ τὰ ἔσω τῆς οἰκίας αὐτοῦ ;* Μετὰ δὲ τοὺς πολυωδύνους ἄθλους ἐκείνους καὶ τὴν μετ' εὐχαριστίας ὑπομονὴν, ἐφράγη παντάπασι τὸ στόμα τοῦ κατηγόρου καὶ ὑβριστοῦ δαίμονος· καὶ λοιπὸν ἀντιλέγειν ὅλως οὐκ εἶχεν, ἀλλὰ καὶ συγκαλυψάμενος μετ' αἰσχύνης, πέφυγεν ἡττηθεὶς κατὰ κράτος. Ὡσαύτως μετὰ τὴν καρτερίαν τῶν πειρασμῶν ἠξιώθη καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ θεωρίας, καὶ τῆς θείας ἐκείνης ἀναγορεύσεως· ὡς γὰρ νικητὴν ἀνακηρύττει τοῦτον ὁ στεφανοδότης· *Οἶσι με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι* λέγων *ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος ;* τουτέστι Δι' ἄλλο τι συνεχώρησα τοὺς πειρασμοὺς ἐπελθεῖν σοι, καὶ ὁμιλίας ἠξίωσα νῦν, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος, ἵνα φανερὰ γένηται ἡ σὴ δικαιοσύνη καὶ πολιτεία καὶ πρὸς Θεὸν ἀγάπη, καὶ αὐτῷ διαβόλῳ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τοῖς μέχρι τῆς τοῦ παντὸς συντελείας ; Οὗτος ὁ λόγος ὁ ἀμαράντινος τῆς ἀγωνίας τοῦ ἀθλητοῦ στέφανος, καλλωπίζων καὶ δοξάζων αὐτὸν αἰωνίως. Τοῦτο τὸ βραβεῖον τῆς ἀθλήσεως αὐτοῦ. Τοῦτο τὸ ἔπαθλον τῆς ὑπομονῆς. Οὗτος ὁ λόγος, τὴν πολυώδυνον νόσον ἐκείνην αὐτίκα διέλυτε, καὶ πᾶσαν τὴν περιουσίαν διπλασίω τῶν ἀφῃρημένων ἀποδίδωσιν, ἐκ τοσαύτης πενίας καὶ νόσου καὶ ἀδοξίας, ἀθρόον εἰς μεγίστην εὐδοξίαν καὶ πλοῦτον καὶ εὐεξίαν ἀναγαγὼν καὶ περιφανῆ καταστήσας καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.

4. Hunc igitur omnes, o charissimi, imitari studeamus, divites et pauperes, servi et liberi, sani, et infirmi, cum læti, cum tristes sumus. Justus enim hæc omnia superavit, jucunda nempe et injucunda, et quidem singula perfectissima quadam et admiranda ratione, verum in omnibus probus apparuit. Neque enim divitiæ aut paupertas, morbus aut sanitas, gloria sine ignominia virtutis ejus divitias perdididerunt. Quinimo uti purum, et non adulterinum aurum, quod neque igne neque aqua, neque alia

δ'. Τοῦτον τοίνυν ζηλῶσαι πάντες, ἀγαπητοὶ, σπουδάσωμεν, πλούσιοι καὶ πένητες, δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι, ὑγιαίνοντες καὶ νοσοῦντες, εὐθυμοῦντες καὶ ἀθυμοῦντες, ἐπείπερ ὁ δίκαιος πάντα ταῦτα μετῆλθε, καὶ τὰ ἡδέα καὶ τὰ λυπηρὰ· καὶ ἕκαστον μεθ' ὑπερβολῆς, καὶ ἐν πᾶσι δόκιμος ἀνεφάνη. Οὔτε γὰρ πλοῦτος, οὔτε πενία, οὔτε νόσος, οὔτε ὑγεία, οὔτε δόξα, οὔτε ἀδοξία τὸν πλοῦτον τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ ἐλυμήνατο· ἀλλ' ὥσπερ ὁ καθαρὸς χρυσὸς, καὶ ἀκίβδηλος, οὔτ' ἐν πυρὶ, οὔτ' ἐν ὕδασιν, οὔτ' ἐν ἄλλῳ τινὶ τὴν ἰδίαν λαμπρότητα καὶ μαρμαρυγὴν ἀποβάλλεται, ἀλλὰ

[36] Job I, 21. [37] Ibid. 8. [38] Ibid. IX, 10. [39] Job XXXIII, 32.

πᾶσιν ὁ αὐτός ἐστιν. οὕτω καὶ ὁ γενναῖος οὗτος, καὶ χρυσοῦ πολλῷ καθαριώτερος ἀθλητὴς καὶ εἰκότως. Τὸν γὰρ Θεὸν ἠγάπα ἐξ ὅλης ψυχῆς, καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων προτιμότερον ἡγεῖτο τῆς εἰς ἐκεῖνον ἀγάπης, οὐ πλοῦτον, οὐ δόξαν, οὐ γυναῖκα, οὐ τέκνα, οὐ φίλους, οὐ συγγενεῖς, οὐ τὴν ἰδίαν ζωήν. Διὸ καὶ πάντων ὁμοῦ γυμνωθεὶς, οὐκ ἀπεδυσπέτησεν, οὐκ εἶπεν ὡς οἱ πολλοί, τί ἐστι τοῦτο; διὰ τοῦτο ἀνέῳξα τὴν οἰκίαν μου παντὶ ξένῳ καὶ δεομένῳ, ἵνα ἴδω ταύτην καταπεσοῦσαν; ἵνα τάφον ταύτην θεάσωμαι τῶν ἐμῶν τέκνων; διὰ τοῦτο ἐθερμάνθησαν ὧμοι πενήτων ἀπὸ κουρᾶς ὀμνῶν μου; διὰ τοῦτο θυσίαις μόσχων τε καὶ προβάτων καθεκάστην ἐθεράπευον τὸν Θεὸν, ἵνα τὰ μὲν, οἱ αἱχμαλωτεύοντες διαρπάσωσι, τὰ δὲ, παρανάλωμα γένηται τοῦ πυρός; Οὐδὲν τοιοῦτον οὐκ εἶπεν, οὔτ' ἐνενόησεν, ἀλλ' εὐχαριστίαις τὸν Δεσπότην εὐλόγει. Τοῦτον τοίνυν, ἀγαπητοὶ, ὡς εἰς ἀρχέτυπον εἰκόνα πάντες ὁρῶντες, ὡς ἔφην, μιμώμεθα. Διὰ τοῦτο γὰρ εὐδόκησεν ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, τὰ κατ' ἐκεῖνον ἅπαντα δοθῆναι γραφῇ, οὐχ ἵν' ἐκεῖνος δόξαν ἐντεῦθεν κομίσῃ τὰ παρ' ἡμῶν· οὐ γὰρ δεῖται τῆς ἡμετέρας εὐφημίας καὶ δόξης παρὰ Θεοῦ δοξαζόμενος, ἀλλ' ἵν ἡμεῖς πρῶτον μὲν δοξάσωμεν τὸν Θεὸν τὸν δόντα τούτῳ τοιαύτην ὑπομονήν τε καὶ καρτερίαν καὶ ἀμοιβὰς ἀφθόνως ἀντιφιλοτιμούμενος, σωματικάς τε καὶ ψυχικάς, δεύτερον δὲ, ἵνα μὴ λογιζώμεθα τὰς θείας ἐντολὰς ὑπὲρ δύναμιν ἀνθρωπίνην εἶναι· καὶ γὰρ κἀκεῖνος ἄνθρωπος ἦν ὁμοιοπαθὴς καθημᾶς· ἀλλ' ἐπείπερ ἠθέλησεν, εὗρε καὶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ συνεργὸν, καὶ κατώρθωσε πᾶσαν ἀρετὴν μεθ' ὑπερβολῆς. Ἔτι ἵνα καὶ ἡμεῖς κατ' ἴχνος ἀκολουθῶμεν αὐτῷ, ὁδηγὸν ἔχοντες, εἰς τὴν τῆς ἀληθείας καὶ ἀρετῆς εὐθεῖαν ὁδόν· οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ εἰς μαρτύριον, ἵνα μὴ λέγειν ἔχωμεν τότε ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα, ὅτι εἰ ἐβλέπομεν, εἰ ἠκούομεν τηρῆσαί ποτέ τινα τῶν ἀνθρώπων τὰς θείας ταύτας ἐντολὰς, καὶ τοὺς πειρασμοὺς καρτερῶς ὑπομεῖναι, πάντως ἂν καὶ ἡμεῖς ἐσπεύδομεν εἰς μίμησιν τούτου. Διὰ τοῦτο προλαβοῦσα ἡ θεία Γραφὴ καὶ ταύτην τὴν πρόφασιν ἀναιρεῖ, διηγουμένη κατὰ μέρος πάντα τὰ τοῦ δικαίου τούτου κατορθώματα· διὸ καὶ φησί· *Τίς ἂν δοίη γραφῆναι τὰ ῥήματά μου, τεθῆναι δὲ αὐτὰ ἐν βιβλίῳ εἰς τὸν αἰῶνα ἐν γραφείῳ σιδηρῷ καὶ μολύβδῳ, ἢ ἐν πέτραις ἐγγλυφῆναι εἰς μαρτύριον,* ὅτ' ἡμᾶς ἄρα γέγραπται ταῦτα, καθά φησι καὶ ὁ μακάριος Παῦλος· *Ὅσα προεγράφη εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν Γραφῶν, τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν.*

quapiam re splendorem nitoremque suum amittit, sed semper idem est : sic et egregius iste auroque multo purior athleta. Et jure quidem. Ex toto enim animo Deum amabat, nullamque creaturarum illius amori præferendam esse arbitrabatur, non divitias, non gloriam, non uxorem, non filios, non tandem propriam vitam. Quapropter, cum omnibus simul spoliatus esset, nec id ægre tulit, nec dixit, ut multi faciunt, Quid hoc est? Ideone aperui domum meam omni peregrino et egeno, ut eam ipsam collapsam videam? ut eam ipsam sepulcrum meorum filiorum conspiciam? ideo humeri pauperum tonsura mearum ovium calnerunt? ideo sacrificiis vitulorum, et ovium quotidie Deum colebam, ut meæ res partim a prædatoribus diriperentur, partim ab igne consumerentur? Nil tale locutus est, neque unquam hæc animo evolvit, sed cum gratiarum actionibus Domino benedicebat. Hunc igitur omnes, o dilecti, tanquam in exemplar et imaginem, ut dixi, respicientes, imitemur. Ideo enim Dei gratia illius gesta omnia scriptis mandari voluit, non ut ille ex ea re gloriam ferat, neque enim indiget laudibus, et favore nostro, qui a Deo glorificatur, sed ut nos primum quidem Deum glorificemus qui dedit illi eam patientiam, ac constantiam, et copiosis retributionibus tam ad corpus quam ad animam pertinentibus ipsum cumulavit; deinde vero, ne arbitremur divina præcepta humanas vires excedere : etenim ille etiam homo erat passibilis, uti et nos; at quoniam voluit, invenit et Dei gratiam cooperatricem et omne opus bonum perfecte absolvit. Præterea, ut et nos vestigiis illius insistamus, ducem eum habentes in veritatis et virtutis rectam viam, deinde etiam in testimonium, ne scilicet cum judicaturus est omnia Deus, dicere possimus, si nos aliquem unquam hominem sancta hæc præcepta observasse, tentationesque constanter pertulisse vidissemus vel audissemus, illum certe imitari studuissemus. Ideo præveniens Scriptura sacra, excusationem hanc e medio tollit, enarrans per partes præclara justi hujus opera omnia, et ideo ait : *Quis utique det, ut scripta sint verba mea, et ipsa posita in libro in sæculum, et in stylo ferreo, et plumbo, vel incidantur in lapidibus in testimonium* [a] (23)? Propter nos igitur scripta sunt hæc, ut et beatos ait Paulus : *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus* [b].

[a] Job XIX, 23, 24. [b] Rom. XV, 4.

(23) *In testimonium.* Deest hæc vox non modo Latinæ vulgatæ, sed et versioni τῶν Septuaginta : a Theophane additam credere possumus, majoris explicationis causa. Nam nec apud Jobi expositores (quod legerim) habetur.

In hac epistola Theophanes Chrysostomum imitatur, cum commendat Jobum, quod legem servarit, cum ante legem fuerit. Idem enim ait Chrysostomus, sermone in sanctos Job et Abraham, et in homilia de recipiendo Severiano; et homilia 5, de patientia Job; et in epistola ad Rom. cap. 2, homilia 5. Theophanes vocat Jobum athletam, victorem, coronatum : sic et Chrysostomus in commentario sexti cap. in Genesin. Vocat noster Jobum turrim, Chrysostomus etiam homilia prima, in Job. Theophanes comparat uxorem Jobi Evæ; idem Chrysostomus, homilia 6, in Job. Ait Theophanes, diabolum auxilio uxoris Jobi adversum ipsum usum fuisse, ut et Chrysostomus, homilia 4 Epistolæ II ad Corinthios, cap. 4.

Perferamus igitur, quæso, o fratres; si enim : *Perferemus*, inquit, *et simul regnabimus* [42], et cum alicui advenerit tentatio, mors filii, pecuniæ jactura, corporis ægritudo, amicorum seu vicinorum, aut consanguineorum aut exterorum contemptus, recolat Jobi calamitates, invenietque suas multo minores, inferioresque justi calamitatibus : perferat et ipse, ut justus fecit, dicens : *Ut placuit Domino, sic factum est : sit nomen Domini benedictum* [43]. Deus autem patientiæ, et consolationis firmet, corroboretque vos in potentia virtutis suæ, ut resistere possitis diaboli insidiis, consoleturque corda vestra lætitia et gaudio gratiæ suæ, ut et vitam hanc prospero cursu Deoque placentem peragatis, et futura sempiternaque bona adipiscamini intercessionibus superbenedictæ Deiparæ omniumque sanctorum, gratia, et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre simul sanctoque Spiritu sit gloria, virtus, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A

B

III.

Ejusdem epistola doctrinalis, ad sacerdotes, et reliquos sanctæ Ecclesiæ suæ clericos; ostendens, quantum sit sacerdotii munus, qualisque esse debeat in sacerdotio constitutus (24).

Theophanes, minimus Jesu Christi servus Nicænæ urbis, sacro ac divino munere, præfectus, liceat vero etiam dicere, secundum imperium Dei, Salvatoris nostri Jesu Christi, spei nostræ, omnibus reverendissimis sacerdotibus, cæterisque clericis, sive iis qui in diversis sacri altaris ordinibus censentur, et qui per universam hæreditatem ac provinciam (25) nostram sunt, dilectis in sancto Spiritu filiis nostræ humilitatis, gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et a vivifica Trinitate multiplicetur, ad per-

C

[42] II Tim. II, 12. [43] Job I, 21.

(24) Cum epistolæ hujus hypothesim tum oblongas orationum periodos, tum etiam ob sententiarum varietatem non ita facile sit cognoscere, visum est commodum lectori futurum, si summan illius, et quasi ὑπογραφὴν breviter proponeremus. Narrat igitur Theophanes hominem fuisse creatum ad Dei imaginem et similitudinem, et cum ipse illam per peccatum deformasset, hanc amisisset, Dei misericordia imago reformata quidem, et quasi denuo conflata, similitudo vero recuperata est, admirabilibus tamen cœlestis sapientia, et bonitas hæc omnia præstitit. Nam cum per primam creationem particeps tantum fuisset homo imaginis et similitudinis jam dictæ, per secundam, quæ facta est incarnatione Verbi, divinæ naturæ consors, alterque Deus factus est, frater nempe Domini, eique consubstantialis, imo vero et ipsius membrum. Quæ omnia (posito incarnationis mysterio, quo natura nostra divinæ juncta est, et deificata) virtute duorum sacramentorum præstantur, baptismatis nempe et eucharistiæ. Per baptisma regenerati, filii Dei efficimur, et Christi, qui caput est Ecclesiæ, membra. Per Eucharistiam eidem Christo conjungimur, et in unitatem fidei cæteris membris, Ecclesiæ videlicet, copulamur. Hæc igitur duo sacramenta cum Christus instituerit, ipseque primum peregerit, reliquit ad Patrem ascendens eorum usum, exercitium, et potestatem apostolis eorumque successoribus. Patet igitur hinc sacerdotes habere facultatem creandi, generandi, faciendi ex homine Deum, et Christi fratrem, et illius membrum. Si ergo tanta est dignitas sacerdotii, facile hinc intelligi poterit, qua innocentia et puritate, et sanctimonia esse debeat sacerdotio præditus. Præstat autem epistola hæc mirum in modum, non solum cæteris Theophanis scriptis, sed certe antiquissimorum et doctissimorum scriptorum elaboratissimis operibus conferri potest, ut facile fatebitur, qui ejus structuram, sententiarum pondera, Scripturæ sacræ in ea explicata attente consideret.

D

(25) *Provinciam.* Quamvis administratio ἐπαρχίας ad sæculares magistratus pertinere videatur, quantum ab auctoribus colligere possumus, tamen et apud nostros ἐπαρχία pro *diœcesi ecclesiastica*, καὶ ἔξαρχος τῆς ἐπαρχίας pro *metropolitano*, non raro occurrunt; ita canon Sardicensis τῶν ἐξάρχων τῆς ἐπαρχίας, λέγω δὲ τοῦ ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως, id est *præsidis provinciæ, nimirum metropolitani episcopi.*

Γ'.

Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ διδασκαλικὴ, πρὸς τοὺς ἱερεῖς καὶ λοιποὺς κληρικοὺς τῆς κατ' αὐτὸν ἁγίας Ἐκκλησίας, δεικνύουσα τί ἐστι τὸ τῆς ἱερωσύνης χρῆμα, καὶ ὁποῖον δεῖ εἶναι τὸν ταύτας ἠξιωμένον.

Θεοφάνης, ἐλάχιστος Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, τῆς Νικαέων πόλεως ἱεραρχικῇ θείᾳ χάριτι προϊστάμενος, εἰ δὲ εἰπεῖν ὅτι καὶ κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, πᾶσι τοῖς εὐλαβεστάτοις ἱερεῦσι καὶ λοιποῖς κληρικοῖς, ἤτοι τοῖς τοῦ ἱεροῦ βήματος ἐνδιαφόροις τάξεων ἐξεταζομένοις, τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν καθ' ἡμᾶς εὐρισκομένοις κληροδοσίαν καὶ ἐπαρχίαν, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀγαπητοῖς υἱοῖς τῆς ἡμῶν ταπεινότητος, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν

Ὑπομενωμεν τοίνυν, ἀδελφοὶ, παρακαλῶ· εἰ γὰρ, Ὑπομένομεν, φησὶ, καὶ συμβασιλεύσομεν· καὶ ὅταν ἐπέλθῃ τινὶ πειρασμὸς, ἢ θάνατος παιδὸς, ἢ ζημία χρημάτων, ἢ νόσος σώματος, ἢ περιφρόνησις φίλων ἢ γειτόνων, ἢ ξένων, ἀναλογιζέσθω τὰ τοῦ Ἰὼβ, καὶ εὑρήσει τὰ ἑαυτοῦ πολλῷ μικρὰ καὶ ἐλάττω τῶν τοῦ δικαίου, καὶ ὑπομενέτω καὶ αὐτὸς, κατ' ἐκεῖνον τὸν δίκαιον λέγων, Τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν· οὕτω καὶ ἐγένετο· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης ὑπομονῆς καὶ παρακλήσεως στηρίξαι καὶ ἐνδυναμώσαι ὑμᾶς ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, καὶ παρακαλέσαι τὰς καρδίας ὑμῶν εὐφροσύνῃ καὶ θυμηδίᾳ τῆς ἑαυτοῦ χάριτος, ἵνα καὶ τὸν παρόντα βίον εὐδρόμως καὶ θεοφιλῶς διανύσητε, καὶ τῶν μελλόντων αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπιτύχητε, πρεσβείαις τῆς ὑπερευλογημένης Θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ἐν καὶ τῆς ζωαρχικῆς πληθυνθείη Τριάδος, εἰς κατ- A
αρτισμὸν μὲν ἑαυτῶν καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἑνότητα πί-
στεως, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀγαθὸν ὁμόνοιαν, καὶ
ἀλληλουχίαν, αὔξησιν δὲ καὶ προκοπὴν βίου καὶ
πίστεως τῶν δι' ἡμῶν Θεῷ προσενηνεγμένων καὶ δια-
φόρως φωτιζομένων καὶ ἁγιαζομένων ἀνθρώπων,
προσθήκην τε διηνεκῆ καὶ ἐπίδοσιν τῆς τοῦ Θεοῦ
Ἐκκλησίας ἐκ τῶν προσερχομένων τῇ καθ' ἡμᾶς
ἀμωμήτῳ πίστει, ἐξ ἀνιέρου ζωῆς καὶ φθοροποιοῦ
πλάνης, καὶ δυσσεβείας, ταῖς ἡμετέραις εἰσηγήσεσι
καὶ διδασκαλίαις.

α'. Ἀνάγκην ἐπικειμένην, ἀγαπητοὶ, μοὶ καὶ
πόθον ἔχοντι, καὶ σωματικῶς ὑμῖν, ὧν τὴν προστα-
σίαν ἐδεξάμην παρὰ Χριστοῦ συνεῖναι τὸν ἅπαντα
χρόνον, εἰ οἷόν τε καὶ τὸ *λογικὸν ἄδολον γάλα*, B
κατὰ τὸν θεῖον εἰπεῖν Ἀπόστολον, ποτίζειν ἡμᾶς
καθ' ἑκάστην διὰ γλώσσης, καθάπερ εἴ τινος θηλῆς
δαψιλῶς χορηγοῦντα, μᾶλλον δὲ στερεᾶς μεταδιδό-
ναι τροφῆς, ὃν ἀγγέλων οἴδαμεν ἄρτον γεγυμνασμέ-
νοις ἤδη, κατὰ Παῦλον, διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια,
ὡς τε μὴ μόνον ὑμᾶς ἐντεῦθεν αὔξειν κατὰ μικρὸν
εἰς μέτρον τῆς ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χρι-
στοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῖς λοιποῖς κοινωνεῖν ἀγαθοπρεπῶς
δύνασθαι τῶν τοιούτων, ἥτις ἂν εἴη καὶ βελτίων
πολλῷ τῷ μέτρῳ τῆς ἄλλης εὐποιΐας καὶ μεταδό-
σεως, οὐκ εἰς ἔργον μὴ προεληλυθέναι τὰ τοῦ χρέους
τούτου καὶ τῆς ἐφέσεως ἄχρι τοῦ νῦν ἐξεγένετο,
κωλυομένῳ διαφόροις καὶ ἄλλο τε ἄλλαις αἰτίαις
οὐ φαύλαις τισὶ καὶ παρορᾶσθαι ἀξίαις, ὡς καὶ ὑμῶν
ἀκριβῶς ἴσασιν οὐκ ὀλίγοι, ἵνα μὴ λέγω πάντες. C
Διά τοι τοῦτο δεῖν ἔγνων διὰ γραμμάτων ὡσανεί
τινων πορθμείων ἢ κτηνῶν ἀχθοφόρων τὸν τῆς δι-
δασκαλίας οὐράνιον ἄρτον πρὸς ὑμᾶς παραπέμψαι,
καρδίαν ἐκείνην εἰδότα κατὰ τὸν Προφήτην στηρί-
ζειν, ἥτις καὶ Θεὸν αὐτὸν ὁρᾷν πέφυκε καὶ καθαρὰ
γεγονυῖα· ὅπερ ἂν εἴη τῆς καθ' ἡμᾶς λογικῆς ταύ-
της ψυχῆς τὸ κρεῖττον καὶ ὑψηλότερον, ἐν ᾧ παρα-
μένειν τὸ ζώπυρον τῆς ἀϊδίου ζωῆς πάντες πιστεύο-
μεν, ὥσπερ ἀῤῥαβῶνά τινα τῆς μελλούσης ἀθανα-
σίας δοθέντα διὰ βαπτίσματος. Διὸ τοὺς τῆς δια-
νοίας κόλπους ἀνοίξαντες ἕκαστος, καθὼς ἂν αὐτῷ
χωρητὸν εἴη, τῶν τοιούτων ἀγαθῶν δαψιλῶς ἐμφο-
ρέθητε. Γένοιτο δὲ ταῦτα μὴ μόνον τῆς κατὰ αἴσθη-
σιν ἡδονῆς καὶ τῶν ἐκ ταύτης ἐπαίνων καὶ κρότων
αἴτια μέχρις ἀκοῆς τὴν τέρψιν παρέχοντα, ἀλλὰ καὶ D
πνεύματικὴ τῆς ἀπολαύσεως, τῷ τῆς ψυχῆς βάθει τὴν
ὠφέλειαν ἐνιέναι δυνάμενα, καὶ ὡς πόρον ἀγαθὸν
ἐνεργῆσαι, μυριοπλασίους πρεσβάλλοντα τοὺς καρ-
πούς. Ἀρκτέον δ' ἐντεῦθεν.

β'. Ταύτης θεοπροβλήτου ἡ τῆς καθ' ἡμᾶς καὶ
οὐρανίου ἱερωσύνης θεοπρεπὴς ὄντως ἀξία ἡ πανόλ-
βιος χάρις, ἡ θεόσοφος ἐπιστήμη, θεῖόν τι καὶ ὑπερ-
φυὲς χρῆμα καθέστηκεν ἐκ τῆς θείας φύσεως τῆς
ἀϊδίου πηγῆς πάντων τῶν ἀληθῶς ἀγαθῶν προερχό-

fectionem quidem vestram, et unitatem fidei, quæ
in Deum est, et ad mutuam in omni bono concor-
diam et connexionem, ad incrementum vero vitæ,
et fidei eorum, qui Deo per vos offeruntur, diversi-
modeque illuminantur, ac sanctificantur, assiduum-
que Ecclesiæ Dei augmentum, et propagationem,
propter eos qui ad nostram incontaminatam fidem
ex impura vita, et perdito errrore, atque impietate,
exhortationibus, et documentis vestris accedunt.

1. Desideranti mihi, o dilecti, pro necessitate mune-
ris mihi impositi, vobiscum (quorum regimen a Chri-
sto suscepi) corpore etiam semper esse, si fieri pos-
set, et *rationale sine dolo lac* (ut cum B. Apostolo
loquar [45]) vobis quotidie ad potandum tradere, per
linguæ munus tanquam per ubera quædam, copiose
largiendo; imo vero solidum cibum, quem angelo-
rum panem esse novimus, vobis impertiri, qui
(juxta Paulum [46]) pro consuetudine exercitatos ha-
betis sensus, ut non modo vos inde sensim augea-
mini ad mensuram ætatis plenitudinis Christi, sed
et cæteros (quod quidem longe præstantius est qua-
libet alia beneficentia ac munere) benigne possitis
eorumdem bonorum participes facere; hoc, inquam,
debitum, et meum desiderium ad opus perdu-
cere (26), mihi adhuc non licuit, cum diversis, pro
varietate temporum, causis impedirer, iisque haud
minimis, aut quæ negligi deberent, ut vestrum non
pauci, ne dicam omnes, optime norunt. Ideo decrevi
per litteras, tanquam per naviculam quamdam, aut
oneraria jumenta, cœlestem doctrinæ panem ad vos
transmittere, panem, inquam, qui cor illud secun-
dum Prophetam confirmare novit [47], quod purum
effectum, Deum ipsum videre aptum est, idque
nostræ rationalis animæ optimum est et altissimum;
in quo æternæ vitæ igniculum, tanquam pignus
quoddam futuræ immortalitatis, per baptismum
datum, permanere, omnes credimus. Quapropter
singuli mentis sinus (ut quisque potest) explicantes,
ex hujusmodi bonis abunde saturamini. Utinam
vero vobis hæc, non solum voluptatis sensibilis,
laudumque et plausuum, quæ ab ea procedunt,
causa sint, auditumque tantummodo oblectent, sed
et spirituale alimentum conferant; quippe quæ pos-
sunt, in secretiora animæ utilitatem invehere, ac
veluti uberem ferre proventum, qui infinities mul-
tiplicatos reddit fructus. Nostri autem sermonis ini-
tium tale sit.

2. Dignitas vere divina cœlestis hujus nostri et
ab ipso Deo profluentis sacerdotii beatissima gratia,
et Dei sapientia, divinum quoddam, et præstantissi-
mum est munus, a divina natura, æterno omnium
vere bonorum fonte proveniens, et nobis sola

[45] Psal. ciii, 10. [46] I Petr. ii, 2. [46] Hebr. v, 1. seqq. [47] Psal. ciii, 15.

(26). *Ad opus perducere.* Legitur in Vaticano οὐκ εἰς ἔργον μοι, sed plane depravate; substituimus μὴ, ita enim sensus loci postulat.

beneficatoris miseratione datum, quo et nostra natura regeneraretur, et ad angelicam vitam, et gloriam immutaremur, divinæque naturæ participes essemus, unde conformes fieri imagini Filii Dei, ejusque corpus et membra ex parte effici, nobis contingit. Postquam enim Opifex angelum alterum, hominem nempe, e terra formavit, ne adoratio et cultus (ut maximus theologus Gregorius ait [27]) cœlo circumscripta esset, sed forent non minus adoratores in terris, ut omnia plena essent gloria Dei; voluit proinde idem Deus, ut juxta angelorum ordinem et vitam, divinumque eorum statum, sempiternamque gloriam, nostra etiam constitueretur vita: et quemadmodum illorum vita perennis est, omni passione et vitio carens, omni dolore, et tristitia, ac labore, cæterisque calamitatibus vacans, similiter et nostra horum omnium expers esset. Ita ut vita una, una conversatio, gloria una, et Ecclesia una, in utrisque conspiceretur, ac proinde cœlum, et terra incorruptibile fieret habitaculum, incolisque maxime congruum; imo vero unum Dei templum, non manufactum, incorruptibile, gloria ejus dignum, iisque qui in illo inhabitant, veris ipsius servis, medium inter sese habentibus omnium Opificem, atque Dominum, universa complentem, omnibusque etiam præsentem, et cuncta moderantem, sunque bona abunde largientem: *Nonne terram*, inquit, *et cœlum ego repleo*[48]? Postea-quam vero, negligentia nostra, et Inimici invidia, primum præceptum, ad experimentum liberi arbitrii nobis datum, non servavimus, quin imo malum, et invidum consiliatorem fide digniorem duximus, bono, et de nobis bene merito prætulimus pravum consilium Dominico, et vivifico præcepto, commutavimus, eheu, cum morte immortalitatem, cum incorruptibilitate corruptionem, et conversionem in terra, ex qua creati fuimus, et vitam illam cum hac malis doloribusque refertissimam, et contemptibilem. Ita ut nos quoque non secus ac belluæ, ex carnali conjunctione et corruptione generemur, egeamusque cibo corruptibili, et potu, et somno, infinitisque morbis, totidemque aliis malis subjaceamus. Hinc factum est, ut a gloria Dei, a societate et contubernio angelorum dissociati simus. Quod enim est consortium mortalibus cum immortalibus? et ad habitandum cum bestiis damnati sumus, quorum et generationem, et vitam, et corruptionem miserabiliter accepimus, cohabitatores, et sodales earum facti. Hinc nobis omnino clausum fuit cœlum, et hoc nostrum quodque circa nos est, mundanum habitaculum, ut et habitatores ipsius, corruptioni subjectum. Et hæc quidem ita; at malum nihil e cursu remittebat, imo nostra hæc

μενον καὶ χορηγούμενον ἡμῖν κατὰ χάριν φιλοτιμίᾳ μόνῃ τοῦ εὐεργέτου, εἰς ἀναγέννησιν τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως, καὶ πρὸς τὴν ἀγγελοπρεπῆ ζωήν τε καὶ δόξαν ἀλλοίωσιν, καὶ τῆς θείας φύσεως κοινωνίαν, ἐξ ἧς τὸ γενέσθαι ἡμᾶς συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ περιγίνεται, καὶ σῶμα τούτου καὶ μέλη ἐκ μέρους ἀπαρτισθῆναι. Ἐπεὶ γὰρ ἄγγελον ἄλλον ἐπὶ τῆς γῆς ὁ Δημιουργὸς τὸν ἄνθρωπον ἔπλασεν, ὡς τε κατὰ τὸν μέγιστον ἐν θεολογίαις Γρηγόριον, μὴ τοῖς ἄνω μόνον τὴν προσκύνησιν περιγράφεσθαι, ἀλλ' εἶναί τινας καὶ κάτω προσκυνητάς, ἵνα πληρωθῇ τὰ πάντα δόξης Θεοῦ· ἐπεὶ καὶ Θεὸς καὶ κατὰ τὴν τῶν ἀγγέλων κατάστασιν καὶ ζωὴν καὶ τὴν κατ' ἐκείνου; θεοπρεπῆ πολιτείαν καὶ δόξαν ἀΐδιον, ἀναμφιβόλως ἐδούλετο καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκονομεῖσθαι ζωήν· καὶ ὥσπερ ἐστὶν ὁ τούτων βίος ἄφθαρτος καὶ παντὸς πάθους καὶ κακίας ἀπηλλαγμένος, ὀδύνης τε πάσης καὶ λύπης καὶ μόχθου, καὶ τῶν λοιπῶν συμφορῶν, ὁμοίως ᾖ καὶ ὁ τῶν ἀνθρώπων· ὥστε μίαν ζωὴν καὶ πολιτείαν καὶ δόξαν καὶ Ἐκκλησίαν ἐν ἀμφοτέροις ὁρᾶσθαι, καὶ διὰ τοῦτο τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἓν οἰκητήριον ἄφθαρτον εἶναι καὶ τοῖς κατοικοῦσι κατάλληλον· μᾶλλον δὲ οἶκον ἕνα Θεοῦ, ἀχειροποίητόν τε καὶ ἄφθαρτον, ἐπάξιον τῆς ἐκείνου δόξης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κατοικούντων γνησίων δούλων αὐτοῦ, μέσον ἑαυτῶν ἐχόντων τὸν τοῦ παντὸς Δημιουργὸν καὶ Δεσπότην, πληροῦντα τὰ πάντα καὶ πᾶσιν ὁμοίως παρόντα τε καὶ ἐπιστατοῦντα καὶ τῶν οἰκείων ἀγαθῶν ἀφθόνως μεταδιδόντα· *Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν* γὰρ, φησὶ, *καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ*; Ἐπεὶ δ' ἐξ ἡμετέρας ἀπροσεξίας καὶ φθόνῳ τοῦ Πονηροῦ, τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν εἰς δοκιμὴν τοῦ αὐτεξουσίου πρωτόγονον οὐκ ἐφυλάξαμεν ἐντολὴν, ἀλλ' ἀξιοπιστότερον σύμβουλον οἰηθέντες τὸν πονηρόν τε καὶ βάσκανον, τοῦ κηδεμόνος καὶ ἀγαθοῦ, βελτίω τὴν πονηρὰν ἡγησάμεθα συμβουλὴν τῆς δεσποτικῆς καὶ ζωοποιοῦ ἐντολῆς, ἀντηλλάξαμεν τῆς ἀθανασίας οἷμοι! τὸν θάνατον, καὶ τῆς ἀφθαρσίας, τὴν πρὸς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθημεν ἀποστροφὴν καὶ διαφθοράν, καὶ τῆς ζωῆς, τὴν πολυπαθεστάτην ταύτην καὶ πολυώδυνον καὶ ἠτιμωμένην. Ὡς τε κατὰ τὴν ἄλογον καὶ ἡμᾶς φύσιν ἐκ σαρκικῆς συναφείας καὶ ῥεύσεως καὶ φθορᾶς γεγενῆσθαι, καὶ ῥεύσεως τροφῆς καὶ πόσεως δεῖσθαι καὶ ὕπνου, καὶ μυρίοις νόσοις ὑποκεῖσθαι καὶ πάθεσιν. Ἐντεῦθεν ἐχωρίσθημεν τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης, καὶ τῆς τῶν ἀγγέλων ὁμηγύρεώς τε καὶ συναυλίας. Τίς γὰρ κοινωνία θνητοῖς τε καὶ ἀθανάτοις; τοῖς δ' ἀλόγοις συνοικεῖν κατεκρίθημεν, ὧν καὶ τὴν γένεσιν καὶ ζωὴν καὶ φθορὰν ἀθλίως εἰλήφαμεν, ὁμόσκηνοι τούτοις καὶ ὁμοδίαιτοι γεγονότες. Ἐντεῦθεν ἀποκέκλεισται μὲν ἡμῖν εἰσπαὶ ὁ οὐρανὸς τὸ δὲ καθ' ἡμᾶς καὶ περὶ ἡμᾶς τοῦτο κοσμικὸν οἰκητήριον, τῇ φθορᾷ παραπλησίως τοῖς

[48] Jerem. XXIII, 24.

(27) *Maximus Theologus Gregorius.* Nazianzenum episcopum intelligit, quem ob singularem divinæ disciplinæ cognitionem Theologum per excellentiam nominavit antiquitas. Locus est apud eum in Carmine de laudibus virginitatis. Eadem sententia legitur etiam apud eumdem Nazianzenum oratione 38. de Nativitate Domini.

κατοικοῦσι συνέζευκται. Ἦν ταῦτα. Καὶ τὸ κακὸν οὐδέποτε τῆς πρόσω φορᾶς ἵστατο, ἀλλ' ἡ καθ' ἡμᾶς αὐτὴ ταλαίπωρος φύσις, ὥσπερ κόρον μὴ λαβοῦσα τῆς συμφορᾶς, καὶ τῶν ἀλόγων αὐτῶν ἀτιμοτέρα καὶ χείρων γενέσθαι φιλονεικεῖ· τῷ αὐτεξουσίῳ καθ' ἑαυτῆς ἔμπαλιν χρησαμένη ὅπερ εἰς δόξαν καὶ διηνεκῆ πρὸς ἀγαθὸν εἴληφε προκοπήν, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς ἀλλόκοτα καὶ τῆς φύσεως ἀλλότρια καταφέρεται πάθη, ἀλληλοφονίαις καὶ ἀῤῥενοφθορίαις ἑαυτὴν καθ' ἑκάστην μολύνουσα, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίοις, ὅσα καὶ αὐτὴ ἡ τῶν ἀλόγων φύσις ὡς ἀλλότρια παντάπασιν ἀγνοεῖ. Πρὸς τούτοις ἀθετήσασα, φεῦ! καὶ τὸν Δημιουργὸν καὶ Δεσπότην, καὶ μόνον ἀγαθὸν καὶ προνοητὴν τῶν ἰδίων ἔργων. Καὶ διὰ τοῦτο τῆς ὑποταγῆς καὶ τῆς εἰς ἐκεῖνον λατρείας ἀποστᾶσα καθάπαξ· τῷ δ' ἀπαρχῆς ἀνθρωποκτόνῳ καὶ ἀλάστορι καὶ πολεμίῳ καὶ ἐπιβούλῳ δαίμονι, ὡς εὐμενεῖ δεσπότῃ καὶ εὐεργέτῃ προσανέχουσά τε καὶ θεραπεύουσα καὶ ἀλογωτέρα κἀν τούτῳ καὶ τῶν ἀλόγων αὐτῶν γενομένη, ὡς διὰ τοῦ Ἡσαΐου· *Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ, Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν.*

A ærumnosa natura, quasi non jam calamitatibus satiata, libero arbitrio, quod ad gloriam, assiduumque ad bona incrementum acceperat, in seipsam usa, ipsis et etiam ratione carentibus contemptior, ac pejor fieri contendit; ideoque ad monstruosas, et a natura abhorrentes passiones se dejecit, mutuis cædibus, masculorumque corruptionibus aliisque similibus culpis seipsam frequenter commaculans, quæ et ipsa pecudum natura tanquam aliena penitus ignorat. Ad hæc, heu! Creatorem, et Dominum, bonum unicum, provisoremque nostrorum bonorum rejecit; ideoque ab ejus obedientia et cultu omnino defecit, ei autem, qui homicida fuerat ab initio, infestissimo hosti, proditorique dæmoni adhæsit, et illi cultum impendit, irrationabilior, et in hoc, brutis ipsis facta: quemadmodum Dominus per Isaiam dicebat: *Novit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui; Israel autem non novit me, nec populus me audivit* [49].

B

Γ'. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν τοιαῦτα. Ὁ δ' ἀγαθὸς οὐκ ὤφετο δεῖν ἀβοήθητον τὸ ἑαυτοῦ πλάσμα καταλιπεῖν. Οὐ γὰρ ἦν τοῦτο Θεοῦ καὶ τῆς περὶ ἡμᾶς ἐκείνου φιλανθρωπίας. Διὸ καὶ τοσοῦτο φιλοτιμότερον ἀντιπεπονθότερον ἐκεῖνος πρὸς τὰς εὐεργεσίας ὀγαθοπρεπῶς διανίσταται, ὁπόσον ἡμεῖς ἐλεεινῶς ἐφιλονεικήσαμεν, πρὸς αὐτὸν τῆς κακίας τὸν πυθμένα κατενεχθῆναι, ὅθεν τῆς ἑαυτοῦ ἀγαθότητος δαψιλέστερον μεταδίδωσι. Κοινωνεῖ γὰρ κοινωνίαν δευτέραν, πολὺ τῆς προτέρας παραδοξοτέραν· τότε μὲν γὰρ ὅτε δηλονότι παρήγαγεν ἡμᾶς εἰς τὸ εἶναι, μετέδωκεν ἡμῖν τῆς ἑαυτοῦ χάριτος, κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ καὶ ὁμοίωσιν ἐντεῦθεν ἀπεργασάμενος· ὕστερον δὲ μεταλαμβάνει τῆς ἡμετέρας φύσεως ἄνθρωπος ἀληθῶς γενόμενος ὁ διαφερόντως φιλάνθρωπος, καὶ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν εἰληφὼς, κἀντεῦθεν

3. Et nos quidem hæc; sed bonus Deus (28) creaturam suam destitutam, auxilio non putavit relinquendam. Neque enim hoc Dei esset ejusque in nos misericordiæ. Quare eo ille studiosior, et avidior, beneficia in nos beneficentissime confert, quo ipsi in malorum profundum miserabilius ruere studuimus; quamobrem suam abundantius communicat bonitatem. Communicat enim sese nobis secundo, longe admirabilius (29), quam fecerat primo; tunc C enim (ut constat) cum scilicet eduxit nos ad esse, suæ nos gratiæ participes effecit, et hinc ad sui imaginem et similitudinem creavit; postea vero naturam nostram assumpsit, homo vere factus, qui maxime est hominum amator, et corpus humilitatis nostræ accepit; unde non similis, sed consubstantialis (30), secundum suam humanitatem, factus

[49] Isa. I, 3.

(28) *Bonus Deus.* In Græco tantum ἀγαθὸς, *bonus* quod tam Scripturæ, quam Patrum phrasi scriptum est antonomasi ire pro Deo, ut πονηρὸς, *malus*, pro dæmone, de quo tropo dixi in notis ad Epiphanium.

(29) *Longe admirabilius.* Comparatione hac inter primam et secundam hominis generationem videtur Theophanes Chrysostomum imitatus, cujus hæc verba leguntur in homilia 5, in Joannem: *Sed tunc, faciamus, inquit, ei adjutorium, nunc minime. Quippe qui gratiam spiritus accepit, nullo alio indiget. Tunc ad Dei imaginem fecit hominem, nunc Deo familiarem reddit. Tunc animantes ei subjecit, nunc supra cœlos ejus propagat imperium. Tunc paradisi eum incolam consti uit, nunc cœlum aperit. Tunc sexta die factus est, nunc prima, una cum luce. Quibus constat ad quanto hac meliorem vitam et perenniorem, adeoque nullum finem habituram efficiatur. Quantoque, altior et sublimior per baptismum regeneratio, quam vel prima ex terra fromatio, vel secunda ex latere, vel tertia ex semine.* Gregorius etiam Theologus, oratione 42, ubi de incarnatione loquitur, aliqua ex parte in eamdem sententiam: *Secundum consortium* (inquit) *nobiscum init, et quidem priori longe admirabilius. Tunc enim id, quod præstantius erat nobis impertiit, at nunc ejus quod deterius est, particeps ipse fit. Hoc priori illo divinius, hoc apud cordatos viros multo sublimius.*

D

(30) *Non similis, sed consubstantialis.* Tametsi Christus et nobis et Deo similis dici possit, ut docet S. Thomas, et theologorum schola, tamen qui hoc eo sensu dicunt, ut consubstantialitatem naturæ negent, et similitudinem tantum concedant, falsi sunt et impii. Christus enim ut Deus non solum Patri similis, sed et ejusdem substantiæ est, similiter nobis ut homo non similis tantum, sed consubstantialis; nec enim ulla alia ratione humana natura in illo, quum in nobis excelsior, præstantior, nobilior, nisi quod Verbo Dei unita sit. Et quidem quod ad divinitatem pertinet, Arianorum fuit impostura, qui ut simplices homines deciperent, Nicæno *omousio* inseparabile illud vallum, ut eleganter ait Gregorius Theologus, nempe jota interposuerunt, secernuntque *omoiusion*, quasi nihil immutarent. Fraus hæc in conciliabulo Sirmiensi, et Ariminensi Constantii tempore ortum habuit; auctoresque stratagematis Valens et Ursatius, quibus tam prospere successit dolus, ut paucissimi fuerint, quos laqueis suis non irretierint. Sensit itaque tunc se mundus Arianum, et ingemuit, ut ait Hieronymus

est nobis, fratrisque nostri nomen non est dedignatus, deificavitque sumptam ab se nostram naturam, in cujus assumptionis ac communionis partem nos vocat; ut quemadmodum, accepta ille primum natura nostra, factus est vere homo, ita et nos carnem ejus deificatam participantes, deificati (31) homines efficiamur, ac propterea Dei filii secundum gratiam, ipsius vero fratres secundum carnem (32), non solum quod attinet ad humanitatem, eamdem cum ipso substantiam habentes, sed et similitudinem, quatenus glorificati ac deificati sumus, sicque cohæredes gloriæ ipsius et regni effecti, quod quidem humanæ dispensationis (33) Verbi, Dei et hominis ejusque in nos beneficii, quod mentem omnem et sermonem excedit, finis est. At vide, quomodo multiformis ejus sapientia tale opus Deo vere dignum operatur. Cum a peccato confractam (34) invenisset suam imagi-

A οὐχ ὁμοιούσιος, ἀλλ' ὁμοούσιος ἡμῖν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἑαυτοῦ γεγονώς· καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν κληθῆναι καταδεξάμενος, καὶ θεώσας τὴν προσληφθεῖσαν αὐτῷ καθ' ἡμᾶς φύσιν μεταδίδωσιν ἡμῖν εἰς μετάληψιν τούτου καὶ κοινωνίαν, ἵν' ὥσπερ πρώην μεταλαβὼν ἐκεῖνος τῆς ἡμετέρας φύσεως γέγονεν ἄνθρωπος ἀληθῶς, οὕτω καὶ ἡμεῖς, μετασχόντες τῆς τεθεωμένης ἐκείνου σαρκὸς, γενώμεθα ἄνθρωποι τεθεωμένης ἐκείνου σαρκὸς, γενώμεθα ἄνθρωποι τεθεωμένοι· καὶ διὰ τοῦτο υἱοὶ μὲν Θεοῦ κατὰ χάριν, ἀδελφοὶ δὲ αὐτοῦ κατὰ σάρκα, οὐ μόνον ἔχοντες πρὸς αὐτὸν τὸ ὁμοούσιον, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ καὶ τὸ ὅμοιον, κατὰ τὸ δεδοξασμένον τε καὶ τεθεωμένον· καὶ διὰ τοῦτο συγκληρονόμοι τῆς ἐκείνου δόξης καὶ βασιλείας ὑπάρχοντες, ὅπερ ἐστὶ τὸ τέλος τῆς κατὰ τὸν B ἄνθρωπον οἰκονομίας τοῦ θεανθρώπου Λόγου, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ πάντα νοῦν καὶ λόγον εὐεργεσίας· αὐτοῦ. Ἀλλ' ὅρα πῶς ἡ πολυποίκιλος ἐκείνου

mus in Dialogo contra Luciferianos, qui tamen (ut in Luciferi notis demonstro) non satis hæreticorum versutiam nobis explicuit. Recte notat vetus Nazianzeni scholiastes, in oratione 3, adversus Julianum, sanctos scriptores, si quando Verbum *simile Patri* dicunt, addere *per omnia*, si *simulacrum Patris* vocant, adjungere τὸ ἀπαράλλακτον.

(31) *Deificat.* Et phrasin hanc, et sententiam repetit sæpe Theophanes in hac epistola. Nos semel lectorem admonitum volumus, non esse novum loquendi modum apud antiquos, et sanctos Patres, e quorum scriptis multa testimonia adducere facile esset. Sed ex Græcis Nazianzenum, ex nostris Augustinum citasse contenti erimus. His enim navarchis secuti tranabimus difficultatum theologicarum C vortices. *Non rapinam* (inquit Augustinus in enarratione psalmi CXXI,) *arbitratus est Christus, esse æqualis Deo. Ut autem tu efficiaris particeps, in id, factus est ipse prior particeps tui*, et in CXXXVII psalmum : *Illa* (inquit) *divinitas Patri æqualis facta est, particeps nostræ mortalitatis, non de suo, sed de nostro, ut et nos efficeremur participes divinitatis ejus, non de nostro, sed de ipsius.* Notum et illud homil. 9, de Nativitate : *Factus est Deus homo, ut homo fieret Deus.* Nazianzenus, in oratione in Pascha, καὶ εἰς τὴν βραδύτητα. *Simus* (inquit) *ut Christus, quoniam Christus quoque sicut nos. Efficiamur dii propter ipsum, quoniam ipse quoque propter nos homo.* Et in elegantissima oratione in laudem Cæsarii fratris : *Cum Christo* (inquit) *sepeliri me oportet, cum Christo refugere, Christi cohæredem esse, Filium Dei, atque adeo Deum ipsum.* Vide Patrum commentarios, Exod. XXI, XXII, I. Regum VI; Psal. CXXXIV, CXXXV.

(32) *Secundum carnem.* Vaticanus αὐτοῦ μόνον etc. Messanensis, ex quo supplevimus αὐτοῦ κατὰ σάρκα, οὐ μόνον, etc.

(33) *Dispensationis.* Antiqui Græci Patres vitam Christi in universum, actionesque illius οἰκονομίαν vocaverunt; in quem sensum apud Damascenum, lib. III : ὀρθοδοξίας, οἰκονομίας μυστήριον legitur, et in Basilio, in Epistola ad Cæsarienses, atque alibi frequenter. Cæterum cum inter omnia Christi opera, maximum et præstantissimum fuerit incarnatio, factum est, ut κατὰ ἐξοχὴν, οἰκονομία sit ἀνθρώπησις. Chrysostomus, in cap. 15, ad Corinth. I *Aliter* (inquit) *loquitur Paulus, quando de sola divinitate loquitur, et aliter quando de* (οἰκονομίας) *dispensatione.* Et inferius : *Videamus ergo hæc an de sola divinitate loquatur*, ἢ μετὰ τῆς οἰκονομίας ἀποφαίνεται περὶ αὐτοῦ ταῦτα ἅπερ φησίν, *vel quantum ad dispensationem de ipso dicat, quæ scri-*

bit. Idem Chrysostomus, in Epistola ad Colossenses, cap. II, atque alibi, in hanc significationem voce hac usus est. Latini non solum *dispensationem*, Christi incarnationem vocarunt, ut interpres, cap. I, ad Ephesios, illis verbis : *In dispensatione plenitudinis temporum*; et Hilarius, lib. XXII. *De Trinitate*, cum ait : *Sed ut superioribus libris docuimus dispensationem assumpti corporis* (hæretici) *rapiunt, ad contumeliam Divinitatis* : et infra : *Nec dispersatio afferet errorem.* et passim; sed et œconomiæ vocem retinuerunt in eumdem sensum, Hieronymus in epistola ad Pammachium, et Oceanum, loquens de Apollinari : *Is* (inquit) *dimidiatam Christi introduxit œconomiam*; *ea scilicet ratione, quod divinam personam Christi homini negavit.*

(34) *Confractam.* Recte confractam in Adamo per peccatum imaginem Dei, non vero abolitam, similitudinem vero penitus amissam, dixit Theophanes; nam cum illi supererit intellectualis mens, quam ad sui exemplar creavit Opifex, amissa gratia deperdita quidem est similitudo, quæ in innocentia consistebat, et imago ipsa, quæ manserat, ita obscurata atque deformata, ut necessario reformatione indigeret. Sic explicat Augustinus, lib. 2 *Retractationum*, eam sententiam, quam lib. 6. *de Genesi ad litteram*, cap. 27 et 28, in hoc articulo scripserat; ut se liberet ab Origenis errore in Commentario capitis III Geneseos, ubi *naturalia* (ut vocant) perdidisse etiam Adamum docet. Quam hæresin Epiphanius detexit, et improbavit in epistola ad Joannem Hierosolymitanum, ab Hieronymo in Latinum sermonem conversa. Porro de imagine et similitudine, eo modo, quo diximus, acceptis, theologice scribit D Bernardus, sermone I, de Annuntiatione beatæ Virginis Mariæ, in hunc modum : *Ego divinam arbitror esse imaginem, quæ nimirum non assuta sed insita atque ipsi impressa naturæ, dividi scindique non potest. Ad imaginem nempe et similitudinem Dei factus est homo, in imagine arbitrii libertatem, virtutes habens in similitudine; et similitudo quidem periit, verumtamen in imagine pertransit homo : imago siquidem in gehenna ipsa uri poterit, non exuri, arderi, sed non deleri. Hæc ergo non scinditur, sed forte provenit, et quocunque perveniat, anima simul et ipsa erit. Nam similitudo non sic, sed aut manet in bono, aut si peccaverit anima, mutatur miserabiliter jumentis insipientibus similata.* Hactenus Bernardus. Non tamen dubitaverim, ut ad Origenem redeam, posse illius verba in pium sensum explicari, præsertim cum in aliis Patribus non multo dissimilia reperiantur. Irenæus enim, lib. III cap. 20, *Ut quod perdiderumus* (ait) *in Adamo* (loquitur de incar-

σοφία τὸ τοιοῦτον ἀξιόθεον ἔργον ἀποτελεῖ. Συντριβοῦσαν εὑροῦσα τὴν ἰδίαν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας εἰκόνα, καὶ τὸ θεοειδὲς καθάπαξ ἀποβαλλομένην ὁμοίωμα, δεῖν ἔγνω πρῶτον ταύτην ὥσπερ ἀναχωνεῦσαι καὶ ἀναπλάσαι, καὶ οὕτως εἰς τὸ ἀρχαῖον κάλλος, μᾶλλον δὲ μεῖζον ἀναγαγεῖν. Ποιεῖ τοίνυν τοῦτο διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος· τὴν γὰρ δημιουργικὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, καθ' ἣν ἔπλασε τοῦτον καὶ καταρχὰς κατ' εἰκόνα θείαν τε καὶ ὁμοίωσιν, ἐπεὶ δι' αὐτῆς ἔμελλε τοῦτον πάλιν ἀναμορφοῦν ὁ τεχνίτης, οἷά τινος σοφίας καὶ ἐπιστήμης καὶ δυνάμεως δραστικῆς, ἐνίησι τῷ ὕδατι καὶ αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ πρῶτος εἰσελθὼν καὶ βαπτισάμενος ἐν αὐτῷ. Πρῶτον μὲν ἵνα, καθὼς ἔφην, τὴν ἀναμορφωτικὴν χάριν ἐναποθεῖ τὸ τῷ ὕδατι· οὐ γὰρ δὴ αὐτὸς ἐδεῖτο καθάρσεως ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· δεύτερον δέ, ἵνα τοὺς διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀναγεννωμένους εἰς ἀδελφότητα πρόσοιτο, πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς γενόμενος διὰ τὸ ταυτὸν ἀμηγέπη τοῦ τρόπου τῆς ὑπερφυοῦς ἐκείνου κατὰ σάρκα γεννήσεως, καὶ γὰρ τὸ τὴν κολυμβήθραν τοῦ θείου βαπτίσματος, ὥσπερ εἰκόνα καθυπογράψαι τῆς παρθενικῆς καὶ ἀμωμήτου γαστρὸς, ἐν ᾗ τὸ καθ' ἡμᾶς διεπλάσθη, καὶ ἐξῆς ἐγεννήθη. Ὥσπερ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ μακαρίᾳ καὶ θεοδόχῳ γαστρὶ, γυμνῇ τῇ θεότητι ταύτην εἰσδὺς, τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἡμετέρου φυράματος ἀνέπλασε καὶ ἀνεμορφώσατο, ἑαυτῷ ταύτην ὑποστήσας, καὶ Υἱὸν Θεοῦ ἐν αὐτῇ ὑποστάσει μεθ' ἑαυτοῦ ταυτὴν ποιήσας τῇ παρουσίᾳ τοῦ παναγίου Πνεύματος, χωρὶς ἀνδρικῆς συναφείας, ἀπεργασάμενος τὸ μακαριώτατον ἐκεῖνο χωρίον τῆς Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς καταλλαγῆς καὶ ἀπορρήτου ἑνώσεως μάρτυρα, ἤτοι τὴν θεοδόχον γαστέρα, πηγὴν ὡς ὄντως ζωαρχικὴν, καὶ ἀναμορφωτικὴν τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀπὸ τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἀφθαρσίαν καὶ τὸ θεοειδὲς κάλλος, οὕτως εἰσελθὼν εἰς τὸ ὕδωρ οὐκέτι γυμνῇ τῇ θεότητι, ἀλλὰ μετὰ τῆς ἀναπλησθείσης ἐν τῇ πρωτοτύπῳ καὶ ζωαρχικῇ κολυμβήθρᾳ καὶ θεωθείσης ἀπαρχῆς τοῦ ἡμετέρου φυράματος, πεποίηκε τῇ ἑαυτοῦ παρουσίᾳ καὶ τῇ τοῦ παναγίου Πνεύματος, ἄλλην ὥσανεὶ νηδὺν ἀναμορφωτικὴν ξυμπάσης τῆς ἡμετέρας φύσεως. Πηγὴν γὰρ ἀναδείξας καὶ ταύτην σωτηρίου κατὰ τὸν Ἡσαΐαν δίχα σαρκικῆς συναφείας καὶ νόμων τῆς φύσεως ἀναγεννᾷν ὑπερφυῶς δυναμένην, πάντας τοὺς προσερχομένους Χριστῷ

A nem, Deique similitudine, quam habebat, penitus spoliatam, prius hanc veluti iterum conflandam ac reformandam, et sic ad pristinum decus, imo vero ad majus reducendam duxit. Facit igitur hoc per sacrum baptisma; creandi enim virtutem, qua ille hominem primum ad divinam suam imaginem et similitudinem formavit, cum per eamdem iterum reformare constitueret (quasi per sapientiam atque doctrinam quamdam effectivamque virtutem) aquæ attribuit. Et primus ipse per sese ingressus est, et baptizatus in illa, cum ut (quemadmodum dixi) reformativam gratiam illi largiatur, (neque enim indigebat expurgatione, qui tollit peccatum mundi), tum vero, ut per baptismum renatos ad fraternitatem convocet, primogenitus ipse (propter
B eumdem quodammodo supernaturalis ejus secundum carnem generationis modum) in multis fratribus effectus. Sed et lavacrum sacri baptismatis velut imaginem quamdam describit, virginei et immaculati ventris, in quo secundum naturam nostram efformatus, et ex quo editus est. Sicut enim beatum illum, et qui Deum excepit uterum, nuda cum deitate ingressus, finxit denuo primitias nostræ massæ, eam sibi conjungens, Deique Filium in ipsa unitione fecit, per adventum sanctissimi Spiritus, absque virili commistione, efficiens nempe, beatissimum illum locum, nostræ cum Deo reconciliationis, ineffabilisque unitatis testem, iterum nempe Dei hospitem, fontem vere vitalem
C et vim habentem reformandi naturam nostram a corruptione ad incorruptionem divinamque pulchritudinem. Sic, inquam, aquam ingressus, non jam nuda cum deitate, sed cum regeneratis et deificatis in primo atque vivifico lavacro (35) nostræ massæ primitias fecit illam, sua et Spiritus sancti præsentia, veluti alterum ventrem totius nostræ naturæ reformatorem. Per Isaiam [30] enim ostendit hunc salutis fontem sine carnali copula, et naturæ legibus mirabiliter regenerare valentem eos omnes qui ad Christum cum fide accedunt, et facientem quidem filios Dei, fratres vero Christi secundum gratiam, propter quamdam, ut dictum est, identitatem nativitatis. Interest tamen multum inter

[30] Isa. XII, 1 seqq.

natione Verbi) *id est, secundum imaginem et similitudinem esse Dei, hoc in Christo Jesu reciperemus.* Gregorius Theologus, oratione de Paschate: *Divinam* (inquit) *imaginem accepi, nec custodivi.* Auctor Commentariorum in Psalmos, qui Hieronymi nomine circumfertur, in illud: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Quid gloriaris* (inquit) *in malitia, hoc est Adam et diabolus, quia quod Deus ædificavit, illi destruxerunt in semetipsis, imaginem Dei et angelorum.* Cum vero hic Theophanes ἀναχωνεῦσαι καὶ ἀναπλάσαι iterum imaginem in nobis Deum ait, perspicue imitatus est Nazianzenum, cujus hæc sunt verba in oratione de baptismate: Χαρὶς πυρὸς ἀναχωνεῦον, καὶ ἀναχτίζον δίχα συντρέφεως, id est *Absque igne nos rursus conflans, et absque confractione iterum effingens.*

(35) *Primo atque vivifico lavacro.* Πρωτότυπον lavacrum vocat mysterium incarnationis, quasi quod fons fuerit et origo reliquorum omnium mysteriorum. Origenes ἀρχηγὸν σωτηρίας *auctorem salutis* vocavit. Paulus I ad Timoth. III *magnum sacramentum* appellavit, quod merito dictum adversus Arianos divinitatis Christi hostes probat eleganter et copiose Hilarius, lib. XII *de Trinitate.* Nazianzenus in oratione in funere Cæsarii fratris, eadem, qua Theophanes mente, *novum mysterium* vocavit. Τί τὸ (ait) καινὸν τοῦτο περὶ ἐμὲ μυστήριον; *Quodnam hoc novum circa me mysterium?*

primum ac secundum ventrem ; tanto enim secundus, nempe fons in quo regeneramur, cum primo, qui scilicet et Deum excepit et peperit, dignitate incomparabilis est, quanto Dominus qui ex primo natus est, major est iis qui ex altero renascuntur, imo vero et magis. Nam qui ex secundo regenerantur, fratres illius, qui ex primo natus est, et Dei filii secundum gratiam efficiuntur, at secundus alveus cum primo nullam talem habet cognationem. Quin imo inter sese ita differunt, ut signum extrinsecum natura differt a veritate. Illa enim est vera Dei Mater, quoniam vere ex ipsa, qui supra omnem substantiam est, suscepit substantiam. Aqua vero sacri baptismatis accipitur, ut diximus, tanquam signum et figura vivifici illius ac Dei hospitis ventris. Per illam nos sine carnali conjunctione, ac cæteris naturæ operibus, in Dei filios mirifice regenerati, conformesque imagini naturalis Filii Dei, qui ex ipso virginali intactoque utero prodiit, efficimur, ex aqua vero nihil accipimus quod ad novi hominis et secundum Deum creati substantiationem pertineat. Nam id totum quod ab secunda hac creatione atque regeneratione præstatur, a præsentia sancti Spiritus fit.

οὐδέν τι λαμβάνομεν εἰς οὐσίωσιν τοῦ καινοῦ καὶ τοιαύτης θεοειδοῦς ἀναγεννήσεώς τε καὶ ἀναπλάσεως, ἡ παρουσία τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀπεργάζεται.

4. Quapropter ille per suam incarnationem quæ mentem ac rationem omnem superat, nostri fermenti primitias, ad summum divinitatis extulit, efficiens nempe, id quod a se fuerat assumptum, suæ divinitatis consors, nobis deinde unitatem naturæ largitus, et carne, et sanguine nobiscum participatis, consubstantialis nobis effectus est. Per secundam vero nostram creationem quæ per baptismum fit, recepit nos in fratres ex simili quodam generationis modo, uti diximus : solum enim in spiritu renatos fraternitate donat, deos jam per gratiam factos et tanquam indutos imaginem cœlestis Adami, ut quondam terreni. Hinc enim divinam formam accipiunt, et ad ipsius humanitatis exemplum, quæ ad altissimum divinitatis gradum erecta est, deificantur. Quapropter non omnes homines sunt fratres Domini, sed ii tantum qui renati sunt per sanctum baptismum, et servaverunt deiformem pulchritudinem ad finem usque immaculatam. Ut enim nos nunquam equos, aut canes vocaremus fratres, eo quod nostra caro, sicut et illorum, ex terra constet, mortalisque sit et passibilis, sensibus et sanguineis venis compacta, attractoque per pulmonem aere quasi in se ipsa vitam includens, sed adjectione rationis ab illorum affinitate ac fraternitate differimus, accipientes tantum in horum communionem eos, qui ratione præditi sunt ; sic et Salvator noster nostram ex nobis, cum assumpsisset naturam, non hanc nudam, aut divinæ gloriæ expertem esse voluit, sed eam ex ipsa unitione ditavit divinæ naturæ proprietatibus. Ideoque cum hanc Deo dignam gratiam hominibus

A μετὰ πίστεως καὶ υἱοὺς μὲν Θεοῦ, ἀδελφοὺς δὲ Χριστοῦ κατὰ χάριν διὰ τὸ ταυτόν πως, ὡς εἴρηται, τῆς γεννήσεως ἀπεργαζομένην. Εἰ καὶ τὸ διάφορον τῆς πρώτης νηδύος πρὸς τὴν δευτέραν, ἤτοι τῆς θεοδόχου καὶ θεοτόκου γαστρὸς πρὸς τὴν ἀναγεννῶσαν ἡμᾶς κολυμβήθραν, ἀσύγκριτόν ἐστι τῇ ἀξίᾳ, ὁπόσον ὁ ἐκ τῆς πρώτης γεννηθεὶς Κύριος, πρὸς τοὺς ἀναγεννωμένους ἐκ τῆς δευτέρας, μᾶλλον δὲ καὶ πλέον. Οἱ γὰρ ἐκ τῆς δευτέρας ἀναγεννώμενοι, ἀδελφοὶ τοῦ ἐκ τῆς πρώτης γεννηθέντος Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ χρηματίζουσιν κατὰ χάριν· ἡ δὲ δευτέρα νηδὺς πρὸς τὴν πρώτην οὐδεμίαν τοιαύτην συγγένειαν κέκτηται, ἀλλὰ τοσοῦτόν ἐστιν ἀλλήλων μεταξὺ τὸ διάφορον, ὅσον σύμβολον ἐξωτερικὸν διαφέρον τῇ φύσει πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ἡ μὲν γάρ ἐστιν ἀληθὴς τοῦ Θεοῦ Μήτηρ,

B διὰ τὸ ἀληθῶς ἐξ αὐτῆς οὐσιωθῆναι τὸν ὑπερούσιον. Τὸ δὲ ὕδωρ τοῦ θείου βαπτίσματος, ὡς σύμβολον καὶ τύπος παραλαμβάνεται τῆς ζωαρχικῆς καὶ θεοδόχου νηδύος ἐκείνης, ὡς εἴρηται. Διὰ τὸ καὶ ἡμᾶς ἐκ τούτου χωρὶς σαρκικῆς συναφείας καὶ τῶν ἄλλων τῆς φύσεως ἔργων ἀναγεννᾶσθαι ὑπερφυῶς εἰς υἱοὺς Θεοῦ, καὶ συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ φύσει Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γεννηθέντος ἐκ τῆς παρθενικῆς ἐκείνης καὶ ἀμωμήτου γαστρός· ἐκ γὰρ τοῦ ὕδατος ἡμεῖς, κατὰ Θεὸν κτισθέντος ἀνθρώπου. Τὸ γὰρ πᾶν τῆς

δ'. Ὅθεν διὰ μὲν τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ, τὴν μὲν ἀπαρχὴν εἰς ἄκρον ἐθέωσε τοῦ ἡμετέρου φυράματος ἤτοι τὸ ἴδιον πρόσλημμα, ὁμόθεον ἀπεργασάμενον τοῦτο· ἡμῖν δὲ τὸ

C ὁμοφυὲς ἐδωρήσατο, κοινωνήσας ἡμῖν παραπλησίως σαρκὸς καὶ αἵματος. Κἀντεῦθεν ὁμοούσιος ἡμῖν γεγονὼς διὰ δὲ τῆς ἀναπλάσεως ἡμῶν τῆς κατὰ τὸ βάπτισμα, εἰς ἀδελφότητα προσήκατο καὶ ἀνήγαγε διὰ τὸ ὁμοιότροπόν πως, ὡς εἴρηται, τῆς γεννήσεως· τοὺς γὰρ ἀναγεννωμένους ἐν πνεύματι μόνους τῆς ἀδελφότητος ἀξιοῖ θεοὺς κατὰ χάριν ἐντεῦθεν γεγεννημένους, ὡς φορέσαντας τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου Ἀδὰμ ὥσπερ πρώην τοῦ χοϊκοῦ. Τὸ γὰρ θεῖον εἶδος ἐντεῦθεν λαμβάνουσι, καθὸ γίνονται τεθεωμένοι ὥσπερ εἰς ἄκρον ἐθεώθη καὶ τὸ ἀνθρώπινον τούτου. Διὰ γὰρ τοῦτο οὐ πάντες ἄνθρωποί

D εἰσιν ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου, ἀλλ' οἱ ἀναγεννηθέντες διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος, καὶ τηρήσαντες τὸ θεοειδὲς κάλλος ἀκηλίδωτον μέχρι τέλους. Ὅσπερ γὰρ ἡμεῖς, οὐ κἂν ποτε καλέσαιμεν ἀδελφοὺς τοὺς ἵππους καὶ κύνας διὰ τὸ τὴν ἡμῶν τε κἀκείνων σάρκα παραπλησίως ἐκ γῆς ὑφεστάναι, καὶ θνητὴν ὁσαύτως εἶναι καὶ παθητὴν, αἰσθήσει συνδεδεμένην καὶ ὀχετοῖς αἱμάτων καὶ τῇ διὰ τοῦ πνεύμονος ὁλκῇ τοῦ ἀέρος, τὴν ζωὴν ὥσπερ ἐν ἑαυτῇ περικλείουσαν, ἀλλὰ τῇ προσθήκῃ τοῦ λογικοῦ διεστήκαμεν τῆς ὁμοφυΐας ἐκείνων καὶ ἀδελφότητος, τοὺς τὸ λογικὸν μόνον πεπλουτηκότας εἰς κοινωνίαν τούτων δεχόμενοι, οὕτω καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἐξ ἡμῶν τὸ ἡμέτερον προσλαβόμενος, οὐ ψιλὸν ἐτήρει καὶ τῆς θείας δόξης ἀμέτοχον, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς ἑνώσεως τοῖς ἰδιώμασι τῆς θείας κατεπλούτησε φύσεως. Καὶ διὰ

τοῦτο μεταδοὺς τοῖς ἀνθρώποις τῆς τοιαύτης θεο- A largitus esset, fratres illos fecit, eosdemque ut et
πρεποῦς χάριτος, ἀδελφοὺς καθίστησι τῷ θεοειδεῖς suam humanitatem (36) deitate donavit.
ἐκείνους ὥσπερ τὸ ἑαυτοῦ ἀνθρώπινον ὁμοίους
ἀπεργασάμενος.

ε'. Ἀναπλάττει μὲν οὖν καὶ ἀναγεννᾷ τὴν καθ' 5. Creat igitur nos iterum Dominus regeneratque
ἡμᾶς φύσιν ὁ Κύριος, τούτῳ τῷ τρόπῳ. Τὸ γὰρ hoc pacto naturam nostram. Spiritus enim sanctus
Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κτίσαν ἐκ ζωαρχικῆς μήτρας qui ex vivido sanctissimæ Virginis utero condidit
τῆς παναγίας Παρθένου τὴν σάρκα Χριστῷ χωρὶς Christo carnem, absque conjunctione carnali, simi-
σαρκικῆς συναφείας, τοῦτ' αὐτὸ διὰ τοῦ θείου βα- liter per sacrum baptismum in lavacro renatos
πτίσματος ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τοὺς ἀναγεννωμένους sine carnali voluntate creat, ut ii sunt de quibus
ἀναπλάττει δίχα σαρκικῶν θελημάτων, ὁμοίως ὡς evangelista inquit, quod *Non ex voluntate carnis*
περὶ ὧν φησιν ὁ εὐαγγελιστής, ὅτι *Οὐκ ἐκ θελήμα- neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt* [a].
τος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Quid tum postea? Non solum uniformes sibi,
Θεοῦ ἐγεννήθησαν*. Τί τὸ μετὰ ταῦτα; Οὐ μόνον fratresque proprios fieri nos vult, nec hic nos bene-
ὁμοειδεῖς ἑαυτῷ καὶ ἀδελφοὺς ἰδίους εὐδοκεῖ γεγε- B ficiis afficere desinit: nam et corpus et membra
νῆσθαι, οὐδὲ μέχρι τούτου τῆς εὐεργεσίας ἵσταται, sua nos facit, ut cum membra nos et corpus
ἀλλὰ καὶ σῶμα καὶ μέλη ἑαυτοῦ, ὡς κεφαλὴν μᾶλ- illius simus, ille propter vinculum suæ charitatis,
λον ἡμῶν μελῶν τε καὶ σώματος ὄντων ἢ ἀδελ- quæ mentem et rationem omnem exsuperat, caput
φὸν ὀνομάζεσθαι, τῷ συνδέσμῳ τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ potius quam frater appelletur. Atque ideo membra,
λόγον ἀγάπης αὐτοῦ. Διά τοι τοῦτο καὶ ἅπερ μέλ- quæ tanquam propria sibi est copulaturus, conformia
λει συνάψειν ἑαυτῷ ὡς ἴδια μέλη, πρῶτον ὁμοειδῆ prius capiti facit per baptismum, deinde per parti-
καθίστησι τῇ κεφαλῇ διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἔπειτα cipationem ac communicationem suæ carnis et
διὰ τῆς μεταδόσεως καὶ κοινωνίας τοῦ ἰδίου σώμα- sanguinis sibi, et inter sese invicem divina hæc
τός τε καὶ αἵματος, προσκολλᾷ ἑαυτῷ καὶ ἀλλή- omnia membra agglutinat (37). Ideo enim baptismus
λοις πάντα τὰ θεοειδῆ ταῦτα μέλη. Διὰ τοῦτο γὰρ sanctam præcedit communionem (38): prius enim
προηγεῖται τὸ βάπτισμα τῆς ἱερᾶς μεταλήψεως· membra fieri debent similia capiti, quod, ut diximus,
πρῶτον γὰρ δεῖ γενέσθαι τὰ μέλη τῇ κεφαλῇ sacer baptismus præstat, deinde capiti conjungi,
ὅμοια, ὅπερ, ὡς εἴρηται, τὸ θεῖον ἀργάζεται βάπτι- quod per tremendam communionem efficitur, quæ
et immortalitatis quidam est fomes (39). Eam vero

[a] Joan. I, 13.

(36) *Ut et suam humanitatem*. Non quidem ita C mentum hoc vocat, quod Tridentini Patres probant
accipienda sunt verba hæc, ut humanitatem Christi sessione 13, cap. 3 et 8; Florentini, in Legatione ad
multo excellentius, quam naturam nostram deitate Armenos. Hinc factum ut *synaxeos* voce sacrosanc-
donatam non intelligamus; illi enim Dei essentia tum istud sacramentum per catachresin nominetur,
juncta est et in una persona copulata; nobis divi- ut tradit Dionysius, c. 3 *ecclesiasticæ Hierarchiæ*. La-
nitas obvenit gratiæ divinæ beneficio, per quam filii tinis communionis idem vocabulum frequens in hoc
Dei (ut inquit Apostolus) et nominamur et sumus. sensu, ut antiquissimis conciliorum canonibus et
Itaque hæc est hujus loci sententia, quam sæpe alias praxibus docemur. Origenes et ante illum Dionysius
explicat ipse Theophanes. in eamdem sententiam ἀρχισυναγωγὴν hujus sacra-
(37) *Agglutinat*. Sensus hujus loci est, per baptis- menti virtutem scite vocant, idest, *præcipuam ac po-*
mum fieri nos membrum Christi, qui Ecclesiæ *tissimam vim habentem ad conciliandum et coad-*
caput est, per Eucharistiam vero Christo capiti *unandum Christianum populum*, et Clemens Ale-
ac reliquis membris, id est Ecclesiæ conjungi. Hæc xandrinus τελείωσιν τῆς ἀγαπήσεως *perfectionem et*
enim sacrati corporis sanguinisque Dominici dos *consummationem charitatis* appellavit.
est ut Christus ipse pollicetur: *Qui manducat* (in- (38) *Baptismus sanctam præcedit communionem*.
quit) *meam carnem, et bibit meum sanguinem in me* Moveor (ut dixi) loco hoc, ut existimem Theopha-
manet. Joan. VI, et rursum XVII, *Ut omnes unum sint* nem vixisse multo ante Andronici senioris ætatem.
sicut tu Pater in me, et ego in te ut et ipsi in nobis Nam postquam baptismus adultorum desiit, cære-
unum sint. Paulus scribens Corinthiis: *Quoniam* monia hæc suscipiendi corporis Dominici cessavit.
unus panis, unum corpus multi sumus, et uno calice D Porro prius, post baptismum administrari solitum,
participamus. Antiqui etiam Patres idem nos do- vel parvulis ipsis, multis antiquorum scriptorum
cent. Legendus Nazianzenus, oratione 3 in Juli- testimoniis probatur. Tertullianus, libro *de Pudici-*
anum ad medium, et veteris interpretis in eo loco *tia*: *Anulum* (inquit) *accipit tum primum, quo fidei*
scholium, et Chrysost. homil. 45 in Joannem; et 60 *pactionem interrogatus obsignat, atque ita exinde*
et 61 ad populum Antiochenum, et 83 in Matthæum; *opimitate Dominici corporis vescitur*. Idem repetit
Cyrillus, lib. IV in Joannem, cap. 17; lib. X, cap. 15, libro IV *adversus Marcionem*; Dionysius *Ecclesiast.*
et lib. XI, cap. 26; Gregorius Nyssenus, in oratione *Hierarch.* cap. 2; Ambrosius, lib. III *De Sacramen-*
catechetica, quæ dicitur magna, cap. 37; Hilarius *tis*, cap. 2; Hieronymus in Dialogo adversus Lucife-
lib. VIII *De Trinitate*; Leo, serm. 14, de passione rianos; Augustinus, lib. V *Hypognosticon*; Gregorius,
Domini. Apud Augustinum hæc habemus, in ser- in Sacrament.; Ordo Romanus, et Alcuinus.
mone de infantibus, quæ refert Gratianus, *De Con-* (39) *Immortalitatis est quidam fomes*. Resurrec-
secratione, dist. 2, cap. *Quia passus*: *Ita* (inquit) *Domi-* tionem carnis similiter probat Irenæus adversus Va-
nus noster Jesus Christus nos significat, nos ad se lentinum, lib. V, cap. 2, per veram participationem
pertinere voluit, mysterium pacis et unitatis nostræ carnis et sanguinis Christi, quem locum ab Œco-
in sua mensa consecravit. Qui accipit mysterium lampadii calumniis pie et docte vindicat Rosensis
unitatis, et non tenet vinculum pacis, non mysterium epi-copus, ut et notavit Franciscus Fevardentius in
accipit pro se, sed testimonium contra se. Idem, lib. notis ad eum locum.
XXI *Civitatis* cap. 25, *Symbolum unitatis* sacra-

communionem prius per seipsum perfecit Salvator, in mystica cœna suum ipse corpus sanguinemque proprium litans, dansque hæc in cibum et potum apostolis, cum panem et vinum accepisset, commutassetque in propriam carnem spiritu perfectionis auctore : qui primo illam conflavit ex virginea carne et sanguine, denuo tamen ad illam eamdem efficiendam carnali natura, sicut antea in Virgine, minime indigens. Ita nos perficit (40), filios Dei faciens, regnique sui cohæredes ; adeo ut quem omnis spiritalis et sensibilis creatura adorat, tanquam Deum cum Patre et sancto Spiritu considentem, nos ut fratrem habeamus, utque membra capiti, nos illi adhæreamus, et inseparabiliter conjuncti simus in infinita sæcula.

καὶ αἰσθητῆς προσκυνούμενον ὡς Θεὸν καὶ τῷ Πατρὶ καὶ Πνεύματι συνεδρεύοντα, ὡς ἀδελφὸν ἔχειν καὶ ὡς μέλη τῇ ἑαυτῶν κεφαλῇ, οὕτως ἐκείνῳ προσηρμόσθαί τε καὶ ἀχωρίστως ἔχεσθαι εἰς αἰῶνας ἀπείρους.

6. Hæc sunt, o fratres, effecta, quæ supra naturam sunt, hæc Deo digna quæque omnem rationem excedunt Filii Dei ad nos in carne venientis opera ; ad tale cacumen et incomparabilem gloriam evexit humilem naturam nostram amator hominum Dominus. Quoniam ergo opus erat tale deificationis nostræ inenarrabile mysterium perpetuo exerceri in iis qui in vitam successuri essent homines, usque ad consummationem mundi, hoc est regenerationem ipsorum per sacrum baptismum, et conjunctionem cum Christo, quæ per communicationem Dominici corporis et sanguinis fit, perpetuam esse atque firmissimam ; opus autem erat ut et Dominus post passionem et resurrectionem in cœlos ascenderet, atque ad dexteram throni majestatis assideret : ideo opificem illam Spiritus sancti gratiam, per quam et secunda creatio, et regeneratio eorum qui sunt, et qui erunt usque ad consummationem sæculi, fieri debebat, suis apostolis abunde largitus est ; et suum ipsius munus et

σμα, ἔπειτα συνάφθῆναι τῇ κεφαλῇ, ἥτις συνάφεια διὰ τῆς φρικτῆς κοινωνίας ἀποτελεῖται. Ἡ δέ ἐστι τῆς ἀφθαρσίας τὸ ζώπυρον, ἥντινα μετάδοσιν καὶ κοινωνίαν πρῶτον δι' ἑαυτοῦ ἐτέλεσεν ὁ Σωτήρ, κατὰ τὸν μυστικὸν δεῖπνον αὐτὸς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἱερουργῶν καὶ τὸ ἴδιον αἷμα, καὶ διδοὺς εἰς βρῶσιν καὶ πόσιν καὶ τοῖς ἀποστόλοις, ἄρτον καὶ οἶνον λαβών, καὶ μεταβαλὼν ταῦτα εἰς σάρκα ἰδίαν τῷ τελεταρχικῷ πνεύματι· τῷ καὶ πρώτως ταύτην συστησαμένῳ ἐκ τῆς παρθενικῆς σαρκὸς καὶ τῶν ταύτης αἱμάτων, μὴ δεηθεὶς καὶ νῦν σαρκικῆς φύσεως εἰς ἀποτέλεσμα ταύτης. Ὅπερ ἄρα καὶ τότε ἐν τῇ Παρθένῳ, καὶ οὕτως ἡμᾶς τελειοῖ υἱοὺς Θεοῦ ἀπεργασάμενος καὶ συγκληρονόμους τῆς βασιλείας αὐτοῦ· ὥστε τὸν ὑπὸ πάσης κτίσεως νοερᾶς τε καὶ

ς'. Ταῦτα, ἀδελφοί, τὰ ὑπὲρ φύσιν ἀποτελέσματα· ταῦτα, ἀδελφοί, τὰ θεοπρεπῆ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἔννοιαν ἔργα τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐν σαρκὶ ἐπιδημίας τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, εἰς τοιαύτην περιοπὴν καὶ δόξαν ἀνείκαστον, τὴν ταπεινὴν ἡμῶν ἀνύψωσε φύσιν ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης. Ἐπεὶ οὖν ἔδει τὸ τοιοῦτον τῆς θεώσεως ἡμῶν ἄρρητον ἐνεργεῖσθαι διὰ παντὸς μυστήριον ἐν τοῖς ἐρχομένοις εἰς τὸν βίον τοῦτον ἀνθρώποις, μέχρι τῆς τοῦ παντὸς συντελείας, ἤγουν ἡ διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος αὐτῷ ἀναγέννησις, καὶ ἡ διὰ τῆς μεταλήψεως τοῦ Δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος συνάφεια πρὸς Χριστὸν διηνεκής τε καὶ ἀδιάῤῥηκτος· ἔδει δὲ τὸν Κύριον μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν εἰς οὐρανοὺς ἀνελθεῖν, ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης κεκαθιμέναι, τὴν δημιουργικὴν ἐκείνην τοῦ θείου Πνεύματος χάριν, δι' ἧς ἥ τε ἀνάπλασις καὶ ἀναγέννησις τῶν ὄντων τε καὶ ἐσομένων μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος ἀνθρώπων τελεῖσθαι ἔμελλε, τοῖς ἑαυτοῦ ἀποστόλοις δαψιλῶς χορηγεῖ, τὸ ἴδιον ἔργον ἐγχει-

(40) *Perficit.* Proprium verbum est divinorum mysteriorum, quæ merito nos sacramenta vocamus ; illa enim sunt quæ veram perfectionem animæ tribuunt. Itaque *perficere* idem est, quod initiare, consecrare, et divino charactere σφραγεῖν *obsignare*. Nam Gregorio Theologo, si quis illius scripta non oscitanter legat, synonyma hæc, ut multi apud eum loci probare possunt. Occurrit mihi nunc ille, εἰς Γοργονίαν, ubi de baptismo loquens, eum τελείωσιν καὶ σφραγῖδα vocat. Τελουμένη (inquit) τῷ βαπτίσματι, *baptismate (Gorgonia) perfecta, consummata*, et rursum σφραγὶς, ἀλλὰ οὐ χάρισμα ἦν τὸ μυστήριον, *signaculum, non gratia erat (illi) hoc mysterium*. Sic et Dionysius, *Hierarch. ecclesiast.* cap. 1, et alibi, baptismum vitam beatam τελεῖν dixit ; et Paulo frequens hæc vox in istum sensum : Σκιὰν γὰρ (inquit ad Hebræos x) ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς, οὐδέποτε δύναται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι· *Umbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum per singulos annos eisdem ipsis hostiis, quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere.* Nec aliter accipiendum esse arbitrer verbum hoc apud Matth. x : Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· quod vulgatus interpres optime vertit : *Amen dico vobis, non consummabitis civitates Israel donec veniat Filius hominis*, id est, ut recte Hilarius interpretatur, non erit Evangelium admissum a Judæis nisi cum secundo advenero in diem judicii, tunc enim illi post gentium plenitudinem, ut Apostolus dixit, consummabuntur, id est, perficientur Christianismi et fidei Evangelicæ charactere. Etenim eo tempore redituros Judæos ad agnitionem veritatis multorum Patrum sententia est. Vide (post Ambrosium, Chrysostomum, Basilium, Gregorium Magnum) Gaudent. tract. in Evang. Porro Latinum verbum *perficere* in eamdem significationem usurparunt sacri scriptores : Ambrosius, lib. III *de sacrament.* cap. 2 : *Sequitur spirituale signaculum quia post fontem superest, ut perfectio fiat.* Augustinus lib. I *contra Julianum: Valeant itaque* (inquit) *qui baptismum negant hominem perficere.* Quo loco Massilianorum hæresin perstringit, quæ errore hoc (Damasceno teste) ducebatur.

ρίσας αὐτοῖς ἐνεργεῖν, καὶ διὰ τοῦτο χειροτονήσας αὐτοὺς ὥσπερ ἄλλους θεοὺς καὶ δημιουργοὺς, τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ παντουργοῦ Πνεύματος δυναμένους ποιεῖν τὰ μεγίστα τῆς θείας δυνάμεως ἔργα. Καὶ ἐξ ὧν μάλιστα τό τε ποικίλον τῆς σοφίας καὶ δυνάμεως τοῦ Θεοῦ γνωστὸν γίνεται, καὶ ὁ τῆς ἀγαθότητος ἀνεξιχνίαστος αὐτοῦ πλοῦτος ἀποκαλύπτεται, δι' ὃ καὶ ὁ θεῖος Ἔλεγε Παῦλος· *Συνεργοὶ Θεοῦ ἐσμεν*. Καὶ γὰρ πάντων τῶν ἔργων ὧν ἐποίησεν ὁ Θεὸς καὶ τῶν νοητῶν καὶ τῶν αἰσθητῶν τὸ μεῖζόν ἐστιν ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς, ἡ θεία ψυχή τε καὶ σὰρξ τοῦ Δεσπότου. Τί γὰρ μεῖζον τοῦ τὴν καθ' ἡμᾶς φύσιν, τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσιν γενέσθαι καθ' ἕνωσιν ὑποστατικήν; Ὅσον ἄρα διαφέρει τὸ ἀνθρώπινον τοῦ Σωτῆρος τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ· διαφέρει δὲ ὅσον δούλου δεσπότης· τοσοῦτον καὶ τὸ ἔργον τῆς θείας σαρκώσεως διενήνοχε τῆς δημιουργίας τῶν ὑπερκοσμίων δυνάμεων. Τοῦτο τοίνυν τὸ ἀνυπέρβλητον ἔργον καὶ τοῖς ἀποστόλοις ὁμοίως ἐνεργεῖν δέδωκε, καὶ δι' ἐκείνων τοὺς διαδόχους ἐκείνων καὶ καθεξῆς τοὺς λοιποὺς μέχρι τῆς τελευτῆς τοῦ παρόντος βίου. Ἄρτον γὰρ καὶ οἶνον λαμβάνοντες τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ θείου Πνεύματος, εἰς σῶμα καὶ αἷμα Δεσποτικὸν, ὦ τοῦ θαύματος! μεταβάλλουσι· καὶ λύειν καὶ δεσμεῖν ἁμαρτίας ἐξουσίαν εἰλήφασιν, ὃ μόνου Θεοῦ ἔργον ὑπάρχει. Καὶ ἀνθρώπους λαμβάνοντες, διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀναγεννῶσι καὶ ἀναπλάττουσιν εἰς υἱοὺς Θεοῦ καὶ θεοὺς κατὰ χάριν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἵππον λαβὼν μετέπλασεν εἰς φύσιν ἀνθρώπου, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ μεῖζω ταῦτα τῶν πολλῶν εἰρημένων. Μεῖζον γάρ ἐστι τὸ τὸν ἄρτον καὶ οἶνον εἰς σῶμα θεῖον μεταβαλεῖν καὶ ἄνθρωπον θεὸν κατὰ χάριν ποιῆσαι, ἢ οὐρανὸν καὶ ἀγγέλους ποιῆσαι.

ζ'. Ταύτην οὖν, ἀγαπητοὶ, τὴν δημιουργικὴν καὶ θεοποιὸν χάριν καὶ δύναμιν τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος ἧτις ἐνεργεῖν τὰ μεῖζω πάντων κτισμάτων ἐν ἀκαρεῖ δύναται, ὁ ἱερεὺς, ὢ τῆς περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ Λόγου φιλανθρωπίας καὶ δωρεᾶς! ἀναμφιβόλως κομίζεται. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος ὁμοίως ἄρτον καὶ οἶνον λαμβάνων, τῇ ἐνοικούσῃ τούτῳ διὰ τοῦ χρίσματος τῆς ἱερωσύνης θείᾳ δυνάμει, εἰς σῶμα καὶ αἷμα μεταβάλλει Δεσποτικόν· μεῖζον ἐντεῦθεν ἐργαζόμενος ἔργον, ὡς δέδεικται, ἢ εἴπερ ἀγγέλους καὶ οὐρανοὺς δυνατῶς εἶχε δημιουργεῖν. Καὶ πάλιν ἄνθρωπον λαμβάνων θνητὸν, διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος ζωὴν Θεοῦ καὶ θεὸν κατὰ χάριν ἐργάζεται· μεῖζον ἐργαζόμενος ἔργον, ἢ εἴπερ ἀνεγείρειν νεκροὺς ἐδύνατο, καὶ τὰ λελωβημένα καὶ πεπηρωμένα τοῦ σώματος μέλη ὑγιᾶ καὶ ἄρτια καθιστᾷν λόγῳ. Εἰ οὖν ἔδει φανῆναί τινα ἐπὶ τῆς γῆς ἄνθρωπον, ἀγγέλους καὶ οὐρανοὺς δημιουργεῖν λόγῳ δυνάμενον, καὶ νεκροὺς ἀνεγείρειν καὶ ἀνίατα πάθη ἰᾶσθαι, ὁποῖον ἐχρῆν τὸν τοιοῦτον εἶναι; Καθαρὸν καὶ τὴν ἀρετὴν ἀπαράμιλλον, ὥστε τοιαύτην τοῦ

officium ab illis efficiendum ipsis attribuit, ac propterea creavit eos veluti deos et creatores, potentes virtute omnipotentis Spiritus, maxima divinæ virtutis efficere opera. Et vero ex iis multiformis Dei sapientia et virtus præcipue apparet, et investigabiles bonitatis ipsius deteguntur divitiæ. Ideoque beatus dicebat Paulus: *Dei cooperatores sumus* [33]. Etenim omnium operum tam spiritualium, quam corporeorum, quæ Deus fecit, maximum est incomparabili excellentia, sacra anima et caro Dominica. Quid enim majus est, quam nostram naturam secundum unionem hypostaticam fieri naturam Verbi Dei? Quantum ergo præstat (41) humanitas Salvatoris ipsis Cherubim et Seraphim (præstat autem quantum servo Dominus), tantum etiam divinæ carnis generatio superat creationem cœlestium potestatum. Hoc ergo eximium opus apostolis quoque exercendum dedit, et per illos eorum successoribus, et deinceps reliquis usque ad consummationem hujus vitæ. Panem enim et vinum accipientes, virtute Spiritus sancti in corpus et sanguinem Dominicum, o rem admirabilem! transmutant, solvendi etiam et ligandi peccata, quod quidem solius Dei est opus, ipsi potestatem acceperunt. Sed et homines per sacrum baptismum regenerant, atque in Dei filios deosque secundum gratiam reformant, non aliter quam si quis equum in naturam hominis transmutaret; imo vero multo majora hæc sunt omnibus iis quæ hactenus dicta sunt; majus enim est panem et vinum in corpus transmutare divinum, hominemque deum efficere secundum gratiam, quam cœlum et angelos creare.

7. Hanc igitur, o charissimi, opificem ac deificantem sancti Spiritus gratiam et virtutem, quæ in ictu oculi creare potest, maxima quæque creaturarum (o amorem et beneficentiam erga nos Verbi Dei!) sine dubio accipit sacerdos. Nam et ille similiter panem et vinum accipiens per inhabitantem in se, mediante sacerdotii unctione, sacram virtutem in carnem et sanguinem commutat Dominicum; majus propterea exercens opus, quam si angelos et cœlos creare posset. Deinde mortalem accipiens hominem per sanctum baptismum, Dei Filium, Deumque secundum gratiam efficit, majus efficiens opus, quam si mortuos suscitaret, et luxata ac mutila corporis membra sanitati et integritati solo verbo restitueret. Si igitur inter nos homo esset, qui angelos cœlosque verbo creare posset, suscitare mortuos, et incurabilibus morbis mederi, qualem eum esse oporteret? quam purum et vitæ probitate ante omnes excellentem nempe ut hanc Dei virtutem atque potentiam susciperet fieretque post Deum alter creator? Si millies profecto illi quotidie pro Christo mori liceret, adhuc

[33] I Cor. 3, 9.

(41) *Præstat.* Vaticanus habet διάφορον. Messanensis διαφέρει

tamen minime dignum opus faceret, quo tanti muneris gratiam compensaret. At sacerdotis opera majora iis multo ac sine ulla comparatione præstantiora esse, ostensum est. Qualem igitur esse deceat eum qui sacerdotii gratiam accepit, quam divinum ac pene cœlestem, hinc perpendere licet. Christi certe esse debet perfectissimus imitator, illiusque in carne primi pontificis atque horum sacrorum sacerdotis et initiatoris sequi vestigia. Quocirca haud erraret aliquis, o dilecti, si diceret sacerdotium esse Dei effectricem virtutem, vel divinam scientiam pro fine habentem, ut hominem efficiat deum secundum gratiam, conformem vero imagini Filii Dei secundum naturam, idque per signa quædam tanquam per instrumenta, panem vero et vinum aqua commistum in corpus, et sanguinem Dominicum transmutet, renatosque homines per baptismum capiti Christo ut membra conglutinet. Quare cum nemo carnis vinculis detentus vere dignus administrator horum supernaturalium mysteriorum inveniri possit (etenim et angelis ipsis et desiderabilia hæc sunt et formidanda), puritatem saltem, quam acquirere hominibus datur, contemnere, aut rejicere, nec pro viribus conari Salvatoris in terris vitæ institutum imitandum sibi proponere, id certe ingrati erit animi divinarumque rerum contemptoris, ideoque intolerabili supplicio dignum. Cui namque datum est multum, multum etiam exigetur ab eo. Ac vetus nimirum illud Hebræorum sacerdotium figura erat et imago nostri hujus sublimis atque cœlestis; sanguinibus enim et animalium tantum occisionibus licebat illi, non animæ, sed corporis maculas et inquinamenta purgare. Ut enim uno verbo dicam, omnia quæ per illud fiebant, umbra erant, ut divinus ait Apostolus [83], futurorum bonorum, nostris rebus tanto inferior, quantum abest a cœlo terra. Ideo pro nostri eorumque sacerdotii diversitate, cum sacerdotes item nostri et illorum pro rata portione differant (quantum certe ab angelis homines absunt), tamen Nadab quidam et Abiud filii, Aaronis, sacerdotesque, cum nefarium quoddam opus perpetrassent, igne alieno adolere thus Deo aggressi, violatæ legis pœnas absque mora luerunt [84], ab eodem igne illico combusti; quibus nec pater Aaron potuit opitulari. Quid vero opus est pluribus [85], quando et ipse Aaron a Deo electus, et primus apud illos pontifex, apud Deum vero secundus post Moysem, cum leviter Deum offendisset, miserabiliter vita privatus est, nec fratre quidem Moyse illum e supplicio liberare valente [86]? Quid vero deinde Heli sacerdos? Licet ille bonus in se esset et irreprehensibilis, propter solam suorum filiorum iniquitatem diro mortis genere vitam finivit; atque certe illos verbis sæpe corripuerat, tametsi non severe et graviter, ut oportuerat, castigarat. Si igitur delinquentes illi qui sub legis umbra

A Θεοῦ δύναμιν δέξασθαι καὶ ἀξίαν, καὶ δημιουργὸν ἕτερον εἶναι μετὰ Θεὸν, πάντως εἰ μυριάκις ἐνῆν αὐτῷ καθ' ἑκάστην ὑπὲρ Χριστοῦ ἀποθνήσκειν, οὐκ ἂν ἐπάξιον ἔργον εἰς ἀνταπόδοσιν τῆς δωρεᾶς ταύτης εἰργάσατο. Ἀλλὰ τὰ παρὰ τοῦ ἱερέως τελούμενα μείζω τῶν τοιούτων ἔργων πολλῷ καὶ ἀσυγκρίτῳ τῷ μέτρῳ δεδείκται εἶναι. Ὁποῖον οὖν δεῖ τὸν τὴν χάριν τῆς ἱερωσύνης δεξάμενον θεῖόν τινα καὶ ὑπερφυῆ εἶναι, πάρεστιν ἐντεῦθεν λογίζεσθαι, πάντως τοῦ Χριστοῦ μιμητὴν ἀκριβέστατον, καὶ τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας ἐκείνου κατ' ἴχνος ἑπόμενον, τοῦ πρώτου ἀρχιερέως καὶ ἱερουργοῦ, τῶν τοιούτων καὶ τελετάρχου. Ὅθεν οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι τὴν ἱερωσύνην, ἀγαπητοὶ, δημιουργικὴν εἰπὼν δύναμιν τοῦ Θεοῦ, ἢ ἐπιστήμην θείαν,

B τέλος ἔχουσαν τὸ διά τινων συμβόλων ὥσπερ ὀργάνων, θεὸν μὲν κατὰ χάριν τὸν ἄνθρωπον ἀπεργάζεσθαι καὶ σύμμορφον τῆς εἰκόνος τοῦ κατὰ φύσιν Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τὸν δ' ἄρτον καὶ οἶνον ὕδατι κεκερασμένον, εἰς σῶμα καὶ αἷμα μεταβάλλειν Δεσποτικὸν, καὶ τοὺς ἀναγεννηθέντας ἀνθρώπους διὰ βαπτίσματος προσαρμόσαι ὡς μέλη τῇ κεφαλῇ τῷ Χριστῷ. Ὅθεν ἐπείπερ οὐδεὶς τῶν τῆς σαρκὸς δεσμίων ὡς ἀληθῶς ἄξιος οἰκονόμος τῶν τοιούτων ὑπερφυῶν μυστηρίων ἂν εὑρεθείη· καὶ γὰρ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῖς ἐπιθυμητὰ τὰ τοιαῦτα καὶ φρικτὰ καθεστήκει, τῆς γοῦν ἐνδεχομένης καθαρότητος τοῖς ἀνθρώποις καταφρονεῖν τε καὶ ἀναβάλλεσθαι, καὶ μὴ σπεύδειν ὅση δύναμις τὴν ἐπὶ γῆς

C τοῦ Σωτῆρος πολιτείας μιμεῖσθαι, πολλῆς ἀγνωμοσύνης ἂν εἴη καὶ τῶν θείων καταφρονήσεως, καὶ διὰ τοῦτο κολάσεως ἄξιον ἀφορήτου. Ὦ γὰρ ἐδόθη πολὺ, πολὺ καὶ ἀπαιτηθήσεται. Καίτοι ἡ τῶν Ἑβραίων πάλαι ἱερωσύνη τύπος ὑπῆρχε καὶ ἴνδαλμα τῆς καθ' ἡμᾶς ταύτης ὑφηλῆς τε καὶ οὐρανίου· καὶ γὰρ αἵμασι καὶ σφαγαῖς μόνον ζώων ἀλόγων ἐξῆν ταύτῃ καθαίρειν οὐ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τοῦ σώματος μολυσμοὺς καὶ κηλῖδας. Καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντα τὰ τελούμενα δι' αὐτῆς σκιὰν εἶχε, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, τῶν μελλόντων ἀγαθῶν τοσοῦτον τῶν ἡμετέρων ἐνδέουσαν, ὁπόσον γῆ πρὸς τὸν οὐρανόν. Καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὸ διάφορον τῆς ἡμῶν τε κἀκείνων

D ἱερωσύνης τῶν ἱερέων ἡμῶν τε κἀκείνων ἀναλόγως διαφερόντων ἦγουν ὅσον ἀγγέλων ἄνθρωποι, ὅμως Ναδάβ τις καὶ Ἀβιοὺδ υἱοὶ Ἀαρὼν ὄντες καὶ ἱερεῖς, ἄθεσμόν τί ποτε διαπεπραχότες (ἀλλοτρίῳ γὰρ πυρὶ θυμιᾷν ἐπεχείρουν παρανόμως Θεῷ) παραπόδας δίκας τῆς παρανομίας εἰσπράττονται, παρανάλωμα τοῦ πυρὸς ἐκείνου γεγονότες ἀθρόον, καὶ οὐδ' Ἀαρὼν ἤρκεσε πρὸς σωτηρίαν αὐτοῖς ὁ πατήρ. Ἀλλὰ τί χρὴ περὶ τούτων λέγειν, ὅπου γε καὶ Ἀαρὼν αὐτὸς, ὁ θεόκριτος καὶ πρῶτος παρ' ἐκείνοις ἀρχιερεύς· ὁ γὰρ Μωϋσέως παρὰ Θεῷ δεύτερος· μικρόν τι προσκεκρουκὼς τῷ Θεῷ τῆς ζωῆς ἐλεεινῶς ἀποῤῥήγνυται, μηδὲ Μωσέως τοῦ ἀδελφοῦ δυνηθέντος ἐξελέσθαι τοῦτον τῆς τιμωρίας; Τί δὲ Ἠλεὶ μετὰ ταῦτα ὁ ἱερεύς; καίτοι καθ' ἑαυτὸν ἀγαθὸς ὑπάρχων

[83] Coloss. II, 17. [84] Levit. x, 1 seqq. [85] Num. xx, 24 seqq. [86] 1 Reg. xxxiv, 1 seqq.

καὶ ἀμεμπτος, διὰ τὴν τῶν παίδων μόνον παρανομίαν δεινῷ θανάτῳ καταστρέφει τὸν βίον· καίτοιγε πολλάκις λόγοις ἐπιτιμίας τῶν παίδων ἀπτόμενος εἰ καὶ μὴ σφοδρῶς καὶ ὡς ἐχρῆν ἐπιπλήττων. Εἰ οὖν ἐκείνοις τῇ σκιᾷ παρακαθημένοις τοῦ νόμου, καὶ νηπίων τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν διδασκάλοις ὑπάρχουσι καὶ μυσταγωγοῖς, τοιαῦτα φοβερὰ καὶ ἀναπόδραστα παρανομοῦσι τὰ ἐπιτίμια, ὁποῖα ἂν εἶεν, ἀγαπητοί, τοῖς τελεσιουργοῖς τῶν ὑπερφυῶν μυστηρίων, καὶ τοῖς ἀγγέλων συλλειτουργοῖς, καὶ Θεοῦ συνεργοῖς, καὶ τῷ τῆς υἱοθεσίας πνεύματι τελείους τὴν κατὰ Χριστὸν ἡλικίαν ἀναδείκνυσι τοὺς ὑπ' αὐτῶν τελουμένους, μὴ τὸ θεουργὸν τῆς ἱερωσύνης χρίσμα τηροῦσι καθαρὸν καὶ ἀκίβδηλον ὡς ἐνῆν, Ὅσον γὰρ τὸ διάφορον κατ' ἀξίαν τῆς νομικῆς ἱερωσύνης πρὸς τὴν κατὰ Χριστὸν, τοσοῦτον ἡ καθαρότης τε καὶ ἀκρίβεια τοῦ βίου ἐν ἑκατέροις ἀναλόγως ἀπαιτηθήσεται. Διὸ καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἔλεγεν· *Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.*

A erant, et hominum adhuc spiritali ætate infantium magistri et præceptores, tam horrendis inevitabilibusque pœnis multati sunt, quæ tandem, o dilecti, manent supplicia supernaturalium sacramentorum ministros, angelorum conservos, Dei cooperatores, quique eos quos mysteriis initiant, per adoptionis spiritum perfectos secundum Christi ætatem efficiunt, nisi deificam illam sacerdotii unctionem, quantum fieri potest puram et incorruptam servaverint? Quanta est enim legalis et Christiani sacerdotii differentia, tanta in utroque vitæ puritas et excellentia proportione respondens exigetur. Ideo et Salvator noster dicebat : *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum* [87].

ηʹ. Διὰ τοῦτο προσεκτέον, ἀγαπητοὶ, καὶ τηρητέον ἕκαστον τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος, ὡς ὁ θεῖος Παῦλός φησιν, ἐν ἁγιασμῷ, μᾶλλον δὲ τὸ τοῦ Θεοῦ σκεῦος. Μὴ γὰρ οὐκ ἔστιν ἡ τοῦ ἱερέως χεὶρ θεία λαβὶς ἁπτομένη τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος; Ἢ μὴ τὸ στόμα καὶ ὅλον τὸ σῶμα ποτήριον ἱερὸν δεχόμενον τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα καὶ αἷμα, πολλῷ τιμιώτερον τῶν ἀψύχων τούτων λαβίδων καὶ ποτηρίων; ὅσῳ τὸ αὐτὸ καὶ σκεῦος καὶ μέλος ἐκ μέρους τοῦ ὑποδεχομένου καὶ Δεσποτικοῦ σώματος γίνεται; Εἰπέ μοι οὖν πρὸς Θεοῦ· Εἴ τις τὰ ἱερὰ ταῦτα καὶ ἅγια σκεύη, τὴν θείαν λέγω λαβίδα καὶ τὸ ποτήριον τολμηρᾷ γνώμῃ μολύναι καὶ ὁπσοῦν ἐπιχειρήσειεν ἀκάθαρτόν τι καὶ μιαρὸν αὐτοῖς ἐμβαλὼν, οὐκ ἂν ἀσεβείας καὶ τῆς ἐσχάτης παρανομίας αὐτὸν ἐγραψάμεθα, καὶ μυρίων θανάτων ἐκρίναμεν ἄξιον, τολμηρῶς καὶ ἀθέως τὰ ἱερώτατα καθυβρίσαντα; Ὁ τὸ θειότατον ἄρα τῆς ἱερωσύνης σκεῦος, τὸ τῷ θείῳ κεχρυσωμένον Πνεύματι, τὸ πολλῷ τῶν ἀψύχων ἱερῶν ὡς εἴρηται τιμιώτερον ὡς καὶ Χριστοῦ μέλος, καταμιαίνων μολυσμοῖς ἄλλοτε ἄλλοις, πόσης ἂν εἴη κολάσεως ἄξιος; Καί τοι γε ὁ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος οὐ μόνον περὶ τῶν ἱερέων, ἀλλὰ περὶ πάντων ἁπλῶς πιστῶν τοιαῦτα φοβερῶς ἀπειλεῖ· *Οὐκ οἴδατε γὰρ, φησὶν, ὅτι ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; Εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός.*

B 8. Quapropter et incumbamus, o dilecti, et suum quisque vas, ut ait beatus Paulus, in sanctificatione studeat conservare, imo potius Dei vas [88]. An vero sacerdotis manus non est sacer quidam forceps Dominicum corpus pertingens? Nonne os et totum corpus est quidam sacer calix, continens Christi corpus et sanguinem, multo honorabilius ipsis inanimis forcipibus et poculis, cum idem et vas, et membrum aliqua ex parte suscepti Dominici corporis fiat? Dic ergo mihi per Deum, si quis sacrosancta hæc vasa, divinum, inquam, forcipem (42) et calicem audaci animo coinquinasset, et impuram rem quampiam atque immundam ausus fuisset in illa infundere, nonne hunc impietatis extremique sceleris accusaremus, dignumque judicaremus, qui mille mortibus lueret pœnas quod insolenter et impie res sacratissimas violasset? Qui ergo sanctissimum sacerdotii vas, quod est sancto Spiritu deauratum, quodque multo est honorabilius, uti diximus, inanimis sacris, quippe quod est Christi membrum, variis maculis diversimode inquinat, quo supplicio dignus erit? Atqui certe beatus apostolus Paulus non solum sacerdotibus, sed in universum omnibus fidelibus, hæc eadem formidabiliter interminatur : *Nescitis enim, ait, quod Dei templum estis, et Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei corrumpit, corrumpet hunc Deus* [89].

θ. Διὰ τοῦτο τὰς μὲν ἱερατικὰς χεῖρας, θείας λαβίδας οὔσας, ὡς εἴρηται, χρὴ καθαρεύειν πάσης μὲν κλοπῆς, πάσης δ' ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας· μηδὲ τῷ θυμῷ ἢ τῇ ἐπιθυμίᾳ ἐξυπηρετουμένας, κακῶς ἅπτεσθαι

9. Ideo sacerdotales manus, quæ sacri forcipes sunt, ut dictum est, oportet puras esse ab omni furto, ab omni rapina improbaque cupiditate bonorum alienorum, neque inservientes iræ, aut de-

[87] Matth. v, 20. [88] I Thess. iv, 4. [89] I Cor. iii, 16.

42) *Forcipem.* Utuntur Græci instrumento quodam tum ad extrahendas e calice corporis particulas, tum ad subministrandam Eucharistiam populo, sub utraque specie communicanti; illius forma est ad ligulæ similitudinem, ita ut intinctum sanguine corpus capere et retinere possit, vocantque illi nunc λαβίδα, ut et noster. Quæ quidem vox nova videtur, non enim in antiquis Patribus eam reperiri crediderim. Chrysostomus λογχὴν *lanceolam* vocare videtur, si modo de hoc intelligit, et non de illa, qua ante sacrificium panis fermentatus in particulas postea consecrandas scinditur, quæ nunc formam habet cultri, fitque hoc in parvula quadam mensa, quam ipsi prothesin vocant. Verba Chrysostomi, in principio Liturgiæ sunt, *Et incidens lanceola signaculum panis in quatuor partes in figuram crucis.*

siderio male tangendi carnes, quas nefas est, id est manibus adversus fratres tanquam lictoribus utendi, imo potius, ut habentibus a Deo medicinalem gratiam in medelam animarum. Sed nec decet libidinosæ voluptatis causa extendere eas in exsecrandum tactum; eas, inquam, quæ mortem Domini per formidabile hoc et inenarrabile sacrificium annuntiant, atque ideo mortuæ immobilesque esse debent ad omnem obscenam voluptatem, contra vero ad omne opus bonum promptæ ac paratæ. Sacerdotem itaque qui pro peccatis suis et populi erroribus (mediator enim est Dei et hominum) deprecatur, tollere ubique eas ad Deum oportet innocentes, ab ira et disceptationibus vacuas, erga homines vero illas extendere, ad afflictos quidem juvandos, ad ægrotos visendos, ad sublevandos egentes. Hæc enim sacerdotales manus multo melius expurgare solent, quam hyssopi omnes. Et illotis certe immundisque manibus nullus unquam sacerdos sacra mysteria attingere audeat, nisi prius aqua bene illas terserit: nonne igitur illas prædictis bonis studiose emundare multo magis oportet? Hæc enim non carnis sordes aut superficiem ejus tantum emundant, sed intima animæ nive candidiora efficiunt. Hosce igitur animatos et sacerdotales forcipes, o dilecti, purgare opus est, atque ita demum sacris mysteriis admovere. Si enim Oza ille [60], cum tetigisset (quod non licebat) arcam, quæ umbra tantum et figura erat, periit, quanta (43) cum reverentia et timore atque demissione animi accedere oportet ad exemplaria ac cœlestia et illis appropinquare? Quid porro calix qui divinum corpus et sanguinem excipit Salvatoris; os, inquam, sacerdotis, qua tandem ratione expiandum est? Sed operæ pretium erit et ea quæ inficiunt, et rursus quæ purgare possunt, in medium proferre, eaque omnibus patefacere, ut ab illis omni studio abstinendum, hæc vero alacriter atque avide arripienda esse moneamus. Immunditia ergo oris est blasphemia, et ingrati animi verba in Deum impie prolata ex nimia perfidia et in tentationibus pusillanimitate; jusjurandum etiam, et multo magis perjurium, quod manifesta est Dei abnegatio. Similiter mendacium pessimus diaboli fetus, antiquæ causa perditionis, esca peccati et mortis primorum parentum, omniumque qui illo utuntur perditio: *Perdes enim*, inquit, *omnes qui loquuntur mendacium* [61]. Ad hæc autem obtrectatio, injuria, convicium, quæ radicis amaræ humanæ, scilicet inimicitiæ, amarissima sunt profecto germina, sed et obscenitas, stultiloquium, scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, clamor et malus sermo (44). Nam ut ab his aliisque hujusmodi rebus abstineamus sacer nos hortatur Apostolus [62]. Et jure quidem; si enim

A σαρκῶν ὧν οὐ θέμις, τουτέστι μήτε δημίων δίκην χρῆσθαι ταύταις κατὰ τῶν ἀδελφῶν, ἰατρικὴν μᾶλλον χάριν ἐχούσαις παρὰ Θεοῦ εἰς θεραπείαν ψυχῶν, μήτε δι' ἡδονὴν ἀκόλαστον ἐκτείνειν ταύτας εἰς ἁφὴν ἀποτρόπαιον, τοῦ Κυρίου τὸν θάνατον ἀγγελλούσας διὰ τῆς φρικτῆς καὶ ἀνεκδιηγήτου ἱερουργίας· καὶ διὰ τοῦτο νεκρὰς καὶ ταύτας καὶ ἀκινήτους ὀφειλούσας ὑπάρχειν πρὸς πᾶσαν αἰσχρὰν ἡδονήν, ἀλλὰ πρὸς πᾶσαν ἀγαθὴν ἐργασίαν, μᾶλλον πρόχειρον ὑπάρχειν καὶ πρόθυμον· καὶ διὰ τοῦτο πρὸς Θεὸν μὲν αἴρειν ταύτας ὁσίας ἐν παντὶ τόπῳ χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμῶν εὐχόμενον ὑπέρ τε τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων· μεσίτης γὰρ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων καθέστηκε· πρὸς δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἐκτείνειν εἰς βοήθειαν μὲν B καταπονουμένων, ἐπίσκεψιν δὲ ἀσθενούντων, μετάδοσιν δὲ καὶ χορηγίαν τῶν δεομένων. Ταῦτα γὰρ καθαίρειν τὰς ἱερατικὰς οἵδε χεῖρας ὑσσώπου παντὸς βέλτιον. Καί τοι ἀνίπτοις καὶ ῥερυπωμέναις χερσὶν οὐδεὶς ἂν ἀνάσχοιτο τῶν ἱερέων ποτε τῶν θείων ἅψασθαι μυστηρίων, ἕως ἂν ὕδατι ταύτας καλῶς ἀπονίψηται, οὐ πολλῷ οὖν μᾶλλον τοῖς εἰρημένοις ἀγαθοῖς καθαίρειν ταύτας διὰ σπουδῆς τίθεσθαι χρή; οὐ ῥύπον σαρκὸς, οὐδὲ τὴν ἐπιφάνειαν ταύτης δυναμένοις μόνον ἐκπλύνειν, ἀλλὰ τὰ βάθη τῆς ψυχῆς, χιόνος λαμπρότερον ἀποφαίνειν. Καὶ γὰρ τὰ, ἐμψύχους καὶ ἱερατικὰς θείας λαβίδας, οὕτω καθαρτέον, ἀγαπητοὶ, καὶ οὕτω τοῖς ἱεροῖς προσακτέον. Εἰ γὰρ Ὀζᾶν ἐκεῖνος τῆς σκιώδους καὶ τυπικῆς κιβωτοῦ μόνον ἁψάμενος, ὡς οὐ θέμις, ἀπώλετο C παραχρῆμα, μετὰ πόσης εὐλαβείας καὶ φόβου καὶ συστολῆς τοῖς ἀρχετύποις καὶ οὐρανίοις προσέρχεσθαι δέον καὶ προσεγγίζειν; Τί δὲ τὸ δεκτικὸν τοῦ θείου σώματός τε καὶ αἵματος τοῦ Σωτῆρος ποτήριον, τὸ στόμα λέγω τοῦ ἱερέως, καθαίρειν χρή; Καλὸν γὰρ, καὶ τὰ μολύνοντα, καὶ καθαίρειν πάλιν τοῦτο δυνάμενα προθέντας εἰς μέσον καὶ δῆλα πεποιηκότας, τῶν μὲν ἀπέχεσθαι πάσῃ σπουδῇ παραινεῖν, τῶν δὲ μεταποιεῖσθαι προθύμως. Ἀκαθαρσία μὲν οὖν στόματος ἂν εἴη βλασφημία καὶ εἰς Θεὸν ἀχαριστίας ῥήματα, ἐξ ἀγνωμοσύνης πολλῆς καὶ μικροψυχίας διά τινα πειρασμὸν ἀδίκως ἀναπεμπόμενα· ἔτι ὅρκος καὶ πολλῷ πλέον ἐπιορκία, ἄρνησις ἀντικρυς οὖσα Θεοῦ. Ὠμαύτως ψεῦδος τὸ τοῦ πονηροῦ πονη- D ρότατον γέννημα τὸ τῆς ἀρχαίας αἴτιον ἀπωλείας, τὸ δέλεαρ τῆς προπατορικῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου, καὶ πᾶσι τοῖς χρωμένοις ἀπώλεια. Ἀπολεῖς γὰρ, φησὶ, *πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος*. Πρὸς δὲ τούτοις καταλαλιὰ, καὶ ὕβρις, καὶ λοιδωρία, τὰ τῆς πικρᾶς ῥίζης, τῆς μισανθρωπίας φημὶ, πικρότατα ὄντως βλαστήματα· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αἰσχρότης καὶ μωρολογία καὶ εὐτραπελία τὰ οὐκ ἀνήκοντα, καὶ κραυγὴ καὶ λόγος σαπρὸς, ἐπεὶ καὶ τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἀπέχεσθαι

[60] II Reg. VI, 1 seqq. [61] Psal. V, 7. [62] Ephes. IV, 14 seqq.

(43) *Quanta.* Vaticanus πάσης. Messanensis πόσης.

(44) *Malus sermo.* Λόγος σαπρὸς, *verbum putridum* sonat, sed nos retinuimus Latinam vulgatam, quæ verba illa Apostoli, ad quæ allusit Theophanes, ad Ephes. IV, Πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω, reddidit: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.*

παραινεῖ, καὶ εἰκότως. Εἰ γὰρ καὶ ὑπὲρ ἀργοῦ λόγου λόγον δώσομεν, ἀδελφοί, πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν εἰρημένων εὐθυνθησόμεθα. Καὶ τί λέγω ὑπὲρ λόγων; ὅπου γε καὶ ὑπὲρ τῶν λογισμῶν αὐτῶν λόγους ὑφέξομεν, καθὼς φησιν ὁ μακάριος Παῦλος· *Καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων.* Καὶ οὗτοι μὲν οἱ βορβορώδεις τοῦ στόματος μολυσμοὶ, καὶ τὰ δηλητήρια πόματα, τὰ τῆς ψυχῆς ἀληθῶς ἀναιρετικά. Τὰ δὲ χρυσοῦ καὶ λίθων τιμίων λαμπρίτερον τὸ στόμα πεφυκότα κατασκευάζειν, καὶ τῆς θείας χάριτος δοχεῖον ἁπάξιον, καὶ ἀντικείμενα τούτοις· τὰ γὰρ ἐναντία φασὶν ἰατρῶν παῖδες τῶν ἐναντίων ἰάματα· εἶεν δ' ἂν εὐχαριστία διηνεκὴς εἰς Θεὸν, μὴ μόνον ἐν εὐπραγίαις, ἀλλὰ πολλῷ πλέον ἐν πειρασμοῖς. Εἰδέναι γὰρ δέον ὅτι καὶ οἱ πειρασμοὶ φάρμακά εἰσι θεραπευτικὰ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, καὶ τῆς εἰς βάθος ταύτης πολυχρονίου κακίας, τὸ μὲν αὐστηρόν τε καὶ δάκνον ἔχοντα, τὴν δὲ ὑγείαν ῥᾷον τῶν ἄλλων ἁπάντων παρέχειν δυνάμενα. Διὸ ὑπομονῆς ἐν τοῖς τοιούτοις μετ' εὐχαριστίας, ὡς εἴρηται, χρεία. Ἂν γὰρ μὴ τὸ στύφον αὐτῶν πρὸς καιρὸν ὑπομείνωμεν, οὐκ ἂν τῆς ἐξ αὐτῶν θεραπείας τευξώμεθα. Ὡσαύτως προσευχή τε ψαλμῳδία καὶ δοξολογία διηνεκὴς μετὰ προσοχῆς τε καὶ συντηρήσεως. Εἰ γὰρ μὴ τοῖς λεγομένοις προσέχομεν ἀκριβῶς, ἀλλ' ἡ μὲν γλῶσσα φθέγγεται, ὁ δὲ νοῦς ἄκαρπος μένει, τοῖς βιωτικοῖς λογισμοῖς ἢ πάθεσί τισι ψυχοφθόροις ἐνασχολούμενος, εἰς ἀγανάκτησιν, ἀλλ' οὐκ εἰς οἶκτον, ἐπισπώμεθα τὸν Δεσπότην. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος εἰπὼν, ὅτι *Πληροῦσθε ἐν πνεύματι λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες*, προσέθηκεν, *ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ*, τουτέστι, Μὴ τοῖς χείλεσι μόνον τὴν δοξολογίαν προφέρετε, ἀλλὰ τῇ καρδίᾳ πολλῷ πλέον, ἤγουν μετὰ προσοχῆς τε καὶ πόθου καὶ κατανύξεως. Καὶ γὰρ, χωρὶς χειλέων καὶ γλώττης, δυνατόν ἐστιν εὐχόμενον καὶ δοξολογοῦντά τινα μόνῃ τῇ καρδίᾳ παρὰ Θεοῦ εἰσακούεσθαι· ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς σιωπῶν ἦν τῷ στόματι, τῇ δὲ καρδίᾳ μόνῃ προσλαλῶν τῷ Θεῷ, ἀλλὰ, Τί βοᾷς πρός με; παρὰ τοῦ ἐτάζοντος τὰς καρδίας ἀκήκοε· χωρὶς δὲ καρδίας ἀδύνατον. Ἰουδαῖοις γὰρ ὁ Θεὸς μεμφόμενος τῷ στόματι μόνον, χωρὶς καρδίας, τιμᾶν αὐτὸν οἰομένοις, διὰ τοῦ Ἡσαΐου ἔλεγεν, ὅτι *Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.*

de otioso verbo rationem reddituri sumus, o fratres, multo magis de prædictis judicium subibimus. Et quid de verbis inquam? ubi et de cogitationibus ipsis reddenda est ratio, ut beatus Paulus ait: *Et invicem inter sese accusantibus, vel sese defendentibus cogitationibus in illa die, qua judicaturus est Deus occulta hominum* [45]. Et hæ quidem oris sunt cœnosæ sordes, noxiique potus, qui vere necant animam. Illa vero quæ os efficere solent gemmis et auro illustrius, divinæque gratiæ dignum receptaculum, et iis sunt opposita quæ prius diximus (nam, ut aiunt medici, contraria contrariis curantur), sunt hæc: Gratiæ, quas Deo quis assidue agit, non solum in prosperis rebus, sed multo magis in tentationibus. Scire enim oportet adversitates esse animæ nostræ ejusque interni et inveterati morbi pharmaca curativa, austera illa quidem et mordentia (45), sed quæ sanitatem facilius quam cæteræ omnes medicinæ restituere valent. Ideo in iis opus est (uti diximus) patientia cum gratiarum actione. Nisi enim medicamentorum austeritatem ad tempus patiamur, nunquam medelam, quam conferunt, assequemur. Similiter oratio et psalmodia assiduaque Dei glorificatio cum observatione et attentione. Nisi enim sedulo ad ea quæ recitantur attendamus, sed lingua quidem loquatur, mens vero infructuosa in mundanis versetur cogitationibus, et quibusdam affectionibus quæ animam perdunt distrahatur, ad indignationem Dominum, non ad misericordiam provocabimus. Ideo cum dixisset beatus Paulus Apostolus: *Implemini spiritu, loquentes vobismet ipsis in psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes*, addidit, *in corde vestro Domino* [46], hoc est, non labiis tantum glorificationem offerte vestram, sed multo magis corde, scilicet cum attentione, affectu, et compunctione. Etenim sine labiis et lingua potest quis solo corde deprecans glorificansque a Deo exaudiri. Moyses enim ore quidem tacens, corde tamen Deum alloquebatur, audivitque ab eo, qui corda scrutatur: Quid clamas ad me? At fieri non potest ut lingua recte quis oret sine corde. Judæos enim arguit Deus quod ore tantum, non corde (46), honorari a se ipsum putabant, per Isaiam dicens: *Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me* [47].

[45] Rom. II, 15. [46] Ephes. V, 18-19. [47] Isa. XXIX, 13; Matth. XV, 8.

(45) *Austera ac mordentia.* Ea intelligere videtur, quæ fortia, sive acria medicamenta medici vocant, quorum scilicet facultas maxima est, ac proinde debilibus danda non esse præcipit Hippocrates in libro *De locis*. His annumerari possunt ex frigidis Narcotica et Hypnotica, ex calidis Escharotica, quæ caustica sive urentia, ex siccis Septica, et denique quæcunque anodynis contraria. Quibus et ea ex purgativis, quæ cathartica appellant, quod in eorum propinatione, propter vehementiam, modus adhibendus sit, conjungere poterimus: apud Avicennam exasperativa, ulcerativa, corrosiva, frangitiva, excorticativa, atque ejus generis sexcenta legimus. De eorum vero facultatibus habemus Galeni, Dioscoridis, Æginetæ, Mesues, et aliorum elegantes libros, qui de plantis, et aliorum simplicium et compositorum facultatibus locuti sunt.

(46) *Sine corde.* Quæ sint fructuosæ orationis partes, qualemque in oratione præstare se debeat, qui a Deo exaudiri vult, orationisque effectum consequi, docte et fuse explicat doctor Franciscus Toletus super Joannem, cap. XVI, ad cujus lectionem lectorem remittimus.

Et de oratione quidem, et psalmorum cantu sic sentio. Oportet autem et sacrarum Scripturarum cum prudentia et perscrutatione studium et lectionem frequentare, sicut præcepit Dominus noster : *Scrutamini*, inquit, *Scripturas* [66]. Decet non minus et alios docere, nec gravari eos instruere. Ante omnia vero et in omnibus veritati adhærere quæ est sancti Spiritus nativum bonum (47). Hoc enim nomen præ aliis Dominus sibi tanquam proprium vindicavit : *Ego*, inquit, *sum veritas, et Spiritus veritatis est, qui ex Patre procedit* [67]. Benedictiones et bene precandi favorem, non iis modo qui vos diligunt, verum etiam quibus odio estis rependere curate : *Benedicite* enim, inquit, *vos persequentibus, benedicite et non exsecremini* [68]. In primis vero, charissimi, iram et simultatem erga proximum, si quando tale quid instigatione discordiarum amatoris dæmonis contigerit, ante solis occasum deponere atque abjicere necessarium vobis ducite. *Ne occidat enim sol*, inquit, *super iracundiam vestram* [69]. Neque iram quis ferens in anima, sacra munera audacter tangat, antequam ad pacem redeat, reconcilietque fratri secundum præceptum Dominicum [70] ; non enim convenire possunt amor et odium, ut nec lumen et tenebræ ; Christus autem est nostra pax, qui fecit utraque unum, ut ait beatus Apostolus [71]. Fieri ergo non potest, ut pacis auctorem Christum in cor suum ulla ratione accipiant qui inimicitias ullas ac simultatem in seipsis adversus aliquem nutriunt, nisi prius tanquam mortiferum venenum evomuerint illam, abjecerintque procul ab anima.

Καὶ περὶ μὲν τῆς προσευχῆς τε καὶ ψαλμῳδίας οὕτως. Δεῖ δὲ καὶ τῶν θείων Λογίων μετὰ συνέσεως καὶ ἐρεύνης τὴν μελέτην ποιεῖσθαι καὶ τὴν ἀνάγνωσιν, καθὼς ὁ Κύριος διετάξατο· *Ἐρευνᾶτε* γάρ, φησὶ, *τὰς Γραφάς* · οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ διδάσκειν καὶ νουθετεῖν τοὺς ἄλλους μὴ παραιτεῖσθαι. Πρὸ δὲ πάντων καὶ σὺν πᾶσι τῆς ἀληθείας ἀντέχεσθαι, ἥ ἐστι τοῦ θείου Πνεύματος φυσικὸν ἀγαθόν. Ἧς γὰρ τὸ ὄνομα πρὸ παντὸς ὡς ἴδιον ὁ Κύριος ᾠκειώσατο· *Ἐγὼ γάρ εἰμι*, φησὶν, *ἡ ἀλήθεια, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ἐστὶν, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται.* Εὐλογίαις καὶ εὐφημίαις μὴ μόνον τοῖς ἀγαπῶσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς μισοῦσιν ἀμείβεσθαι διὰ σπουδῆς ὑμῖν ἔστω· *Εὐλογεῖτε* γὰρ, φησὶ, *τοὺς διώκοντας ὑμᾶς, εὐλογεῖτε καὶ μὴ καταρᾶσθε.* Πρὸ δὲ τούτων, ἀγαπητοὶ, τὴν πρὸς τὸν πλήσιον ὀργὴν καὶ ἀπέχθειαν, εἴποτέ τι τοιοῦτον ἐπήρειά τινι συμβαίη φιλοπολέμου δαίμονος, πρὸ δυσμῶν ἡλίου καταλύειν ἐπάναγκες· *Μὴ ἐπιδυέτω*, γὰρ φησὶν, ὁ *ἥλιος ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν*, μηδὲ τὴν μῆνιν ἐν τῇ ψυχῇ φέρων τις τῶν θείων δώρων τολμηρῶς ἐφαψάσθω, ἕως ἂν σπείσαιτο καὶ καταλλαγείη τῷ ἀδελφῷ κατὰ τὴν Δεσποτικὴν ἐντολήν · οὐ γὰρ δύναται συνελθεῖν ταυτῷ εἰρήνη καὶ μῖσος, ὥσπερ οὐδὲ τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος · ὁ δὲ Χριστός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, καθὼς φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Ἀδύνατον ἄρα τὸν εἰρηνάρχην Χριστὸν ἐν καρδίᾳ καὶ ὀπωσοῦν δέξασθαι τοὺς ἔχθραν τινὰ καὶ δυσμένειαν ἐν ἑαυτοῖς κατά τινος τρέφοντας, μὴ πρότερον ἰὸν θανατηφόρον ταύτην ἐμέσαντας, καὶ τῆς ψυχῆς πόρρω ποιησαμένους.

Hæc sunt animæ et corporis purgandorum curandorumque vim habentia pharmaca. Hæc sunt, quæ omni ex parte perficiunt sacerdotes, ut sint divina vasa, capacia sacerdotalis deificæque gratiæ sancti Spiritus. Hæc sunt, ut rem paucis complectar, conditiones et proprietates, quæ venerandum ac sacerdotalem vivendi modum constituunt. Omitto enim mortifera enarrare peccata, fornicationem nempe, omnemque aliam carnalem impuritatem ; homicidium (48) etiam, et præstigias, dæmo-

ια'. Ταῦτά ἐστι τὰ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος καθαρτήρια, καὶ θεραπευτικὰ φάρμακα. Ταῦτά ἐστι τὰ τοὺς ἱερεῖς ἁπαρτίζοντα, θεῖα σκεύη χωρητικὰ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος ἱερατικῆς καὶ θεοποιοῦ χάριτος. Ταῦτά ἐστιν, ὡς ἐν ὀλίγῳ εἰπεῖν, τὰ τῆς σεμνῆς καὶ κατὰ Θεὸν ἱερατικῆς πολιτείας τὰ συστατικὰ ἰδιώματα. Ἐῶ γὰρ λέγειν περὶ τῶν εἰς θάνατον φερόντων ἁμαρτημάτων, πορνείας δηλαδὴ καὶ πάσης σαρκικῆς ἄλλης ἀκαθαρσίας, ἔτι δὲ φόνου καὶ γοητείας καὶ δαιμονικῶν ἐπῳδῶν τε

[66] Joan. v, 39. [67] Joan. xv,26. [68] Rom. xii, 14. [69] Ephes. iv,26. [70] Matth. v, 23. [71] Ephes. ii, 14.

(47) *Nativum bonum.* Sicut Deus falli non potest, ita nec fallere, idque bonus hic Dominus in cujus clientela sumus peculiare habet, et quasi pro imperii sui παρασήμῳ. Dii quidem gentium mendaces ac vani sunt, homines perfidi et fallaces, quidquid sub cœlo visitur, incertum et instabile. Solus Deus veritas ipsa, Filius ejus quem nobis misit *veritatis plenus*, et in hoc natus *ut testimonium perhiberet veritati*. Eorum Amor et Caritas *veritati congaudet*, ac proinde *Spiritus veritatis* dicitur. Quin et Dei lex veritas appellatur. Ut nihil invenire possis in tota hac divina et beata essentia, quaqua illam consideres, quod veritatem non sapiat ac redoleat. Quapropter ii qui se veros sectatores illius profitentur, nihil studiosius curare debent, quam veritatem amare, cum mendaces diaboli esse filios testetur ipse Dominus. Et vere fixum hoc animis hominum esse oporteret veritatisque nobilitatem, mendaciique vilitatem ob oculos semper habere. Præsertim cum ethnicis ipsis hoc fuerit cognitum. *Veritas* (inquit Græcus poeta) *cœli civis est, et sola fruitur deorum convivio.* Antiquissimi Pythagoreorum veritate dicebant similes homines fieri diis. Stoici post hos μηδὲν τῆς ἀληθείας τιμιώτερον, *nihil veritate esse pretiosius* clamabant. Academicorum vocem illam nunquam satis aut intellectam, aut laudatam legimus: *Felix esse non potest, qui mentitur.* Mollissimi tandem Peripatetici in hoc uno constantes Ὅσιόν ἐστι, inquiunt, *pium est amicos, res proprias, seipsos propter veritatem deserere.* Populos quosdam aiunt deum suum, quem Onomagden vocabant, describentes, corpore luci similem asseruisse, anima veritati.

(48) *Homicidium.* Vaticanus contextus φθόνου, ora vero cum nota correctionis φόνου. Sed cum in Messanensi habeatur prior lectio, eam retinere visum est.

καὶ μαντειῶν, οἷς οὐδὲ τοὺς λογισμοὺς ὅλως ἐπιβάλλειν προσήκει καὶ τὴν καρδίαν τῇ μνήμῃ καταῤῥυπαίνειν· *Ὁ βλέπων γὰρ, φησὶν, γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.* Πρὸς θάνατον δὲ ἁμαρτίαι εἴρηται τὰ τοιαῦτα, ὅτι τὸν ἁλόντα τοιούτῳ τινὶ πάθει καὶ πλημμελήματι ἱερέα ἀδύνατόν ἐστι τὴν ἱερωσύνην ἀξίως κεκτῆσθαι, κἂν νεκροὺς ἀναστήσειε. Καὶ ταῦτα μὲν τοῖς ἱερεῦσιν ἁπλῶς πᾶσι καὶ τοῖς λοιποῖς ἅλλοις τοῖς τοῦ θείου ἠξιωμένοις βήματος. Ἐπεὶ καὶ τούτοις σκοπὸς πρὸς τὸν τέλειον βαθμὸν τῆς ἱερωσύνης ἀναδραμεῖν. Καὶ διὰ τοῦτο χρὴ τοῖς εἰρημένοις ἱδρῶσι καὶ πόνοις παραπλησίως τοῖς πρεσβυτέροις ἐγκαρτερεῖν, καὶ τούτοις εὐτόνως συναγωνίζεσθαι· *Οἱ γὰρ καλῶς, φησὶ, διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται, καὶ πολλὴν παῤῥησίαν ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.* Οἱ δὲ λογισμοὺς ἀνθρώπων καὶ ψυχῶν ἀῤῥωστήματα πρὸς τῷ τῆς ἱερωσύνης χαρίσματι θεραπεύειν λαχόντες λύειν τε καὶ δεσμεῖν ἁμαρτίας ἐξουσίαν εἰληφότες παρὰ Χριστοῦ, ἔτι καὶ πλείονος δεηθήσονται τῆς σπουδῆς, καὶ τῶν κατ' ἀρετὴν ἱδρώτων καὶ πόνων, ὅσῳ καὶ μείζονος ἠξίωνται δωρεᾶς τε καὶ δόξης. Καὶ διὰ τοῦτο πολλὴν μὲν ἐξέτασιν καὶ μελέτην ὀφείλουσι διηνεκῶς ποιεῖσθαι τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων, ὥστε μηδέν τι τούτων ἐκτὸς τολμᾶν διαπεπραχέναι, ἀλλὰ καθὼς ἂν ἐκεῖνοι διαγορεύοιεν τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς θεραπεύειν ἐπιμελεῖσθαι. Πρὸ δὲ τούτων ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον εἶναι, τύπαν καλὸν ἑαυτὸν τοῖς ἄλλοις παρέχοντα, διδακτικὸν, φιλόξενον, λυπουμένοις παραμυθητικόν· ἀντεχόμενον ἀεὶ τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως, πενομένοις μεταδοτικὸν, εὐθηνουμένοις χαλιναγωγὸν, μὴ πάροινον, τουτέστιν ὕβριστὴν, κατὰ τὴν τοῦ θείου Παύλου παραίνεσιν, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἐν πραότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μή ποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. Ταῦτα πάντα ποιοῦντες, ἀγαπητοὶ, καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς σώσετε, καὶ τοὺς ἀκούοντας ὑμῶν. Προσεύχεσθε δὲ καὶ περὶ ἡμῶν, ἵνα τὰ καθ' ἡμᾶς εἰς προκοπὴν τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ προέρχηται καθ' ἑκάστην, καὶ ὅπως εὐσταλῶς δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς ἂν καὶ ποιμένες καὶ ποίμνιον τῆς ἐν παραδείσῳ μάνδρας ἀξιωθείημεν ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

niacasque incantationes ac divinationes, quas quidem nec cogitatione complecti decet, aut earum memoria cor coinquinare, dictum est enim: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo* [74]. Et hæc quidem peccata mortifera dicunt, eo quod sacerdotem ejusmodi aliquo morbo delictove corruptum, impossibile sit sacerdotium digne possidere, etiamsi mortuos suscitaret. Hæc vero omnibus sacerdotibus, communiter dicta sint, cæterisque aliis, qui sacri altaris gradum consecuti sunt. Nam et istis scopus est ad perfectum sacerdotii gradum pervenire. Et ideo illos oportet sudoribus atque laboribus æque ac presbyteros sese dare, et una cum ipsis strenue certare: *Qui enim bene ministraverint* (49), inquit, *gradum bonum sibi acquirent, et multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Jesu* [75]. Quibus vere cogitationes hominum animarumque morbos sacerdotii dono sanare datum est, et solvendi peccata, et ligandi potestatem a Christo acceperunt, majori etiam conatu ac studio indigebunt, majoribusque virtutis sudoribus ac laboribus, quanto majori dono et gloria digni habiti sunt. Atque ideo multam perscrutationem ac meditationem sacrorum divinorumque canonum adhibere assidue debent, ut nihil præter illos audeant facere, sed juxta eorum statuta animis hominum curandis incumbant. Ante omnia vero operarium esse oportet irreprehensibilem, sese aliis bonum exemplar exhibentem, ad docendum paratum, hospitalem, amicum, dolentium consolatorem, verba exhortationis semper sibi retinentem, pauperibus largitorem, opulentos frænantem, non vinolentum, id est injurium (50), juxta divi Pauli adhortationem [76], non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed mitem, sine contentione cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati, ne quando Deus det illis pœnitentiam (51) ad cognoscendam veritatem, et resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. Hæc omnia facientes, o dilecti, et vos ipsos salvabitis, et eos qui vos audiunt. Orate autem et pro nobis etiam, ut in dies res nostræ ad incrementum Evangelii Christi bene procedant, atque expedite per patientiam propositum nobis percurramus certamen, inspicientes in fidei auctorem et consummatorem Jesum Christum, ut et pastores et ovile simul cœlesti mansione digni simus, in ipso Christo Domino nostro, cui gloria et imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

[74] Matth. v, 28. [75] I Tim. III, 13. [76] I Tim. III, 3, 4; II Tim. II, 25.

(49) *Qui bene administraverint.* Alludit ad diaconos, quos bene ministrare nominis sui memores (διακονέω, *ministro*) oportet. Eadem ethymologiæ ratione canon. 37 concilii IV Carthaginensis, et IV Toletan. 39, jubet eis ministros se esse, agnoscere.

(50) *Injurium.* Non ita facile invenias in expositoribus Pauli vocem πάροινον. iniuriosum. contumeliosum, sive convitiatorem reddi; at non quidem Theophanes, uti sentio ἀπὸ τοῦ σκόπου, nam vini is esse solet effectus, ut ad jurgia vel inermes protrudat.

(51) *Pœnitentiam.* Mutilus et depravatus habetur hic locus in utroque exemplari. Sed cum verba sint Apostoli, ex eo supplevimus et emendavimus.

ΕΥΧΗ ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥΝ ΧΡΙΣΤΟΝ

Ῥηθεῖσα ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς λοιμοῦ καὶ θανάτου.

—

ORATIO EUCHARISTICA

AD DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM

Pro liberatione pestis ac mortis.

—

Oratio qua Domino nostro Jesu Christo gratiæ aguntur pro liberatione pestis ac (52) *mortis.*

A Εὐχὴ εὐχαριστήριος εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ῥηθεῖσα ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς λοιμοῦ καὶ θανάτου.

Domine Jesu Christe Deus noster, qui super omnem substantiam superque vitam es, imo ipsa vera vita, ipsiusque vitæ conditor atque largitor, quam omnis intellectualis rationisque particeps natura insatiabiliter desiderat, cujusque divinæ sempiternæque vitæ participatione fruitur. Qui solus habes immortalitatem, qui lucem habitas inaccessam, omnium, quibus vel minima vitæ ratio inest, vivifica virtus, mortuorum vero resurrectio; cujus ob metum portæ quidem mortis apertæ sunt, janitores autem inferni te viso cohorruerunt. Qui primum parentem ducemque generis nostri propter inobedientiam, indeque secutam animarum mortem, separationem scilicet a te, quam ex suo judicio passus est, corporeæ mortis (53) vulnere ne immortale

Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἡ ὑπερούσιος καὶ ὑπέρζωος ὄντως αὐτοζωὴ καὶ τῆς αὐτοζωῆς ὑποστάτης καὶ χορηγὸς, ἧς ἐφίεται ἀκορέστως καὶ τῇ μετουσίᾳ ζωῆς ἀπολαύει θεοπρεπῶς τε καὶ ἀϊδίου πᾶσα ἡ καθαρὰ τῶν νοερῶν τε καὶ λογικῶν φύσις· ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ἡ ζωοποιὸς πάντων τῶν καὶ ὁπωσοῦν ζωῆς μετεχόντων δύναμις, καὶ τῶν θανόντων ἀνάστασις· οὗ τῷ φόβῳ πύλαι μὲν ἀνοίγονται σοι θανάτου, πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν ἔφριξαν· ὁ τὸν προπάτορα καὶ ἀρχηγὸν τοῦ γένους ἡμῶν διὰ τὴν παρακοὴν, καὶ τὸν ἐκ ταύτης ἀκολουθήσαντα ψυχικὸν θάνατον, ἤτοι τὸν ἀπὸ σοῦ χωρισμὸν, ὃν αὐτεξουσίῳ πέπονθε γνώμῃ, θανάτου σωματικοῦ φιλανθρώπως παιδεύσας πληγῇ, ἵνα μὴ

B

(52) *Liberatione pestis.* Frequens fuit sanctis episcopis præteriti ævi, et grassante calamitate quapiam, quæ eorum plebes afflictasset, precatorias ad Deum pro liberatione impetranda orationes habere, et impetrata, eidem Deo malorum depulsori hymnicas et eucharisticas panegyres dicere. Habemus prioris argumenti Cypriani orationem *de mortalitate*, Gregorii Theologi *de plaga grandinis*, Chrysostomi illam, cui titulus, *de calamitate civitatis Antiochenæ*. Posterioris vero, apud eumdem illam, quæ incipit : *Cum præteritam tempestatem*, in qua aguntur Deo gratiæ, de absolutione malorum ex seditione exspectatorum, et illam, cujus initium : *Non parum civitatem nobis heri diabolus perturbavit*. Dionysius etiam Alexandrinus episcopus, vir sanctissimus et doctissimus, cujus apud Eusebium frequens et honorifica mentio, cum exsul sub Valeriano plebem suam pestis tempore verbis monere præsens non posset, per epistolam absens monuisse traditur.

(53) *Corporeæ mortis.* Humana argilla ejus fuit in Adamo conditionis, ut eam tandem dissolvi necessum foret, propter mutuo digladiantes inter sese elementorum particulas, ex quibus compacta erat : sive ut Nazianzenus orat. 42, quæ in Pascha est, loquitur, quod *ex visibili et anteproducta materia* constaret, ut contra materia ipsa ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, ut ait Moyses. Itaque interiturus quidem naturæ conditione homo. Verum cum cœlestis plastes figmento huic suo comitem dedisset intellectualem animam, vivificantem afflatum, divinum simulacrum, actum in se ipso viventem, simplicem, purum, ac proinde æternum et immortalem, eamdem etiam perennitatem corpori gratuito donavit. Donavit quidem gratuito, sed revocabiliter, id est si modo homo in officio et obedientia Opificis sui perstaret. Cum vero illico adversus eumdem debellásset, a benevolentia illius cecidit, et æternitatis privilegio exutus est, ipseque sibi funeris sui causa fuit, ut recte Paccianus Barchinonensis episcopus. Septimius etiam Florens in lib. *Contra Judæos*, *homicidium in se commisisse* scite ait. Respexit huc Rex sapiens : *Justitia* (inquit) *perpetua est et immortalis, injustitia autem mortis est acquisitio, impii manibus et verbis accersierunt illam*, a quo loco vulgatus ille Apostoli ad Romanos VI. Quamvis autem ob peccatum, inque illius pœnam mors in mundum intraverit, habuit nihilominus hoc ipsum supplicium, utpote a benignissimo judice illatum, clementiæ et misericordiæ non parum. Etenim si immortales essemus, quid nobis miserabilius? Urgemur incommodis, obruimur malis, nulla vitæ ratio, nulla pars, non dies, non hora, non temporis ictus laboribus vacat, hique ab infelici seminio infelices fructus, quid igitur si illis æternum obnoxii? Quocirca pie et vere Theophanes divinæ misericordiæ tribuit generis nostri morta-

C

D

ἀθάνατον ἢ τὸ κακόν· ὕστερον δὲ πάλιν σπλάγχνοις ἀφάτοις σῶν οἰκτιρμῶν, παγγενῆ τοῦτον ἀνακαλεσάμενος ἐκ τῆς πικρᾶς τυραννίδος τοῦ ᾅδου καὶ τῶν δεσμῶν τρόποις οἰκονομίας ἀῤῥήτου, ὅμοιος ἡμῖν κατὰ πάντα γενόμενος, ἐκ παρθενικῆς καὶ ἀμολύντου γαστρὸς χωρὶς ἁμαρτίας, καὶ θάνατον ἑκούσιον ὑπομείνας, καὶ διὰ τοῦ θανάτου καταργήσας τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τοῦτ' ἔστι τὸν διάβολον· διότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαί σε τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ὑπ' αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο συνεξεμέσαι ποιήσας τοῦτον σὺν σοὶ καὶ οὓς πρώην κατέπιεν ἰσχύσας· οὗ τῇ δυναστείᾳ πύλαι μὲν ἐκείνου χαλκαῖ συντρίβησαν, καὶ μοχλοὶ σιδηροῖ συνεθλάσθησαν, καὶ τὸ ζοφερὸν καὶ ἀμειδὲς αὐτοῦ δεσμωτήριον ἔρημον καὶ ἄβατον κατελείφθη· ὁ καὶ νῦν ἡμᾶ ὀλισθαίνοντας, καὶ μακρὰν ἀπὸ σοῦ γενομένους διὰ τὴν παράβασιν τῶν σῶν ζωοποιῶν ἐντολῶν, καὶ τὸ ὀπίσω τῆς διανοίας ἡμῶν τῆς πονηρᾶς πορεύεσθαι, καὶ τῶν ἐπιθυμιῶν τῆς σαρκὸς, μάστιγι λοιμοῦ καὶ θανάτου πλήξας καὶ παιδεύσας ὡς κηδεμών, μάλιστα τὴν βρεφικὴν καὶ ἄωρον ἡλικίαν, ὡς ἂν φοβηθέντες ἡμεῖς, οἱ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἔνοχοι καὶ ὑπεύθυνοι γενόμενοι τῷ θανάτῳ, τὴν κραταιάν σου χεῖρα καὶ ἄφυκτον καὶ τὸν βραχίονά σου τὸν ὑψηλὸν ἀποστῶμεν πάσης κακίας, καὶ τῶν σαρκικῶν ἐπιτηδευμάτων ἡμῶν· εὐχαριστοῦμεν καὶ μεγαλύνομεν φόβῳ καὶ πόθῳ διὰ τὸ μέγεθος τῶν σῶν δωρεῶν, τὴν ἀ-

esset malum, pro eo quo prosequeris homines amore castigasti. Iterum tandem inenarrabilibus tuarum miserationum visceribus eum ab amara inferni tyrannide vinculisque cum universo ipsius genere revocasti, et ineffabili usus dispensationis modo similis nobis secundum omnia, sine peccato tamen, ex virgineo et purissimo utero effectus es, mortemque spontaneam passus, per mortem dejecisti eum qui mortis potestatem habebat diabolum; neque enim fieri poterat ut te vitæ auctorem ipse retineret. Quapropter coegisti quidem eum simul tecum evomere illos, quos prius absorpserat; cujus potentia æneæ illius portæ contritæ sunt; rectesque ferrei confracti, carcer vero tenebrosus ac tristissimus vacuus et avius relictus est. Qui nunc et nos collabentes longeque a te aversos, quod vivificis tuis præceptis non pareremus, quodque pravas cogitationes nostras carnisque desideria sequeremur, pestis mortisque flagello verberasti, utque noster moderator, immaturam præcipue infantium ætatem (54) castigasti, ut perterriti nos, qui propter peccata rei, mortique obnoxii facti sumus, veritique validam ac inevitabilem manum tuam brachiumque excelsum, ab omni vitio et carnalibus studiis nostris recedamus. Gratias agimus tibi, et timore amoreque ducti (55) propter magnitudinem donorum tuorum magnificamus bonitatem tuam quæ injuriarum obli-

litatem. In quo quidem Latinorum Græcorumque antiquissimos imitatus est, qui ideo Adamo post peccatum esum vitalis ligni interdictum aiunt, ne misere perpetuus viveret. Irenæus lib. III, cap. 37: *Eum odivit Deus, qui seduxit hominem, ei vero qui seductus est, sensim paulatimque misertus est. Quapropter et ejecit eum de paradiso, et a ligno vitæ longe transtulit, non invidens ei lignum vitæ, quemadmodum quidam dicunt, sed miserans ejus, ut non perseveraret semper transgressor, neque immortale esset, quod esset circa eum peccatum, et malum interminabile et insanabile.* Hilarius etiam in enarratione psalmi LXVIII: *Adam* (inquit) *Deus de paradiso post culpam, ne lignum vitæ attingens, in æternitatem pœnæ maneret ejecit.* Theologus panegyri in nativitatem Salvatoris quæ 38 est in Biliana editione: *Atque hic quoque* (Adamus post transgressionem) *mortem ac peccati præcisionem elucratur, ne malum immortale esset. Ita pœna ipsa in misericordiam cessit. Hunc enim Dei morem esse in castigando, certo scio.* Legitur Chrysostomus in eamdem sententiam homilia 26 in cap. VIII Geneseos; et Hieronymus, in Isaiæ cap. LXV. Pertinet vero et ad hunc locum adnotare, recte dici a Theophane, mortem primi parentis ex ejus casu subsecutam, adversus Judæum Josephum, et hæreticum Pelagium, qui moriturum eum, etsi non peccasset, affirmarunt. Quem errorem damnaverunt Africani Patres in conc. Milevitano canone 1, et in synodo Africana adversus Pelagium et Celestium coacta, canone 75, et Tridentini in sessione *De peccato originali.* Hieronymus commentariorum in Job cap. 3; Augustinus, in lib. *De hæresibus*, ad *Quodvultdeum*, et lib. XIII *Civitatis* cap. 12 et 15, et lib. I *De peccatorum merit.* cap. 2, 4, et 6; Fulgentius, *De incarnat. et grat.* cap. 12; Prosper contra Collatorem, cap. 21; Bernardus, sermone ad milites Templi, cap. 11; ex Græcis vero Chrysostomus homilia 17 in Genesim; Basilius sermone de abdicatione sæculi, atque alii.

(54) *Immaturam infantium ætatem.* Desunt verba hæc Messanensi.

(55) *Et timore amoreque ducti.* Nervi quidem sunt totius spiritualis incrementi amor timorque Dei, columnæ, quæ Christianam structuram fulciunt, poli qui periculosam præsentis vitæ navigationem dirigunt: *Quid Dominus Deus tuus petit a te* (clamabat Moyses), *nisi ut timens Dominum Deum tuum, et ambules in viis ejus, et diligas eum?* Est vero de amore a multis dictum ex professo. Vellem nimirum et de timore. Illud sæpe mihi occurrere solet de præsentissimo hoc malorum internorum pharmaco; ita nempe cum nomine et ratione sua (si veterum sapientum, quibus divina lux non affulserat, de eo sententias perscruteris) convenire, ut nihil minus. *Timor est* (aiunt Peripatetici) λύπη τις καὶ ταραχή, *dolor quidam et conturbatio.* Quid contra per Siracidem Dominus? *Timor Domini gloria et glorificatio, et lætitia, et corona exsultationis.* Timoris comes mentis stupor, et ignorantia, at divinus timor *sapientiæ principium, sensus consummatio, disciplina scientiæ, illuminatio cordium*, et (ut scite Theologus scripsit) πρῶτον σοφίας σπάργανον *prima disciplinæ fascia.* Timorem fide et spe destitui Stoicorum fuit. Contra, *timentium Dominum filiis et spes et fiducia fortitudinis est, et non erunt incredibiles verbo Dei, fides enim agglutinatio timoris.* Timor odium gignit, ut antiquis apophthegmatibus instruimur, et exemplis docemur. Sed timor Domini *initium est dilectionis, et oblectatio misericordiæ.* Quid timori germanius, quam timere? Dominum tamen timentes, *nihil trepidabunt, non pavebunt, quoniam ipse est spes eorum.* Et Græcus ad hanc mentem scriptor: Οὐ δυνατὸν τὸν ἀληθῶς φοβούμενον τὸν Θεὸν δειλίαν ἔχειν. *Fieri non potest, ut qui vere metuit Deum, in timore versetur.* Tandem quid est alienius ab iis qui timentur, quam illorum, qui eos timent, imperio subjectos esse? Cæterum benignissimus Dominus, quem timemus, *voluntatem timentium se facit.* Concludemus locum hunc ce-

visci solet, incomprehensibilesque tuas miserationes, superlaudabilis et supergloriose Domine, qui creaturam tuam corripiens, deinde sanas : *Quoniam non secundum peccata nostra fecisti nobis, Domine, neque secundum iniquitates nostras retribuisti nobis* [1], sed amorem erga homines justo judicio tuo temperans, iræ tuæ falce contracta, nos rursus velociter propitius atque benignus respexisti, et intolerabiliter nos depascentem impetum mortisque plagam cohibuisti, increpans eam ut mare quondam et ventos. Ideo precamur te, o misericors et benigne Domine, ut eos qui e præsenti vita rebusque temporaneis emigrarunt, in relucenti loco requiescere facias; loco inquam amœno, loco pascuæ, loco refectionis, a quo dolor omnis, tristitia gemitusque aufugiunt. Effice illos voluptate quam in te capiant, et beatitudine dignos; nos vero qui adhuc supersumus, qui stadium vitæ hujus doloribus scatentis percurrimus, conforta virtute tuæ fortitudinis, ut insidiis diaboli insurgentique contra nos passionum exteriorumque tentationum tyrannidi cum patientia et longanimitate generose resistamus, ut per invictam atque auxiliatricem dexteram tuam victores horum facti, efficiamur digni bonis sempiternis, quæ præparasti ante mundi constitutionem diligentibus te, precibus atque orationibus superbenedictæ tuæ Matris Dominæ nostræ Deiparæ semperque Virginis Mariæ, omniumque tuorum sanctorum, quia benedictus et gloriosus es cum Patre tuo principii experte, sanctissimoque bono ac vivifico tuo Spiritu, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

A μνησίκακον ἀγαθότητά σου, καὶ τοὺς ἀπερινοήτους σου οἰκτιρμοὺς ὑπερύμνητε καὶ ὑπερένδοξε Κύριε ὁ παιδεύων τὸ πλάσμα σου καὶ πάλιν ἰώμενος, ὅτι *Οὐ κατὰ ἀνομίας ἡμῶν ἐποίησας ἡμῖν, Δέσποτα, οὐδὲ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνταπέδωκας ἡμῖν*, ἀλλὰ τῇ δικαιοκρισίᾳ σου τὴν φιλανθρωπίαν σου συγκερασάμενος, καὶ τὸ δρέπανον τῆς ὀργῆς ἀναστείλας, ἵλεως ἡμῖν πάλιν ταχέως ἐπεῖδες καὶ εὐμενής, καὶ τὴν ἀσχέτως νεμομένην ἡμᾶς ὁρμὴν καὶ θραῦσιν ἔστησας τοῦ θανάτου, ἐπιτιμήσας αὐτῇ καθώς ποτε τῇ θαλάσσῃ καὶ τοῖς ἀνέμοις. Διὸ δυσωποῦμέν σε, εὔσπλαγχνε καὶ φιλάνθρωπε Κύριε, τοὺς μὲν μεταστάντας τοῦ παρόντος βίου καὶ τῶν προσκαίρων ἀνάπαυσον ἐν τόπῳ φωτεινῷ, ἐν τόπῳ χλοερῷ, ἐν τόπῳ ἀναψύξεως, ἔνθα ἀπέδρα πᾶσα B ὀδύνη, λύπη καὶ στεναγμός. Καὶ τῆς ἐν σοὶ τρυφῆς καὶ μακαριότητος καταξίωσον· ἡμᾶς δὲ τοὺς ἔτι περιόντας τῷ βίῳ τούτῳ, καὶ τὸ στάδιον τῆς πολυεδύνου ταύτης ζωῆς τρέχοντας, ἐνδυνάμωσον τῷ κράτει τῆς σῆς ἰσχύος, στῆναι γενναίως πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, καὶ τὴν ἐπεγειρομένην ἡμῖν τῶν παθῶν καὶ τῶν ἔξωθεν πειρασμῶν τυραννίδα, μεθ' ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας, ὅπως νικηταὶ τούτων γενόμενοι τῇ ἀμάχῳ καὶ προμάχῳ σου δεξιᾷ, καταξιωθῶμεν τῶν αἰωνίων σου ἀγαθῶν, ὧν ἡτοίμασας πρὸ καταβολῆς κόσμου τοῖς ἀγαπῶσί σε, εὐχαί τε καὶ ἱκεσίαις τῆς ὑπερευλογημένης σου Μητρὸς Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων, ὅτι εὐλογητὸς καὶ δεδοξασμένος ὑπάρχεις σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ, καὶ C τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[1] Psal. CII, 10.

lebri divini timoris elogio, quod ex Basilio desumpsit Maximus monachus : *Ut qui infixos habet corpori clavos, ad nullum opus est aptus, quod doloribus totus occupetur; sic qui metu Domini coercetur, non oculo nitetur ad ea quæ non decent, non manus admovebit actionibus retitis, nihil denique vel minimum vel maximum contra officium suscipiet.*

ANNO DOMINI MCCCL.

NICOLAUS CABASILA.

NOTITIA.

(Fabric. Harl. *Bibliotheca Græca*, t. X, p. 459 [1].)

Nicolaus Cabasila, Nili Cabasilæ Thessalonicensis ex fratre nepos, ejusdemque, defuncti vita, in munere successor fuit. Cum patruo sæpe confundi solet. Claruit circa a. 1350. Primum quidem fuit sacelli imperialis curator, quo munere perfungens, missus est a Joanne, patriarcha CPolitano, a. circ. 1346, ad Cantacuzenum imp. ut eum ad imperium deponendum adduceret; anno autem 1347 a

(1) Præterea Fabricius eodem tomo X, pp. 219, 244, 251, 278, 280 et 332 indicat homilias de festis Domini et sanctorum quæ in codicibus mss. hactenus latent et Nicolao Cabasilæ auctori ascribuntur.

Cantacuzeno CPolin recens expugnatam ingresso, ad Annam imperatricem in palatium legatus est, ut ei pacis conditiones a victore illi latas proponeret. Conf. ipsum Cantacuzen. *Hist. Byzantinæ* lib. XIV, cap. 39, etc., ac Lambec. Comment. V, p. 389 sqq. Vir fuit omnino doctus et multos edidit ingenii sui fetus; quorum tamen paucis lucem aspicere licuit per invidiam et quod Latinorum non erat patronus, contra eorum acerrimus osor: quanquam hac in re, et num contra S. Thomam Aquinatem scripserit, non omnes consentiunt VV. DD. V. Allatium, imprimis Oudin. *Commentar. de scriptor. eccl.* III, p. 983 sqq. ubi vitam scriptaque Nicolai Cabasilæ late persequitur. Adde de ejus præcipue scriptis Henr. Warton et Robert. Gerium ad Guil. Cave *Script. eccl.*, vol. II, p. 51, 53, et Du Pin. *Hist. eccles.*, vol. XII, p. 89, etc.

Scripta tam edita quam inedita ea quæ sequuntur, ab Allatio et Fabricio ad illum, ab Oudino reliquisque commemorantur. Excerpta sunt in Niceph. Gregoræ *Hist. Byzantina*.

Ἑρμηνεία κεφαλαιώδης, etc. *Compendiosa interpretatio in divinum officium s. Liturgiam.* Primum Latine, interprete Gentiano Hervetiano, edita Venet. 1548, 8; deinde in Liturgia SS. Patrum, curante Jo. S. Andrea, canonico Ecclesiæ Paris., theol. Paris. 1560, fol. rec. in edit. ad Parisiensem facta Antwerpiæ 1562, 8, et in *Bibl. Patrum* Lugdunensi, tom. XXVI, p. 173. Add. in Cat. Bibl. Leidensis, p. 33, citat. edd. Græcus textus primum ex codd. Paris. cura Frontonis Ducæi prodiit in *Auctario PP. Biblioth. veterum*, 1624, tom. II, p. 200, dein in tom. XII *Bibl. Morellianæ*. Fabric. in nota ad Allatium p. 72, Hoc opus, inquit, videtur etiam respicere Allatius, quando pag. 123, contra Hottingerum, inter Græcos, qui de azymis contra Latinos scripsere, Nicolaum Cabasilam laudat. Ex Cabasilæ expositione Missæ passim loca producit in eodem libro, p. 76, 89 sq., 109 sq., 134, 145, 153, 204, etc. Quando Allatius de Nilis negat, Cabasilam de processione Spiritus sancti contra S. Thomam et Romanam Ecclesiam scripsisse, Fabric. in nota *o*. p. 73, animadvertit, id tamen Allatium fatetur in libro *II De consensu*, p. 858 sq. Atque, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth.* mss. I, p. 470 D, exstat in Bibl. Veneta Marci, *Cydonii contra Cabasilam pro S. Thoma et processione Spiritus sancti.* Ibid., p. 469 *A*, memoratur cod. ejusdem bibl. *Barlaam et Cabasila de processione Spiritus sancti in favorem Græcorum.* Add. Cat. codd. Venet. Marc. pag. 84 de cod. 152 et pag. 284 de cod. 526, coll. cel. Morellio in Bibl. ms. Gr. et Lat. I, pag. 92. — Insuper *Interpretatio in Liturgiam* exstat in pluribus codd. mss. — Secundum Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* I, p. 486 *B*, et pag. 491 B, Romæ in cod. Ottoben. Gr., p. 502; in duobus codd. bibl. Ambros. Mediolan. p. 707 *D*, in bibl. Sfortiana. — *Venetiis* in cod. Bibl. Marc. 506, Nic. Cabasilæ *Encomium S. Theodoræ*, ejusd. *Interpret. in Liturgiam, et in S. Demetrium.* V. Cat. codd. Gr. Marc. 271. — Ibid. in cod. Naniano 116, n. 4 et 5, et 117, n. 3. V. Cat. codd. Gr. Nan. p. 236 et 237.—In Cat. codd. Gr. Taurinens., p. 108, observatur, in cod. 30, fol. 219, esse *totius Liturgiæ Græcæ explanationem*, sed sine ullius auctoris nomine. Enimvero Christ. Matth. Pfaff, in Epistola de catalogo mss. codd. Bibl. Taurin. in novis actis eruditor. Lips. 1752, p. 447, illum libellum monet esse Nicolai Cabasilæ, Thessalon. — Paris. in octo codd. bibl. publ. — In cod. Coislin. 315, cum aliis multis scriptis Cabasil. V. Montfauc. *Bibl. Coislin.* p. 427.

Monachii in codd. Bavar. 59, 107, 112, 113 et 128. V. Cat. codd. Gr. Bavar. p. 17, 41, 43, 44 et 53 (*b*). — Vindobonæ in cod. Cæsar. 261, in quo multa exstant Nic. Cabas. scripta, n. 18. — 268, 53, n. 36, *Explicatio duplex sacrarum vestium in divina Liturgia usitatarum et eorum, quæ in Liturgia aguntur.* V. Lambec. comment. V, p. 435, 445, et vol. VIII, p. 1021. — Oxon. in Bibl. Bodlei in cod. Baroce. 75, *Expositio missæ*, cap. 45, et in cod. 107, incipit: Διὰ τί μὴ ἐξ ἀρχῆς. — In cod. 91, cujus init. Μετὰ δὲ τὴν δοξολογίαν.

De vita in Christo libri sex, seu potius septem, in quibus præcipue agitur de baptismo, sacra unctione et Eucharistia. Sex libri Latine prodierunt, interprete Jac. Pontano (*c*) cum Philippi Solitarii *Dioptra*, s. Regula rei Christianæ ad Callicum monachum, Joannis Carpathii Documentis spiritualibus, et cum Cabasilæ Oratione contra fœneratores (de qua postea sermo erit), Ingolstad. 1604, 4; dein, in *Bibl. Patrum* Lugdunensi, tom. XXVI, p. 136; in *Bibl. Patrum* Colon. et Morellianæ Appendice (1). Ex quatuor prioribus libris fragmenta quædam profert L. Allatius, adversus Creighton, p. 422 sqq. 531; item contra Hottingerum, p. 49 sq. 97, 108; et Petr. Arcudius, *De concordia*, lib. II, c. 21 et passim. Codices, in quibus insunt libri mem. præcipui laudantur, Vindob. in Bibl. Cæs. cod. 266, n. 2, libri quinque, sed Lambec. comm. V, p. 414, adnotat librum illum, qui in hoc cod. est quintus, in Pontani edit. Lat. recte appellari et revera esse librum sextum; in eod. cod. n. X, liber quintus, *De vita in Christo*, quo agitur

(*a*) In cod. 156 et 157 catal. codd. Gr. Venet. Marc. p. 89, ubi confector Cat. addit, mss. haberi in cod. Barocc. 90 et in bibl. Cæsarea.

(*b*) Secundum novam classem, novumque codd. ordinem in bibl. Bavar. multo diligentius curatusque codd. describere cœpit cel. Ign. Hardt in I, Chr. L. Bar. *De Aretin. Beyträgen zur Geschichte und Litteratur*; quorum sex priores fasc. prodierunt m. Jul. — Dec. ann. 1803, et III priores fasc. (tot enim in manibus habeo) 1804, 8. In fasc. I, 1804, p. 23, est cod. 54, qui olim numerabatur 107, differt hic cod. ab edit. p. 54, in cod. 58, olim 112.

(*c*) Ex cod. Bavar. 39. V. Catal. codd. Gr. Bavar., p. 11.

(1) Græce edidit Dr W. Gast, Greifswald 1849, 8°, ex duobus codd. Vindobon. et tertio Monacensi.

de consecratione altaris. (Lambec. V, p. 417.) — In cod. 267, n. 20, in quo septem sunt libri *De vita in Christo*; septimus autem nondum est nec Gr. nec Lat. editus, animadvertente Lambec. V, p. 435 sq. — In cod. 336 libri quinque. Lamb. V, p. 626 sq.— libri VI, in cod. Sfortiano. V. Montfauc. in Bibl. B. mss. I, p. 703 *C*. — Libri septem in cod. Coislin. 315, qui continet Nic. Cabas. Opuscula, quæ recenset Montfauc. in *Bibl. Coisl.* p. 426 sqq. Conf. Casauboniana a Jo. Christph. Wolfio evulgata. Hamburg. 1710, 8, p. 39 sq.; et Casauboni Exercitatio XVI ad Baron. n. 30, ubi Lemmata septem libror. *De vita in Christo* Græce producit ille e cod. regio, et magna cum voluptate a se lectos testatur.

Nic. Cabas. *Expositio in visionem Ezechielis*, prophetæ, in qua super quatuor animalia similitudo throni et super similitudinem throni, similitudo veluti ipsius hominis, etc. incipit: Πᾶσα προφητεία καὶ θεωρία, etc.— Tum alia *Expositio* in visionem proph. Ezechielis, in qua ossa hominum arida priorem recipiunt speciem; inc. : Τὴν τοῦ θείου πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν, etc., et tertia Expositio (Allatio incognita) in prophetæ Ezechiel. visionem : init. : Πᾶσα προφητεία καὶ ὅρασις εἰκόνες ἦσαν, etc. Tres hæ Expositiones exstant Vindobonæ in cod. Cæsar. 267, nr. 9, 10, 11. (Lambec. vol. V, p. 431 sq.) et in cod. Coisl. 315, fol. 135 sqq. (Montfauc., *Bibl. Coisl.*, p. 427) — nec non in cod. Paris. bibl. publ. 1215, nr. 9, 10, 11. — Una expositio ibid. in. cod. 1612, n. 10. — Duæ priores in cod. Cæsar. 266, n. 5 et 6. (Lambec. V, p. 415 sq.) — Secunda Venet. in cod. Marc. 506 sub fin. (V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 271.)

Orationes 1) *in passionem J. Chr.* inc.: Ἄκουε, οὐρανέ, etc.; locum inde producit Allatius contra Creygthonum, p. 425. 2, *In Ascensionem J. Chr.*, inc. : Αἱ Χάριτες μὲν ἐπὶ τῶν προτέρων χρόνων, etc. 3) *In Nativitatem S. Mariæ.*, princ. Καὶ πρῶτα μὲν τὸν Θεὸν ἐνταῦθα καλῶμεν. 4) *In Annuntiationem S. Mariæ.*, init.: Εἴ ποτε δεῖ χαίρειν ἀνθρωπον. 5) *In magnum martyrem Demetrium, miraculorum effectorem*, inc. : Πόλλων ὄντων καὶ μεγάλων. locum ex hac orat. affert Allatius contra Hottinger., p. 205. 6.) *In S. Theodoram, miraculorum effectricem;* inc. : Ἐμοὶ γὰρ πολλῶν τὰ σὰ θαυμαζόντων, edidit eam Gr. et Lat. Godfrid. Henschenius in Actis SS. die 5 April. tom. I. Locum inde produxerat Allatius contra Hottinger., p. 204. — 7) Oratio *in tres Theologos, Basilium, Gregorium et Jo. Chrysostomum;* quam orat. non esse hujus Cabasilæ fetum, sed Philothei orationem in tres illos Patres legi in cod. Vaticano 809, p. 100, contendit Labbeus in Diss. histor. de scriptoribus eccles. tom. II, p. 114. Enimvero Fabric. p. 76 ad Allat. not. *y*, docet Philothei Orat. Gr. ac Lat. una cum Dioptra Philippi Solitarii etc. editum a Jac. Pontano, Ingolstadii 1604, 4, et hinc in Auctario Ducæano, Paris. 1624, tom. II, pag. 313, et Lat. tom. XXVI *Bibl. Patrum*, Lugd. p. 217, diversam esse ab Oratione Cabasilæ in eosdem sacros triumviros, quæ ms. est in bibl. Cæsarea, (cod. 267. nr. 14, et Lambec. vol. V, p. 433). Labbeum jam refutavit, vel ex initiis Orat. Philothei atque Or. Nicol. Cabas. demonstrando utriusque Orat. diversitatem Fabricius. Præterea et ab aliis, inquit, laudatam esse illam beatorum doctorum trigam a Joanne Euchaitarum metropolita, (V. Allat. pag. 112, de Simeonum scriptis) Theodoro Metochita et Matthæo Camariota aliisque, observarunt viri doctissimi. Confer Acta SS. tom. II, Jun., pag. 933 seq. ubi de festo, quod in honorem communem Basilii, Nazianzeni et Chrysostomi a Græcis, die 30 Januar. celebratur, auctore Joanne metropolita Euchaitarum temporibus Alexii Comneni, item ambitiosam, quæ inter Basilitas, Gregoritas et Joannitas orta fuerat, ita componente, ut diceret, tres illos simul sibi visos adesse, testatos, se unum esse apud Deum, itaque nec sua causa contendendum de prærogativa, sed cultum ipsorum communem uno die conjungendum. Confer etiam Nicolai Rayæi tractatum præliminarem Actis SS. tom. II, Junii, præmissum. Hactenus Fabric. — Philothei et Jo. Euchaitarum metropol. Oratt. in tres illos Patres, atque Nicol. Cabasilæ quædam contra Latinos, sunt Romæ inter codd. Vatican. teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. MSS.* p. 12; D. B. Nicol. Cabas. Orationes quædam mss. Romæ in bibl. Barberina; sed quænam sint, non additur in Montfauc. bibl. cit. p. 175 *E*. Nec Montfauc. lib. cit. in Indice codd. Vatican. adduxit, nec Allatius eos codd. pervestigans, reperire potuit orationes 88, quas alii in codice quodam Vatic. exstare scripserunt, et, ut Allat. addit, Nilone, an Nicolao assignandæ sint, ipsi viderint. Romæ in bibl. Chigia Nic. Cab. Orationes quædam. Sic minus curate citat cod. Montfaucon in *Diario Ital.* p. 238. — Add. vol. IX, p. 72, 90, 95, 112, 114, 147 vet. edit., sed aliæ plures Nicolai Cabasilæ Oratt. ab Allatio prætermissæ, latent in codd. bibl. Paris. atque Cæsareæ. Fabric. in not. *t*, p. 74, ad Allat. Græcis verbis, una cum initiis singularum multas refert. Add. Caveus atque Oudinus locis citatis. Ex Catal. igitur supplebo, easque quas ex Allatio numeravi, simul attingam. Paris. in Bibl. publ. cod. 1213, secundum Cat. codd. Gr. Paris. tom. II, p. 254, suo quæque ordine sunt supra memoratæ orat. n. 3, 4, 1, 2, 5, 6, 7. Præterea reperiuntur in eodem codice Nic. Cabas. Homiliæ 1) *In laudem S. Nicolai* ; (etiam in cod. 1258) (2) *In Dormitionem Deiparæ;* 3) *In Andreum. juniorem*, qui Hierosolymis martyr obiit; 4) *Ad Jesum Christum.* 5) Orat. *ad Augustam De usuris;* 6) *Ad Athenienses, De ara misericordiæ*; 7) *Adversus Gre-*

(d) Notante Fabricio pag. 73 seq. *Oratio in fœneratores* Gr. lucem vidit, quamvis haud integra, Augustæ Vindel. 1595, edente Davide Hœschelio, ex cod. ms. Maximi Margunii. Integram cum Orat. S. Epiphanii in sepulturam Christi, Gr. ac Lat. vulgavit Simon. Simonides, Samoscii 1604, 4. Sed in Janozki, *Nachricht. von denen in der Zaluskischen Buchern*, part. V, 217 seqq. recensetur quidem illa Epiphanii oratio, at nulla hic mentio Nic. Cabas. orationis illi adjunctæ.

(2) Secundum Nesselii Catalogum, parte I, pag. 383, cod. 262, n. 14. Incipit : Οἶμαί γε τῶν ἐννομωτάτων καὶ δικαιοτάτων εἶναι. Fabric. Harl. t. VIII. *in recensione Vitarum S. Joannis Chrysostomi.*

goræ delirantis somnia; 8) Orat. *qua Pyrrhonis de veritatis criterio sententia impugnatur*; 9) *in laudem Matthæi* Cantacuzeni filii; 10) *In laudem Annæ Palæologinæ*, imperatricis. — In cod. Cæsareo 266 sunt ex Allatio jam designatæ Oratt. n. 3, 4, 6. In illo cod. et cod. 267, n. 23, exstat quoque Nic. Cabasilæ oratio (uti dicitur, pariter in cat. codd. Gr. *Paris.* in cod. 970 *Homilia*; in cod. autem 1213 mem. *Opusculum*) *De usura contra feneratores* (Lambec. V, p. 416 seqq.) Latine versam edidit illam Jac. Pontanus cum Cabasilæ libris VI. *De vita in Christo*, Lat. etiam. Ingolst. 1604, 4° (*d*)— Contra in cod. Cæsareo 267 exstant Oratt. ex Allatio a me citatæ, hoc ordine, n. 2, 3, 4, 1, 5, 6, 7. Insuper leguntur in eodem cod. Oratt. ex cod. Parisin. laudatæ n. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8. Tum in cod. cod. Cæsareo, n. 15, *Adlocutio ad S. martyrem Demetrium*. *V.* Lambec. V, p. 428 seqq. qui etiam reliqua Nic Cabasilæ quæ in illo codice supersunt, Opuscula ibid. recenset; ego vero jam supra memorata omittam:

Liber de magistratuum civilium iniquis ausis circa res sacras. Est quoque in codd. Paris. 970 et 1213.

Solutiones argumentationum quinque contra rhetoricam s. artem dicendi. Legitur quoque in cod. Paris. 1213.

Tredecim epigrammata versibus heroicis, quæ singula recensent Lambec. V, p. 439, et Fabric. ad Allat. p. 77, not. *b*. Huc refer cod. Paris. laudatum 1213, ubi, n. 25, est Nic. Cabassilæ *Epitaphium*, versibus heroicis, Nili Thessalon. cum aliquot ejusdem Nicolai epigrammatibus. In cod. Coislin. 315(in quo sunt memorata aliaque Nicol. Cabasilæ Opuscula et Epistolæ) *Heroica Carmina* in sepulturam avunculi; in sepulcrum patriarchæ Isodori et alia carmina in translationem reliquiarum S. Theodoræ, in canonem S. Demetrii, et alia, teste Montfauc. in *bibl. Coisl.* p. 428.

Oratio encomiastica in imperatorem (Andronic. Palæologum).

Epistolæ sexdecim; in cod autem Cæsar. 266, n. 9, sunt tres epistolæ. (*V.* Lamb. V p. 416.) In cod. Coisl. laudato sunt quatuordecim, et Cydones, Epistola ad Cabasilam. — Florentiæ, in cod. Laurent. 13, n. 24 sqq. plut. 75, sunt Epistolæ quatuor et Nili Cabasilæ Thessalon. Epistola ad Nicol. Cabasilam. *V.* Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. 3, p. 107. — In cod. Paris. 1213, n. 8, Epistola ad Nilum Thessalon. et n. 27, variæ Epistolæ. (Quot vero sint et ad quosnam scriptæ, non indicatur in Cat. codd. Paris. II, p. 255).

Libell. de syllogismo. In cod. Cæsar. 266, n. 21, incipit: Ἄτομόν ἐστι, τὸ ἐν ἀριθμῷ, οἷον ὅδε ὁ ἄνθρωπος· in cod. autem Ambros. Mediol. notante Allatio, pag. 79, initium est: Σκοπός ἐστι τῷ συντάγματι διδάξαι τὸ εἶδος τῶν συλλογισμῶν, quem vero alii tribuunt Nilo Thessalon. V. supra §14 de codicibus in catal. codd. Angliæ, etc. II, p. 60 n. 2238, unde citantur inter codd. Vossian. *Syllogismi Cabasilæ*.

Ab Allatio adhuc memorantur:

Nic. Cabasilæ Κανὼν ἰαμβικὸς μετὰ σχολίων τῇ ἑορτῇ τῶν Θεοφανείων.

Ejusd. alius canon iambicus cum scholiis in festos dies.

Ejusd. ἐξήγησις *in librum tertium magnæ constructionis Ptolemæi*. Inc. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ συντάγματι σκοπός ἐστιν· Edit. una cum magna Syntaxi Ptolemæi ac Theonis Alex. Græcis in Ptolemæum commentar. Basil. 1538 fol. p. 151 sq. V. supra ad vol. V, p. 284, vol. IV, p. 213; et vol. IX, p. 176 sq. adnotata. Oxon. in Bibl. Bodlei inter codd. Henr. Savilii, n. 6572 sqq. exstat H. Savilii *versio Latina* partis Almagesti, et Commentariorum Theonis et Cabasilæ, *vol.* III.

In cod. Paris. Bibl. publ. 1373, n. 6, inedit. Opusc. *De anima*. Incip. Διττοὺς λέγεται ἡ ψυχή, et fragmentum illius in cod. 1389, n. 3. — In cod. 1391, n. 15, *De sacra stola*, de qua jam supra ad opus: *Interpret. Liturgiæ*, fin. quædam adnotavi: et Caveo videtur esse Appendix quædam ad opus liturgicum. Ab eodem Caveo citantur e codd. *Responsio* ad interrogationem, *Quis sit finis incarnationis Dominicæ?* — *Expositio* verborum Gregorii Nazianzeni: Ὦ τῆς καινῆς μίξεως, ὦ τῆς παραδόξου χράσεως, (quæ habentur in oratione 38, tom. I, opp. Gr. Lat. edit. Paris. p. 620.) *Interpretationes* in acta conciliorum et SS. Patrum canones, etc. Sed hæc sufficiant! — Allatius in fine adjecit tertium Demetrium Cabasilam itidem Thessalonicensem.

NICOLAI CABASILÆ
DE DIVINO ALTARIS SACRIFICIO.

(Gentiano Herveto Aurelio interprete.)

—

AD LECTOREM ADMONITIO.

—

Ex plurimis de religione nostra controversiis, quæ a cacodæmone capitali humani generis hoste nostris temporibus excitatæ sunt, nulla major, nulla Christianæ reipublicæ perniciosior esse videtur ea quæ in iis quæ ad sanctissimi Domini nostri corporis et sanguinis mysterium pertinent, a receptissima omnium fidelium persuasione aliena invehit. Cum enim præcipua atque adeo tota salutis nostræ spes, quæ ut est certissima, ita neminem confundit, ex hoc pendeat, si et Christi corpori, tanquam membra capiti, uniamur et uberrimum qui ex ejus passione percipitur, fructum decerpamus; qui alterutri aliquid detrahit, aut de eo male sentit, ut summo crimini est affinis, ita etiam exitio sit proximus, nisi resipiscat, necesse est. Atque eorum quidem qui hodiernis temporibus a perpetuo et unico Ecclesiæ consensu se sejunxerunt, de hac re sententiæ in duas se partes diviserunt. Œcolampadiani enim, seu Zuingliani, aut, ut vulgo per antiphrasin dicuntur, Sacramentarii, quod sacramentorum dignitati quantum possunt detrahunt, idque sibi laudi esse ducunt, ii, inquam, Œcolampadiani veterem Berengarii errorem revocantes, in Eucharistiæ sacramento esse tantum corporis et sanguinis signum, non autem verum corpus et sanguinem asserunt : quod autem fiat ullum in altari sacrificium, nullo modo admittunt. Lutherani autem, cum in hoc cum orthodoxis sentiant, quod in hoc sacramento sit verum corpus et sanguis Christi, et quod in altari peragatur sacrificium, in eo rursus toto, ut aiunt, cœlo aberrant, quod panem et vinum simul cum Christi corpore remanere existimant; cum constet, post consecrationem, quæ panem et vinum in corpus et sanguinem convertit, symbolorum seu signorum solas remanere species, conversa jam et mutata eorum substantia. Deinde quod solum laudis et gratiarum actionis sacrificium esse putant, cum præter laudem et gratiarum actionem, sit etiam verum et expiatorium pro peccatis sacrificium. Accedit iis, quod nec sanctorum in eo memoriam fieri, nec pro defunctis orari, nec pro ullo homine privatim preces in eo fundi velint : et ideo sanctissimum Missæ canonem, tanquam rem impiam et exsecrandam detestantur, quod offerendi vocabulo utatur, sanctorum in eo memoria agatur, pro defunctis et separatim pro vivis aliquibus, et iis maxime pro quibus orari jubet Paulus, oretur. Ad eorum autem confutandos errores alii alia, ut unicuique eorum magis expedire visum est, via ingressi sunt : alii enim productis sacræ Scripturæ testimoniis, alii efficacibus argumentis solidisque rationibus, alii antiquissimorum quoque et probatissimorum doctorum auctoritatibus adversus eos decertarunt. Maxima certe laude omnes digni sunt, qui nostris adversariis (quidni enim adversarios vocem, qui cujusmodicunque sint eorum protestationes, sua certe relicta statione nobiscum amplius non stant?) qui nostris, inquam, adversariis ostenderunt, se non modo eis ulla ex parte cedere, sed veritate et ratione esse eis etiam longe superiores. Mihi ad eorum reprimendam et frangendam audaciam, summamque pervicaciam penitus infirmandam, et ad populum in fide et officio continendum, nihil melius et validius esse videtur, quam si unicum et perpetuum omnium gentium, quæ Christo nomen dederunt, hac in re consensum nobiscum facere ostendatur. Quamvis enim ad probandum quid in iis quæ de fide et religione exoriuntur controversiis, sequendum sit, jure debeat sufficere sanctæ Romanæ Ecclesiæ auctoritas, quæ quod a divo Petro apostolorum principe Christique vicario est traditum, perpetua tot pontificum serie uno et eodem tenore semper servavit, et a qua, tanquam a sanctissimo totius orbis oraculo, de rebus ad fidem pertinentibus si ulla exorta esset dubitatio, responsa in hodiernum usque diem data sunt; tamen quoniam harum sectarum auctores, sua tum demum decreta firma et stabilia fore existimantes, si petram suo loco movissent, eam frustra quidem, sed magno tamen conatu labefactare conati sunt, externa etiam evocare auxilia non fuerit alienum, non quod non satis per se possit petra super petram, hoc est, supra Christum fundata, omnium hæreticorum quantiscunque copiis, duce Christo, qui eam fundavit, resistere; sed ut cum universo mundo planum factum fuerit, omnes qui Christi fidem ubique terrarum susceperunt, recte nobiscum sentire; et hæretici suæ vecordiæ morbum agnoscentes, donec adhuc est medicinæ locus, ad optimum medicum, nempe Christum, revertantur; et qui primo quidem aspectu probabilibus, sed non minus venenatis quam futilibus, si recte ponderentur, eorum argumentis adducti,

aliquam eis fidem habuerunt, eos deinceps ut deploratos et immedicabili peste affectos fugiant et aversentur; reliqui vero, hoc accepto veluti antidoto, si eos omnino vitare non possint, quod esset consultissimum, de sua certe salute et cautiores et securiores evadant. Hoc itaque primum statuendum est, quod id quod ab omnibus gentibus et nationibus quæ Christum colunt, ubique citra ullum discrimen servatur, id non possit non esse a Christo et apostolis traditum; quod autem a Christo et apostolis traditum est, id non esse cum omni veneratione amplectendum, suscipiendum et retinendum, est plane impium et nefarium dicere. Cum itaque apud omnes Christianas nationes, sacerdotes divinum sacrum facientes, post consecrationem, per quam verum effici Christi corpus et sanguinem, exterioribus tantum signis remanentibus, ut apud omnes in confesso est, statim dicant: Tui mandati memores (nempe ejus quod dixit Christus, *Hoc facite in mei recordationem*) tibi offerimus, omnino necesse est hoc esse sacrificium a Christo institutum, et per manus ab apostolis ad nostra usque tempora traditum. Porro autem cum et id in remissionem peccatorum ubique offeratur, et in eo de sanctis memoria agatur, et pro vivis ac defunctis tam generaliter quam pro aliquibus nominatim oretur, non est dubium altaris sacrificium, quod Hebræo vocabulo ab apostolis relicto Missam dicimus, et peccata expiare, et tam vivis quam defunctis, et tam generaliter quam privatim aliquibus applicari ac prodesse, idque, velint nolint Lutherani, a tempore apostolorum ad nos usque pervenisse. Quo fit ut canon Missæ, quem ii tantopere exsecrantur, apud alios omnes fideles jure sacrosanctus, ut est, dicatur et habeatur. Rogentur omnes omnium nationum sacerdotes, et omnes uno ore respondebunt, hæc quæ dixi omnia ita habere. Rogentur Æthiopes, qui Chaldæa lingua utuntur, et ii hæc ita esse non inficiabuntur. Rogentur Armenii, qui licet fortasse in nonnullis aliis aliquando a nobis dissenserint, in his quidem certe nobiscum semper optime convenere. Rogentur Græci, et ii ea ita esse affirmabunt ut interim mirentur ullos esse omnino Christianos qui audeant aliter sentire. Quanquam quid eos rogare opus est, cum Venetiis haud ita pridem sit editum eorum εὐχολόγιον seu sacerdotale Græcum, ex quo poterit eorum sacrificandi ritum quilibet studiosus cognoscere. Sed quoniam pulcherrimam eorum linguam non cuivis scire datum est, hanc reip. Christianæ navavi operam, ut divi Chrysostomi et divi Basilii λειτουργίαν, hoc est, sacrificii seu Missæ rituum ordinationem, ex eorum sacerdotali, in linguam Latinam verterem. Quæ ut facilius intelligeretur, Nicolai quoque Cabasilæ, viri in primis pii et docti, compendiosam in eam interpretationem illi adjunxi: et, ut qui sublimium rerum contemplatione delectantur, per hoc sanctum et mysticum sacrificium, ad ea quæ sunt ab omni materia remota, mente versandæ deducantur, et Deo, quoad ejus fieri poterit, uniantur, Maximi monachi, optimi Dionysii interpretis, *De mystagogia ecclesiastica*, hoc est, de introductione ad sacra Ecclesiæ mysteria, opusculum adjeci.

Ex quibus omnibus non dubito, studiose lector, quin si ea diligenter perlegeris, non levem sis ex eis utilitatem accepturus: nempe, ut non omni vento doctrinæ circumactus, a Cynosura, hoc est a Christi Ecclesia, optima fidelium duce, oculos minime dimoveas. Hoc autem onus eo libentius suscepi, quod cum Lutherani, ut suam causam vulgo probabiliorem et plausibiliorem efficiant, et Græcos pro se facere jactitent satis, et eo nomine pulcherrimam linguam apud bonos quidem, sed plus simplices, in invidiam vocent: ii his quidem certe perlectis facile intelligent, quam longe lateque Græci ab eis dissentiant, et pro parte orthodoxorum una cum cæteris Christianis nationibus faciant.

Es tamen admonendus, studiose lector, ut 29 et 30 caput libri Cabasilæ caute legas, ex quo imprudens fortasse quispiam posset facile colligere aliud sentire Græcos de verbis consecrationis, quam Latina Ecclesia sentiat, cum res tamen aliter habeat. Ut autem ad ea legenda tutius accedas, operæ pretium fortasse fuerit te paucis præmunire. Primum itaque oportet intelligas, Græcos Latinorum sententiam sæpenumero non satis intellexisse, ubi autem fuisset exposita, facile consensisse. Quod usu venit in concilio Florentino, cum de Spiritus sancti processione ageretur.

Cum enim existimarent Latinos duo principia statuere, et ideo ab eis dissentirent, ubi rem aliter habere intellexerunt, facile acquievere. Similiter hic noster Cabasila videtur existimasse Latinos credere se per solam verborum Christi narrationem Christi corpus et sanguinem conficere, cum tamen nemo Latinorum dubitet non sufficere formam consecrationis, nisi adsit consecrantis sacerdotis institutum ac propositum. Quo accedente, forma verborum in persona Christi prolata dicitur esse efficax et habere convertendi potestatem, virtute ipsius Christi summi sacerdotis. Item etiam falso arbitratur Latinos contemnere orationes quæ fiunt a sacerdote super dona, post verba Christi recitata, et ex ritu consecrandi pronuntiata. Id enim falsum esse liquet ex canone Ecclesiæ Latinæ, in quo ponuntur tres ad minus orationes post consecrationem super divina munera. Prima est: *Super quæ propitio*, etc. Secunda: *Unde et memores*. Tertia: *Hæc omnia semper bona creas, sanctificas et benedicis*. Quanquam secundam quoque orationem aliter interpretantur, quam Latini intelligant, ut statim dicetur.

Quod autem videtur esse in hac opinione, ut existimet post verba consecrationis adhuc remanere panis et vini substantiam, nec nisi post sacerdotis orationes et benedictiones fieri conversionem, id esse falsum vel ex ipsius Basilii et Chrysostomi sacrificandi ritu facile potest perspici.

Nam post verba consecrationis super panem et vinum prolata sacerdos et diaconus ea utique ostendunt ut adorentur. Quin imo ipsi etiam ad mensam ter adorant: quod non fieret, nisi reipsa facta esset conversio. Deinde si per benedictiones et orationes, quæ consequuntur et dicuntur a sacerdote,

fieret conversio, non fieret conversio panis ante conversionem vini. Nam post utriusque benedictionem et orationem, tandem dicit sacerdos : ***Mutans Spiritu tuo sancto ;*** et tamen si vera sunt quæ dicit, per orationem sacerdotis fieret mutatio tam panis quam vini in suo ordine. Ejus itaque expositio nec secum satis constaret, neque Christi ritui et ordini consecratio Græcorum, si ea esset ejusmodi, responderet, qui prius suum corpus vere confecit, deinde sanguinem, non utraque simul. Dicendum est ergo Latinorum et Græcorum esse mentem, ut eodem veritatem consecrationis referant, alioqui sermo Christi non esset opifex, ut ait Chrysostomus, quem quidem adducit Cabasila tanquam suæ opinioni contrarium, nec ejus tamen auctoritati in diluendo satis facit. Nam quod attinet ad vim verborum : *Crescite et multiplicamini*, quibus ut alia addantur requiritur, nempe matrimonium, alimentum et cætera ; id in causa est, quod ea ad futurum referantur, et quæ requirebantur, includerent. Hic autem, Christus veram et reipsa subsistentem sui corporis præsentiam significavit, et ita ut ipse fecit, fieri jussit, ut sermo ejus esset efficax et operans eo ipso momento quo dicitur, non quando jam transiit, ut videtur sentire Cabasila. Nec obstat quod in missa Chrysostomi et Basilii, post prolationem verborum Christi, dicit sacerdos : *Fiat corpus, fiat sanguis*, etc. Non est enim intelligendum tunc primum fieri conversionem, quæ jam paulo ante facta est, sed ut ostendatur quod licet sermo Christi in voce transierit, tamen remanet effectus potentiæ ejus sub symbolis seu speciebus panis et vini. Similis modus loquendi invenitur Marci quinto, de muliere profluvio sanguinis laborante, quæ posteaquam a Christo sanata est fide, et ejus fimbriæ vestimenti contactu, a Christo nihilominus audiit : *Esto sana a plaga tua ;* quæ tamen jam sanata fuerat. Sed hoc dicere voluit Christus, ut licet tactus fimbriæ transiisset, effectus tamen inde consecutus perseveraret. Cum itaque Cabasila interpretatur locum illum canonis Ecclesiæ Latinæ, ita ut suo sensui congruat, id dissidet ab intelligentia Latinorum qui id aliter accipiunt. Nam *perferri*, sive *sursum ferri*, interpretatur, *mutari*. Latini autem intelligunt offerri per manus sancti Angeli, Christi scilicet, qui est magni consilii Angelus ; vel etiam angeli, seu angelorum, qui orationes et vota nostra Deo offerunt, ut legitur in libro Tobiæ, et Act. x. Postremo, quod dicit post sermonem Christi, dona altaris, panem et vinum adhuc vocari, id quidem verum est, de vino autem non itidem invenio : calix enim vocatur in missa Chrysostomi et Basilii. Quamvis autem id verum esset, nihil tamen obstaret, cum res in quas aliæ convertuntur, soleant retinere nomina earum quæ conversæ sunt ; ut patet in virga Mosis, et aqua in vinum conversa, Joan. II. Imo vero etiam Latini interdum vocant vinum sanguinem Christi. Ait enim sanctus Cyprianus, lib. II, Epist. III : « Quomodo autem creaturæ de creatura, vitis novum vinum cum Christo in regno Patris bibemus, si in sacrificio Dei Patris vinum non offerimus ? » Et Hieronymus, q. 2, ad Hedibiam : « Panis qui de cœlo descendit corpus est Domini, et vinum quod discipulis dedit, sanguis illius est novi Testamenti. » Hæc autem quæ a nobis dicta sunt, confirmat concilium Florentinum, quod Armeniis dedit formam et ritum consecrandi Ecclesiæ Latinæ : quem quidem receperunt, ipsis Græcis nequaquam reclamantibus. Hæc visum est admonere, ne quis existimaret Græcorum sensum, quod ad corporis et sanguinis Domini confectionem attinet, a Latinorum sententia, hoc est ab Ecclesiæ veritate, dissidere : quod posset fortasse quispiam ex his duobus capitibus colligere. Cætera autem quæ sunt in hoc libello, sunt ejusmodi, ut nihil magis pium nec magis christianum dici aut fingi possit. Ea itaque, studiose lector, fac legas, et æqui bonique consulas ; et si quid spiritalis commodi ex eis percipias, Deo omnis boni auctori et datori age gratias. Vale et fruere.

ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΤΟΥ ΚΑΒΑΣΙΛΑ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ

ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ.

—

NICOLAI CABASILÆ

SACRÆ LITURGIÆ

INTERPRETATIO.

—

CAP. I.

Quid sibi vult in summa universum sacrificium.

Sanctæ sacrorum mysteriorum celebrationis opus et effectus quidem est donorum in divinum

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Τί βούλεται καθόλου ἁπάντων.

Τῆς ἁγίας τελετῆς τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἔργον μὲν ἡ τῶν δώρων εἰς τὸ θεῖον σῶμα καὶ αἷμα μετα-

δολή· τέλος δὲ, τὸ τοὺς πιστοὺς ἁγιασθῆναι, δι' αὐτῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, καὶ βασιλείας οὐρανῶν κληρονομίαν, καὶ τὰ τοιαῦτα λαβόντας. Παρασκευὴ δὲ καὶ συντέλεια, πρὸς ἐκεῖνο τὸ ἔργον, καὶ τοῦτο τὸ τέλος, εὐχαὶ, ψαλμῳδίαι, καὶ ἱερῶν Γραφῶν ἀναγνώσεις, καὶ πάντα, ἁπλῶς, τὰ πρὸ τοῦ ἁγιασμοῦ τῶν δώρων, καὶ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν ἱερῶς γινόμενα, καὶ λεγόμενα. Εἰ γὰρ προῖκα δίδωσιν ἡμῖν ὁ Θεὸς πάντα τὰ ἅγια, καὶ οὐδὲν αὐτῷ προεισφέρομεν, ἀλλ' ἀτεχνῶς εἴτι χάριτες· ἀλλὰ τό γε ἐπιτηδείους γενέσθαι πρὸς τὸ δέξασθαι αὐτὰ καὶ φυλάξαι ἐξ ἀνάγκης ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν· καὶ οὐκ ἂν μεταδοίη τοῦ ἁγιασμοῦ, μὴ οὕτω διατεθεῖσιν. Οὕτω βαπτίζει, οὕτω χρίει, οὕτως ἐστιᾷ, καὶ τῆς φρικτῆς μεταδίδωσι τραπέζης. Καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν ἐν τῇ τοῦ σπόρου παραβολῇ. Ἐξῆλθε γὰρ, φησὶν, ὁ σπείρων, οὐχ ἵνα ἀρόσῃ τὴν χώραν, ἀλλ' ἵνα σπείρῃ, ὡς δὴ τῆς ἀρόσεως καὶ πάσης παρασκευῆς ὀφειλομένης εἰσενεχθῆναι. Ἐπεὶ τοίνυν οὕτως ἀναγκαῖον ἦν πρὸς τὴν τεῦξιν τῶν μυστηρίων τὸ εὖ ἔχοντας ἀπαντῆσαι καὶ παρασκευασμένους, ἔδει καὶ τοῦτο ἐνεῖναι τῇ συντάξει τῆς ἱερᾶς τελετῆς, καὶ ἔνεστι. Τοῦτο γὰρ δύνανται ἡμῖν εὐχαὶ, ψαλμοὶ, καὶ εἴ τι ἱερῶς ἐν αὐτῇ γίνεται καὶ λέγεται. Ἁγιάζουσι γὰρ ἡμᾶς, καὶ διατιθέασι, τοῦτο μὲν πρὸς τὸ δέξασθαι καλῶς, τοῦτο δὲ πρὸς τὸ συντηρῆσαι τὸν ἁγιασμὸν, καὶ μεῖναι κατέχοντας. Ἁγιάζουσι δὲ διχῶς, ἕνα μὲν τρόπον, καθ' ὃν ἀπ' αὐτῶν τῶν εὐχῶν ὠφελούμεθα, καὶ τῶν ψαλμῶν καὶ τῶν ἀναγνώσεων. Αἱ μὲν γὰρ εὐχαὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστρέφουσι, καὶ ἁμαρτιῶν ἄφεσιν προξενοῦσιν, αἵ τε ψαλμῳδίαι ὁμοίως αὐτὸν ἡμῖν ἐξιλεοῦσι, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἐπισπῶνται ῥοπήν. Θύσω γὰρ, φησὶ, τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. Αἱ δὲ τῶν ἱερῶν Γραφῶν ἀναγνώσεις τὴν τοῦ Θεοῦ κατaγγέλλουσαι χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ εὐθὺς τὸ δίκαιον καὶ τὴν κρίσιν, τόν τε αὐτοῦ φόβον εἰς τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐνιᾶσι, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγάπην ἀνάπτουσι, καὶ οὕτω πρὸς τὸ τηρεῖν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, πολλὴν ἐμβάλλουσι προθυμίαν. Ταῦτα δὲ πάντα ἐν τῷ ἱερεῖ καὶ τῷ λαῷ καλλίω, καὶ θειοτέραν ἐργαζόμενα τὴν ψυχὴν, καὶ ἀμφοτέρους μὲν πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῶν τιμίων δώρων καὶ συντήρησιν, ἐπιτηδείους ποιοῦσιν, ὅπερ ἐστὶ τῆς ἱερουργίας τὸ τέλος· ἰδίως δὲ τὸν ἱερέα πρὸς τὸ τελέσαι τὴν θυσίαν ἀξίως ἔχειν παρασκευάζουσιν, ὅπερ ἐστὶ τῆς μυσταγωγίας τὸ ἔργον, ὡς εἴρηται. Τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ πολλαχοῦ τῶν εὐχῶν κεῖται· καὶ εὔχεται ὁ ἱερεὺς μὴ ἀνάξιος ὀφθῆναι τοῦ προκειμένου, ἀλλὰ καθαραῖς χερσὶ, καὶ ψυχῇ, καὶ γλώττῃ τῷ μυστηρίῳ διακονῆσαι, καὶ οὕτω μὲν ἀπ' αὐτῆς τῆς δυνάμεως τῶν ῥημάτων, τῶν λεγομένων καὶ ᾀδομένων πρὸς τὴν τελετὴν ὠφελούμεθα· ἕτερον δὲ τρόπον ἀπὸ τούτων, καὶ ἔτι πάντων τῶν ἐν τῇ ἱερουργίᾳ τελουμένων ἁγιαζόμεθα, καθ' ὃν ἐν αὐτοῖς ὁρῶμεν τὸν Χριστὸν τυπούμενον καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτοῦ ἔργα, καὶ πάθη· καὶ γὰρ ἐν τοῖς ψαλμοῖς καὶ ἀναγνώσεσι καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τῶν ἱερέων, διὰ πάσης τῆς τελετῆς πραττομένοις ἡ οἰκονομία τοῦ Σωτῆρος σημαίνεται, τὰ μὲν πρῶτα αὐτῆς, τῶν πρώτων τῆς ἱερουργίας

A corpus et sanguinem mutatio. Finis autem, ut fideles per ipsa sanctificentur, peccatorum remissione, et regni cœlorum hæreditate simul accepta. Præparatio autem et quæ ad opus et hunc finem conferunt, preces, psalmodiæ et sacrarum Litterarum lectiones, et, ut semel dicam, omnia quæ ante donorum sanctificationem, et post sanctificationem sacrosancte dicuntur et fiunt. Etsi enim gratis dat nobis Deus sancta omnia, et ad ipsum nihil afferimus, sed sunt revera gratiæ, ut tamen ad ea recipienda et conservanda apti simus, a nobis necessario postulat: nec sanctificationem impertierit, nisi iis qui ita affecti et dispositi fuerint. Ita baptizat, ita ungit, ita convivio excipit, et sacra mensa impertit. Hoc autem significavit in parabola seminis.
B Exiit enim, inquit, qui seminat, non ut terram aret, sed ut seminet, nempe quod aratio et omnis præparatio a nobis afferri debet. Quoniam ergo ad assequenda sacramenta ita erat necessarium, ut qui recte haberent et parati essent, accederent: oportebat hoc inesse in sancti sacrificii constitutione, et inest. Hanc enim in nobis habent potestatem preces, psalmi, et si quid sacrosancte in ea fit et dicitur. Nos enim sanctificant et disponunt, partim quidem ut recte suspiciamus, partim autem ut sanctificationem conservemus et retinere pergamus. Dupliciter autem sanctificant: uno quidem modo, quo ab ipsis precibus juvamur, et psalmis, et lectionibus. Preces enim ad Deum convertunt, et peccatorum remissionem conciliant, et psalmo-
C diæ similiter eum nobis efficiunt propitium, et quod illinc dependet momentum attrahunt. Sacrificia enim, inquit, Deo sacrificium laudis, et liberabo te, et glorificabis me. Sacrarum autem Scripturarum lectiones, Dei benignitatem et humanitatem annuntiantes, et rursus justitiam et judicium et ejus metum in animas nostras immittunt, et dilectionem in eum accendunt, et ita ad ejus servanda mandata multam promptitudinem et animi alacritatem afferunt. Hæc autem omnia, et sacerdoti et populo pulchriorem et diviniorem animam efficientia, utrosque ad susceptionem et conservationem aptos reddunt, qui est finis sacrificii; privatim autem ac seorsum sacerdotem, ut non indigne ad sacrificium
τῆς δόξης, καὶ τῆς πρεσβείας· » ὥσπερ καὶ τὸ, « Εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, » ταυτόν ἐστι τῷ, « Ἕνεκα τῆς ἀφέσεως, » διττὴν ἔχει τὴν σημασίαν. Καὶ γὰρ ἕνεκα παρόντος, ἢ ἕνεκα ἐλπιζομένου. Τὴν δὲ τῆς μακαρίου Παρθένου δόξαν, καὶ τὴν τῶν ἁγίων πρεσβείαν καὶ παῤῥησίαν, τίς οὐκ οἶδεν ὅτι παρόντος ἐστὶν ἀγαθοῦ; Τὸ δὲ παρόντων ἀγαθῶν χάριν δῶρα προσαγειν, οὐδὲν ἕτερον ἢ εὐχαριστία σαφής; Ἔτι δὲ καὶ τὸ « Εἰς ἀνάμνησιν τοῦ Κυρίου » διὰ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων, ἐγένετο δῆλον· ἀμοιβήν τινα πρὸς αὐτὸν, τοῦ θανάτου αὐτοῦ, καὶ εὐχαριστίαν σημαῖνον. Διὰ τοῦτο γὰρ πρὸ πάντων ἐν τῇ προσαγωγῇ τῶν δώρων, ταῦτα λέγεται τὰ ῥήματα, ὅτι ὁ θάνατος ἐκεῖνος αἴτιος ἐγένετο τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν πάντων. Ὕστατα δὲ πάντων ποιεῖται τὴν ἱκεσίαν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ ψυχῶν ἀνάπαυσιν, καὶ τὰ τοιαῦτα αἰτούμενος. Τοῦτο γὰρ εὐγνωμοσύνης, τῷ Θεῷ ἐντυγχάνοντας, μὴ τὴν χρείαν εὐθὺς λέγειν, μηδὲ τὸ ἐλλεῖπον ζητεῖν· ἀλλὰ μᾶλλον ὧν ἤδη λαβόντες ἔχομεν πρῶτον μεμνημένους, εὐχαριστεῖν καὶ δοξολογεῖν, καὶ οὕτω πρὸ τῶν ἀναγκαίων ἡμῖν τὴν τοῦ Θεοῦ ποιεῖσθαι δοξολογίαν.

A intercessionem » idem est, quod « Pro gloria et pro intercessione, » quemadmodum et illud, « In remissionem peccatorum, » idem est quod « Pro remissione peccatorum. » Illud autem, « Pro aliquo, » habet duplicem significationem. Vel enim pro præsenti, vel pro eo quod speratur. Beatæ autem Virginis gloriam, et sanctorum intercessionem et libertatem, quis nescit esse bona præsentia? Pro præsentibus autem bonis dona offerre, nihil aliud est quam manifesta gratiarum actio. Præterea autem et illud, « In recordationem Domini, » per ea quæ prius dicta sunt, evasit manifestum significare quamdam erga ipsum pro morte sua retributionem et gratiarum actionem. Propterea enim ante omnia in donorum oblatione hæc verba dicuntur, quod mors illa nobis causa fuit omnium bonorum. Ultimo autem loco facit supplicationem, petens remissionem peccatorum, et requiem animarum, et alia hujusmodi. Hoc est enim grati animi, non quid opus sit statim dicere, nec quod deest postulare, sed potius ea quæ jam accepimus primum memoria repetentes, pro eis illi gratias agere, et illum gloria afficere, et sic iis quæ sunt nobis necessaria, Dei gloriam præferre.

B

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Διὰ τί συγκαλύπτεται τὰ δῶρα· καὶ περὶ τῶν ἐπιλεγομένων.

Ἐπεὶ δὲ τὰ ἐν τῷ ἄρτῳ εἰρημένα καὶ πεπραγμένα, δι' ὧν ὁ θάνατος ἐσημαίνετο τοῦ Κυρίου γραπτὴν ἠδύνατο μόνον καὶ τύπον· ὁ δὲ ἄρτος ἐμεινεν ἄρτος ὤν, τοῦτο μόνον λαβὼν, τὸ γενέσθαι δῶρον τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τοῦτο τύπον φέρει τοῦ Κυριακοῦ σώματος, κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν, ὅτι κἀκεῖνο ἐξ ἀρχῆς δῶρον ἦν, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται· τούτου χάριν τὰ ἐν ἐκείνῳ γενόμενα θαύματα, ἀρτιτόκῳ ὄντι καὶ ἐν τῇ φάτνῃ ἔτι κειμένῳ, ὁ ἱερεὺς ἐπιλέγει τὸν ἄρτον καὶ ἐπιδείκνυσι. Τὸν γὰρ λεγόμενον ἀστερίσκον ἐπιθεὶς αὐτῷ, « Καὶ ἰδοὺ, φησὶν, ὁ ἀστὴρ ἐλθὼν ἔστη ἐπ' ἄνω οὗ ἦν τὸ παιδίον· » ἔτι δὲ καὶ τὰ πόῤῥωθεν εἰρημένα τοῖς προφήταις περὶ αὐτοῦ Θεῷ πρέποντα· ἵνα μὴ διὰ τὴν σάρκα καὶ τὸ φαινόμενον, ἄνθρωποι μικρὰ περὶ αὐτοῦ καὶ ἀνάξια περὶ αὐτοῦ θειότητος ὑπολάβωσι· « Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν. Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο· ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ· καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ πληρουμένη ἡ γῆ. » Καὶ ταῦτα λέγει, καὶ καλύπτει τὰ δῶρα, τὸν ἄρτον δηλονότι καὶ τὸ ποτήριον, πέπλοις τιμίοις, καὶ θυμιᾷ πανταχόθεν. Καὶ γὰρ συνεκαλύπτετο μὲν τέως ἡ τοῦ σαρκωμένου Θεοῦ δύναμις, ἕως τοῦ καιροῦ τῶν θαυμάτων, καὶ τῆς ἐξ οὐρανοῦ μαρτυρίας· ἀλλ' οἱ λέγειν εἰδότες περὶ αὐτοῦ, « Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, » καὶ τὰ εἰρημένα πάντα θεοπρεπῆ· « Καὶ ἐπεγίνωσκον αὐτὸν, καὶ ὡς Θεὸν ἔσεβον, καὶ τὸ παρ' αὐτῷ σκέπασμα ἐζήτουν. » Καὶ ταῦτα αἰνιττόμενος ὁ ἱερεὺς, κεκαλυμμένοις ἐπιλέγει τοῖς δώροις· « Σκέπασον ἡμᾶς ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου, » καὶ θυμιᾷ πανταχόθεν. Ταῦτα οὕτως εἰπὼν καὶ τελέσας, καὶ εὐξά-

C

D

CAP. XI.

Cur dona cooperiuntur; et de iis quæ dicuntur.

Quia autem, quæ in pane dicta et facta sunt, per quæ mors Domini significabatur, nihil aliud sunt quam typus et figura: panis autem adhuc panis mansit, neque quidquam aliud accepit quam ut Deo donum esset, et ideo fert typum Dominici corporis in prima ætate, quoniam illud quoque ab initio donum fuit, ut ante dictum est: ea de causa miracula quæ in illo facta sunt, cum recenter esset natus, et adhuc in præsepi positus, sacerdos in pane recitat et ostendit. Super eum enim imponens asteriscum qui dicitur, seu stellulam, « Et ecce, inquit, stella veniens stetit supra, ubi erat puer. » Deinde et quæ multis ante sæculis de ipso a prophetis dicta, Deo convenientia, ne propter carnem, et id quod apparet, homines de ea parva et divinitate indigna existimarent: « Verbo Domini cœli firmati sunt; Dominus regnavit, decorem indutus est. Operuit cœlos virtus ejus, et sapientia ejus plena est terra. » Et hæc dicit, et tegit panem et calicem pretiosis peplis, et undique suffumigat. Etenim tunc tegebatur quidem Dei incarnati potentia usque ad tempus miraculorum, et testimonium de cœlo. Sed qui hæc de eo loqui sciebant, « Dominus regnavit, decorem indutus est, » et omnia quæ dicta sunt Deum decentia: « Et ipsum agnoscebant, et ut Deum colebant, et quod in eo erat, integumentum quærebant. » Et hæc tacite significans sacerdos, tectis donis, dicit: « Tege nos integumento alarum tuarum, » et suffumigat undique. Hæc cum sic dixit et fecit, et oravit ut omnia hujus quod peragitur sacri, sibi rite et ex instituto succedant, venit ad altare, et stans ante sacram mensam, incipit sacrificium.

μενος τὰ τῆς ἱερουργίας ἅπαντα κατὰ σκοπὸν ἀπαντήσειν αὐτῷ, εἰς τὸ θυσιαστήριον ἔρχεται, καὶ στὰς πρὸ τῆς ἱερᾶς τραπέζης τῆς ἱερουργίας ἄρχεται.

CAP. XII.

De glorificatione in principio.

Sacrificium autem incipit a glorificatione : « Benedictum est regnum Patris et Filii et Spiritus sancti. » Quæ ad Deum fit allocutio, est gratiarum actio, glorificatio, confessio, petitio. Prima autem omnium est glorificatio, maxime quidem, quod peccatorum grati animi est, ad Dominum accedentes non sua statim in medium adducere, sed quæ solius Domini pure sunt. Tale quid autem est glorificatio. Qui enim petit, sua volens pulchriora facere, seipsum prædicat : et qui gratias agit, clarum est quod propriis bonis gaudens ei, qui illa suppeditat, gratias agit. Qui autem glorificat, seipso dimisso et suis omnibus ipsum propter ipsum, et ipsius Domini potentiam et gloriam glorificat. Præterea, ipsa etiam natura et rei probabilitas, hic primam glorificationem exigit. Protinus enim ad Deum accedentes accessibilem ejus gloriam, et potentiam et magnitudinem mente cogitamus, quod quidem admiratio et obstupefactio, et quæ sunt ejusmodi consequuntur, hoc autem glorificatio necessario sequitur. Procedentes autem ejus benignitatem et humanitatem discimus : quod consequitur gratiarum actio. Post hoc insignem ejus benignitatem et humanitatis divitias consideramus, nostram improbitatem illius sufficiens esse signum ducentes : quod cum tales simus, nos beneficiis afficere nunquam cesset. Hoc enim signum, etiam ante alia, nos docet quam est benignus et humanus Deus, quod in nobis, quod ante ipsos oculos. Nostrorum autem malorum apud Deum meminisse, hoc est quod nominatur confessio. Quartum autem, petitio. Consentaneum enim est confidere, quod illa quorum egemus, petentes ea consequemur, post eas considerationes, in quibus Dei in nos benignitatem et humanitatem ediscimus. Qui enim iis qui mali adhuc erant, bonus fuit, quidnam erit mutatis, et quod primi peccata dixerint, justificatis, convenienter ei quod a prophela dictum est : « Dic primus peccata tua, ut justificeris ? » In compellando ergo Deo primum locum habet glorificatio. Quapropter ante omnes preces et omne sacrificium sacerdos glorificat Deum. Cur ergo ter Deum glorificans effatur, et non singulariter ? Non enim Benedictus Deus, vel Benedictum Dei regnum, sed divisim per personas : « Benedictum Dei regnum, Patris et Filii et Spiritus sancti. » Quia per primam Christi incarnationem didicerunt homines, quod tres personæ Deus est. Hujus autem Domini incarnationis mysterium sunt sacra quæ celebrantur. Unde in eorum exordiis oportebat Trinitatem resplendere et prædicari. Post glorificationem autem, introducit petitionem, dicens, « In pace Dominum oremus ; » illud enim, « Quid oremus ut oportet, nescimus ; » et ne multa et supervacanea loquamur, docens nos quæ oratione facienda sunt ; et primo docet modum, nempe quod

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Περὶ τῆς ἐν ἀρχῇ δοξολογίας.

Καὶ πρῶτον ἁπάσης τῆς ἱερολογίας ἐστὶν ἀρχὴ τῆς δοξολογίας· « Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Ἡ πρὸς Θεὸν ἔντευξις, εὐχαριστία ἐστὶ, δοξολογία, ἐξομολόγησις, αἴτησις. Πρώτη δὲ πασῶν ἡ δοξολογία, μάλιστα μὲν ὅτι τοῦτο οἰκετῶν εὐγνωμόνων τῷ Δεσπότῃ προσιόντων, μὴ τὰ ἑαυτῶν πρῶτον ἄγειν εἰς μέσον· ἀλλ' ἅπερ μόνον ἐστὶ καθάπερ τοῦ δεσπότου. Τοιοῦτον δὲ ἡ δοξολογία· ὁ μὲν γὰρ αἰτῶν, τὰ ἑαυτοῦ καλλίω βουλόμενος ποιῆσαι, αἰτεῖ· καὶ ὁ ἐξομολογούμενος κακῶν ἀπαλλαγῆναι ζητῶν, ἑαυτὸν προσαγγέλλει, καὶ εὐχαριστῶν δῆλός ἐστιν, ὅτι τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς χαίρων εὐχαριστεῖ· ὁ δὲ δοξολογῶν, ἑαυτὸν ἀφεὶς, καὶ τὰ ἑαυτοῦ πάντα, αὐτὸν δι' αὐτὸν, καὶ τὴν αὐτοῦ δύναμιν καὶ δόξαν, τὸν Δεσπότην δοξολογεῖ· ἔπειτα καὶ αὐτὴ ἡ φύσις, καὶ τὸ εἰκὸς τοῦ πράγματος ἐνταῦθα πρώτην ἀπαιτεῖ τὴν δοξολογίαν. Εὐθὺς γὰρ τῷ Θεῷ προσερχόμενοι, τὸ ἀπρόσιτον τῆς δόξης αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὸ μεγαλεῖον κατανοοῦμεν· ᾧ θαῦμα, καὶ ἔκπληξις καὶ τὰ τοιαῦτα ἀκολουθεῖ, τοῦτο δὲ ἡ δοξολογία. Προϊόντες δὲ, τὴν αὐτοῦ χρηστότητα, καὶ δοξολογίαν, καὶ φιλανθρωπίαν, ᾧ ἀκολουθεῖ ἡ εὐχαριστία· μετὰ τοῦτο, τὴν ὑπερβολὴν αὐτοῦ τῆς χρηστότητος, καὶ τὸν πλοῦτον τῆς φιλανθρωπίας ἀνασκοποῦμεν, ταύτης ὑπερβολῆς καὶ τούτου τοῦ πλούτου σημεῖον ποιούμενοι πρῶτον καὶ ἱκανὸν, τὴν ἡμῶν αὐτῶν πονηρίαν, ὅτι τοιούτους ὄντας, εὐεργετῶν οὐ διαλείπει. Τοῦτο γὰρ τὸ σημεῖον, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἡμᾶς διδάσκει ὅσον ἐστὶ φιλάνθρωπος ὁ Θεὸς, ὅτι ἐγγύτερον, ὅτι ἐν ἡμῖν, ὅτι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν. Τὸ δὲ μεμνῆσθαι τῶν ἡμετέρων κακῶν πρὸς τὸν Θεὸν, τοῦτό ἐστιν ὃ ἐξομολόγησις ὀνομάζεται. Τέταρτον δὲ, ἡ αἴτησις. Ἀκόλουθον γὰρ θαῤῥεῖν, ὡς ὧν δεόμεθα, αἰτούμενοι, τευξόμεθα, μετὰ τούτου; τοὺς λογισμοὺς ἐν οἷς τὴν περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν καταμανθάνομεν. Ὁ γὰρ πονηροῖς οὖσιν ἔτι γενόμενος ἀγαθὸς, τί; ἂν γένοιτο μεταβαλλομένοις; καὶ διὰ τὸ εἰπεῖν πρότερον τὰς ἁμαρτίας, δικαιωθεῖσι, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ προφήτου· « Λέγε σὺ πρῶτον τὰς ἁμαρτίας σοῦ, ἵνα δικαιωθῇς; » Οὕτω πρώτην ἔχει τάξιν τῶν πρὸς Θεὸν ἐντεύξεων ἡ δοξολογία. Διὰ τοῦτο πρὸ πάσης εὐχῆς καὶ ἱερολογίας, ὁ ἱερεὺς δοξολογεῖ τὸν Θεόν. Τί οὖν τὸ τρισσὸν ἐπιφημίζει τοῦ Θεοῦ καὶ οὐ τὸ ἑνιαῖον; Οὐ γὰρ εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ἢ εὐλογημένη ἡ βασιλεία, ἀλλὰ τοῖς προσώποις διῃρημένως· « Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος; » ὅτι διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου πρῶτον ἐμάθανον οἱ ἄνθρωποι ὡς εἴη τρία πρόσωπα ὁ Θεός. Ταύτης δὲ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου μυσταγωγία ἐστὶ τὰ τελούμενα· ὅθεν ἐν τοῖς προοιμίοις αὐτῶν ἔδει προσλάμπειν καὶ κηρύττεσθαι τὴν Τριάδα. Μετὰ δὲ τὴν δοξολογίαν εἰσάγει τὴν αἴτησιν, λέγων, « Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. » Τὸ γὰρ, « Τί προσ-

εὐξόμεθα καθ' ὃ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν· » καὶ ἵνα μὴ βατ- A in pace orare oportet. Quid ergo post glorificationem statim jussit petere eos qui neque prius confessi sunt, neque Deo gratias egerunt? Quia dum pacem dixit, illa etiam comprehendit, si quis vel t exacte considerare. Neque enim qui non est contentus iis quæ sibi in vita eveniunt, potest in se pacem habere, sed qui est gratus et in omnibus agit gratias, ut præscribit lex beati Pauli, nec qui non habet puram conscientiam; fieri autem non potest ut sit pura conscientia sine confessione. Qui ergo orat cum pace, gratias agentem et confitentem prius habuit animam. Ad hæc autem etiam petitio quam faciunt, eos et gratias agentes et confitentes ostendit. Quid enim petunt? misericordiam. Hæc autem est petitio eorum qui rei aguntur, qui quando omni sui defendendi ratione ablata, nihil possunt discere quo se justificent, et causam suam tueantur, hanc vocem postremo ad judicem emittunt, non jure, sed ex ejus clementia ea quibus indigent assequi exspectantes. Hoc autem est eorum qui multam quidem judicis esse benignitatem et clementiam, magnam autem esse suam improbitatem vitiumque testantur. Quorum hoc quidem est confessionis, illud vero gratiarum actionis. Hortatur autem sacerdos ab initio populum ad orationem, ut qui talis sit qui ad orandum est ordinatus, et ideo sit populi propositus intercessor et mediator, ut ejus operans oratio multum valeat, sicut dixit Jacobus apostolus: Operatur enim oratio justi, quando illi etiam omnino pro quibus preces fiunt, ex se omnia contulerint, morum bonitatem, preces, lenitatem et æquitatem, et quocunque alio sciunt Deum delectari. Quæ est autem eorum prima protinus petitio? Pro superna pace, et salute animarum nostrarum. Cum prius docuisset quomodo se habentes orare oportet, nunc etiam docet quid sit primum petendum, superna scilicet pax, et animarum salus. Ita enim jussit Christus petere primum regnum Dei et justitiam. Regnum enim salus animarum; superna autem pax Dei justitiam significat. De qua dixit Paulus: « Pax Dei, quæ supereminet omnem mentem, » quam Dominus reliquit discipulis, ascendens ad Patrem, « Pacem, dicens, relinquo vobis; pacem meam do vobis. » Sicut enim illic nomen justitiæ, non significat solum ejus quod æquum est, distributionem, sed absolute omne genus virtutis, ita hic etiam nomen pacis est quid universale; est enim omnium simul virtutum et universæ philosophiæ fructus. Neque enim fieri potest ut pacem perfecte habeat, cui vel una aliqua virtus deficit, sed necesse est, ut qui pacatus est futurus, per omnes veniat; oportet ergo seipsos primum exercere ad pacem quæ potest haberi ab hominibus, deinde a Deo petere suam pacem, sicut se habet etiam in unaquaque virtute. Est enim temperantia, quæ paratur per exercitationem, et est temperantia quæ a Deo datur animæ, et charitas, et oratio, et sapientia, et in aliis eodem modo. Propterea etiam sacerdos

τολογῶμεν, διδάσκει ἡμᾶς ἃ δεῖ περὶ τῆς εὐχῆς· καὶ πρῶτον τὸν τρόπον ὅτι ἐν εἰρήνῃ εὔχεσθαι. Τί οὖν μετὰ τὴν δοξολογίαν εὐθὺς αἰτεῖσθαι ἐκέλευσεν, οὔτε ἐξομολογησαμένους πρότερον, οὔτε εὐχαριστήσαντας τῷ Θεῷ; Ὅτι ἐν τῷ εἰπεῖν τὴν εἰρήνην, κἀκεῖνα περιέλαβεν, εἴ τις ἀληθῶς ἐθέλει σκοπεῖν. Οὔτε γὰρ ὁ ἀπαρεσκόμενος τοῖς συμβαίνουσιν αὐτῷ κατὰ τὸν βίον, δύναται εἰρήνην ἐν ἑαυτῷ ἔχειν, ἀλλ' ὁ εὐγνώμων καὶ ἐν παντὶ εὐχαριστῶν κατὰ τὸν τοῦ μακαρίου Παύλου νόμον· οὔτε ὁ μὴ συνειδὸς ἔχων καθαρόν· συνειδὸς δὲ καθαρὸν χωρὶς ἐξομολογήσεως; ἀμήχανον εἶναι. Ὥστε μετὰ εἰρήνης εὐχόμενος, εὐχαριστοῦσαν καὶ ἐξομολογουμένην πρότερον ἔσχε τὴν ψυχήν. Ἔτι δὲ καὶ αἰτησις ἣν αἰτοῦνται, εὐχαριστοῦντας καὶ ἐξομολογουμένους αὐτοὺς παρίστησι. Τί B γὰρ αἰτοῦνται; ἐλεηθῆναι. Τοῦτο δὲ καταδίκων ἐστὶν αἴτημα, οἳ ὅταν πᾶσαν ἀπολογίαν περιῃρημένοι, μηδεμίαν ἔχωσιν εἰπεῖν δικαιολογίαν, ταύτην ἔσχατον ἀφιᾶσι τὴν φωνὴν πρὸς τὸν δικαστὴν, οὐκ ἀπὸ τῶν δικαίων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐκείνου φιλανθρωπίας, ὧν δέονται τυχεῖν προσδοκῶντες. Τοῦτο δέ ἐστι μαρτυρούντων, τῷ μὲν δικαστῇ χρηστότητα πολλὴν· ἑαυτοῖς δὲ, πονηρίαν· ὧν, τὸ μὲν ἐξομολογήσεως, τὸ δὲ εὐχαριστίας ἐστί. Προτρέπεται δὲ ἐξ ἀρχῆς ὁ ἱερεὺς τὸν λαὸν εἰς τὴν εὐχὴν τεταγμένος, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ λαοῦ προβεβλημένος αὐτός· ἀλλ' ὁ μὲν, ὡς πρεσβευτὴς αὐτῶν καὶ μεσίτης, ἵνα αὐτοῦ δέησις ἐνεργουμένη πολὺ ἰσχύῃ, καθάπερ ὁ ἀπόστολος Ἰάκωβος εἶπεν· ἐνεργεῖται γὰρ ἡ δέησις τοῦ C δικαίου, ὅταν κἀκεῖνοι πάντες ὑπὲρ ὧν ἡ δέησις, τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρωσιν ἅπαντα· χρηστότητα τρόπων, εὐχὰς, ἐπιείκειαν, καὶ ὅτῳ ἄλλῳ ἴσασι χαίροντα τὸν Θεόν. Τί δὲ τὸ αἴτημα τὸ πρῶτον εὐθύ; Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν· διδάξας πρότερον ὅπως ἔχοντας εὔχεσθαι δεῖ, νῦν διδάσκει, καὶ τί δεῖ πρῶτον αἰτεῖσθαι· πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ· τὴν μὲν γὰρ βασιλείαν ἡ τῶν ψυχῶν σωτηρία, ἡ δὲ ἄνωθεν εἰρήνη τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην σημαίνει· περὶ ἧς εἶπε Παῦλος, « Εἰρήνη τοῦ Θεοῦ, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, » ἣν ὁ Κύριος ἀφῆκεν τοῖς ἀποστόλοις, ἀναβαίνων πρὸς τὸν Πατέρα, « Εἰρήνην, εἰπὼν, ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. » Ὥσπερ γὰρ τὸ ὄνομα τῆς δικαιοσύνης ἐκεῖ D οὐ τὴν τοῦ ἴσου διανομὴν σημαίνει μόνον, ἀλλ' ἁπλῶς παντὸς ἀρετῆς εἴδους δηλωτικόν ἐστιν· οὕτω καὶ τὸ τῆς εἰρήνης ἐνταῦθα, καθόλου τί ἐστι· καὶ γάρ ἐστιν ἁπασῶν ἀγαθῶν ὁμοῦ καὶ πάσης φιλοσοφίας καρπός· οὐ γὰρ ἔστιν εἰρήνην τελείαν κτήσασθαι τὸν ἐνδεῶς ἔχοντα μιᾶς τινος ἀρετῆς· ἀλλ' ἀνάγκη τὸν εἰρηνεύσειν μέλλοντα διὰ πασῶν ἀφικέσθαι. Δεῖ τοίνυν ἀσκεῖν ἑαυτοὺς πρὸς τὴν εἰρήνην πρῶτον τοῖς ἀνθρώποις δυνατήν· εἶτα αἰτεῖσθαι παρὰ Θεοῦ τὴν αὐτοῦ εἰρήνην, καθάπερ καὶ ἐφ' ἑκάστης ἀρετῆς ἔχει. Ἔστι γὰρ σωφροσύνη διὰ ἀσκήσεως γινομένη, καὶ ἔστι σωφροσύνη παρὰ Θεοῦ τῇ ψυχῇ διδομένη, καὶ ἀγάπη, καὶ εὐχὴ, καὶ σοφία, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τὸν αὐτὸν τρόπον. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἱερεὺς περὶ τῆς

de pace illa primo loquitur quæ est in nostra potestate, et a nobis recte geri et administrari potest: et cum ea jubet ad Deum facere orationes, deinde de ea quæ a Deo datur, et pro ea hortatur, Deum orare, « Oremus, dicens, pro superna pace. » Pacem autem dicit, non eam solam quæ est inter invicem, quando nulli male volumus, nec ullius sumus injuriæ memores, sed eam etiam quæ est erga nos ipsos, quando cor nostrum non condemnat nos. Magna est autem pacis utilitas, vel potius ea est omnino necessaria. Ut perturbata enim mens cum Deo conveniat, minime fieri potest; primum quidem, propter ipsam perturbationis naturam. Quemadmodum enim pax multos unum reddit, ita etiam perturbatio unum multa efficit. Quomodo ergo adaptari et convenire poterit uni et simplici Deo? Propterea quod neque recte orare, neque aliquid boni ex oratione consequi potest, qui orat sine pace. Sive enim ira hominem perturbat, et acceptæ injuriæ memoria pacem ex anima ejecit, nec peccatorum quidem veniam inveniet ex oratione, tantum abest ut ullam aliam gratiam assequatur. Si quis peccatorum suorum causa a conscientia punitur, et habet cor quod eum accusat, et ea perturbatione agitatur, omni apud Deum libertate privatus est, ut ait divinum eloquium: « Et quando orat, sine libertate loquitur, » hoc est, sine fide. Qui autem sine fide orat, frustra orat, nec ullam ex eo sentit utilitatem. Propterea jubemur etiam cum pace Deum orare, et ante omnia supernam pacem petere: postea autem etiam pro aliis liberaliter preces fundere, non solum Ecclesiæ, et imperio, et utrinsque præfectis, vel iis qui sunt in periculis, et rebus adversis opprimuntur, sed pro omnibus omnino hominibus universæ terræ. « Pro pace enim, inquit, universi mundi; » maxime quidem, quia sciunt suum Dominum esse communem omnium Dominum, et quod omnia ei curæ sunt tanquam opera sua: et si quis eorum curam gerat, magis eum colit, quam si ei sacrificet. Præterea autem, ut sentit beatus Paulus, ut nos sub eorum tranquillitate quietam vitam agamus, in omni pietate, et honestate. Et non solum pro iis quæ ad animam conferunt, sed etiam pro bonis corporalibus necessariis oramus, bona aeris temperie et fructuum terræ fertilitate. Ut sciamus esse omnium auctorem et suppeditatorem Deum, et ad illum solum respiciamus, quoniam etiam panem ab ipso petere quotidianum cum aliis jussit ipse Christus.

A εἰρήνης ἐκείνης πρώτης ἡμῖν διαλέγεται τῆς ἐφ' ἡμῖν, τῆς ὑφ' ἡμῶν κατορθουμένης, καὶ μετὰ ταύτης κελεύει τὰς πρὸς τὸν Θεὸν ποιεῖσθαι δεήσεις· εἶτα περὶ τῆς ἐκ Θεοῦ διδομένης. καὶ ταύτης ἕνεκα δεηθῆναι τὸν Θεὸν παραινεῖ, « Δεηθῶμεν, λέγων, ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν ἀρετῆς. » Εἰρήνην λέγει, οὐ τὴν πρὸς ἀλλήλους μόνον, ὅταν πρὸς ἀλλήλους μὴ μνησικακῶμεν· ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς αὐτούς· ὅταν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγινώσκῃ ἡμῶν. Πολὺ δὲ τὸ ὄφελος ταύτης τῆς εἰρήνης· μᾶλλον δὲ ἀνάγκη ταύτης τῆς ἀρετῆς ἡμῖν πανταχοῦ· τὸν γὰρ θορυβούμενον νοῦν Θεῷ συνελθεῖν παντελῶς ἀδύνατον, δι' αὐτὴν τὴν φύσιν τοῦ θορύβου. Καθάπερ γὰρ ἡ εἰρήνη πανταχοῦ τοὺς πολλοὺς ἕνα δείκνυσι, οὕτως ὁ θόρυβος τὸν ἕνα πολλοὺς ποιεῖ. Πῶς οὖν ἐφαρμόσαι δυνήσεται τῷ B ἑνὶ καὶ ἁπλῷ Θεῷ; ἔπειθ' ὅτι οὐδὲ εὔξασθαι δύναται καλῶς, οὐδὲ ἀπολαῦσαί τι τῆς εὐχῆς καλῶς ὁ χωρὶς εἰρήνης εὐχόμενος. Εἴτε γὰρ ὀργὴ ταράττει τὸν ἄνθρωπον, καὶ μνησικακία τὴν εἰρήνην τῆς ψυχῆς ἐξέβαλεν, οὐδὲ συγνώμην εὑρήσει τῶν πλημμελημάτων ὑπὸ τῆς εὐχῆς, πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ ἄλλην τινὰ λήψεται χάριν. Εἴτε ἁμαρτημάτων ἑτέρων ἕνεκα, ὑπὸ τοῦ συνειδότος κεντεῖται, καὶ τὴν καρδίαν ἔχει κατηγορουμένην, καὶ τοῦτον θορυβεῖται τὸν θόρυβον, τῆς πρὸς τὸν Θεὸν πάσης ἀπεστέρηται παρρησίας, κατὰ τὸ λόγιον, « Καὶ ὅταν εὔχηται, χωρὶς παρρησίας εὔχεται, » τοῦτ' ἔστι, χωρὶς πίστεως. Ὁ δὲ χωρὶς πίστεως εὐχόμενος, μάτην εὔχεται, καὶ εἰς οὐδὲν ὄφελος. Διὰ ταῦτα κελευόμεθα, καὶ μετὰ C τῆς εἰρήνης τοῦ Θεοῦ δεῖσθαι, καὶ πρὸ πάντων τὴν ἄνωθεν εἰρήνην αἰτεῖσθαι· μετὰ δὲ τούτων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων φιλαγάθως δεήσεις ποιεῖσθαι, οὐ τῆς Ἐκκλησίας μόνον, καὶ τῆς βασιλείας, καὶ τῶν προστατῶν ἑκατέρων, καὶ τῶν ἐν κινδύνοις καὶ περιστάσεσι, καὶ συμφοραῖς ὄντων, ἀλλ' ἁπλῶς ἁπάντων ἀνθρώπων τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. « Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης γὰρ, φησὶ, τοῦ σύμπαντος κόσμου· » μάλιστα μὲν, ὅτι τὸν ἑαυτῶν Δεσπότην ἴσασι κοινὸν ἁπάντων ὄντα δεσπότην, καὶ ὅτι μέλει πάντων αὐτῷ ὡς δημιουργῷ τῶν δημιουργημάτων· κἄν τις αὐτῶν κήδηται, θεραπεύει αὐτὸν μᾶλλον, ἢ θύων· ἔπειτα κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ γαλήνῃ αὐτῶν ἥρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν, ἐν πάσῃ εὐλαβείᾳ καὶ σεμνότητι· καὶ οὐχ ὑπὲρ τῶν εἰς ψυχὴν φερόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν σωματικῶν ἀγαθῶν εὐχόμεθα τῶν ἀναγκαίων, εὐκρασίας ἀέρων, εὐφορίας τῶν καρπῶν τῆς γῆς· ἵν' εἰδῶμεν πάντων αἴτιον ὄντα καὶ χορηγὸν τὸν Θεὸν, καὶ πρὸς ἐκεῖνον μόνον ὁρῶμεν· ἐπεὶ καὶ ἄρτον αἰτεῖσθαι παρ' αὐτοῦ καθημερινὸν μετὰ τῶν ἄλλων αὐτὸς ἐκέλευσεν ὁ Χριστός. D

CAP. XIII.

Quid sibi vult misericordiæ ubique petitio.

Illud quoque quærendum est, quam ob causam sacerdos quidem jubet orare pro multis et diversis, circumstantes autem fideles rogant solum misericordiam, et eam solam omnino vocem ad Deum emittunt. Primum quidem vox ejusmodi, ut dictum est, gratiarum actionem et confessionem continet. Deinde a Deo petere misericordiam, est ejus

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Τί βούλεται ἡ αἴτησις τοῦ ἐλέου πανταχοῦ.

Ζητητέον δὲ κἀκεῖνο, τίνος χάριν ὁ μὲν ἱερεὺς περὶ πολλῶν εὔχεσθαι κελεύει διαφόρων· οἱ δὲ περιεστῶτες πιστοὶ ἐλεηθῆναι μόνον εὔχονται, καὶ ταύτην μόνην ἐπὶ πᾶσι, καὶ μίαν πρὸς τὸν Θεὸν ὀφιᾶσι φωνήν. Πρῶτον μὲν ὅτι τοιαύτη φωνὴ καθάπερ εἴρηται εὐχαριστίαν καὶ ἐξομολόγησιν περιέχει. Ἔπειτα τὸ ἔλεος παρὰ τοῦ Θεοῦ αἰτεῖν, τὴν

αὐτοῦ βασιλείαν ἐστὶν αἰτεῖν, ἣν τοῖς αἰτουμένοις ὁ Χριστὸς αὐτήν τε ἐπηγγείλατο δώσειν, καὶ τὰ ἄλλα ὧν χρείαν ἔχομεν πάντα, προσθήσειν, καὶ διὰ τοῦτο ταύτῃ ὀρκοῦνται τῇ δεήσει, ὡς πάντα ὁμοῦ δυναμένῃ. Καὶ πόθεν ἔστι τοῦτο μαθεῖν, φησὶν, ὡς ὁ ἔλεος τοῦ Θεοῦ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν σημαίνει; Ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ ἆθλον τῶν ἐλεημόνων διηγούμενος, καὶ ἣν λήψονται παρ' αὐτοῦ τῆς χρηστότητος ἀμοιβὴν, νῦν μὲν ἐλεηθήσεσθαι αὐτοὺς λέγει, νῦν δὲ βασιλείας τεύξεσθαι· ὡς ταυτὸν ὄν, τό τε τοῦ παρ' αὐτοῦ ἐλέου τυχεῖν, καὶ βασιλείας κληρονομίαν λαβεῖν. « Μακάριοι γὰρ, φησὶν, οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. » Εἶτα ἀλλαχοῦ, καθάπερ ἐξηγούμενος ἑαυτὸν, καὶ τί ἐστι τὸ ἐλεηθῆναι, σημαίνων· « Ἐρεῖ, φησὶν, ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ· τοὺς ἐλεήμονας λέγων· Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. » Καὶ ἄλλως δὲ εἴ τις ἐξ ὧν ἐλεήμονες ἄνθρωποι ποιοῦσι, τὸ ἔργον τοῦ θείου ἐλέου κατιδεῖν ἐθελήσει, οὐδὲν ἕτερον εὑρήσει δυνάμενον, ἢ τὴν βασιλείαν αὐτήν. Τί οὖν οἱ ἐλεήμονες; « Ἐπείνασα, φησὶ, καὶ ἐδώκατε ἐμοὶ φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ μου. » Οὐκοῦν καὶ ὁ Χριστὸς οὓς ἐλεεῖ, τούτους τῆς ἑαυτοῦ μεταδώσει τραπέζης. Τίς δέ ἐστιν ἐκείνη; « Ἵνα ἐσθίητε, φησὶ, καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου, ἐν τῇ βασιλείᾳ μου. » Καὶ ἵνα γνῷς τὴν λαμπρότητα τῆς τραπέζης ἐκείνης, καὶ ὡς οὐκ ἔστι δούλων, ἀλλὰ βασιλέων, μανθάνετε τὸν διάκονον, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ πάντων Δεσπότης. « Περισώζεται γὰρ, φησὶ, καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς, καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς. » Ἀλλὰ καὶ περιβαλεῖ γυμνὸν ὄντα τὸν ἠλεημένον. Οὐκοῦν στολὴν δώσει βασιλικήν; Οἴκοθεν γὰρ αὐτὸν ἐνδύσει καὶ τῶν αὐτοῦ. Δουλικὸν δὲ οὐδὲν παρ' αὐτῷ βασιλεῖ γε ὄντι, ὥσπερ οὐδὲν παρ' ἡμῖν οἴκοθεν βασιλικὸν, οὔσί γε δούλοις. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἔνδυμα τοῦ γάμου, ὅπερ τοὺς περικειμένους ἔνδον ἀνάγκη τῆς βασιλείας εἶναι· ὅτι οὐδὲν ἕξει ὁ βασιλεὺς, ὁ μεμψάμενος αὐτοὺς, ἐκβαλεῖ τοῦ νυμφῶνος. Τί ἔτι; Τὴν οἰκίαν αὐτοῖς ἀνοίξει τὴν ἑαυτοῦ· καὶ εἰσαγαγὼν ἀναπαύσει. « Ξένος γὰρ ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με. » Ἀλλ' οἱ ταύτης τῆς χάριτος ἀξιούμενοι, οὐκ ἔτι δοῦλοι, ἀλλὰ υἱοί. « Ὁ γὰρ δοῦλος, φησὶν, οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα. » Οἱ δὲ υἱοὶ, καὶ κληρονόμοι, οὐ τῆς βασιλείας ἁπλῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ περικειμένου τὴν βασιλείαν. « Κληρονόμοι γὰρ, φησὶ, Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ. » Οὕτω τὸν ἔλεον παρὰ τοῦ Χριστοῦ αἰτεῖν, τὸ τυχεῖν παρ' αὐτοῦ βασιλείας, ἔστιν αἰτεῖν.

A regnum petere, quod se petentibus daturum Christus est pollicitus, et alia etiam quibus opus habemus se adjecturum: et propterea eis hæc sufficit precatio, utpote quæ omnia simul possit. Et undenam sciri potest, quod misericordia Dei ejus regnum significat? Ex eo quod Christus præmium misericordium narrans, et quam ab eo accipient benignitatis remunerationem, nunc quidem illos misericordiam assecuturos, nunc vero regnum dicit; perinde ac idem sit, et ab ipso misericordiam assequi, et regnum accipere. «Beati enim, inquit, misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.» Deinde alibi veluti seipsum interpretans, et quid sit misericordiam consequi significans, « Dicet, inquit, Rex iis qui sunt a dextris, dicens ad misericordes: Venite, benedicti Patris mei, hæredes este parati vobis regni. »Et alioqui si quis ex iis quæ faciunt homines misericordes, voluerit divinæ misericordiæ opus perspicere, ea nihil aliud inveniet valere, quam ipsum regnum. Quid ergo misericordes? «Esurii, inquit, et dedi tis mihi comedere; sitivi, et potum dedistis mihi.» Ergo et Christus quorum miseretur, eis suam mensam impertit. Quænam est autem illa? «Ut comedatis, inquit, et bibatis in mensa mea, in regno meo.» Et ut scias illius mensæ splendorem, et quod non est servorum, sed regum scias ministrum, esse ipsum omnium Dominum. » Accingetur enim, inquit, et eos faciet accumbere, et accedens ministrabit ipsis.» Quin etiam vestiet eum cujus misertus fuerit, cum sit nudus. Dabit ergo vestem regalem; e domo enim et ex suis eum induet. Nihil est autem apud eum servile, cum sit rex, sicut nihil est apud nos e domo regale, cum servi simus. Hoc est autem indumentum nuptiale quo qui induti sunt, necesse est eos regni esse. Nihil enim habet rex, quod cum in ei reprehenderit, ex nuptialibus ædibus ejiciat. Quid præterea? domum eis suam aperiet, et introductos faciet quiescere. «Hospes enim eram, et me collegistis.» Sed qui hac gratia dignati sunt, non amplius servi Dei, sed filii. «Servus enim, inquit, non manet in domo in æternum.» Filii autem etiam hæredes, non regni solum, sed etiam ejus qui regnum complectitur, «Hæredes enim, inquit, Dei, cohæredes autem Christi.» Ita a Deo petere misericordiam est petere ut regnum sibi liceat assequi.

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Περὶ τῆς παραθέσεως.

Μετὰ δὲ τὸ εὔξασθαι περὶ πάντων, ἑαυτοὺς κελεύει τῷ Θεῷ παρατίθεσθαι, λέγων· « Παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογίμου, ἐνδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν τῷ Θεῷ παραθώμεθα. » Οὐ πάντων ἐστὶ τὸ παρατίθεσθαι ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ εἰπεῖν, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸν Θεὸν συντιθέμενον ἔχειν. Τοῦτο δὲ παῤῥησίας δεῖται πάντως,

CAP. XIV.

De commendatione seu deposito.

Postquam autem oravit pro omnibus, jubet eos Deo seipsos commendare, dicens: « Sanctissimæ, intemeratæ, superbenedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ, et semper Virginis Mariæ cum omnibus sanctis memoriam facientes, nos ipsos, et nos invicem, et omnem vitam nostram Christo commendemus, et custodiendos deponamus. » Non est omnium Deo seipsos commendare, et custodiendos tradere. Non sufficit enim dicere, sed

oportet etiam Dei consensum habere. Hoc autem omnino indiget libertate : libertatem autem facit pura conscientia, quando cor nostrum nos non condemnat, quando quæ sunt ejus, curamus : quando ut eorum quæ sunt ejus, curam geramus, nostra negligimus. Tunc enim et ipsi vere a cura nostri recedimus, et Deo eam secure committimus, quando firmam et stabilem fidem habemus quod depositum nostrum suscipiet et servabit. Quia autem res tanta consideratione et studio indiget, propterea nunc quidem sanctissimæ Dei Matris et omnium sanctorum cœtus invocato auxilio, iia commendationem seu depositionem facimus : hoc enim sibi vult illud, « commemorare, vocare, orare. » Nunc autem fidei unitate, et sancti Spiritus prius petita communione, deinde nos ipsos et omnem vitam nostram Deo commendamus, et custodiendam tradimus. Quid est autem unitas fidei? « Homo, inquit, duplici corde, est instabilis in viis suis : » duplici corde hominem vocans, eum qui est dubius et minime firmus et stabilis. Qui enim talis est, is in utramque partem declinans, in neutra parte firmiter ingreditur. Hujus autem contrarium per unitatem significatur : id quod scilicet est firmum, constans et stabile. Qui enim constanter credit, unum quidpiam de re credit, vel esse, vel non esse. Qui autem est dubius, eum ad utrumque declinare vel ex ipso vocabulo manifestum est. Hoc ergo, fidei scilicet unitas, est id quod est immobile, et ab omni dubitatione liberum. Sancti autem Spiritus communio illius gratiam significat. Dicitur autem communio, quia cum Dominus per crucem interjectam sepis maceriam, quæ inter nos et Deum erat, diruisset, quoniam eos qui tunc disjuncti erant, nullo modo posse convenire et communicare cognoverat : deinceps sancti Spiritus ad apostolos adventus hoc efficit. Hinc enim sanctum baptisma et omnis fons divinarum gratiarum hominibus apertus est. Et, ut dicit beatus Petrus, divinæ naturæ socii facti sumus participes.

Opus est ergo et fide firma et spiritus auxilio ei qui seipsum Deo est commendaturus, et se ei custodiendum daturus. Neque vero unusquisque seipsum solum, sed etiam nos invicem commendamus. Oportet enim non tantum quærere quod suum est, sed etiam aliorum, propter legem charitatis.

CAP. XV.

De antiphonis quæ dicuntur, et precibus quæ in ipsis fiunt.

Interea autem dum petitiones præit diaconus, et sacer orat populus, sacerdos intus orat per se submissa voce pro astantibus, et pro hac sancta domo, ut eis divites effundantur misericordiæ et miserationes a Deo, et adjicit causam propter quam et ipse hæc petit, et Deus quæ petivit, juste præbuerit, non quod digni sint qui sunt accepturi, non quod ea jure accipere mereamur, sed quia tibi con-

A παῤῥησίαν δὲ καθαρὸν ποιεῖ συνειδός· ὅταν ἡ κ
δία ἡμῶν μὴ καταγινώσκει ἡμῶν· ὅταν τὰ αὐ
μεριμνῶμεν, ὅταν ὑπὲρ τοῦ μεριμνᾷν τὰ ἐκεί
τῶν ἡμετέρων καταφρονῶμεν. Τότε γὰρ αὐτοὶ
ἀληθῶς ἀφιστάμεθα τῆς μερίμνης τῆς ὑπὲρ ἡμ
αὐτῶν, καὶ τῷ Θεῷ ταύτην παρατίθεμεν ἀσφαλ
πιστεύοντες βεβαίως ὅτι δέξεται τὴν παρακατ
κην ἡμῶν καὶ φυλάξει. Ἐπεὶ τοίνυν τοσαύτης δὲ
τὸ πρᾶγμα φιλοσοφίας τε καὶ σπουδῆς, διὰ τ
νῦν μὲν παναγίαν τοῦ Θεοῦ Μητέρα, καὶ τὸν τ
ἁγίων ἅπαντα κύκλον εἰς ἐπικουρίαν καλέσαν
οὕτω ποιούμεθα τὴν παράθεσιν· τοῦτο γὰρ βούλ
τὸ, « μνημονεῦσαι, » τὸ, « καλέσαι, » τὸ, « δεηθῆνα
Νῦν δὲ τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τὴν κοινω
τοῦ ἁγίου Πνεύματος αἰτησάμενοι πρότερον, ἔ
B ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμ
παρατιθέμεθα τῷ Θεῷ. Τί δέ ἐστιν ἡ τῆς πίστ
ἑνότης; « Ἀνὴρ, φησὶ, δίψυχος, ἀκατάστατος
πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ· » δίψυχον λέγων τὸν ἐ
φίβολον, τὸν οὐδαμοῦ βέβαιον. Ὁ γὰρ τοιοῦτ
ἐφ' ἑκατέρας κλίνων, οὐδετέρωθι βαίνει βεβαί
Τούτου τὸ ἐναντίον δηλοῦται διὰ τῆς ἑνώσεως,
πάγιον, τὸ βέβαιον, τὸ ἑστώς. Ὁ μὲν γὰρ πιστεύ
βεβαίως, ἔν τι γιγνώσκει περὶ τοῦ πράγματος,
τὸ εἶναι, ἢ τὸ μὴ εἶναι. Ὁ δὲ ἀμφίβολος πρὸς ἀμ
ῥέπων, καὶ ἀπὸ τῆς προσηγορίας γίνεσθαι δῆλ
Τοῦτο μὲν ἡ τῆς πίστεως ἑνότης· τὸ ἀκίνητον,
πάσης ἀμφιβολογίας ἀπηλλαγμένον. Ἡ δὲ τ
ἁγίου Πνεύματος κοινωνία τὴν ἐκείνου σημαί
C χάριν. Λέγεται δὲ κοινωνία, ὅτι τοῦ Κυρίου διὰ
σταυροῦ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, τὸ μετ
Θεοῦ καὶ ἡμῶν καθελόντος, ἐπεὶ τοὺς τότε διεσ
μένους καὶ μηδὲν ἔχοντας κοινὸν, συνιέναι π
κοινωνεῖν ἔδει λοιπὸν, ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πρ
τοὺς ἀποστόλους ἐπιδημία τοῦτο ποιεῖ. Ἐντεῦθ
γὰρ τὸ ἅγιον βάπτισμα καὶ πᾶσα ἡ τῶν θεί
χαρίτων πηγὴ τοῖς ἀνθρώποις ἀνέῳγε, καὶ, κατ
τὸν μακάριον Πέτρον, θείας γεγόναμεν κοινω
φύσεως.

Δεῖ τοίνυν καὶ πίστεως βεβαίας, καὶ τῆς παρ
τοῦ ἁγίου Πνεύματος βοηθείας, τῷ μέλλοντι καλῶ
ἀνατιθέναι τῷ Θεῷ ἑαυτόν. Καὶ οὐκ ἑαυτὸν ἕκαστ
D μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλους παρατιθέμεθα. Δεῖ γὰ
οὐ τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἄλλω
διὰ τὸν τῆς ἀγάπης νόμον.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Περὶ τῶν λεγομένων ἀντιφώνων, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς εὐχῶν.

Ἐν ὅσῳ δὲ τῶν αἰτήσεων ὁ διάκονος ἐξηγεῖται, καὶ ὁ ἱερὸς λαὸς εὔχεται, ὁ ἱερεὺς ἔνδον εὐχὴν ποι
εἶται ἡσυχῇ καὶ καθ' ἑαυτὸν, ὑπὲρ τῶν περιεστώ
των, καὶ τοῦ ἁγίου οἴκου, πλούσια χεθῆναι αὐτοῖς τὰ
ἐλέη παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς οἰκτιρμούς· καὶ προσ
τίθησι τὴν αἰτίαν δι' ἣν αὐτὸς ταῦτα αἰτεῖται, καὶ
ὁ Θεὸς ἂν παράσχοι τὰ ἑαυτοῦ δίκαια, οὐ τῷ, ἀξίους
εἶναι τοὺς αἰτουμένους, οὐχ ὅτι δίκαιοι λαβεῖν ἡμεῖς,

ἀλλ' ὅτι σοι πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις. « Διὰ τὴν σὴν δόξαν ταῦτα δέομαί σου, » φησί. Τὸ γὰρ οὕτω φιλανθρωπεύσασθαι πρὸς τοὺς ἀναξίους ἡμᾶς, ὑπὲρ τῆς σῆς γίνεται δόξης. Τοῦτο δὲ τὸ δοξάζεσθαι πρέπει σοι κατ' ἐκεῖνο τὸ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ, « Μὴ ἡμῖν, Κύριε, μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν. » Διὰ τοῦτο τὴν εὐχὴν τελέσας, τὴν αἰτιολογίαν ταύτην, ὅτι καὶ ἀκροτελεύτιος οὖσα καὶ δοξολογία ἐστὶν, εἰς ἐπήκοον πάντων ἀναγινώσκει, ἵνα τοῦ ὕμνου κοινωνοὺς ἅπαντας λάβῃ, καὶ ὑπὸ πάσης τῆς Ἐκκλησίας ὁ Θεὸς ὑμνηθῇ. Καὶ τοίνυν ἀκούοντες κοινωνοῦσιν αὐτῷ τοῦ ὕμνου. Εἰπόντος γὰρ τοῦ ἱερέως καὶ δοξολογήσαντος, οἱ πιστοὶ πάντες τὸ « Ἀμὴν » ἐπιλέγουσι, καὶ τοῦτο τὸ ῥῆμα βοήσαντες οἰκειοῦνται πάσας τὰς ἐκείνου φωνάς. Εἶτα τῶν ἱερῶν ψαλμῳδιῶν ἀπάρχεται μὲν ὁ ἱερεὺς πληροῦσι δὲ τὸ πᾶν οἱ περιεστῶτες, τὰ θεόπνευστα τῶν ἱερῶν προφητῶν ᾄδοντες ῥήματα· « Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ καὶ ψάλλειν τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε· » ἀρχῇ πρέπον εὐθὺς τὸ ῥῆμα, ὅτι περὶ αὐτοῦ λέγει τοῦ ὕμνου, ὅτι ἀγαθὸν, ὃ δεῖ πάντως εἰδέναι πρὸ παντὸς ὕμνου· ἐξομολογεῖσθαι λέγων τὸ εὐχαριστεῖν, τὸ ὑμνεῖν. Τούτων δὲ καὶ τῶν ἑξῆς ὑμνηθέντων, ὁ διάκονος εἰς εὐχὴν προτρέπεται τοὺς πιστοὺς, οἷα καὶ πρότερον αἰτεῖσθαι κελεύων. Ἐν ὅσῳ δὲ ἡ ψαλμῳδία ἐτελεῖτο, καὶ οἱ πιστοὶ ηὔχοντο, ὁ ἱερεὺς ἔνδον εὐχὴν ποιησάμενος εἰς τὸν Θεὸν, καθόλου τε περὶ τοῦ πληρώματος τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἰδίως ὑπὲρ τῶν κοσμούντων τὸν ἅγιον αὐτοῦ οἶκον, καὶ λαμπρὸν παν ταχόθεν ἀποδεικνύναι ἐπιθυμούντων, ἵνα καὶ αὐτοὶ παρ' αὐτοῦ δοξασθῶσιν, αἰτίαν προστίθησιν ἐπικαιροτάτην, « Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἔστιν ἡ βασιλεία. » Παρὰ τοῖς βασιλεῦσι, φησὶν, ἡ δόξα, καὶ τὸ δύνασθαι λαμπροὺς ποιεῖν, οὓς ἂν βούλωνται. Σὺ δὲ, βασιλεὺς αἰώνιος, καὶ σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία. Καὶ ταύτην τὴν αἰτιολογίαν, ὡς δοξολογίαν οὖσαν βοήσας ἐν τοῖς ἁπάντων ὠσὶ τῶν πιστῶν, καὶ κοινωνίαν λαβὼν τοῦ πρὸς τὸν Θεὸν ὕμνου, καθάπερ καὶ πρότερον, αὖθις τῶν ψαλμῳδιῶν ἄρχεται, καὶ οἱ πιστοὶ συμπληροῦσιν. εἶτα αἰτοῦνται παρὰ Θεοῦ τὰς αἰτήσεις, ὧν ὁ διάκονος ἐξηγεῖται, κατὰ τὰ πρότερον εἰρημένα. Ὁ δὲ ἱερεὺς πάλιν εὐχὴν ποιησάμενος ὑπὲρ τῶν συνευχομένων αὐτῷ πιστῶν, ἵνα ὧν ἕκαστος ἰδίᾳ αἰτεῖται, τύχοι κατὰ τὸ αὐτῷ συμφέρον παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔτι ζωὴν αἰώνιον ἐν τῷ μέλλοντι· προστίθησιν αἰτίαν, τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα καὶ φιλανθρωπίαν· ἣν καὶ ἀκροτελεύτιον οὖσαν εἰς ἐπήκοον τῶν ἁπάντων εἰπὼν, τῆς ἀπάρχεται ψαλμῳδίας τρίτης, ἧς ἀδομένης τὸ Εὐαγγέλιον εἰσάγεται δορυφορούμενον, ὑπὸ λαμπάσι καὶ θυμιάμασι, πάντων πεμπόντων, ὅσοι τοῦ βήματος, τοῦ διακόνου αὐτὸ κομίζοντος, ἢ εἰ μὴ παρὼν τύχοι, τοῦ ἱερέως. Ὁ δὲ ἱερεὺς ἐν ᾧ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσιέναι μέλλει, στὰς πρὸ τῶν θυρῶν ἐκ μικροῦ διαστήματος, ἕως ἡ ψαλμῳδία πληρωθῇ, εὔχεται τῷ Θεῷ ἄγιους ἀγγέλους συνεισελθεῖν, εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσιόντι, καὶ συνεφάψασθαι τῆς ἱερουργίας, καὶ κοινωνῆσαι τῆς πρὸς Θεὸν δοξολο-

A venit omnis gloria, honor et adoratio. « Propter tuam gloriam, inquit, hæc te rogo. » Benignum enim et munificum esse in nos qui sumus indigni, ad tuam gloriam pertinet; hoc autem, scilicet glorificari, tibi convenit, ut est illud beati David: « Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. » Propterea cum perfecit orationem, hanc causæ allationem, quæ et est in extrema parte, et est glorificatio, legit omnibus audientibus, ut omnes hymni participes accipiat, et Deus ab omni Ecclesia laudetur. Audientes ergo sunt hymni cum illo participes. Postquam enim ille dixit et glorificavit, fideles omnes « Amen » dicunt, et cum hoc verbum acclamarunt, omnes illius voces ut proprias sibi assumunt. Deinde sacras psalmodias incipit

B quidem sacerdos, implent autem universum ii qui circumstant, divinitus inspirata sacrorum prophetarum verba canentes: « Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo, Altissime. » Principio conveniens statim verbum, quia de ipso dicit hymno, quod est bonum, quod oportet omnino scire ante omnem hymnum, appellans confiteri, gratias agere, hymnos canere. His autem et iis quæ sequuntur cantatis, diaconus fideles ad orationem adhortatur. Interea autem dum peragebantur psalmodiæ, et fideles orabant, sacerdos postquam intus ad Deum fecit orationem, et generaliter pro toto corpore Ecclesiæ, et seorsum pro iis qui sanctam domum ejus ornant, et eam undequaque splendidam

C reddere desiderant, ut et ipsi ab ipso glorificentur, causam adjicit in primis opportunam et convenientem: « Quia tua est potentia, tuum est regnum. » Apud reges, inquit, est gloria, et posse splendidos efficere quos voluerint. Tu autem, rex æternus, et tua est potentia, et tuum est regnum. Et cum hanc causæ redditionem, utpote quæ sit glorificatio, omnium fidelium auribus inclamavit, et nos hymni ad Deum participes effecit, sicut et prius rursus incipit psalmodias, et fideles eas complent. Deinde petunt a Deo petitiones, quas præit diaconus, ut ante dictum est. Sacerdos autem rursus facta oratione pro iis qui una cum eo precantur fidelibus, ut quæ unusquisque privatim

D petit, a Deo consequatur, prout ei utile fuerit, et præterea vitam æternam in futuro, adjicit causam ipsius bonitatem et clementiam. Quam utpote ultimam, postquam omnibus audientibus dixit, incipit tertiam psalmodiam. Quæ dum canitur, Evangelium introducitur stipatum lampadibus, omnibus iis deducentibus qui sunt ministri altaris, diacono ipsum afferente, vel, si non adsit, sacerdote. Sacerdos autem, quando est ad altare ingressurus, stans parvo interjecto spatio ante fores, donec completa fuerit psalmodia, orat Deum, ut sancti angeli una cum Deo ingrediantur, intrante ad altare, et sacrificium contrectent, et sint cum ipso glorificationis participes, et adjicit causam, quia et ab hominibus et ab angelis convenit ipsum glorificari et adorari. Hoc enim sibi vult illud: Omnis gloria,

honor et adoratio ab omnibus qui Deum glorificare, honorare et adorare sciunt. » Et hæc precatus, ingreditur ad altare, et ponit super sanctam mensam Evangelium.

Θεὸν εἰδότων, καὶ προσκυνεῖν. » Καὶ ταῦτα εὐξάμενος εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσέρχεται, καὶ τίθησιν ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης τὸ Εὐαγγέλιον.

CAP. XVI.

Significatio sacrificii in summa.

Necesse est autem ab alto sigillatim persequi verba psalmodiarum, si prius illud dixerimus, quod mysterium incarnationis Christi significatur quidem per ipsum sacrificium; significatur autem etiam per ea quæ præcedunt sacrificium, et per ea quæ post sacrificium et fiunt et dicuntur. Sacrificium enim mortem ipsius annuntiat, et resurrectionem, et assumptionem, quoniam pretiosa dona in ipsum Dominicum corpus mutantur, quod resurrexit, quod in cœlos ascendit; quæ autem ante sacrificium fiunt, ea quæ ante mortem fuerunt, adventum, ostensionem, perfectam manifestationem; quæ vero post sacrificium, Patris promissionem, ut ipse dixit, Spiritus ad apostolos descensum, gentium per illos ad Deum conversionem et communionem. Et est universa mysterii celebratio, veluti unum quoddam corpus historiæ ab initio usque ad finem convenientiam et integritatem conservans, adeo ut unumquodque eorum quæ fiunt vel dicuntur, separatim aliquid ad universi confectionem conferat. Unde psalmi ut qui in divini mysterii celebrationis exordio canuntur, primum tempus Christi incarnationis significant. Quæ autem ea consequuntur, nempe sacrarum Scripturarum lectiones, et reliqua, id quod deinceps sequitur. Atqui alia esse causa dicta est Scripturarum et psalmodiarum, quod sint scilicet purgationes et præparationes ad sacra mysteria. Sed nihil prohibet ea et hoc et illud posse, et eadem et fideles sanctificare, et incarnationis mysterii œconomiam significare. Quemadmodum enim vestes implent quidem usum amictus et corpus tegunt, eo autem quod tales sunt vel tales, et studium vitæque exercitium significant, et dignitatem eorum qui induti sunt: ita etiam se habet in his. Quod enim sunt omnino divinæ Scripturæ, et verba divinitus inspirata quæ canuntur et leguntur: eos qui legunt et canunt, sanctificant. Quod autem talia electa sunt et sic ordinata, etiam aliam habent potestatem, et sufficiunt ad significandum Christi adventum et ejus institutionem. Non solum enim ea quæ canuntur et dicuntur, sed etiam quæ sunt, eodem modo se habent, et fit unumquodque propter usum præsentem: significat autem etiam aliquid ex operibus, vel actionibus, vel passionibus Christi, sicut est Evangelii ad altare allatio, pretiosorum donorum importatio. Fit enim utrumque quidem ad usum: illa quidem ut Evangelium tegatur, hæc vero ut peragatur sacrificium. Significant autem utræque Domini ostensionem et manifestationem: illa quidem ejus incipientis manifestari, adhuc obscuram

γίας αὐτῷ· καὶ προστίθησιν αἰτίαν, ὅτι παρὰ ἀνθρώπων καὶ παρὰ ἀγγέλων πρέπει αὐτὸν δοξάζεσθαι. Τοῦτο γὰρ βούλεται, « Ἡ πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις ἡ παρὰ πάντων, τῶν δοξάζειν

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Σημασία τῆς ἱερουργίας ἐν κεφαλαίῳ.

Ἀναγκαῖον δὲ ἄνωθεν κατὰ μέρος ἐπελθεῖν τῶν ψαλμῳδιῶν τὰ ῥήματα· ἐκεῖνο πρότερον εἰπόντας; ὅτι τὸ μυστήριον τῆς οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ, σημαίνεται μὲν διὰ τῆς θυσίας αὐτῆς· σημαίνεται δὲ, καὶ διὰ τῶν πρὸ τῆς θυσίας, καὶ τῶν μετὰ τὴν θυσίαν, τελουμένων καὶ λεγομένων. Ἡ μὲν γὰρ θυσία τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλει, καὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν ἀνάληψιν, ὅτε τὰ τίμια δῶρα εἰς αὐτὸ τὸ Κυριακὸν μεταβάλλει σῶμα, τὸ ἀναστὰν, τὸ εἰς οὐρανοὺς ἀνελήλυθός;. Τὰ δὲ πρὸ τῆς θυσίας, τὰ πρὸ τοῦ θανάτου, τὴν παρουσίαν, τὴν ἀνάδειξ ν, τὴν τελείαν φανέρωσιν, τὰ δὲ μετὰ τὴν θυσίαν, τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ὡς αὐτὸς εἶπε, τὴν τοῦ Πνεύματος εἰς τοὺς ἀποστόλους κάθοδον, τὴν τῶν ἐθνῶν δ' ἐκείνων πρὸς Θεὸν ἐπιστροφήν τε καὶ κοινωνίαν. Καὶ ἔστιν ἡ πᾶσα μυσταγωγία καθάπερ τι σῶμα ἐν ἱστορίας, ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους τὴν συμφωνίαν καὶ ὁλοκληρίαν φυλάττον· ὥστε ἕκαστον τῶν τελουμένων, ἢ λεγομένων ἰδίαν τινὰ συντέλειαν τῇ ὁλότητι παρέχειν. Ὅθεν οἱ ψαλμοὶ, ὡς ἂν ἐν προοιμίοις τῆς μυσταγωγίας ᾀδόμενοι, τὸν πρότερον καιρὸν τῆς τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίας σημαίνουσι· τὰ δὲ μετὰ τούτων, αἵτε τῶν ἱερῶν Γραφῶν ἀναγνώσεις, καὶ τὰ ἄλλα, τὸ ἑφεξῆς. Καὶ μὴν ἄλλη τις εἶναι εἴρηται ἡ αἰτία τῶν ψαλμῳδιῶν, καὶ τῶν Γραφῶν· προκαθαρσίαν τινὰ πρὸς τὰ μυστήρια, καὶ παρασκευάς· ἀλλ' οὐδὲν κωλύει καὶ τοῦτο κἀκεῖνο δύνασθαι, καὶ τὰ αὐτὰ καὶ τοὺς πιστοὺς ἁγιάζειν, καὶ τὴν οἰκονομίαν σημαίνειν. Καθάπερ γὰρ τὰ ἱμάτια πληροῦσι μὲν τὴν χρείαν τῆς ἐνδύπεως, καὶ καλύπτουσι τὸ σῶμα, τῷ δὲ τοιάδε εἶναι ἢ τοιάδε, καὶ ἐπιτήδευμα σημαίνουσι, καὶ βίον, καὶ ἄξίαν τῶν περικειμένων· οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων ἔχει. Ὅτι μὲν γὰρ ὅλως θεῖαι Γραφαὶ, καὶ θεόπνευστα ῥήματα τὰ ᾀδόμενα καὶ ἀναγινωσκόμενα, τοὺς ἀναγινώσκοντας καὶ ᾄδοντας ἁγιάζει· ὅτι δὲ τοιαῦτα ἐξελέγη, καὶ οὕτως ἐτάχθησαν, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν ἔχουσι, καὶ ἀρκοῦσι πρὸς σημασίαν τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, καὶ πολιτείας. Ἐπεὶ οὐ μόνον τὰ ᾀδόμενα καὶ λεγόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰ τελούμενα, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, καὶ γίνεται μὲν ἕκαστον τῆς χρείας ἕνεκα τῆς ἐνιστάμενης. Σημαίνει δὲ καί τι τῶν τοῦ Χριστοῦ ἔργων ἢ πράξεων, ἢ παθῶν· οἷόν ἐστιν, ἡ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσαγωγὴ τοῦ Εὐαγγελίου, ἢ εἰσαγωγὴ τῶν τιμίων δώρων. Γίνονται μὲν γὰρ κατὰ χρείαν ἕκαστα, ἡ μὲν ἵνα τὸ Εὐαγγέλιον ἀναγνωσθῇ, ἡ δὲ ἵνα ἡ θυσία τελεσθῇ. Σημαίνουσι δὲ ἀμφότεραι τὴν τοῦ Κυρίου ἀνάδειξιν ἢ φανέρωσιν· ἡ μὲν ἀρχομένου φανεροῦσθαι τὴν ἀμυδρὰν ἔτι καὶ ἀτελῆ, ἡ δὲ τὴν τελειωτάτην καὶ τελευταίαν. Εἰσὶ δὲ καὶ τῶν ἐν τῇ μυσταγωγίᾳ τελουμένη ἕνια, χρείαν μὲν οὐδεμίαν

πληροῦντα, σημασίας δὲ ἕνεκα μόνον τελούμενα, ὡς ἡ λόγχη, καὶ ἡ τοῦ ἄρτου κέντησις, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ γραφὴ τοῦ σταυροῦ, καὶ τὸ τελευταῖον ἡ εἰς τὰ ἅγια ἐκβολή. Καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ μυστηρίοις πολλὰ τοιαῦτα ἂν εὕροις, ὥσπερ ἐν τῷ βαπτίσματι τὸ λούεσθαι μέλλοντας, ὑποδύεσθαι δεῖ καὶ ἀποδύεσθαι, καὶ εἰς τὰς δεσμὰς βλέποντας τὰς χειράς τε ἀποτείνειν, καὶ ἐκφυσᾷν. Ταῦτα γὰρ καὶ ἕτερα τοιαῦτα χρείαν μὲν οὐδεμίαν εἰς τὸ μυστήριον εἰσάγουσι· διδάσκουσι δὲ τὸν τελούμενον, τὸ μῖσος καὶ τὴν ἔχθραν, ἣν πρὸς τὸν πονηρὸν ἔχειν ἀνάγκη, καὶ ὅπως αὐτὸν ἐκτρέπεσθαι χρὴ, τὸν μέλλοντα Χριστιανὸν ἀληθῆ εἶναι. Τούτων οὕτως ἐχόντων θεωρῶμεν τὴν ἱερουργίαν ἅπασαν κατὰ μέρος, καθ' ὅσον τῆς τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίας εἰκόνα φέρει· καὶ πρῶτον τὰς ψαλμῳδίας.

exilemque et imperfectissimam, illa autem perfectissimam et ultimam. Sunt autem etiam eorum quæ in mystica celebratione fiunt, quæ nullum usum implent, significandi autem gratia tantum fiunt, ut lancea et panis punctio, et crucis inscriptio, et postremo aquæ calidæ in sancta injectio. Quin etiam in aliis sacramentis multa ejusmodi inveneris: quemadmodum in baptismo eos qui sint tingendi, se et calceis et vestibus exuere oportet, et ad Occidentem aspicientes, manus tendere et insufflare. Hæc enim et alia ejusmodi nullum quidem usum ad sacramentum inducunt, sed docent eum qui initiatur, odium et inimicitias, quas adversus malignum gerere necesse est, et quomodo oportet malignum aversari eum qui verus Christianus futurus est. His ita se habentibus, contemplemur sigillatim universum sacrificium, quatenus Servatoris incarnationis fert imaginem. Et primum psalmodias.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Ἐξήγησις τῶν πρώτων ἀντιφώνων.

Ἡ μὲν οὖν πρώτη προτροπὴ ἐστιν εἰς δοξολογίαν ἀρχομένοις πρέπουσα· « Ἀγαθὸν, φησὶ, τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ· » ὁ ὕμνος πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, καὶ περὶ τοῦ Μονογενοῦς· « Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ, καὶ ψάλλειν τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε· » Ὕψιστον Πατέρα λέγων, Κύριον τὸν Μονογενῆ· ἀγαθὸν τὸν Υἱὸν ὑμνεῖν, καί σε τὸν Πατέρα. Καὶ τί βούλεται ταῦτα; Πρὸς τὰ ἑξῆς τοῦ λόγου προοιμιάζεται. Μέλλει γὰρ κοινὸν αὐτοῖς ποιεῖσθαι τὸν ὕμνον. Τίνα τρόπον; Τὰ τοῦ Υἱοῦ βοήσει, δι' ὧν καὶ ὁ Πατὴρ ἐδοξάσθη. Τίς γὰρ ἀφορμὴ τῆς ὑμνήσεως; Ἡ τοῦ Υἱοῦ κένωσις καὶ πτωχεία, τὰ διὰ τῆς σαρκὸς ἔργα καὶ πάθη· ταῦτα γὰρ ἔλεος καὶ ἀλήθεια. Ἔλεος μὲν, ὅτι πάντων ἀθλιώτατα διακειμένους, καὶ ἐχθροὺς ὄντας, καὶ πολεμίους αὐτῷ, διὰ πολλὴν χρηστότητα, καὶ φιλανθρωπίαν, οὐ περιεῖδε, καὶ οὐ συνήλγησε μόνον τῆς συμφορᾶς ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἐκοινώνησε τῶν κακῶν, φθορᾶς καὶ θανάτου, καὶ οὐδὲ ἀνέστησε μόνον ἐκείνου τοῦ χαλεποῦ πτώματος, ἀλλὰ καὶ βασιλείας, καὶ τῶν μεγίστων ἠξίωσεν ἀγαθῶν. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος· « Ὅτε, φησὶν ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, » ὡς τηνικαῦτα πρῶτον φανερωθείσης ὅτῃ τίς ἐστι. Καὶ ὁ Κύριος· « Οὕτως ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον· » τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀγάπης ἐκφαίνων τῷ ῥήματι τούτῳ. Ἔλεος μὲν τούτων ἕνεκα, τὴν οἰκονομίαν καλεῖ· ἀλήθειαν δὲ ὅτι καθάπερ σκιαὶ καὶ τύποι πρὸς αὐτὴν τὰ παλαιὰ πάντα ἑώρων. Διὰ τοῦτο περὶ αὐτῆς ὁ προφήτης λέγων, « Ὤμοσε Κύριος, φησὶ, τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν. » Τίνα δὲ τὰ ὠμωμοσμένα; Ἡ τοῦ Κυρίου διὰ σαρκὸς ἐπιδημία, καὶ πολιτεία. « Ἐκ καρποῦ, φησὶ, τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου, » αὐτὸν δηλῶν τὸν Σωτῆρα. Καὶ πόθεν δῆλον; Ὁ Γαβριὴλ ἐδίδαξεν ἐν οἷς τὸν ἀπόῤῥητον τόκον τῇ Παρθένῳ μηνύων, καὶ τὸν τεχθησόμενον ἡλίκος ἔσται διδάσκων, « Δώσει αὐτῷ, φησὶ, Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. » Ἀλλ' αὐτὴ ἡ ἀλήθεια καὶ

CAP. XVII.

Interpretatio primæ antiphonæ.

Prima ergo est adhortatio ad glorificationem, incipientibus convéniens: « Bonum, inquit, confiteri Domino. » Hymnus ad Deum et Patrem, et de Unigenito: « Bonum est confiteri Domino, et canere nomini tuo, Altissime: » Altissimum Patrem dicens, Dominum Unigenitum; bonum laudare Filium et Patrem. Et quid hæc sibi volunt? Ad ea quæ sunt deinceps dicenda exordium ducit. Est enim utrisque communem hymnum dicturus. Quomodo? Clamabit ea quæ sunt Filii, per quæ Pater quoque glorificatus est. Quænam est enim laudationis occasio? Filii exinanitio et paupertas, in carne opera et passiones; ea enim vocat misericordiam et veritatem. Misericordiam quidem, quod omnium miserrime affectos, cum ejus essemus inimici et hostes, propter multam suam benignitatem et clementiam non despexit: et non solum nostræ calamitatis misertus est, sed ipsorum etiam malorum fuit socius et particeps, interitus et mortis; et non solum nos erexit a gravi illo casu, sed regno etiam et maximis bonis dignatus est. Quocirca Paulus quoque, « Quando, inquit, benignitas et humanitas apparuit Servatoris nostri Dei, » ut quæ tunc primum ostensa et manifestata est quanta sit. Et Dominus: « Sic Deus dilexit mundum, » insignem dilectionem hoc verbo ostendens. Misericordiam ergo his de causis vocat susceptæ carnis œconomiam. Veritatem autem, quia velut umbræ et figuræ vetera omnia ad eam respiciebant. Propterea de ea loquens propheta: « Juravit, inquit, Dominus David veritatem. » Quæ sunt enim quæ jurata sunt? Domini per carnem peregrinatio, et recta vitæ institutio. « De fructu, inquit, ventris tui ponam super sedem tuam, » ipsum Servatorem significat. Et undenam hoc sciri potest? Gabriel docuit in iis in quibus arcanum partum significans, et quantus sit qui nasciturus est docens, « Dabit ei, inquit, Dominus Deus sedem David patris sui, et regnabit super domum Jacob in sæcula, et regni ejus non erit finis. » Sed ipsa veritas est et judicium et justitia. Quonam

νουσιν, αἰτίαν ἔχουσαι τὴν κακοήθειαν τῆς ψυχῆς· ὃ σημάναι βουλόμενος ὁ Σωτὴρ, τῷ θεραπεῦσαι τὴν τοῦ νοσοῦντος ψυχὴν, ὅπερ ἦν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτὴν ἀπολύσαι, τὸ σῶμα τῆς ἀῤῥωστίας ἀνέστησεν. Εἰ τοίνυν οὐδὲ πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τοῦ ἁγιασμοῦ δεῖται τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ ταύτης μᾶλλον ἐκεῖνο, τί πλέον τῆς τελετῆς ἔχουσιν αἱ μετέχουσαι σώματος ψυχαὶ τῶν ἀπηλλαγμένων, ὅτι τὸν ἱέρεα ὁρῶσιν, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ δῶρα δέχονται; Ἀλλὰ κἀκεῖναι τὸν αἰώνιον ἔχουσιν ἱερέα πάντα ταῦτα αὐταῖς γινόμενον, ὃς καὶ τῶν ἔτι ζώντων τοῖς ὡς ἀληθῶς λαμβάνουσι, μεταδίδωσιν. Οὐ γὰρ πάντες οἷς δίδωσιν ὁ ἱερεὺς ἀληθῶς μεταλαμβάνουσιν· ἀλλ' ἐκεῖνοι μόνοι πάντως, οἷς αὐτὸς δίδωσιν ὁ Χριστός. Ὁ μὲν γὰρ ἱερεὺς, πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς προσιοῦσιν· ὁ δὲ Χριστὸς, τοῖς ἀξίοις τοῦ μετασχεῖν. Ὅθεν δῆλον ὡς ὁ τελῶν τὰς ψυχὰς τὸ μυστήριον, καὶ ἁγιάζων, καὶ ζῶντας καὶ τεθνηκότας, μόνος τις αὐτός ἐστιν ὁ Σωτήρ. Ἐκ δὴ τῶν εἰρημένων ἁπάντων ἐκεῖνο γίνεται δῆλον, ὅτι πάντα ὅσα εἰς τὴν ἱερὰν ἥκει τελετὴν, κοινά ἐστι καὶ ζῶσι καὶ τεθνηκόσι. Καὶ γὰρ τὰ αἴτια τοῦ ἁγιασμοῦ, ψυχικὰ ὄντα ἀγαθὰ καὶ ἀμφοτέροις πρόσεστι· καὶ τὸ προηγούμένως καὶ οἰκείως ἔχον πρὸς τὸν ἁγιασμὸν, τὸ αὐτό· καὶ ὁ ἁγιάζων ἱερεὺς, ὁ αὐτός. Τοῦτο μόνον τοῖς ἐν σώματι ζῶσι προσὸν, οὐ μέτεστι τοῖς ἀπελθοῦσι, τὸ καὶ τοὺς ἀναξίους τῶν μυστηρίων ἁγιάζεσθαι δοκεῖν, ὅτι τὰ δῶρα τῷ σώματι δέχονται. Ἐκεῖ γὰρ οὐδὲ προσίεναι δυνατὸν, εἴ τις ἀπαρασκευάστως ἔχει, C
ἀλλὰ μόνοις ἔξεστι τοῖς ἀξίοις ἡ μετουσία· τοῦτο δὲ οὐδὲ προστίθησιν ἁγιασμὸν τοῖς ζῶσιν· ἀλλὰ τοὐναντίον κόλασιν ἔχει τὴν ἐσχάτην. Καὶ διὰ τοῦτο τοῦ γένους τῶν ζώντων εἶναι πλεονέκτημα πολλοῦ δεῖ. Ἔτι δὲ καὶ δι' ἐκεῖνον τὸν λόγον φανερὸν γίνεται ὅτι οὐ μόνον ἔξεστι, καὶ οὐδὲν ἔχει κώλυμα, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀναγκαίως ἀκολουθεῖ ταῖς ψυχαῖς ἐκείναις ἡ τῶν ἱερῶν δώρων μετάληψις. Εἰ μὲν γὰρ καί τι ἕτερον ἦν τὸ τὰς ψυχὰς εὐφραῖνον καὶ ἀναπαῦον ἐκεῖ, ἦν ἂν ἐκεῖνο γέρας ταῖς ἁγίαις τῆς καθαρότητος, καὶ οὐκ ἂν ἐδέησε ταύτης τῆς τραπέζης ἐξ ἀνάγκης αὐταῖς. Νῦν δὲ τὸ πᾶσαν τρυφὴν καὶ μακαριότητα τοῖς ἐκεῖ γενομένοις ἐργαζόμενον, εἴτε παράδεισον εἴποις, εἴτε κόλπους Ἀβραὰμ, εἴτε λύπης καὶ ὀδύνης ἁπάσης καθαροὺς καὶ φωτεινοὺς καὶ χλοεροὺς καὶ D
ἀναψύχοντας τόπους, εἴτε τὴν βασιλείαν αὐτὴν· οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ τοῦτο τὸ ποτήριον, καὶ οὗτος ὁ ἄρτος.

Ταῦτα γαρ ὁ μεσίτης, ὁ πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰς τὰ ἅγια, ὁ μόνος ἄγων εἰς τὸν Πατέρα, ὁ μόνος τῶν ψυχῶν ἥλιος, νῦν μὲν οὕτω φαινόμενος καὶ μετεχόμενος, ὡς ἠθέλησεν αὐτὸς, τοῖς δεσμίοις τῆς σαρκός· τότε δὲ ὀφθησόμενος καὶ μεταληφθησόμενος ἄνευ παραπετασμάτων· ὅτε ὀψόμεθα αὐτὸν, φησὶ, καθώς ἐστιν· ὅτε ὡς πτῶμα συγκαλέσει τοὺς ἀετούς· ὅτε περιζώσεται καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς, καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς· ὅτε ἐπὶ τῶν νεφελῶν ἀστράψει, καὶ δι' αὐτῶν λάμψουσιν οἱ δίκαιοι ὡς ἥλιος. Τούτῳ

mæ improbitas. Quod volens significare Servator, in liberanda a morbo anima, quod est eam liberare a peccatis, a corpore infirmitatem depulit. Si ergo nec ad sanctificationis quidem susceptionem habet anima opus corpore, sed illud ea potius, cur sunt magis mysterii participes animæ quæ corpus habent, quam quæ ab eo sunt liberæ? Quod sacerdotem vident, et ab eo dona sumunt? Atqui illæ etiam habent æternum sacerdotem, qui omnia eis factus est, qui etiam iis qui ex vivis vere sumunt, impertit. Non enim omnes quibus dat sacerdos, vere (1) sumunt, sed illi omnino soli quibus dat ipse Christus. Sacerdos enim omnibus, ut semel dicam, qui accedunt, Christus autem dat iis solum qui participes esse digni sunt. Unde clarum est, quod qui B
animas sacramento perficit et sanctificat, et vivos et mortuos, solus est ipse servator. Ex dictis utique omnibus fit illud manifestum, quod quæcunque ad sacri mysterii celebrationem pertinent, sunt communia et vivis et mortuis. Causæ enim sanctificationis, cum ad animam pertineant, etiam utrisque insunt; et id quod primo et principaliter et proprie sanctificationem suscipit, idem, et sacerdos qui sanctificat, idem: quod solum adest iis qui vivunt in corpore, non est in iis qui e vivis excesserunt, ut etiam qui mysteriis indigni sunt, videantur sanctificari, quoniam dona ore sumunt. Illic enim nec accedere quidem potest quispiam, si sit imparatus, sed solis iis qui digni sunt, datur participatio; hoc autem non tribuit vivis sanctificationem, sed contra habet ultimum supplicium, et propterea multum abest ut vivorum genus sit eis hac re superius. Propterea autem etiam propter illam rationem clarum est, quod non solum licet et quod nihil vetat, sed etiam quod illas animas necessario consequitur sanctorum donorum participatio. Si enim esset aliquid aliud, quod illic animis et delectationem et quietem præberet, esset illud præmium iis quæ puræ sunt et mundæ, et non eis hac mensa necessario opus esset; nunc autem id quod omnem voluptatem et beatitudinem iis qui illic sunt, efficit, sive dicas paradisum, sive sinum Abrahæ, sive ab omni dolore et tristitia pura et lucida et viridia et refrigerantia loca, sive ipsum regnum, nihil est aliud quam hic calix et hic panis.

Hæc enim sunt intercessor, qui pro nobis in sancta fuit præcursor, qui solus ducit ad Patrem, qui solus sol animarum, qui nunc quidem apparet et participatur, ut ipse voluit, velata carne: tunc autem videbitur et participabitur sine velis, quando videbimus ipsum sicut est, quando ad cadaver convocabit aquilas, quando succingetur, et eos faciet discumbere, et accedens ministrabit ipsis, quando fulgebit in nubibus, et per eum justi resplendebunt ut sol. Ut ei conjuncti, ut novit mensa con-

(1) Caute lege; etenim Græci, et hic Cabasilas recte sentiunt de vera et reali præsentia corporis Domini in Eucharistia. Forsan, *vere*, intelligit digne et fructuose.

jungere, quietem assequantur, vel aliquid boni illic percipiant vel parvum vel magnum, absque eo fieri omnino non potest.

A τοὺς μὴ συνημμένους, ὥσπερ οἶδε συνάπτειν ἡ τράπεζα, ἀναπαύσεως τυγχάνειν, ἢ τι λαβεῖν ἀγαθὸν, ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον ἐκεῖ, παντελῶς ἀδύνατον.

CAP. XLIV.

De Christi intercessione.

Est enim intercessor, per quem omnia assecuti sumus bona, quæ a Deo nobis data sunt, vel potius semper dantur. Non enim postquam semel fuit intercessor, et omnia nobis tradidit pro quibus intercesserat, recessit, sed semper intercedit, non verbis quibusdam et precibus, sicut solent legati, sed reipsa. Quænam autem ea res est? Sibi conjungere et proprias per se gratias impertiri, pro uniuscujusque dignitate et modo purgationis. Et quemadmodum lux quæ per se visum præbet videntibus, quibus defecerit, iis quoque visus defuerit: ita etiam cum Christo consuetudinem esse perpetuam animis necesse est, si sint omnino victuræ et quieturæ. Neque enim sine luce potest videre oculus, neque fieri potest ut sine Christo vera vita et pax insit animis; quoniam ipse est qui solus Deo reconciliat, qui eam pacem facit, sine qua nulla spes est, ut qui Dei sunt inimici, sint ejus bonorum participes. Sive ergo ab initio quis Christo conjunctus non est, sive conjunctus non mansit, est inimicus et a divinis bonis alienus. Quid est enim quod humanæ naturæ Deum reconciliavit? Omnino quod hominem vidit Filium suum dilectum. Ita etiam unicuique homini reconciliatur, si quis gerat formam Unigeniti, et illius ferat corpus, et appareat unus cum eo spiritus. Sine his autem unusquisque ipse per se est homo vetus, qui Deo est invisus, qui cum eo nihil habet commune. Si ergo credendum est animis requiem procedere ex oratione sacerdotum et oblatione sacrorum donorum, antea credendum est hoc quoque eo modo fieri, quo solo fieri potest ut homo quiescat. Quis sit autem modus, dictum est, eo scilicet quod Deo sunt reconciliati et non sunt inimici. Hoc autem quomodo? Quod sunt contemperati, et unus facti sunt spiritus cum dilecto, in quo solo Pater complacuit. Sed hoc est sacræ mensæ opus, quod commune ostensum est per ea quæ dicta sunt vivis similiter et mortuis. Ἱερᾶς τραπέζης τὸ ἔργον, ὃ κοινὸν ἐδείχθη διὰ τῶν εἰρημένων, καὶ ζῶσιν ὁμοίως καὶ τεθνηκόσι.

B

C

CAP. XLV.

Quod iis qui dormierunt perfectior sit sanctificatio.

Nudæ autem corporibus animæ plus habent commodi ad sanctificationem, quam eæ quæ vivunt in corporibus. Purgantur enim et peccatorum remissionem accipiunt per orationes sacerdotis et donorum intercessionem, nihil ominus quam eorum qui vivunt. Sed non peccant amplius, nec nova veteribus crimina adjiciunt, ut faciunt ut plurimum viventium animæ, sed tantummodo vel nulli sunt rationi reddendæ obnoxiæ, vel semper utique de criminibus detrahunt; et ita ad Servatoris participationem promptius et melius se ha-

D

ΚΕΦΑΛ. ΜΕ'.

Ὅτι τελειότερος τοῖς κεκοιμημένοις ὁ ἁγιασμὸς γίνεται.

Ἔχουσι δέ τι πλέον εἰς ἁγιασμὸν τῶν ἐν σώματι ζώντων, αἱ γυμναὶ τῶν σωμάτων ψυχαί· καθαίρονται μὲν γὰρ, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν λαμβάνουσι διὰ τῶν εὐχῶν τῶν ἱερέων, καὶ τῆς μεσιτείας τῶν δώρων, τῶν ἔτι ζώντων οὐδὲν ἔλαττον. Ἁμαρτάνουσι δὲ οὐδὲν, οὐδὲ προστιθέασιν ἐγκλήματα νέα τοῖς παλαιοῖς, ὥσπερ τὸ πλεῖστον ἔχει τῶν ζώντων, ἀλλὰ μόνον ἢ παντελῶς ἀφίενται πάσης εὐθύνης, ἢ γοῦν ἀφαιροῦσι τῶν ἐγκλημάτων ἀεί· καὶ οὕτω πρὸς τὴν μετουσίαν τοῦ Σωτῆρος ἑτοιμότερον ἔχουσι καὶ κάλλιον, οὐ μόνον τῶν πλειόνων ἐν σώματι ζώντων,

ἀλλὰ καὶ σφῶν αὐτῶν, εἰ μετὰ σώματος ἦσαν. Καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο μόνον, τὸ γυμνὰς εἶναι τοῦ σώματος, ἐπιτηδειοτέρας δίδωσιν εἶναι πολλῷ πρὸς τὴν μετουσίαν τῶν μυστηρίων, ἢ δυνατὸν ἦν, τὸ σῶμα περικειμένας. Πολλῶν γὰρ οὐσῶν καὶ διαφόρων ἐκεῖ τῶν μονῶν, ἵνα πᾶν μέτρον ἀρετῆς τιμηθῇ, καὶ μηδὲν ἄμισθον ᾖ παρὰ τῷ δικαίῳ καὶ φιλανθρώπῳ κριτῇ· καθάπερ οἱ τῶν μεγίστων ἄξιοι γερῶν, καὶ τέλειοι, καὶ τῆς τελείας μακαριότητος κληρονόμοι, Παῦλος, καὶ εἴ τις κατ' ἐκεῖνον, καθαρώτερον αὐτῆς ἀπολαύουσιν ἀναλύσαντες, ἢ ὅτε τῷ βίῳ τούτῳ παρῆσαν· οὕτω καὶ τῆς μετρίας τοὺς πρὸς τοιαύτην ἀνάπαυσιν τεταγμένους εἰκὸς ἄμεινον τυγχάνειν ἀπελθόντας ἐνθένδε, ἢ μετὰ σώματος ζῶντας. Ἐδείχθη δὲ ὡς πᾶσα ψυχῶν ἀνάπαυσις, καὶ πᾶν ἄθλον ἀρετῆς, καὶ μικρὸν καὶ μεῖζον, οὐδέν ἐστιν ἕτερον ἢ ὁ ἄρτος οὗτος, καὶ τοῦτο τὸ ποτήριον, καταλλήλως ἑκατέρῳ γένει, ζώντων λέγω καὶ νεκρῶν, μεταλαμβανόμενα. Διὸ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Κύριος τὴν ἐν τῷ μέλλοντι τῶν ἁγίων ἀπόλαυσιν δεῖπνον ἐκάλεσεν· ἵνα δείξῃ ταύτης τῆς τραπέζης μηδὲν εἶναι πλέον ἐκεῖ. Οὕτω καὶ ὑπὲρ τῶν ἀπελθόντων, ὥσπερ ὑπὲρ τῶν ζώντων ἐστὶν ἡ θεία τῆς εὐχαριστίας ἱερουργία· καὶ διττῶς ἁγιαζομένων ἐκείνων, ὡς εἴρηται, διττῶς καὶ αὐτοὶ ἁγιάζονται, καὶ οὐδετέρως ἔλαττον ἔχουσι τῶν ζώντων οἱ μεταστάντες, ἀλλ' ἔστιν ὅπως καὶ μεῖζον.

bent pluribus in corpore viventibus, atque adeo etiam seipsis si essent cum corpore. Quin etiam hoc ipsum solum quod scilicet sunt nudæ corpore, efficit ut sint multo aptiores ad participationem mysteriorum, quam fieri posset si essent tectæ corpore. Cum enim sint illic multæ et diversæ mansiones, ut omnis virtutis modus honoretur, et nihil sit non remuneratum apud justum et clementem judicem : quemadmodum qui sunt maximis digni præmiis et perfecti perfectæque beatitudinis hæredes, Paulus, et si quis est ejusmodi, ea purius fruuntur dissoluti, quam cum in hac vita aderant : ita qui mediocres in hac quiete collocati, eos consentaneum est melius se habere, cum hinc recesserint, quam dum vivunt cum corpore. Ostensum est autem quod omnis quies animarum et omne præmium virtutis, sive parvum, sive magnum, non est aliud quam hic panis et hic calix, quæ ab utrisque, vivis inquam et mortuis, convenienter participantur. Propterea enim Christus quoque sanctorum in futuro fruitionem cœnam vocavit, ut ostenderet nihil illic esse præterquam mensam : ita etiam pro defunctis sicut et pro vivis, est divinum Eucharistiæ sacrificium ; et cum dupliciter, ut dictum est, sanctificentur, ipsi quoque duobus modis sanctificantur, et neutro modo sunt ii qui migrarunt, deteriori conditione iis qui vivunt, sed aliquo modo etiam meliori.

ΚΕΦΑΛ. ΜΓ'.

Πῶς ἀεὶ τὰ δῶρα ταῦτα δεκτὰ εἰσὶ τῷ Θεῷ.

Ἐφεξῆς δὲ κἀκεῖνο σκοπῶμεν· ὅτι μὲν ἀπὸ τῆς τελετῆς ἁγιάζονται πάντες οἱ πιστοὶ, δῆλον ἀπὸ τῶν εἰρημένων· εἰ δὲ καὶ πάντοτε, ζητεῖν ἄξιον. Ἐπεὶ γὰρ δώρων ἐστὶ προσαγωγὴ ἡ ἱερουργία, τὰ δῶρα δὲ οὐ πάντοτε δεκτὰ παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλ' ἔστιν ἃ διὰ τὴν πονηρίαν τῶν προσαγόντων, καὶ μισοῦνται, καὶ ἀποπέμπονται· καὶ τούτου πολλαὶ μὲν παρὰ τοῖς παλαιοῖς, πολλαὶ δὲ παρὰ τοῖς ἐν χάριτι ζῶσιν αἱ ἀποδείξεις, ζητῶμεν μή ποτε καὶ ταῦτα τὰ δῶρα ἐνίοτε μάτην ἱερουργοῦνται, μὴ ἁγιαζόμενα, ὡς ἄδεκτα, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τῆς τελετῆς, ὡς ἂν οὐκ ἀεὶ παρὰ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ πονηρῶν προσφερόμενα. Ὅτι γὰρ ὁ Θεὸς καὶ ταῦτα τὰ δῶρα ἀποστρέφεται, ὅταν ὁ προσάγων ἐναγὴς ᾖ, δῆλον, ἐξ ὧν ἡ Ἐκκλησία τοῦτο ποιεῖ. Καὶ γὰρ οὓς οἶδε θανάσιμα ἁμαρτάνοντας, οὐκ ἐᾷ τὰ τοιαῦτα δωροφορεῖν· κἂν τολμήσωσιν, οὐ παραδέχεται, ἀλλ' ἀποδιώκει μετὰ τῶν δώρων. Ἀλλ' ἐπεὶ οὐ πάντας τοὺς τοιούτους ἡ Ἐκκλησία οἶδε καλῶς, ἀλλ' οἱ πλείους λανθάνουσι, καὶ τὰ δῶρα αὐτῶν ἡ θεία τράπεζα δέχεται, τί χρὴ περὶ ἐκείνων τῶν δώρων γινώσκειν; Ἆρα ἄδεκτα παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ ἁγιασμοῦ παντὸς ἔρημα; Καὶ εἰ τοῦτο δοθείη, ἄδηλον πότε ἅγια, τοῦ τρόπου τῶν προσαγόντων ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀμφιβαλλομένου, ἢ παντελῶς ἀγνοουμένου, καὶ οὕτως ἀμφιγνοοῦντας καὶ χωρὶς πίστεως προσερχομένους τοῖς μυστηρίοις ἀνάγκη μηδὲν παρ' αὐτῶν τοὺς πιστοὺς ὠφελεῖσθαι. Τί οὖν πρὸς ταῦτα ἔστιν εἰπεῖν; Ὅτι διττῆς οὔσης τῆς τῶν δώρων προ-

CAP. XLVI.

Quomodo eadem semper dona a Deo suscipi possunt.

Illud autem deinceps consideremus. Quod enim ex sacro mysterio omnes sacrificantur fideles, clarum est ex iis quæ dicta sunt. An autem etiam semper, operæ pretium est quærere. Quoniam enim donorum est oblatio sacrificium, dona autem non semper a Deo suscipiuntur, sed sunt nonnulla, quæ propter eorum qui offerunt improbitatem, et odio habentur, et repudiantur : et multæ sunt hujus rei et apud veteres, et apud eos qui vivunt in gratia, probationes : quæramus nunquid hæc dona nonnunquam frustra sanctificantur, non sacrificata, ut quæ non sint accepta, ut sacrum profitetur mysterium, ut quæ non semper a viris bonis, sed nonnunquam etiam a malis offerantur. Quod enim Deus etiam hæc dona aversatur, quando fuerit sceleratus is qui offert, clarum est ex eo quod fecit Ecclesia. Quando enim novit qui mortalia peccant, non sinit eos hæc dona offerre, et, si ausi fuerint, non suscipit, sed eos a donis repellit. Sed quoniam omnes tales recte non novit Ecclesia, sed plures latent, et eorum dona sacra mensa suscipit, quid de illis donis oportet statuere? an Deo non esse accepta, et omni esse sanctificatione destituta? Et si hoc datum fuerit, incertum quando sancta, cum de moribus eorum qui offerunt, vel ut plurimum dubitetur, vel ii omnino ignorentur : et ita hæsitantes, et sine fide ad sacramenta accedentes, necesse est fideles nihil ab eis juvari. Quid ad hæc ergo dicendum est? Quod cum sit duplex donorum

oblatio, prima quidem ejus qui ea dona defert in manus sacerdotum, secunda autem, Ecclesiæ ad Deum; prima quidem oblatio, quando est improbus qui offert, est inanis, et nihil confert offerenti, quoniam ipse est malus. Non enim ea quæ offeruntur, ipsa per se sunt Deo exsecranda (omnis enim Deo creatura bona est). Secunda autem quæ fit a bonis viris, et pro Dei gloria et sanctorum, et totius orbis salute, et omni, ut semel dicam, justa petitione, nihil vetat quominus sit accepta. Nulla enim donis inquinatio allata est a manibus ejus qui ab initio obtulit, sed pura manentia, etiam a sanctis oblata, et sanctificantur, et sanctificant eos qui accedunt. In nullo enim rationis expertium animantium vel animatorum, potest insidere aliqua peccati macula. Peccatum enim est morbus voluntatis, et solum est eorum quæ sunt ratione prædita, peccato inquinari. Cur ergo, si semper pura sunt dona quæ a malis offeruntur, ea lex Ecclesiæ non suscipit? Ut eos qui offerunt, admoneat, ut cognoscant maximam Dei iram quam ipse ostendit, qui etiam creaturas suas quibus non habet quod quidquam corporis objiciat, propter ipsos aversatur et habet odio : et cum hæc intellexerint, timeant, et vitam corrigant; ipsa autem dona nullius vitii condemnat. Propterea nihil prohibet quominus ea sint accepta et sanctificentur, cum secundam oblationem faciant boni viri. Sed dixerit quispiam : Atqui non omnes qui offerunt, sunt viri boni, sed nonnulli etiam laborant extremo vitii morbo : unde ad eamdem dubitationem nostra redit oratio. Quando enim utrosque oblatores Deo esse invisos contigerit (contingit enim), undenam donis accedet ut Deo grata sint et accepta, et sancta et sanctificantia? Nusquam; sed tunc quidem vere accepta non sunt. Sunt autem dubia, eo quod de moribus eorum qui offerunt et sacrificant, dubitatur. « Nemo enim, inquit, certo novit quæ sunt hominis, nisi spiritus qui est in ipso; » et ita multa est circa sacrum mysterium infidelitas et dubitatio, certitudo autem nusquam, et sanctorum participatio nihil proderit fidelibus, qui sine fide participant. Hæc dixerit et dubitaverit, si quis putat ipsum sacerdotem esse dominum horum donorum oblationis, sed non est. Sed quod eorum quidem oblationem proprie efficit, est gratia sanctificans. Hoc enim est oblatum esse, esse sanctificatum. Qui autem quotidie sacrificat, est illius minister. Nihil enim domo affert, neque aliquid audet facere vel dicere ex suo judicio vel ratione, sed illa solum quæ illinc accepit, sive res est, sive sermo, sive factum, eo quo jussus est modo offerens, Deo reddit; et ita dona, quæ prout ei placet, Deo semper offerunt, necesse est semper ei esse accepta. Quid tum enim, si is qui offert, in iis quæ ad se pertinent malus est? Illius enim improbitas donis nihil adjicit, neque reddit oblationem deteriorem, sicut nec medicamentum salutare esse prohibetur, quod

A αγωγῆς, τῆς μὲν πρώτης τοῦ οἰκοθεν αὐτὰ κομίζοντος εἰς τὰς τῶν ἱερέων χεῖρας· τῆς δὲ δευτέρας τῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὸν Θεόν· ἡ μὲν πρώτη προσαγωγὴ, ὅταν πονηρὸς ὁ προσάγων ᾖ, ματαία, καὶ οὐδὲν αὐτῆς ὄφελος τῷ προσφέροντι, διὰ τὸ πονηρὸν αὐτὸν εἶναι· οὐ γὰρ δὴ τὰ προσαγόμενα αὐτὰ δι' ἑαυτὰ παρὰ τῷ Θεῷ βδελυκτά (ὅτι πᾶν κτίσμα τοῦ Θεοῦ καλόν)· τὴν δὲ δευτέραν παρὰ ἀγαθῶν ἀνδρῶν γινομένην, καὶ ὑπὲρ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης, καὶ τῶν ἁγίων, καὶ τῆς σωτηρίας τῆς οἰκουμενικῆς καὶ πάσης ἁπλῶς δικαίας αἰτήσεως, οὐδὲν κωλύει εὐπρόσδεκτον εἶναι. Οὐ γὰρ ἐνετέθη τις μολυσμὸς τοῖς δώροις ἀπὸ τῶν χειρῶν τοῦ ἐξ ἀρχῆς αὐτὰ προσενεγκόντος, ἀλλὰ καθαρὰ μένοντα, καὶ ὑπὸ καθαρῶν ἀναφερόμενα, καὶ ἁγιάζονται, καὶ ἁγιάζουσι τοὺς B προσερχομένους. Ἐν οὐδενὶ γὰρ τῶν ἀλόγων ἢ τῶν ἀψύχων ῥυπαρία τις τῆς ἁμαρτίας ἐντεθῆναι δύναται· ὅτι ἡ ἁμαρτία προαιρέσεώς ἐστι νόσημα, καὶ μόνων ἂν εἴη τῶν λογικῶν τὸ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μολύνεσθαι. Τί οὖν, εἰ ἀεὶ καθαρὰ τὰ δῶρα τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν προσαγόμενα, ὁ νόμος τῆς Ἐκκλησίας οὐ παραδέχεται; Ἵνα τοὺς προσάγοντας ἐντρέψῃ, ἵνα μάθωσι τῆς τοῦ Θεοῦ ὀργῆς, ἣν αὐτοῖς ἐμήνισε, τὴν ὑπερβολὴν, ὃς καὶ τὰ αὐτοῦ κτίσματα οἷς οὐδὲν ἐγκαλεῖν ἔχει, ἀποστρέφεται, καὶ μισεῖ· καὶ ταῦτα μαθόντες, φοβηθῶσι καὶ διορθώσωνται τὸν βίον· αὐτῶν δὲ τῶν δώρων οὐδεμίαν καταγινώσκει κακίαν. Διὰ τοῦτο οὐδὲν κωλύει δεκτὰ γίνεσθαι ταῦτα καὶ ἁγιάζεσθαι τὴν δευτέραν προσαγωγὴν ποιουμένων ἀνδρῶν ἀγαθῶν. Ἀλλ' εἴποι τις ἄν, Καὶ μὴν οὐ πάντες οἱ προσάγοντες ἱερεῖς ἀγαθοὶ, ἀλλ' ἔνιοι καὶ πονηρίαν νοσοῦσι τὴν ἐσχάτην· ὅθεν εἰς τὴν αὐτὴν C ἀπορίαν περίεσταται ὁ λόγος ἡμῖν. Ὅταν γὰρ τύχῃ καὶ ἀμφοτέρους τοὺς προσαγωγέας εἶναι θεοστυγεῖς (ἐνδέχεται γὰρ) πόθεν ὑπάρξει τοῖς δώροις τῷ εἶναι Θεῷ κεχαρισμένα, καὶ δεκτὰ, καὶ ἅγια, καὶ ἁγιαστικά; Οὐδαμόθεν· ἀλλὰ τότε μὲν ἀληθῶς ἄδεκτα. Ἀεὶ δὲ ἀμφίβολα, διὰ τὸ ἀμφιβάλλεσθαι τοὺς τρόπους τῶν δωροφορούντων αὐτὰ καὶ ἱερουργούντων. « Οὐδεὶς γὰρ βεβαίως οἶδε, φησὶ, τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ ἐν αὐτῷ πνεῦμα· » καὶ οὕτω πολλὴ μὲν περὶ τὴν τελετὴν ἀπιστία, καὶ ἀμφιβολία· τὸ δὲ βέβαιον οὐδαμοῦ· καὶ ἡ μετάληψις τῶν ἁγίων οὐδὲν ὄφελος οἴσει τοῖς πιστοῖς μεταλαμβάνουσι χωρὶς πίστεως. Ταῦτα εἴποι καὶ ἀπορήσειν ἂν, εἴη τις οἰόμενος τὸν ἱερέα αὐτὸν εἶναι τὸν κύριον τῆς τῶν D δώρων τούτων προσαγωγῆς· οὐκ ἔστι δέ· ἀλλὰ τὸ μὲν τὴν προσαγωγὴν αὐτῶν κυρίως ἐργαζόμενον, ἡ χάρις ἐστὶν ἡ ἁγιάζουσα. Τοῦτο γάρ ἐστι προσενεχθῆναι αὐτὰ, τὸ ἁγιασθῆναι· ὁ δ' ἑκάστοτε ἱερουργῶν, ὑπηρέτης ἐστὶν ἐκείνης. Εἰσφέρει γὰρ οὐδὲν οἰκοθεν, οὐδέτι τολμᾷ ποιεῖν ἢ λέγειν ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ κρίσεως, καὶ τῶν λογισμῶν· ἀλλ' ἐκεῖνα μόνον ἃ παρέλαβεν ἐκεῖθεν, εἴτε πρᾶγμά ἐστιν, εἴτε λόγος, εἴτε ἔργον, κατὰ τὸν τρόπον, ὃν ἐκελεύσθη, κομίσας ἀποδίδωσι τῷ Θεῷ· καὶ οὕτω τὰ δῶρα κατὰ τὸ ἀρέσκον τῷ Θεῷ· ἀεὶ προσφερόμενα, ἀνάγκη ἀρεστὰ αὐτῷ καὶ ἀεὶ δεκτὰ εἶναι. Τί γὰρ εἰ τὰ καθ' ἑαυτὸν φαῦλός ἐστιν ὁ κομίζων; Οὐ γὰρ προστίθησιν οὐδὲν

ἡ φαυλότης ἐκείνου τοῖς δώροις, οὐδὲ χείρω ποιεῖ τὴν προσαγωγήν· ὥσπερ οὐδὲ ἰατρικὸν φάρμακον κωλύεται εἶναι ὑγιεινὸν, ὅτι ἰδιώτης ἄνθρωπος, καὶ τῆς τέχνης οὐδὲν ἐπαΐων αὐτὸ συνέθηκεν, εἰ μόνον ἰατροῦ κελεύσαντος καὶ τὴν κατασκευὴν ἅπασαν ἐκδόντος αὐτῷ συνέθηκε. Γένοιτο γὰρ ἄν, οὐ διὰ τὴν ἀμάθειαν τοῦ ὑπηρετήσαντος μάταιον, ἀλλὰ διὰ τὴν τέχνην τοῦ ἐκδεδωκότος σωτήριον. Ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ ὑπηρέτου ἀνεπιστημοσύνης, οὐδὲν ἔλαβεν· ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ ἰατροῦ τέχνης πᾶσαν ἐδέξατο τὴν κατασκευήν. Οὕτω κἀνταῦθα τὸ πᾶν ἡ χάρις ἐργάζεται. Ὁ δὲ ἱερεὺς ὑπηρέτης ἐστὶ μόνον, οὐδ' αὐτὸς τὸ ὑπηρετεῖν οἰκοθεν ἔχων. Καὶ τοῦτο γὰρ παρὰ τῆς χάριτος αὐτῷ. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ ἱερωσύνη, δύναμις ὑπηρετική τις τῶν ἱερῶν. Ἀλλ' ὅτι μὲν πάντας τοὺς πιστοὺς ἁγιάζει ταῦτα τὰ δῶρα, καὶ πάντοτε, πάντοτε ὄντα δεκτὰ τῷ Θεῷ, δῆλον ἀπὸ τῶν εἰρημένων.

A simplex et idiota, et qui artem nihil callet, hoc composuit, si modo jubente medico et eam compositionem tradente id composuit. Fuerit enim non propter ejus qui inseruit imperitiam vanum, sed propter artem ejus qui tradidit salutare. A ministri enim inscitia nihil accepit, ab arte autem medici omnem suscepit compositionem. Ita hic etiam gratia universorum efficit. Sacerdos autem solum est minister, nec ipsum quidem ministerium domo prolatum habens. Nam id etiam habet a gratia. Hoc est enim sacerdotium, potestas quædam ministratrix sacrorum. Sed quod fideles quidem sanctificant omnia dona et semper, ut quæ Deo semper accepta sint, clarum est ex iis quæ dicta sunt.

ΚΕΦΑΛ. ΜΖ'.

Ὅσον εἰσὶ δεκτά.

Ἐπόμενον δὲ θεωρῆσαι καὶ ὅσον εἰσὶ δεκτά· τί γὰρ τῷ δώρῳ τὸ δεκτὸν εἶναι, καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων; Τί ποιοῦντες τὰ δῶρα, δέχεσθαι αὐτὰ λέγονται; Ἆρ' ὅτι ταῖς χερσὶ λαμβάνομεν καὶ κόλπον αὐτοῖς ὑπέχομεν; Οὐδαμῶς. Πολλὰ γὰρ, οὐδὲ κομίσαι τοὺς λαμβάνοντας, οὐδὲ ὑποδέξασθαι δυνατόν· ὥσπερ εἰ ἀγρὸς εἴη τὸ διδόμενον, ἢ οἰκία, ἤ τι τοιοῦτον. Ἀλλὰ τί ἂν εἴη τὸ δέχεσθαι ἐπὶ πάντων τῶν δώρων; Τὸ μετὰ τῶν ἰδίων τάξαι, τὸ οἰκειώσασθαι, ταῦτα δεκτὰ λέγονται. Ὁ δὲ Θεὸς ταῦτα τὰ δῶρα οὕτως οἰκειοῦται, ὥστε αὐτὰ σῶμα καὶ αἷμα ποιεῖται τοῦ Μονογενοῦς. Εἰ τοίνυν τῆς οἰκειώσεως ταύτης, οὐδέν ἐστιν ἴσον ἐνθυμηθῆναι, οὐδὲ ὅσον εἰσὶ δεκτὰ μέτρον εὑρεῖν δυνατόν. Ἔτι δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἀντιδόσεως δῆλον γίνεται, ὅσον ἀποδέχεται τὸ δοθὲν ὁ λαβών. Τίς οὖν ἐνταῦθα ἡ ἀντίδοσις; Αὐτὸ πάλιν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὸ αἷμα· λαμβάνων γὰρ ἡμῶν ἄρτον καὶ οἶνον ὁ Θεὸς, αὐτὸν ἀντιδίδωσι τὸν Υἱόν. Καὶ πόθεν δῆλον, φησὶν, ὅτι ὡς δῶρα ταῦτα ἡμῖν ἀντὶ τῶν προσαγομένων παρὰ τοῦ Θεοῦ δίδοται· Ἐξ ὧν αὐτὸς ὁ ταῦτα περικείμενός φησι πρὸς ἡμᾶς, « Λάβετε, » λέγων· οὕτω γὰρ μηνύεται τὸ δῶρον. Ταύτῃ τῇ φωνῇ, καὶ ὁ διδοὺς καὶ ὁ δεχόμενος καὶ τὸ διδόμενον σημαίνεται· ἔστι καὶ ἄλλως τι λαβεῖν, ὡς παρακαταθήκην, ᾧ χρῆσθαι τοὺς λαβόντας οὐ θέμις. Σὺ δ' ἵνα μὴ τοῦτο νομίσῃς, ἀλλ' ἴσθι ὅτι σόν ἐστι, καὶ χρήσασθαι ἐκέλευσε, « Φάγετε, » λέγων. Οὕτω δεκτὰ τῷ Θεῷ τὰ δῶρα καὶ μετὰ τοσαύτης ὑπερβολῆς. Διὰ τοῦτο ἁγιάζουσιν ἀεὶ πάσας Χριστιανῶν ψυχὰς, καὶ ζώντων καὶ τεθνεώτων τὰς ἀτελεῖς, ἔτι δεομένας ἁγιασμῶν. Οἱ γὰρ τελειωθέντες ἅγιοι μετὰ τῶν ἀγγέλων ἑστῶτες, καὶ εἰς τὴν οὐράνιον ἱεραρχίαν ἤδη τελέσαντες, οὐκ ἔτι δέονται τῆς ἐπιγείου ἱεραρχίας.

B

C

D

CAP. XLVII.

Qualenus sunt accepta.

Sequitur ut etiam considcremus qualenus sunt accepta. Quid enim hoc sibi vult, esse donum acceptum, etiam apud homines? Quidnam facientes, dicuntur ea dona suscipere? An quod manibus sumimus et ea in sinum ponimus? Nequaquam. Multa enim sunt quæ nec qui accipiunt, ferre nec suscipere possunt: quemadmodum si sit ager quod datur, vel domus, vel quid tale. Sed quidnam fuerit accipere in omnibus donis? In propriis statuere, propria et domestica efficere, et ea ratione ea accepta esse dicuntur. Deus autem hæc dona ita pro pria et familiaria efficit, ut ea faciat esse corpus et sanguinem Unigeniti. Si ergo huic familiaritati nihil potest simile excogitari, nec qualenus sunt accepta, potest modus inveniri. Præterea autem etiam ex remuneratione facile sciri potest quam acceptum fuerit ei qui accepit id quod datum est. Quæ est ergo hic remuneratio? Ipsum rursus Christi corpus et sanguis. Accipiens enim a nobis panem et vinum Deus ipsum reddit Filium. Et undenam, inquit, sciemus quod hæc dona nobis pro iis quæ offeruntur a Deo dantur? Ex his quæ is qui illis tectus est, dicit, nobis dicens, « Accipite. » Ita enim ostenditur donum. Hac voce et qui donat et qui accipit, et quod donatur, significatur. Potest etiam alias aliquid accipi, tanquam depositum, quo non fas est uti eos qui acceperunt: tu autem ne hoc existimes, sed scias esse tuum, quo te etiam uti jussit, dicens: « Comedite. » Ita sunt dona Deo accepta et tam insigniter; propterea semper sanctificant omnes Christianorum animas, et vivorum et mortuorum, quæ sunt adhuc imperfectæ et egent sanctificatione. Sancti enim perfecti ac consummati, stantes cum angelis, in cœlestem hierarchiam jam adoptati, non egent amplius hierarchia terrestri.

ΚΕΦΑΛ. ΜΗ'.

Τίς ὁ λόγος καθ' ὃν καὶ τοὺς ἁγίους τοῦ δώρου τούτου δεξιούμεθα καὶ θεραπεύομεν.

Τούτῳ δὲ ἀκόλουθον ἐκεῖνο ζητῆσαι· Εἰ γὰρ ταῦτα

CAP. XLVIII.

Quænam ratio propter quam sanctos his donis veneramur et colimus.

Huic autem consequens est illud quærere: Si

enim hæc sancta Deo quidem donantur, eos autem sanctificant qui sanctificatione indigent, quamnam ob causam etiam jam sanctificatos et omni ex parte perfectos, hac donorum oblatione coli credimus? et quando eos aliquid orantes, in auxilium vocaverimus, horum donorum ministerium pollicemur, tanquam vel ipsis ea donaturi, vel pro ipsis, ut fiant meliores? Quod quidem est etiam alius modus donorum oblationis quam prius dixi, per quem hæc dona fiunt etiam sanctorum, quando Deo tanquam pro gratiarum actione offeruntur, quod eis perfectionem et consummationem dederit; sunt enim Dei dona, ut quæ ei donantur. Sunt et fidelium, utpote iis qui auxilio indigent, ut auxilia; sunt etiam sanctorum, quod eorum gratia Deo donantur.

Quod enim mea gratia datum est, ego accipio, quicunque is sit qui accipit. Non enim omnia quæ nobis undecunque donantur, nostris manibus accipimus, sed etiam amicorum et familiarium, et, ut semel dicam, omnium quibus donator donat, ut nobis rem gratam faciat. Propterea etiam Dominus, pauperibus accipientibus, quia qui eis suppeditant, ejus gratia hoc faciunt, ipse se dicit accipere. Ita etiam sancti hæc dona accipiunt, quod eorum gratia Deo donantur. Quemadmodum enim propter Christi dilectionem illud fit, ita hoc etiam propter dilectionem sanctorum. Quia enim valde eos diligimus, eadem bona nostra esse ducimus, et eis de felicitate gratulamur tanquam ipsi bonorum participes. Ita etiam gaudentes donis ipsis a Domino datis, gratias agimus ei qui dedit, et pro gratiarum actione dona offerimus. Non propter hoc autem solum ii dona accipiunt, quod propter eorum dilectionem fit donorum oblatio, sed quod hoc etiam est eis jucundissimum et longe gratissimum, dico autem quod Deus per ipsos gratias accipit, et glorificatur. Quemadmodum enim est maximum peccatum malorum hominum, quod blasphematur nomen Dei per ipsos, ita sanctis est magnum beneficium, et magno studio appetendum, quod per ipsos Deus glorificatur. Hoc et cum corpore viventibus erat perpetuum certamen, postquam in cœlum migrarunt, continuum est opus, et voluptas, et illius beatitudinis caput. Si enim quando bona eis in spe solum erant, Deo gratias perpetuo agebant, et omnia ad ejus gloriam faciebant; cujusmodi oportet eos in talibus existimare, quando multo major quidem est eis gratitudo et beneficii recordatio, cum omni jam virtute perfecti sunt, bona autem non sperant amplius, sed ipsa experientia discunt Domini benignitatem: quando vident quales ex qualibus facti sunt, pro terrenis soles, pro servis contemptis honorati filii et regni cœlestis hæredes, pro reis potentes vel alios e reis eximere, per eam quam habent apud Judicem dicendi libertatem? Propterea nulla est, inquam, eis Deum laudandi satietas. Unde nec existimant seipsos solos sufficere

A τὰ ἅγια ἀνατίθεται μὲν τῷ Θεῷ, ἁγιάζεται δὲ τοὺς ἁγιασμοῦ δεομένους, τίνος ἕνεκα καὶ τοὺς ἡγιασμένους; ἤδη καὶ πάντα τελείους, ταύτῃ τῇ δωροφορίᾳ δεξιοῦσθαι πιστεύομεν, καὶ ἐπειδὰν αὐτῶν τι δεηθέντες, εἰς ἐπικουρίαν καλέσωμεν, τὴν τῶν δώρων τούτων ὑπισχνούμεθα λειτουργίαν, ὥσπερ ἢ αὐτοῖς ταῦτα ἀναθήσειν μέλλοντες, ἢ ὑπὲρ αὐτῶν, ἵνα γένωνται βελτίους; Ὅτι καὶ ἕτερός ἐστι τρόπος τῆς δωροφορίας ταύτης, ᾗ πρόσθεν ἔφην, καθ' ὃν τὰ δῶρα ταῦτα, καὶ τῶν ἁγίων γίνεται, ὅταν ὡς εὐχαριστήρια τῷ Θεῷ προσάγωνται, ὑπὲρ τῆς αὐτῶν δόξης, ἧς αὐτοὺς ἐδόξασε, καὶ ὑπὲρ τῆς τελειώτεως, ἧς αὐτοὺς ἐτελείωσεν. Ἔστι μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ τὰ δῶρα ὡς αὐτῷ ἀνατιθέμενα· ἔστι δὲ καὶ τῶν δεομένων βοηθείας πιστῶν ὡς βοηθήματα· ἔστι δὲ καὶ

B τῶν ἁγίων, ὅτι αὐτῶν χάριν ἀνατίθεται τῷ Θεῷ.

Τὸ γὰρ ἐμὴν χάριν δοθὲν, ἐγὼ λαμβάνω, κἂν ὁστισοῦν ὁ δεχόμενος ᾖ· οὐ γὰρ πάντα τὰ διδόμενα ἡμῖν ὀθενοῦν ταῖς χερσὶ λαμβάνομεν ταῖς ἡμετέραις μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς τῶν φίλων, καὶ τῶν οἰκείων, καὶ ἁπλῶς πάντων οἷς ὁ δωρούμενος ἵνα ἡμᾶς εὐφράνῃ, δωρεῖται. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος, τῶν πτωχῶν λαμβανόντων, ὅτι οἱ χορηγοῦντες αὐτοῖς, αὐτοῦ χάριν τοῦτο ποιοῦσιν, αὐτὸς λαμβάνειν φησίν. Οὕτω καὶ οἱ ἅγιοι ταῦτα τὰ δῶρα λαμβάνουσιν, ὅτι αὐτῶν χάριν ἀνατίθεται τῷ Θεῷ. Ὥσπερ γὰρ διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀγάπην ἐκεῖνο γίνεται, οὕτω διὰ τὴν τῶν ἁγίων ἀγάπην τοῦτο. Ὅτι μὲν γὰρ σφόδρα φιλοῦμεν αὐτοὺς, τὰ αὐτῶν ἀγαθὰ ἡμέτερα λογιζόμεθα,

C καὶ συγχαίρομεν αὐτοῖς τῆς εὐδαιμονίας, ὡς καὶ αὐτοὶ μετέχοντες τῶν ἀγαθῶν. Οὕτω δὲ χαίροντες ταῖς παρὰ τοῦ Κυρίου δεδομέναις αὐτοῖς δωρεαῖς, εὐχαριστοῦμεν τῷ δεδωκότι, καὶ τὰ χαριστήρια προσάγομεν δῶρα. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον αὐτοὶ τὰ δῶρα λαμβάνουσιν, ὅτι διὰ τὴν αὐτῶν ἀγάπην ἡ δωροφορία γίνεται, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὸ τοῦτο τῶν ἡδίστων καὶ σφόδρα κεχαρισμένων αὐτοῖς, λέγω δὴ τὸ, τὸν Θεὸν δι' αὐτοὺς χάριτας δέχεσθαι, καὶ δοξάζεσθαι. Ὥσπερ γὰρ μέγιστον ἁμάρτημα τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων τὸ βλασφημεῖσθαι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' αὐτούς· οὕτω μέγα κατόρθωμα, καὶ περισπούδαστον τοῖς ἁγίοις, τὸ δι' αὐτοὺς τὸν Θεὸν δοξάζεσθαι. Τοῦτο καὶ μετὰ σώματος ζῶσι διηνεκὴς ἀγὼν ἦν, καὶ μεταστᾶσιν εἰς τὸν οὐρανὸν ἔργον ἐστὶν

D ἄληκτον καὶ τρυφὴ, καὶ τῆς μακαριότητος ἐκείνης κεφάλαιον. Εἰ γὰρ ὅτε τὰ ἀγαθὰ ἐν ἐλπίσιν ἦν μόνον αὐτοῖς, διετέλουν ἐν παντὶ εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ, καὶ πάντα εἰς δόξαν αὐτοῦ ποιοῦντες· ὁποίους αὐτοὺς γενέσθαι τὰ τοιαῦτα χρὴ νομίζειν, ὅτε μείζων μὲν αὐτοῖς ἡ εὐγνωμοσύνη πολλῷ τῷ μέσῳ, τελείοις ἤδη πᾶσαν ἀρετὴν γενομένοις, τὰ δὲ ἀγαθὰ οὐκέτι ἐλπίζουσιν· ἀλλ' αὐτῇ πείρᾳ μανθάνουσι τὴν τοῦ Δεσπότου φιλοτιμίαν, ὅτε ὁρῶσιν ἑαυτοὺς ἐξ οἵων οἷοι γεγόνασιν ἀντὶ πηλίνων ἥλιοι, ἀντὶ δούλων ἠτιμωμένων υἱοὶ τίμιοι, καὶ βασιλείας οὐρανῶν κληρονόμοι· ἀντὶ ὑπευθύνων, δυνατοὶ καὶ ἄλλους λύειν εὐθύνης, τῇ πρὸς τὸν Δικαστὴν παῤῥησίᾳ; Διὰ τοῦτο οὐδὲ κόρος ἐστὶν αὐτοῖς οὐδεὶς τῶν εἰς Θεὸν ὕμνων· οὐδὲ νομίζουσιν αὐτοὶ μόνοι πρὸς τὴν εὐ-

χαριστίαν ἀρκεῖν. Ὅθεν βούλονται πάντας καὶ ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους ἔχειν τοῦτον αὐτοῖς συνεργαζομένους τὸν ὕμνον· ἵνα τὸ ὄφλημα αὐτῶν ἡ εὐχαριστία τῷ Θεῷ ἐγγυτέρω τῆς ἀξίας ἀποδοθῇ, πολλαπλασίων ἑαυτῆς γενομένη, τῇ προσθήκῃ τῶν ὑμνητῶν. Καὶ τούτων μάρτυρες οἱ περὶ Ἀζαρίαν ἅγιοι παῖδες, οἱ τοῦ πυρὸς κρατήσαντες, καὶ ταύτην παρὰ τοῦ Θεοῦ τότε λαβόντες τὴν χάριν· ἐπεὶ ἔδει καὶ αὐτοὺς τῆς παραδόξου ταύτης σωτηρίας χάριτας ὁμολογῆσαι τῷ σώσαντι, καὶ ὑμνῆσαι οὐκ ἠγάπησαν, εἰ αὐτοὶ μόνον ὑμνήσουσιν, οὐδὲ τὴν ἑαυτῶν βοὴν ἀρκεῖν ἐνόμισαν, ἀλλὰ καὶ ἀγγέλους συνεκάλουν, καὶ ἀνθρώπων ἅπαντα γένη, καὶ οὐρανὸν αὐτὸν, καὶ τὸν ἥλιον, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ γῆν καὶ ὄρη, καὶ ἄλογα πάντα καὶ ἄψυχα· καὶ ἁπλῶς, πᾶσαν τὴν κτίσιν. Τοσαύτη τοῦ τὸν Θεὸν ὑμνεῖσθαι παρὰ τοῖς ἁγίοις ἐπιθυμία, καὶ μετὰ σώματος ἔτι ζῶσι, καὶ πολλῷ μᾶλλον ἀπαλλαγεῖσι τοῦ σώματος.

Ὅθεν εἴ τις αὐτῶν μεμνημένος καὶ τῆς εὐδοκιμήσεως αὐτῶν, καὶ τῆς μακαριότητος, καὶ τῆς δόξης, τὸν στεφανώσαντα Θεὸν ὑμνήσειε, χάριν αὐτοῖς κατατίθεται χαρίτων ἁπασῶν τὴν τιμιωτέραν, καὶ μάλιστ' ὅταν ποιῆται τὴν ὕμνησιν, οὐ φωναῖς ψιλαῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ δώρων χαριστηρίων προσαγωγῇ, καὶ δώρων οὕτω σφόδρα δεκτῶν τῷ Θεῷ, καὶ τιμίων τὴν ἀνωτάτω τιμήν. Τηνικαῦτα γὰρ καθάπερ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, ἵλεως αὐτὰ δεχόμενος, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν νομικὴν λατρείαν τὸ σῶμα ἡμῖν ἀντιδίδωσι, καὶ τὸ αἷμα· οὕτω καὶ αὐτοὶ χαίροντες αὐτοῖς, ὡς οὐδενὶ τῶν ἄλλων, οἷς αὐτοὺς θεραπεύειν δοκοῦμεν, ὅλους παρέχουσιν ἡμῖν ἑαυτοὺς συντελεῖν πρὸς πᾶν ὅ τι ἡμῖν συμφέρει· πανταχοῦ γὰρ τὸν ἑαυτῶν μιμοῦνται Δεσπότην.

A cere ad agendas gratias. Unde volunt etiam omnes angelos et homines ad ejus laudem celebrandam habere auditores, ut eorum debitum, gratiarum scilicet Deo actio, eo propius pro dignitate solvatur, multiplicata per laudatorum additamentum. Et hoc testantur sancti Azariæ filii, qui cum ignem vicissent, et eam tunc gratiam a Deo accepissent, quandoquidem oportebat ipsos propter hanc admirabilem et inopinatam salutem Deo gratias agere, qui eos servaverat, et eum laudare, non satis habuerunt, si ipsi soli laudarent, nec suum auxilium sufficere existimarunt, sed etiam angelos convocarunt et omnia hominum genera : et cœlum ipsum, et solem, et astra, et terram, et montes, et omnia rationis et animæ expertia, et omnem, B ut semel dicam, creaturam. Tantum est Deum laudandi apud sanctos desiderium, etiam adhuc cum corpore viventes, et multo magis postquam a corpore discesserint.

Unde si quis eorum recordatus, eorumque honoris, beatitudinis et gloriæ, Deum qui eos coronavit, laudaverit, tribuit eis gratiam omnium gratiarum præstantissimam, et maxime quando non solis vocibus laudem celebrat, sed etiam donorum pro gratiis agendis oblatione, et donorum Deo adeo acceptorum et pretiosorum supremo honore. Tunc enim, quemadmodum ipse Servator propitius ipsa suscipiens, et super omnem cultum legalem, suum corpus et sanguinem retribuit : ita etiam ipsi eis gaudentes, ut nullo aliorum, quibus C ipsos colere videmur, totos seipsos nobis præbent ad ferendum auxilium in omni re quæ nobis conducit ; Dominum enim suum omni ex parte imitantur.

ΚΕΦΑΛ. ΜΘ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας τὴν ἐν τῇ λειτουργίᾳ τῶν ἁγίων μνήμην, ἱκεσίαν τοῦ ἱερέως πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτῶν εἶναι.

Ἀλλ' ἐνταῦθά τινες ἠπατήθησαν, οὐκ εὐχαριστίαν, ἀλλ' ἱκεσίαν ὑπὲρ τῶν ἁγίων πρὸς τὸν Θεὸν τὴν μνήμην αὐτῶν εἶναι νομίσαντες, οὐκ οἶδα πόθεν λαβόντες τῶν λογισμῶν τούτων τὰς ἀφορμάς. Οὔτε γὰρ ἀπὸ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ταῦτα πιστεύειν ἀκόλουθον, οὔτε ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα τῆς ἱερουργίας ῥημάτων. Καὶ τὸ μὲν εἰκὸς τῶν πραγμάτων, ὅτι D πολλοῦ δεῖ τοιαῦτα συγχωρεῖν, δῆλον ἐκεῖθεν. Εἰ γὰρ εὔχεται ὑπὲρ τῶν ἁγίων ἡ Ἐκκλησία, ἐκείνα πάντως εὔξαιτ' ἂν ἃ εἴωθεν εὔχεσθαι πανταχοῦ. Τίνα δέ ἐστιν ἃ εὔχεται τοῖς κεκοιμημένοις ; Ἄφεσις ἁμαρτιῶν, βασιλείας κληρονομία, ἀνάπαυσις ἐν τοῖς κόλποις Ἀβραὰμ μετὰ τῶν τετελειωμένων ἁγίων. Ταῦτα τῆς Ἐκκλησίας εὐχή. παρὰ ταῦτα οὐδὲν ἂν εὕροις εὐχομένην τοῖς μεταστᾶσιν. Ἐν τούτοις ὥρισται ἡ πρὸς Θεὸν ἡμῶν ἱκεσία. Οὐ γὰρ πᾶν οὕτω ἂν τις ἐπιθυμήσειε, καὶ εὔχεσθαι ἔξεστιν· ἀλλὰ κἀνταῦθα νόμος ἐστὶ, καὶ ὅρος, ὃν ὑπερβαίνειν ἀθέμιτον.

Τὸ γὰρ, « Τί προσευξόμεθα καθ' ὃ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν, φησὶν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ἐντυγχάνει ὑπὲρ

CAP. XLIX.

Adversus eos qui dicunt sanctorum quæ fit in sacro mysterio, memoriam, esse sacerdotis pro eis ad Deum supplicationem.

Sed hic nonnulli decepti sunt, non gratiarum actionem, sed pro sanctis ad Deum supplicationem eorum memoriam esse putantes, nescio undenam accepta hac cogitandi occasione. Neque enim ex ipsis rebus est hæc credere consentaneum, nec ex ipsis verbis sacrificii. Et quod rerum quidem veri- D similitudo multum abest ut hæc concedat, hinc apertum est. Si enim pro sanctis orat Ecclesia, illa omnino oraverit, quæ semper orare consuevit. Quænam autem sunt quæ orantur iis qui dormierunt? Remissio peccatorum, regni hæreditas, quies in sinu Abrahæ cum consummatis sanctis. Hæc sunt oratio Ecclesiæ. Præter hæc nihil eam orantem inveneris iis qui emigrarunt. In his definita est nostra ad Deum supplicatio. Non enim quidquid desideraverit quispiam, id etiam fas est orare. Sed hic quoque lex est terminus quem non licet transgredi.

« Quid enim orabimus, ut oportet, nescimus, inquit, sed ipse Spiritus interpellat pro

nobis, » hoc est, quæ orare oportet nos docet; ita enim Ecclesiæ doctores acceperunt. Considera ergo, si præter ea quæ dicta sunt, in omnibus sacrorum mysteriorum celebrationibus inveniri possit orans Ecclesia, et non invenies. Ergo orabunt quidem iis qui rei non sunt, remissionem peccatorum, tanquam adhuc reis et obligatis: orabunt autem sanctis, tanquam non sanctificatis, cum sanctis requiem; orabunt perfectis consummationem, tanquam nondum consummatis, et sic necesse est eos alterutrum peccare. Vel enim confitentes beatitudinem et perfectionem sanctorum, libentes volunt apud Deum nugari, et inanem pro eis orationem contexere, quod est virorum divina ludibrio habentium, potius quam sacerdotum: vel serio facientes orationes, tanquam existimantes se sanctos per eas juvare, eorum gloriam inficiantur, quod est blasphemare non ipsos tantum, sed etiam Deum ipsum, ut qui promissa non servaverit quæ promisit, se eos glorificaturum, et regnum impertiturum. Vel potius utrumque est manifesta blasphemia; hoc quidem, tanquam omnino negantium sanctorum beatitudinem, illud autem, tanquam facientium ea quæ faciunt qui negant. Quos enim beatos esse credunt, ut qui in filiorum ordinem relati sunt, et ipsius regni hæredes, eos nullo esse munere affectos et inhonoratos et reos, eo ipso quo pro eis talia precantur, testantur. Ita ergo harum rerum gratia absurdum esse videtur, si quis existimet Ecclesiæ pro sanctis ad Deum oblationem esse supplicatoriam. Videamus autem etiam ipsa verba: « Præterea offerimus tibi rationabilem hunc cultum pro iis qui in fide requieverunt, majoribus, patribus, patriarchis, prophetis, apostolis, prædicatoribus, evangelistis, martyribus, confessoribus, continentibus, et omni spiritu in fide consummato, præcipue sanctissima, intemerata, gloriosa Domina nostra, Deipara et semper virgine Maria, sancto propheta Præcursore et Baptista Joanne, sanctis et benedictis apostolis, et omnibus sanctis: quorum precibus respice nos, Deus, et memento omnium qui dormierunt in spe resurrectionis et vitæ æternæ, et fac illos quiescere ubi respicit lumen vultus tui. » Hæc sunt verba in quibus nulla continetur pro sanctis ad Deum supplicatio, nec eis sacerdos quidquam consuetum precatur. Sed aliorum quidem fidelium qui dormierunt, faciens memoriam, statim adjicit pro eis orationem. « Fac eos, inquit, requiescere, ubi respicit lumen vultus tui. » In sanctis autem totum est contrarium. Non enim pro eis facit intercessionem, sed ipsos potius intercessores statuit. Cum enim dixisset, et sanctos adnumerasset, adjicit: « Quorum intercessionibus visita nos, Deus. » Quod autem maxime ostendit non orationem aliquam et supplicationem, sed pro sanctis gratiarum actionem esse hæc verba, quod etiam Dei Mater in eo catalogo ponitur. Neque enim poneretur, si is chorus aliqua intercessione egeret, ut quæ est ultra omnem intercessionem, non solum humanæ hierar-

ἡμῶν· » τουτέστιν, ἃ δεῖ προσεύχεσθαι, διδάσκει ἡμᾶς· οὕτω γὰρ οἱ διδάσκαλοι τῆς Ἐκκλησίας ἐξειλήφασιν. Σκέψαι τοίνυν εἴτι πλέον τῶν εἰρημένων ἐν πάσαις τελεταῖς καὶ ἱερολογίαις ἔστιν εὑρεῖν εὐχομένην τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ οὐκ ἂν εὕροις. Οὐκοῦν εὔξονται μὲν τοῖς ἀνευθύνοις ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ὡς ὑπευθύνοις ἔτι καὶ δίκας ὀφείλουσιν· εὔξονται δὲ τοῖς ἁγίοις, ὡς μήπω ἡγιασμένοις, τὴν μετὰ τῶν ἁγίων ἀνάπαυσιν· εὔξονται δὲ τελείωσιν τοῖς τελείοις, ὡς μήπω τελειωθεῖσιν. Καὶ οὕτως ἀνάγκη δυοῖν θάτερον ἁμαρτάνειν αὐτούς· ἢ γὰρ ὁμολογοῦντες τὴν μακαριότητα, καὶ τὴν τελειότητα τῶν ἁγίων, ἐκόντες βούλονται πρὸς τὸν Θεὸν ληρεῖν, καὶ ματαίαν ὑπὲρ αὐτῶν συνείρειν εὐχήν, ὅπερ ἐστὶν ἀνδρῶν τὰ θεῖα παιζόντων μᾶλλον ἢ ἱερέων. Ἢ μετὰ σπουδῆς ποιούμενοι τὰς εὐχάς, ὡς ἂν ὀλόμενοι τοὺς ἁγίους δι' αὐτῶν ὠφελεῖν, τὴν αὐτῶν ἀρνοῦνται δόξαν, ὅπερ ἐστὶ βλασφημεῖν, οὐχ αὐτοὺς μόνον ἀλλὰ καὶ τὸν Θεὸν αὐτὸν, ὡς ψευσάμενον τὰς ἐπαγγελίας· ὃς ἐπηγγείλατο δοξάζειν, καὶ τῆς βασιλείας μεταδώσειν αὐτοῖς· μᾶλλον δὲ καὶ ἄμφω σαφὴς ἐστι βλασφημία· τοῦτο μὲν, ὡς παντελῶς ἀρνουμένων τὴν μακαριότητα τῶν ἁγίων· ἐκεῖνο δὲ, ὡς τὰ τῶν ἀρνουμένων, ποιούντων. Οὓς γὰρ εἶναι πιστεύουσι μακαρίους, ὡς ἐν υἱῶν μοίρᾳ τεταγμένους, καὶ τῆς βασιλείας αὐτῆς κληρονόμους, τούτους ἴσως ἂν ἀγεράστους καὶ ἀτιμήτους καὶ ὑπευθύνους, δι' ὧν τοιαῦτα ὑπὲρ αὐτῶν ἀξιοῦσιν εὔχεσθαι, μαρτυροῦσιν. Οὕτω μὲν οὖν αὐτῶν ἕνεκα τῶν πραγμάτων, ἄτοπον εἶναι φαίνεται, εἴ τις νομίζει τὴν ὑπὲρ τῶν ἁγίων παρὰ τῆς Ἐκκλησίας εἰς τὸν Θεὸν προσφορὰν ἱκέσιον εἶναι. Ἴδωμεν δὲ καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα. « Ἔτι προσάγομέν σοι λογικὴν ταύτην λατρείαν ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀναπαυσαμένων, προπατόρων, πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων, κηρύκων, εὐαγγελιστῶν, μαρτύρων, ὁμολογητῶν, ἐγκρατευτῶν, καὶ παντὸς πνεύματος ἐν πίστει τετελειωμένου· ἐξαιρέτως, τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ προφήτου καὶ Βαπτιστοῦ καὶ Προδρόμου, τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων, ὧν ταῖς ἱκεσίαις ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ὁ Θεὸς, καὶ μνήσθητι πάντων τῶν κεκοιμημένων ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως, καὶ ζωῆς αἰωνίου· καὶ ἀνάπαυσον ὅπου ἐπισκοπεῖ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου. » Ταῦτα τὰ ῥήματα ἐν οἷς; οὐδεμία περιέχεται περὶ τῶν ἁγίων πρὸς τὸν Θεὸν ἱκεσία, οὐδὲ εὔχεται ὁ ἱερεὺς τῶν εἰωθότων οὐδέν. Ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων κεκοιμημένων πιστῶν μεμνημένους, εὐθὺς προστίθησιν τὴν ὑπὲρ τούτων εὐχήν. « Ἀνάπαυσον γὰρ αὐτοὺς, φησὶν, ὅπου ἐπισκοπεῖ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου. » Ἔστι δὲ τῶν ἁγίων τοὐναντίον ἅπαν. Οὐ γὰρ πρεσβείαν ὑπὲρ αὐτῶν ποιεῖται, ἀλλ' αὐτοὺς μᾶλλον προσάλλεται πρέσβεις. Εἰπὼν γὰρ καὶ ἀριθμήσας τοὺς ἁγίους, ἐπάγει, « Ὧν ταῖς πρεσβείαις ἐπίσκεψαι ἡμᾶς, ὁ Θεός. » Ὃ δὲ μάλιστα δείκνυσιν, οὐ δέησίν τινα καὶ ἱκεσίαν, ἀλλ' εὐχαριστίαν ὑπὲρ τῶν ἁγίων εἶναι ταῦτα τὰ ῥήματα, ὅτι καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ Μήτηρ

ἐν τούτῳ τῷ καταλόγῳ τάττεται· οὐ γὰρ ἂν ἐτάτετο, εἰ μεσιτείας τινὸς ὁ χορὸς οὗτος ἐδεῖτο, ἥ γε πάσης ἐστὶν ἐπέκεινα μεσιτείας, οὐ τῆς ἀνθρωπίνης μόνον ἱεραρχίας, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἀγγέλων, ὡς ἂν καὶ αὐτῶν οὖσα τῶν ἀνωτάτω νόων ἀσυγκρίτως ἁγιωτέρα. Καὶ μὴν ὁ Χριστός ἐστι, φησὶν, ὁ ταύτην τελῶν ἱερουργίαν. Τί οὖν θαυμαστὸν εἰ καὶ τοῖς ἁγίοις καὶ αὐτῇ μεσιτεύσειε τῇ Μητρί; Ἀλλ' οὐδένα τοῦτο λόγον ἔχει. Οὐ γὰρ οὗτος ὁ τρόπος τῆς τοῦ Χριστοῦ μεσιτείας· μεσίτης μὲν γὰρ ἐγένετο Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· ἀλλ' οὐ λόγοις τισὶ καὶ εὐχαῖς, ἀλλ' ἑαυτῷ· ὅτι γὰρ Θεὸς ὁ αὐτὸς καὶ ἄνθρωπος ἦν, Θεὸν ἀνθρώποις συνῆψε, κοινὸν ὅρον ἑαυτὸν ἀμφοτέραις ταῖς φύσεσιν ἐμβαλών. Τὸ δὲ νομίζειν αὐτὸν διὰ τῶν ἐν τῇ ἱερουργίᾳ εὐχῶν ἀεὶ μεσιτεύειν, βλασφημίας ἀπάσης καὶ ἀτοπίας ἐστὶ μεστόν.

A chiæ, sed etiam angelorum, cum sit ipsis etiam sanctissimis mentibus incomparabiliter sanctior. Atqui Christus est, inquit, qui hoc peragit sacrificium. Quid ergo mirum, si etiam pro sanctis et Matre intercesserit? Sed hoc nullam habet rationem. Non est enim hic modus intercessionis Christi. Fuit enim intercessor Dei et hominum, sed non verbis quibusdam et precibus, sed seipso, nempe quod cum Deus et homo esset, Deum hominibus conjunxit communem terminum seipsum utrisque naturis injiciens. Existimare autem ipsum, per preces quæ fiunt in sacrificio, semper intercedere, est omni blasphemia et absurditate plenum.

Εἰ γὰρ καὶ αὐτός ἐστιν ὁ τελῶν τὴν ἱερουργίαν, ἀλλ' οὐ πάντα τὰ ἐκεῖ γινόμενα καὶ λεγόμενα αὐτῷ ἀναθήσομεν. Τὸ μὲν γὰρ ἔργον τῆς μυσταγωγίας, καὶ τὸ τέλος, ἤτοι τὸ ἁγιασθῆναι τὰ δῶρα, καὶ ἁγιάσαι τοὺς πιστοὺς, αὐτός ἐστι μόνος ὁ τελῶν. Αἱ δὲ περὶ τούτων εὐχαὶ καὶ δεήσεις καὶ ἱκεσίαι, τοῦ ἱερέως· ἐκεῖνα μὲν γὰρ δεσπότου, ταῦτα δὲ δούλου· καὶ ὁ μὲν εὔχεται, ὁ δὲ τελειοῖ τὰς εὐχάς· καὶ ὁ μὲν Σωτὴρ δίδωσιν, ὁ δὲ ἱερεὺς ὑπὲρ τῶν δοθέντων εὐχαριστεῖ· καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς προσάγει, ὁ δὲ Κύριος ἐκδέχεται τὰ δῶρα· προσφέρει μὲν γὰρ καὶ ὁ Κύριος, ἀλλ' ἑαυτὸν τῷ Πατέρι, καὶ τὰ δῶρα ταῦτα, ὅταν αὐτὸς γένωνται, ὅταν εἰς τὸ αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα μεταβληθῶσιν. Ὅτι γὰρ ἑαυτὸν προσφέρει, διὰ τοῦτο εἶναι λέγεται ὁ αὐτὸς καὶ προσφέρων, καὶ προσφερόμενος, καὶ προσδεχόμενος· προσφέρων μὲν, καὶ προσδεχόμενος, ὡς Θεός· προσφερόμενος δὲ ὡς ἄνθρωπος· ἄρτον δὲ καὶ οἶνον ἔτι ὄντα τὰ δῶρα, προσφέρει μὲν ὁ ἱερεὺς, προσδέχεται δὲ ὁ Κύριος.

B Etsi enim ipse est qui peragit sacrificium, non tamen omnia quæ illic dicuntur et fiunt, ei attribuemus. Mysterii enim opus et finem, sacrificari scilicet et sanctificari fideles, ipse est solus qui peragit. De his autem preces sunt orationes et supplicationes sacerdotis. Illa enim sunt Domini, hæc vero servi; et hic quidem precatur, ille vero preces perficit; et Dominus quidem donat, sacerdos vero pro iis quæ data sunt, agit gratias; et sacerdos quidem offert, Dominus vero dona accipit. Offert enim etiam Dominus, sed seipsum Patri, et dona hæc quando ipse facta fuerint, quando in ejus corpus et sanguinem conversa et mutata. Quia enim seipsum offert, ideo dicitur idem esse et qui offert, et qui offertur et suscipit, offerens quidem et suscipiens ut Deus, oblatus autem ut homo. Panem autem et vinum, dum adhuc dona sunt, offert quidem sacerdos, suscipit autem Dominus. Et quid agens dona suscipit? Ea sanctificans, in suum corpus et sanguinem mutans. Hoc enim est suscipere, proprium et familiare efficere, ut dictum est. Hic est modus quo Christus hoc sacrificium celebrat. Hæc sunt quæ ei sacerdotium constituunt. Si autem præter ea quæ dicta sunt, etiam orationes quæ fiunt in mysterii celebratione, vel omnes vel aliquas Christi voces esse dixerit, nihil in hac re ab impiis differet, qui ejus gloriæ detrahere ausi sunt. Lege omnes orationes, et scies verba illa omnia esse servorum verba. Lege etiam eam in qua sanctorum meminit, quam audent Christo tribuere, et invenies nihil illic convenire Filio, qui est Patri honore æqualis; omnia autem servorum. Primum enim non ab una persona, sed communis est generis gratiarum actio; et ut qui peccarunt, et non sunt despecti a Dei misericordia et clementia, agunt gratias; et gratiarum actio non ad Patrem solum, sed etiam ad Filium ejus et sanctum Spiritum; et Dei matris tanquam dominæ servi, meminerunt, et ejus et sanctorum intercessionibus, ut a Deo visitentur, et eorum cura habeatur, petunt. Hæc autem quidnam commune habent cum uno Domino unigenito, Dei Filio, peccato non obnoxio, omnium Domino? «Gratias agimus, inquit, tibi, ei Filio tuo unigenito.» Christus ergo gratias agit Filio Dei unigenito, et

Καὶ τί ποιῶν τὰ δῶρα προσδέχεται; Ἁγιάζων αὐτὰ, εἰς τὸ αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα μεταβάλλων. Τοῦτο γὰρ τὸ δέχεσθαι, τὸ οἰκειοῦσθαι, κατὰ τὰ προειρημένα· οὗτος ὁ τρόπος καθ' ὃν ὁ Χριστὸς τὴν ἱερουργίαν ταύτην ἱερουργεῖ· ταῦτά ἐστιν ἃ τὴν ἱερωσύνην αὐτῷ ποιεῖ· εἰ δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, καὶ τὰς ἐν τῇ μυσταγωγίᾳ εὐχὰς, ἢ πάσας ἢ τινὰς τοῦ Χριστοῦ θείη τις εἶναι φωνὰς, οὐδὲν κατὰ τοῦτο διοίσει τῶν ἀσεβῶν, οἳ τὴν δόξαν αὐτοῦ καθαιρεῖν ἐτόλμησαν. Ἀνάγνωθι τὰς εὐχὰς ἁπάσας, καὶ εἴσῃ τὰ ῥήματα ἐκεῖνα πάντα δούλων εἶναι ῥήματα· ἀνάγνωθι καὶ ταύτην ἣ μνημονεύει τῶν ἁγίων, ἣν τῷ Χριστῷ ἀνατιθέναι τολμῶσι, καὶ εὑρήσεις ἐκεῖ οὐδὲν μὲν υἱῷ πρέπον ὁμοτίμῳ, πάντα δὲ δούλων. Πρῶτον μὲν γὰρ, οὐκ ἀφ' ἑνὸς προσώπου, ἀλλὰ κοινὴ τοῦ γένους ἐστὶν ἡ εὐχαριστία, καὶ ὡς ἁμαρτήσαντες, καὶ μὴ περιοφθέντες ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, εὐχαριστοῦσι· καὶ ἡ εὐχαριστία οὐ πρὸς τὸν Πατέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Μητρὸς, ὡς Δεσποίνης δοῦλοι, μέμνηνται· καὶ ταῖς πρεσβείαις αὐτῆς καὶ τῶν ἁγίων τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπισκέψεως καὶ προνοίας αἰτοῦνται τυχεῖν. Ταῦτα δὲ τί κοινὸν ἔχει πρὸς τὸν ἕνα Κύ-

ecce, duo erunt filii, ut voluit insania Nestorii : adeo est impium et stultum existimare Christum pro sanctis intercedere, ejusmodique legationis et intercessionis munus ei tribuere. Ostensum est autem hæc ne esse quidem sacerdotum. Restat ergo hæc verba non esse supplicationem, sed gratiarum actionem. « Certe, » inquit ; sed non permittit dictio, quæ aperte supplicationem indicat. *Pro* enim præpositio hoc vult significari.

ριον, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἀναμάρτητον, τὸν πάντων Δεσπότην ; « Εὐχαριστοῦμέν σοι, φησὶ, καὶ τῷ Υἱῷ σου τῷ μονογενεῖ. » Οὐκοῦν ὁ Χριστὸς εὐχαριστεῖ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ τῷ μονογενεῖ ; καὶ ἰδοὺ δύο ἔσονται θεοὶ, κατὰ τὴν Νεστορίου μανίαν· οὕτως ἀσεβὲς καὶ ἀνόητον τὸν Χριστὸν νομίζειν ὑπὲρ τῶν ἁγίων πρεσβεύειν, καὶ τοιαύτην πρεσβείαν καὶ μεσιτείαν αὐτῷ περιάπτειν. Ἐδείχθη δὲ ταῦτα μηδὲ τῶν ἱερῶν εἶναι. Λείπεται δὴ μὴ ἱκεσίαν ἀλλ' εὐχαριστίαν εἶναι ταῦτα τὰ ῥήματα. « Ναὶ, » φησὶν, ἀλλ' ἡ λέξις οὐκ ἐᾷ τὴν ἱκεσίαν σαφῶς δυναμένην. Ἡ γὰρ ὑπὲρ πρόσωπος τοῦτο βούλεται σημαίνειν.

Ardalion autem insignis ille, ipse quoque pro alio ludicro, quo spectantes jucunde recreabat, baptizatus est. Erat siquidem ridiculus, et istiusmodi voluptates ad spectandum confluentibus præbebat. Baptizatus est autem, non symbolis, nec imaginibus Christum patientem imitatus, sed rebus ipsis. Etenim pulchram confessionem et martyrum tolerantiam ficte imitabatur, et in cruce nudus, ludens a ludentibus suspendebatur. Verum ubi Christum est professus, et plagas sensit, repentina mutatione anima cum voce conspiravit, quodque simulabatur, mens vere complexa est, eratque omnino, quod se per ludum vocabat, Christianus, plagasque ludentes, et vocem fictam opus tale sequebatur, et cum Christum se diligere affirmaret, eodem puncto temporis diligebat, amore ut flamma ab ore ipsum cor afflante. Cumque aliis bonum de bono thesauro cordis ad os veniat, Ardalioni the-

ρύκων ἠκουσαν ἄνθρωποι πάντες, τρόπαια δὲ μαρτυρικοῖς ἀγῶσιν ἐπήγνυτο πανταχοῦ φωνῆς λαμπρότερον τῷ Χριστῷ τὴν ἀληθῆ θεότητα μαρτυροῦντα, καὶ μυρίων μὲν ἀκούσας λόγων, τοσούτων δὲ ἀριστέων καὶ θαυμάτων γενόμενος, θεατὴς, ὅμως ἔμενε πλανώμενος καὶ τὸ ψεῦδος τῆς ἀληθείας ἔμπροσθεν ἄγων. Ἐπεὶ δὲ ἐβαπτίσθη, καὶ τοῦτο παίζων, οὐ Χριστιανὸς ἦν εὐθὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς αὐτὸν τὸν τῶν μαρτύρων ἐτέλεστε χορόν. Καὶ γὰρ μῖμος ὢν καὶ τοῦτ' αὐτὸ ποιούμενος ἔργον, ἐτόλμησε καὶ ταύτην τὴν τόλμαν, ὡς ἂν γέλωτα κινήσων, καὶ προσέπαιξε τὸ λουτρὸν, καὶ ἐβάπτισεν ἑαυτὸν εἰς ὕδωρ, καθεὶς ἐπὶ τοῦ θεάτρου τὴν Τριάδα ἀναβοήσας. Καὶ οἱ μὲν ἐγέλων, οἷς ἐπεδείκνυτο τὸ δρᾶμα, τῷ δὲ οὐκέτι γέλως ἦν οὐδὲ σκηνὴ τὰ παρόντα, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς γέννησις καὶ ἀνάπλασις καὶ τοῦτ' αὐτὸ, ὅπερ ἐστὶ τὸ μυστήριον. Ἐξῆλθε γὰρ ἀντὶ μίμου ψυχὴν ἔχων μαρτυρικὴν, σῶμα γενναῖον ὥσπερ εἰς φιλοσοφίαν ἠσκημένον καὶ πόνους, γλῶσσαν ἐφελκομένην ἀντὶ γέλωτος τυράννου θυμόν· καὶ οὕτως ἐσπούδασεν ὁ διὰ βίου παίζων ἐκεῖνος, καὶ οὕτω περὶ τὸν Χριστὸν προὐθυμήθη, ὥστε πολλῶν ἀνασχόμενος βασάνων ἡδέως ἀπέθνησκεν, ἵνα μηδὲ τῇ γλώττῃ προδῷ τὸ φίλτρον.

Οὕτω καὶ Γελάσιος τὸν Χριστὸν ἐφίλησε καὶ τοῦτον ἔγνω τὸν τρόπον. Καὶ ὡς ἔοικε, προσῆλθε μὲν ἑκάτερος ἐχθρῶς ἔχων καὶ πολεμίως· ἐπεὶ δὲ τὸν ὀφθαλμὸν αὐτῷ τῆς ψυχῆς ἀνέῳξεν ὁ πολεμούμενος καὶ τὴν οἰκείαν ἔδειξεν ὥραν, ἐξέστη τε εὐθὺς ἐπὶ τῷ κάλλει καὶ τὴν ἐναντιωτάτην ἐπεδείξατο γνώμην καὶ ἦν ἐραστὴς ἀντὶ πολεμίου. Καὶ γὰρ ἔκστασις ἦν ὁ ἔρως ἐκεῖνος, ὅτι τοὺς ἁλόντας ἐκτὸς τῶν ἀνθρωπίνων ἤγαγεν ὅρων· καὶ τοῦτο δεικνὺς ὁ προφήτης, « Ἐκστήσονται, φησὶ, πολλοὶ ἐπὶ σοὶ » (ἐν οἷς περὶ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ θανάτου πρὸς τὸν Χριστὸν διαλεγόμενος ἔφη), « ὃν τρόπον ἐκστήσονται πολλοὶ ἐπὶ σοὶ, οὕτως ἀδοξήσει ἀπὸ ἀνθρώπων τὸ κάλλος σου ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων. »

Ἀρδαλίων δὲ ὁ γενναῖος ἐβαπτίσθη μὲν καὶ αὐτὸς ἀντὶ παιδιᾶς ἄλλης τούτῳ χαριζόμενος τοῖς θεωμένοις· καὶ γὰρ ἦν γέλωτος τεχνίτης καὶ τοιούτων τινῶν ἡδονῶν τοῖς συνοῦσι δημιουργός. Ἐβαπτίσθη δὲ οὐ συμβόλοις οὐδὲ εἰκόσι τὸ πάθος μιμησάμενος τοῦ Σωτῆρος, ἀλλ' αὐτοῖς τοῖς πράγμασι. Καὶ γὰρ τὴν καλὴν ὁμολογίαν καὶ τὴν τῶν μαρτύρων ὑπεκρίνατο, καὶ ἀνηρτήθη μὲν ἐπὶ τοῦ ξύλου γυμνὸς παίζων ὑπὸ παιζόντων· ἐπεὶ δὲ ἀνεῖπε τὸν Χριστὸν καὶ ἤσθετο τῶν πληγῶν, ἀθρόον μετέβαλε, καὶ ἡ ψυχὴ τῇ φωνῇ συνέβη, καὶ ἡ γνώμη τοῖς πλάσμασιν ἠκολούθει. Καὶ ἦν ἀληθῶς ὃ παίζων ἑαυτὸν ἐκάλει, Χριστιανὸς, καὶ γίνεται πληγῶν παιζόντων καὶ φωνῆς πεπλασμένης ἔργον τοσοῦτον, καὶ τὸν Χριστὸν, ὅτι φιλεῖν εἶπεν, εὐθὺς ἐφίλει τοῦ ἔρωτος πυρὸς δίκην ἀπὸ τοῦ στόματος ἐπ' αὐτὴν εἰσπνεύσαντος τὴν καρδίαν. Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις τὸ ἀγαθὸν ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐπὶ τὸ στόμα χωρεῖ,

[77] Isa. LII, 14.

Ἀρδαλίονι δὲ ὁ θησαυρὸς ἄνω ποταμῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἀπὸ τοῦ στόματος ἦλθεν. Ὦ τῆς ἀῤῥήτου τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως! Οὐ γὰρ εὐεργετήσας οὐδὲ μεταδοὺς στεφάνων, οὐδὲ τοῦτο γοῦν χρηστῶν αὐτὸν ἐλπίδων, ἀλλὰ τῶν πληγῶν καὶ τῆς ἀτιμίας λαβὼν κοινωνὸν οὕτως εἶλε καὶ ἀνηρτήσατο, ὥστε ἔπεισε μὲν, ἃ πρότερον οὐδὲ ἀκούων ἀνεκτῶς εἶχεν. Ἐξέστησε δὲ συνηθείας ἀθρόον, ἦν. μακρὸς αὐτῷ συνέτηξε χρόνος, μετέστησε δὲ πρὸς τὴν ἐναντιωτάτην ἕξιν τὴν γνώμην, ἀπὸ τοῦ πάντων κακίστου καὶ πονηροτάτου πρὸς τὸ βέλτιστον ἁπάντων μεταγαγών· οὔτε γὰρ μίμου φαυλότερον γένοιτ' ἂν οὐδὲν οὔτε φιλοσοφώτερον μάρτυρος. Τούτοις τί κοινόν; καὶ τῷ φυσικῷ λόγῳ τίνα ἀκολουθίαν ἔχει, πληγὰς καὶ ἀτιμίαν ἔρωτα τίκτειν, καὶ ὑπὲρ ὧν φεύγειν τὸν Χριστιανισμὸν τὸν πιστὸν ἀκόλουθον ἦν, διὰ τούτων ἑλεῖν καὶ χειρώσασθαι τὸν ἐχθρὸν καὶ οἷς ἐχθρὸς ἦν; Τίς γὰρ ἂν ὀδυνώμενος χαίροι τούτοις πεῖσαι φιλεῖν τὸν μεμελετηκότα μισεῖν, καὶ φίλον καὶ σπουδαστὴν ἀντὶ πολεμιωτάτου καὶ διώκτου παρασκευάσαι γενέσθαι;

Εἶεν. Πρὸς ταῦτα τοίνυν ὁ μὲν λόγος τῆς διδασκαλίας οὐδὲν φαίνεται συνηθες, τὸ δὲ πᾶν ἡ τοῦ βαπτίσματος εἰργάσατο δύναμις. Καὶ γὰρ καὶ τῶν λόγων ἤκουσεν Ἀρδαλίων τῆς κοινῆς ἡμῶν σωτηρίας, καὶ θαυμάτων οὐκ ἦν ἀθέατος πολλῶν ἐπ' αὐτοῦ παῤῥησιασαμένων μαρτύρων· ἀλλ' ἦν οὐδὲν ἧττον ἔτι τυφλώττων καὶ τῷ φωτὶ πολεμῶν, ἕως ἐβαπτίσατο, τὰ στίγματα τοῦ Χριστοῦ δεξάμενος; καὶ τὴν καλὴν ὁμολογίαν ὁμολογήσας. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ τοῦ βαπτίσματος ὅρος, Χριστοῦ μιμήσασθαι τὴν ἐπὶ τοῦ Πιλάτου μαρτυρίαν καὶ τὴν μέχρι σταυροῦ καὶ θανάτου περὶ αὐτῆς καρτερίαν· μιμήσασθαι δὲ ἔστι μὲν διὰ τῶν εἰκόνων καὶ τῶν συμβόλων τούτων τῶν ἱερῶν, ἔστι δὲ αὐτοῖς τοῖς πράγμασι μετὰ κινδύνων τὴν θρησκείαν ἐπιδειξαμένοις, καιροῦ καλοῦντος. Πολλῶν γὰρ ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐπινοηθέντων νοσοῦντι τῷ γένει φαρμάκων, μόνος ὁ τοῦ Χριστοῦ θάνατος τὴν ἀληθινὴν ζωὴν καὶ τὴν εὐεξίαν ἐδυνήθη κομίσαι. Καὶ τούτου χάριν αὐτὸ τὸ τὴν καινὴν γέννησιν γεννηθῆναι καὶ τὸν μακάριον βίον βιῶναι καὶ πρὸς ὑγίειαν διατεθῆναι, οὐδέν ἐστιν ἕτερον ἢ τὸ πιεῖν τοῦ φαρμάκου τούτου, καὶ ὡς οἷόν τέ ἐστιν ἀνθρώποις ὁμολογῆσαι τὴν ὁμολογίαν καὶ τοῦ πάθους ἀνασχέσθαι καὶ ἀποθανεῖν τὸν θάνατον. Αὕτη ἐστὶν ἡ τοῦ καινοῦ νόμου δύναμις, οὕτω γεννᾶται Χριστιανός· τοῦτον τὸν τρόπον εἰς τὴν θαυμαστὴν ἀφικνεῖται φιλοσοφίαν, ἔργων μὲν τῶν ἀρίστων ἐπειλημμένος, πίστιν δὲ ἀκίνητον ἔχων, οὐ πειθοῦς ἀνάγκῃ πιστεύων, οὐδὲ νόμοις ἄγων τὸ ἦθος, ἀλλὰ δυνάμει Θεοῦ καὶ τοῦτο κἀκεῖνο δεχόμενος καὶ δι ἀμφοῖν εἰς τὸ μακάριον τοῦ Χριστοῦ μορφούμενος εἶδος. « Οὐ γὰρ ἐν λόγοις, φησὶν, ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει, » καὶ, « Ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς σῳζομένοις ἡμῖν δύναμις Θεοῦ ἐστι· » διὰ ταῦτα καὶ πνευματικὸς μὲν οὗτος ὁ νόμος, ὅτι τὸ

A saurus cœlestis fluminis per os in cor venit. O virtutem Dei inexplicabilem! Non enim benefactis, non coronarum communicatione, neque saltem bona spe sibi conciliatum, sed plagarum et ignominiæ consortem ut accepit, sic eum cepit et occupavit, adeoque amicitia sua dignatus est, ut ei persuaderet, quæ prius vel auribus respuebat. Extemplo a consuetudine, temporis longinquitate inolita et confirmata discessit, animumque ad habitum penitus penitusque contrarium transtulit, et a re omnium pessima pravissimaque ad optimam omnium transiit. Nihil enim potest mimo inveniri scelestius, nec martyre sapientius. Quid his commune? et, si naturam spectemus, quomodo cohæret, plagas et opprobrium parere amorem, et propter quæ Christianismo nuntium mittere etiam B fidelem par videbatur, per ea captivum facere, et subigere inimicum, quibus ille hostis erat? Quis enim persecutionem passus delectari possit, his amorem persuadere, in quorum odio inimicus ante se exercuerit, ac pro inimicissimo et persecutore amicum et studiosum sibi parare?

De his igitur ita explicatum esto. Ad hæc sermo doctrinæ nihil videtur contulisse quidem, totum vero baptismi virtus operata esse. Nam verba communis salutis nostræ etiam Ardalion audiverat, multorumque martyrum, ætate sua liberrime se Christianos prædicantium miracula viderat; nihilo secius cæcus et lumini adversarius manebat, donec susceptis Christi stigmatis, et bonam confessus confessionem baptizatus est. Hic enim baptismi scopus est, Christum apud Pilatum testificantem, quamque ad crucem et mortem usque patientiam egregiam adhibuit, imitari; per imagines autem et symbola sacrorum istorum imitari. Licet nihilominus rebus ipsis cum discrimine capitis, tempore vocante, religionem palam ostendere. Multis etenim omni memoria excogitatis ægrotanti generi nostro medicinis, sola Christi mors veram vitam et bonam habitudinem afferre potuit. Quare hoc ipsum, nova generatione generari, beatam vitam vivere, et ad sanitatem disponi, nihil est aliud, quam pharmacum istuc bibere, et pro viribus confiteri confessionem, tormenta perpeti, et morte plecti. Hæc novæ legis efficacitas est; sic generatur Christianus; et hac via ad philosophiam admirabilem perducitur, operibus quidem optimis deditus, fidem autem immobilem conservans, non demonstrationibus ad fidem compulsus, neque legibus adactus mores instituens, sed virtute divina concitatus et hoc et illud suscipiens, et per utrumque sacrosanctam Christi effigiem induens: « Non enim est regnum Dei in sermone, inquit, sed in virtute[78]; » et, « Verbum crucis nobis qui salvamur Dei virtus est[79]. » Idcirco et spiritualis est lex ista, quia spiritus totum operatur: illa scripta, quoniam litterarum et vocum

[78] I Cor. IV, 20. [79] I Cor. I, 18.

tenus procedebat. Quocirca et umbra et imago fuit; res autem et veritas, quæ nunc fiunt. Verba enim ad ipsum esse rerum imaginis proportionem habent; quas, priusquam apparerent, multis ante sæculis lingua prophetarum Deus significavit : « Feriam, inquit, fœdus novum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum [80]. » Sed quod? « Hoc erit pactum, inquit, quod feriam cum domo Israel, in domo Juda. Dabo legem meam in visceribus eorum, et in cordibus eorum scribam eam [81]. » Non per voces compositam et concinnatam, sed ipse ego legislator per me, absque medio : « Non enim amplius docebit unusquisque fratrem suum, et unusquisque proximum suum, dicens, Cognosce Dominum; quoniam omnes cognoscent me, a minimo usque ad maximum [82]. » Hanc et David legem adeptus, beatam illam vocem emisit : « Quoniam ego cognovi, quod magnus est Dominus [83]. » Ego cognovi, inquit, per experientiam, non ut qui aliis docentibus id audiverim. Quo et alios inducens : « Gustate, inquit, et videte, quoniam bonus est Dominus [84]. » Quin etiam multis et variis sermonibus beatus ille Dei bonitatem collaudavit. Sed quasi verba rem ipsam æquare nequeant, ad experientiam eorum, quæ in Deo laudantur, audientes provocat.

A πνεῦμα τὸ πᾶν ἐργάζεται, γραπτὸς δὲ ἐκεῖνος, ὅτι μέχρι τῶν γραμμάτων ἔστη καὶ τῶν φωνῶν, ἀνθ' ὧν καὶ σκιὰ μὲν καὶ εἰκὼν ἐκεῖνος, πρᾶγμα δὲ καὶ ἀλήθεια τὰ παρόντα. Οἱ γὰρ λόγοι καὶ τὰ γράμματα πρὸς αὐτὸ τὸ εἶναι τῶν πραγμάτων εἰκόνος ἔχουσι λόγον· ταῦτα πρὶν εἰς ἔργον ἐκβῆναι, πολλοῖς πρότερον χρόνοις τῇ γλώττῃ τῶν προφητῶν ἐμήνυσεν ὁ Θεός. « Διαθήσομαι, φησὶ, διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ διαθήκην, ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν, » ἀλλὰ τίνα ταύτην; « Αὕτη, φησὶν, ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα· τιθεὶς τοὺς νόμους μου εἰς διάνοιαν αὐτῶν καὶ ἐν καρδίαις αὐτῶν γράψω αὐτούς, » οὐ διὰ φωνῆς ῥυθμίζων, ἀλλ' αὐτὸς ἀμέσως ὁ νομοθέτης. « Οὐ γὰρ διδάξουσιν ἔτι, φησὶν, ἕκαστος (τὸν ἀδελφὸν B αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος) τὸν πλησίον αὐτοῦ, Γνῶθι τὸν Κύριον, ὅτι πάντες εἰδήσουσί με ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου αὐτῶν. » Τούτου τυγὼν τοῦ νόμου καὶ Δαβὶδ τὴν μακαρίαν ἐκείνην ἀφῆκε φωνὴν, ὅτι « Ἐγὼ ἔγνωκα, ὅτι μέγας ὁ Κύριος, » ἐγὼ ἔγνωκα, φησὶ, πεῖραν αὐτὸς λαβὼν, οὐ διδασκόντων ἄλλων ἀκούσας· ὅθεν ἐπὶ τὰ ἴσα καὶ τοὺς ἄλλους ἐνάγων, « Γεύσασθε, φησὶ, καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. » Καίτοι πολλοῖς τὴν χρηστότητα τοῦ Θεοῦ καὶ παντοδαποῖς ὁ μακάριος ἀνύμνησε λόγοις· ὁ δὲ, ὡς οὐ δυναμένων ἐνδείξασθαι τὰ ὄντα τῶν λόγων ἐπὶ τὴν πεῖραν τῶν ὑμνουμένων, αὐτοὺς καλεῖ τοὺς ἀκροωμένους.

Hanc experientiam baptizatorum animabus sacer fons inserit, et ex opificio opificem, menti veritatem, desiderio solum desiderabilem demonstrat. Ideo et magnum desiderium, et amor ineffabilis, et charitas prorsus singularis : quoniam non est quo egeat, et omnia conveniunt, et nihil dissonat, et insuper est omnis excellentia. Sic enim rem dispiciamus. Desiderium animabus indidit Deus. Si bonum illud assequi debemus, et veritas intelligenda est, hæc duo utique pura omnino desideramus, bonum a malo, veritatem a mendacio. Nemo enim deceptus lætatur, nec delectatur in errorem inductus, et pro bono in malum incidens. Hæc concupiscentibus pure consequendi nunquam adhuc facta est copia : sed quod a nobis bonum et verum appellatur, non magis hoc est quod appellatur, quam contrarium. Unde apertum fit, hic neque charitatis neque gaudii in nobis tantam vim reperiri, quanta reperiretur, si quæ diligere, et quibus gaudere oportet, præsentia adessent. Neque amoris vinculum quantum sit, nec magnitudo illius incendii nota est; quia quod amatur, nusquam est. Iis autem qui Salvatorem gustaverunt, adest idipsum quod desiderant, ad quem humanus amor velut ad canonem aliquem et finem ab initio comparatus est : velut thesaurus ita magnus, ita latus, ut Deum possit capere. Hac ratione et omnia bona in vita consequuntur. Nulla intercedit satietas, nec quidquam desiderium definit. sed adhuc siti-

Ταύτην τὴν πεῖραν τὸ λουτρὸν ἐντίθησι ταῖς τῶν C βαπτιζομένων ψυχαῖς, καὶ γνωρίζει τῷ δημιουργήματι τὸν δημιουργὸν, τῷ νῷ τὴν ἀλήθειαν, τῇ ἐπιθυμίᾳ τὸν μόνον ἐπιθυμητόν. Διὰ τοῦτο καὶ μέγας ὁ πόθος καὶ τὸ φίλτρου ἄῤῥητον καὶ ὁ ἔρως ὑπερφυὴς, ὅτι οὐκ ἔστιν οὗ δεῖ, καὶ πάντα συμβαίνει, καὶ οὐδὲν ἀπᾴδει, καὶ πρός γε πᾶσά ἐστιν ὑπερβολή. Σκοπῶμεν γάρ. Ἐπιθυμίαν ταῖς ψυχαῖς ἐνέθηκεν ὁ Θεὸς, ἂν μέν του δέῃ, τυγχάνειν τοῦ ἀγαθοῦ, νοῆσαι δὲ δεῆσαι τῆς ἀληθείας, καὶ ταῦτα ποθοῦμεν καθαρὰ δήπου, τὸ μὲν ἀγαθὸν τοῦ κακοῦ, τοῦ ψεύδους δὲ τὴν ἀλήθειαν· οὐ γάρ τις ἀπατώμενος χαίρει, οὐδ' ἂν ἡσθείη πλανώμενος καὶ κακῷ περιτυγχάνων ἀντ' ἀγαθοῦ. Τούτων ἐπιθυμοῦσιν οὐδὲ πώποτε ἐγένετο τυχεῖν καθαρῶς, ἀλλὰ τὸ παρ' ἡμῖν ἀγαθὸν καὶ τὸ ἀληθὲς οὐ τοῦτό ἐστιν, ὃ καλεῖ- D ται μᾶλλον ἢ τοὐναντίον· ὅθεν οὐδὲ ἡ τῆς ἀγάπης ἐνταῦθα δύναμις, οὐδὲ ἡ τῆς χαρᾶς ἐν ἡμῖν ὅλον ἦν ὑπόση τις ἦν, ἃ φιλεῖν ἔδει καὶ οἷς χαίρειν ἦν μὴ παρόντων, οὐδὲ ὁ τοῦ πόθου δεσμὸς γνώριμος οὐδὲ τὸ πῦρ ζῆσον. Ἦν γὰρ τὸ ποθούμενον οὐδαμοῦ· τοῖς δὲ γευσαμένοις τοῦ Σωτῆρος αὐτὸ πάρεστι τὸ ποθούμενον, πρὸς ὃν ὁ ἀνθρώπινος ἔρως ὥσπερ εἰς κανόνα τινὰ καὶ ὅρον κατεσκευάσθη τὸ ἐξ ἀρχῆς, καθάπερ θησαυρὸς οὕτω μέγας, οὕτω εὐρὺς, ὥστε Θεὸν ὑποδέξασθαι δυνηθῆναι. Ταῦτ' ἄρα καὶ πάντων τυγχάνουσι τῶν ἐν τῷ βίῳ καλῶν· οὐδεὶς ἐστι κόρος, οὐδ' ἵστησιν οὐδὲν τὴν ἐπιθυμίαν, ἀλλ' ἔτι διψῶμεν, ὥσπερ εἰ μηδενὶ παρῆμεν ὧν ἐποθοῦμεν.

[80] Jerem. xxxi, 31. 32. [81] ibid. 33. [82] Ibid. 34. [83] Psal. xxxiv, 4. [84] Psal. xxxiii, 9.

Ἡ γὰρ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν δίψα ἀπείρου δεῖ- A
ταί τινος ὕδατος· ὁ δὲ κόσμος οὗτος πεπερασμένος
ἀρκέσαι δὴ πῶς δύναιτ' ἄν; Καὶ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ
ὁ Κύριος αἰνίττεται πρὸς τὴν Σαμαρείτιδα λέγων·
« Ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου διψήσει πάλιν·
ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ
μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα. » Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ
ὕδωρ, ὃ τὴν ἐπιθυμίαν ἴστησι τῶν ἀνθρωπίνων ψυ-
χῶν. « Χορτασθήσομαι γὰρ, φησὶν, ἐν τῷ ὀφθῆναί
μοι τὴν δόξαν σου. » Καὶ γὰρ ὀφθαλμὸς μὲν κατε-
σκευάσθη οἷος πρὸς τὸ φῶς ἀρκέσαι, καὶ ἀκοὴ πρὸς
ἤχους, καὶ ἕκαστον οἷς ἁρμόττει· ψυχῆς δὲ ἐπιθυ-
μία πρὸς τὸν Χριστὸν ἴεται μόνον. Καὶ τὸ κατάλυ-
μα τοῦτό ἐστιν αὐτῇ, ὅτι καὶ ἀγαθὸν καὶ ἀλήθεια
καὶ ὁτιοῦν, ὧν ἐστιν ἔρως, μόνος ἐστί. Τούτων ἕνε- B
κα καὶ κωλύει τοὺς τυχόντας οὐδὲν φιλεῖν, ὅσον
ἔρωτος ἐξ ἀρχῆς ταῖς ψυχαῖς ἐνετέθη, καὶ χαίρειν,
ὅσον δύναται χαίρειν ἡ φύσις, καὶ εἴ τι πρσέθηκεν
αὐτοῖς ἀρετὴ καὶ τὸ τῆς ἀναγεννήσεως ὕδωρ. Ἐπὶ
μὲν γὰρ τῶν ἐν τῷ βίῳ καλῶν οὔτε τὸν ἔρωτα οὔ-
τε τὴν χαρὰν ἐνεργὸν εἶναι δυνατὸν ψευδομένων τὴν
ἐπωνυμίαν· εἰ γάρ τι καὶ δοκεῖ καλὸν, φαῦλόν
ἐστιν εἴδωλον τοῦ ἀληθοῦς. Ἐνταῦθα δὲ, οὐδενὸς
ὄντος ὃ κωλύσει, θαυμαστὸν καὶ ἄῤῥητον διαδείκνυ-
ται τὸ φίλτρον καὶ ἡ χαρὰ οὐδ' ὅση μηνύσαι· μά-
λιστα μὲν ὅτι πρὸς ἑαυτὸν ἑκάτερον τῶν παθῶν
τούτων ἔταξεν ὁ Θεὸς, ἵνα αὐτὸν μὲν φιλῶμεν, αὐτῷ
δὲ χαίρωμεν μόνῳ· καί ἐστιν ἀκόλουθον, οἶμαι,
λόγον τινὰ πρὸς τὸ ἄπειρον ἀγαθὸν ἐκεῖνο σώζειν,
καὶ τοῦτον ὡς εἰπεῖν τὸν τρόπον σύμμετρον εἶναι. C

Σκοπῶμεν δὴ τὸ μέγεθος ὅσον, ἔπειτα τῆς ὑπερ-
βολῆς κἀκεῖνο σημεῖον. Πάντων γὰρ, ὧν ὑπῆρξεν
εἰς ἡμᾶς ἀγαθῶν, μόνην ἀμοιβὴν ἠγεῖτο τὸ φίλτρον,
καὶ τοῦτο παρ' ἡμῶν εἰ λάβοι, λύει τὸ χρέος· ὃ τοίνυν
ἀπείρων ἐστὶν ἀντίῤῥοπον ἀγαθῶν παρά γε Θεῷ
δικαστῇ, πῶς οὐχ ὑπερφυές; Πρόδηλον δὲ ὅτι τῇ τῆς
ἀγάπης ὑπερβολῇ παντάπασιν ἐφάμιλλος ἡ χαρά·
καὶ τῷ φίλτρῳ συμβαίνει διὰ πάντων τὸ γάννος καὶ
ἀκολουθεῖ μεγίστῳ μέγιστον. Φαίνεται τοίνυν ταῖς
ἀνθρωπίναις ψυχαῖς, ἀγάπης καὶ χαρᾶς μεγάλην
τινὰ καὶ θαυμαστὴν ἀποκεῖσθαι παρασκευὴν καὶ
παρόντος τοῦ ὡς ἀληθῶς χαίροντος καὶ ἀγαπητοῦ
τηνικαῦτα τελέως ἐνεργὸν εἶναι· καὶ τοῦτό ἐστιν,
ὅπερ χαρὰν ὁ Σωτὴρ πεπληρωμένην καλεῖ. Διὰ D
ταῦτα καὶ τοῦ Πνεύματος ἐπιδημήσαντος ὁτῳοῦν
καὶ τῶν αὐτοῦ μεταδόντος τῶν ἀνασχόντων ἐκεῖθεν
καρπῶν, τὰ πρώτην ἔχοντα τάξιν ἀγάπη ἐστὶ καὶ
χαρά. « Ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ Πνεύματος, φησὶν,
ἀγάπη, χαρά· » τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι τοῦτο πρῶτον αἴ-
σθησιν ἑαυτοῦ παρέχει ταῖς ψυχαῖς ἐπιδημῶν ὁ
Θεός. Αἰσθανόμενος δὲ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ φιλεῖν καὶ
χαίρειν ἀνάγκη, ἐπεὶ καὶ σωματικῶς φανεὶς τοῖς
ἀνθρώποις τοῦτο πρῶτον παρ' ἡμῶν ἀπῄτει, τὴν
ἐπίγνωσιν τὴν ἑαυτοῦ· καὶ τοῦτο ἐδίδασκε, καὶ τοῦ-
το εἰσῆγεν εὐθὺς, μᾶλλον δὲ διὰ τοῦτο μέχρις αἰ-
σθήσεως ἦλθε καὶ ὑπὲρ τούτου τὸ πᾶν εἰργάσατο.
« Καὶ γὰρ εἰς τοῦτο, φησὶ, γεγέννημαι καὶ εἰς τοῦ-

mus, ac si nihil desideratorum obtinuissemus. Animarum quippe humanarum sitis quadam aqua infinita indiget : cui mundus iste finitus qui possit sufficere ? Et hoc est quod Dominus tectius Samaritanæ ait : « Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum [85]. » Hæc enim est aqua, quæ animarum humanarum appetentiam sedat. « Satiabor, inquit, cum apparuerit gloria tua [86]. » Etenim oculus comparatus est ille quidem, ut ad lumen percipiendum sufficiat, et auditio ad sonum, et unumquodque quibus congruit : animæ autem desiderium ad Christum fertur solum, et hoc illi diversorium ; quia et bonum, et veritas, et quodcunque amabile, solus est. Quem qui assecuti sunt, eos nihil impedit amare, pro eo quantus amor ab initio animabus est insitus ; et gaudere quantum natura gaudere potest ; et si quid ipsis virtus et regenerationis aqua adjecit. In bonis enim vitæ hujus, nomen mentientibus, neque amor neque gaudium vigere potest. Nam etsi quid bonum videtur, inane veri boni simulacrum est. Hic autem cum nihil sit quod obstet, admirabilis et ineffabilis amor, et charitas quantam verbis memo descripserit, ostenditur. Maxime cum ad se ipsum utrumque horum affectuum instituerit Deus, ut ipsum diligamus, eoque solo gaudeamus. Et est consequens, ut existimo, rationem quamdam ad bonum illud infinitum servare, et hunc, ut breviter dicam, modum esse.

Consideremus igitur, quanta sit ejus magnitudo. Deinde excellentiæ et illud signum est. Omnium enim bonorum, quæ ultro nobis præbuit, solam compensationem ducit amorem, quem si a nobis retulerit, nomina expungit. Qui ergo bonis innumerabilibus pari velut pondere respondet, quomodo apud Deum judicem non sit excellentissimus ? Certum est porro, gaudium æquare omnino charitatis magnitudinem, et amori conjunctam esse per omnia voluptatem, et maximum comitari maximam. Itaque humanis animabus charitatis et gaudii insignem quamdam et admirabilem materiam esse repositam, et præsente vere pulchro et dilecto, efficacissimam esse patet. Et hoc est quod Salvator gaudium plenum vocat. « Petite, » inquit, « et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum [87]. » Quapropter cum Spiritus quoque venisset, suaque dona contulisset, fructuum inde orientium primas charitas et gaudium tulerunt. « Fructus enim Spiritus, » inquit, « est gaudium, et charitas [88]. » Ideo videlicet, quod in his primum sensum sui ipsius animabus præbet adveniens Deus. Sentientes enim illud bonum et amare et gaudere necesse est. Quoniam et forma aspectabili hominibus apparens, hoc signum agnitionis suæ a nobis exigit. Et hoc docuit, et hoc statim induxit ; vel potius propter hoc ad sensum usque se demisit, et hujus

[85] Joan. IV, 14, 15. [86] Psal. XVI, 15. [87] Matth. VII, 7. [88] Galat. V, 22.

causa totum fecit. Etenim ob hoc se natum esse, et ob hoc venisse in mundum ait, « ut perhiberet testimonium veritati [90]. » Atqui veritas ipse erat utique, tantum non dicens, ut me ipsum ostenderem. Hoc etiam nunc baptizatis adveniens præstat, et testimonium perhibet veritati, bonum opinionis tantum ejiciens, veritatem contra introducens, et præostendens, et quod ait ipse [91], ipse semet illis manifestans.

Hoc autem esse verum, lotos hoc lavacro Deum quodammodo experiri, ex rebus ipsis, ut memoravi, eruce. Quod si etiam testimoniis est opus, cum multi sint, et Dei amantes, et qui apud eum plurimum potuerunt, qui testimonium dicant, sufficiet unus instar omnium Joannes [92], qui animam solis radio lucidiorem, et linguam auro splendidiorem habet. Sed enim verba ipsa hujus linguæ recitemus oportet. Sed quid est, « Gloriam Domini speculantes, secundum eamdem imaginem transformamur [93]? » Evidentius quidem hoc declarabatur, cum signorum dona in apostolis operabantur. Quanquam haud erit difficile hoc ipsum perspicere etnunc, fideles habenti oculos. Simul enim ut baptizamur, etiam ultra solem refulget anima, Spiritu perpurgata; ac non solum intuemur in gloriam Dei, verum etiam inde recipimus splendorem quemdam, non aliter quam si argentum mundum ad radios solis expositum emittat et ipsum radios, non ex suapte natura tantummodo, verum insuper ex fulgore solis. Similiter et anima repurgata, et argento facta lucidior, accipit radium a gloria Spiritus, et hunc vicissim ex se remittit. Eoque dicit: « Speculantes secundum eamdem imaginem transformamur, » a gloria Spiritus in gloriam nostram, quæ in nobis gignitur; et quidem talis, qualem convenit gigni a Domini Spiritu. » Et post pauca: « Vis hoc tibi demonstrem evidentius ab apostolis? Cogita Paulum; nonne vestes illius vim exserebant? Cogita Petrum; nonne et umbra illius habebat vim? Neque enim nisi regis imaginem gessissent, et splendor illorum submovisset ab accessu, tantum miraculorum vestes et umbræ illorum edidissent. Nam regis vestes etiam latronibus sunt formidabiles. Visne videre gloriam hanc etiam per corpus relucentem? « Intuentes, inquit, in faciem Stephani, viderunt tanquam vultum angeli [94]. » Verum nihil hoc ad intus fulgurantem gloriam. Sicut enim Moses in facie velamen circumferebant: imo multo amplius. Quod enim in Mose, sensibus erat impositum, hoc autem incorporale. Quemadmodum ignescunt a corporibus splendidis corpora, lucem suam in vicina transfundentia, atque de propria luce communicant: sic accidit et fidelibus. Hanc ob causam videlicet subducuntur a terris, quibus hoc contigit, nec quidquam nisi cœlestia cogitant. Heu mihi! nam hic par est etiam amaros e tere gemitus, quod cum tanta . fruamur nobilitate, nec ea quidem scimus quæ dicuntur, eo quod res celeriter nobis pereant, et ad sensibilia obstupesca-

A το ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον, ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ. » Ἀλήθεια δὲ ἄρα αὐτὸς ἦν, μονονοὺ λέγων, ἵνα ἐμαυτὸν ἀναδείξω. Τοῦτο καὶ νῦν ποιεῖ τοῖς βαπτιζομένοις ἐπιδημῶν, καὶ μαρτυρεῖ τῇ ἀληθείᾳ, τὸ μὲν δοκοῦν ἀγαθὸν ἐκβάλλων, τὸ δὲ ἀληθὲς εἰσάγων καὶ προδεικνὺς καὶ, ὃ φησιν αὐτὸς, αὐτὸς ἑαυτὸν αὐτοῖς ἐμφανίζων.

Ταῦτα δὲ ὡς ἀληθῆ καὶ τὸ λουτρὸν οἱ λούμενοι τοῦτο Θεοῦ τινα δέχονται πεῖραν, φαίνεται μὲν, ἥπερ ἔφην, ἀπὸ τῶν πραγμάτων αὐτῶν. Εἰ δὲ δεῖ καὶ μαρτυριῶν, πολλῶν καὶ θεοφιλῶν ὄντων καὶ τὰ μεγάλα παρ' αὐτῷ δυνηθέντων, ᾧ μαρτυροῦσι, μάλιστα πάντων ὃς ἀντὶ πάντων παρελθὼν ἀρκέσειεν ἂν Ἰωάννης ὁ φαιδροτέραν μὲν τῆς ἀκτῖνος τὴν ψυχὴν ἔχων, λαμπροτέραν δὲ χρυσοῦ τὴν φωνήν. B Δεῖ δὲ τῆς ἀγαθῆς γλώσσης ἀναγνῶναι τὰ ῥήματα. « Τί δέ ἐστι, τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα; Σαφέστερον μὲν τοῦτο ἐδείκνυτο, ἡνίκα τῶν σημείων τὰ χαρίσματα ἐνήργει· πλὴν οὐδὲ νῦν δύσκολον αὐτὸ κατιδεῖν τῷ πιστοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντι. Ὁμοῦ τε γὰρ βαπτιζόμεθα, καὶ ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἡ ψυχὴ λάμπει τῷ Πνεύματι καθαιρομένη. Καὶ οὐ μόνον ὁρῶμεν εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖθεν δεχόμεθα τὴν αἴγλην· ὥσπερ ἂν εἰ ἄργυρος καθαρὸς πρὸς τὰς ἀκτῖνας κείμενος καὶ αὐτὸς ἀκτῖνας ἐκπέμποιεν, οὐκ ἀπὸ τῆς οἰκείας φύσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς λαμπηδόνος τῆς ἡλιακῆς, οὕτω δὴ καὶ ἡ ψυχὴ καθαιρομένη καὶ ἀργύρου παντὸς λαμπροτέρα C γινομένη δέχεται ἀκτῖνα ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ Πνεύματος εἰς δόξαν τὴν ἐγγινομένην καὶ τοιαύτην, οἵαν εἰκὸς ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Βούλει σοι δείξω τοῦτο καὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων αἰσθητικώτερον; Ἐννόησον Παῦλον, οὗ τὰ ἱμάτια ἐνήργει. Πέτρον, οὗ καὶ αἱ σκιαὶ ἴσχυον. Οὐ γὰρ ἄν, εἰ μὴ βασιλέως ἔφερον εἰκόνα καὶ ἀπρόσιτοι ἦσαν αὐτῶν αἱ μαρμαρυγαὶ, τοσοῦτον τὰ ἱμάτια αὐτῶν καὶ αἱ σκιαὶ ἐνήργησαν· βασιλέως γὰρ ἱμάτια καὶ τοῖς λῃσταῖς φοβερά. Θέλεις ἰδεῖν καὶ διὰ τοῦ σώματος λάμπουσαν ταύτην; Ἀτενίσαντες, φησὶν, εἰς τὸ πρόσωπον Στεφάνου, εἶδον ὡς πρόσωπον ἀγγέλου. Ἀλλ' οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὴν ἔνδοθεν ἀστράπτουσαν δόξαν· ὅπερ γὰρ ὁ Μωϋσῆς ἐπὶ τοῦ προσώπου τότε εἶχε, τοῦτο οὗτοι ἐπὶ τῆς ψυχῆς περιέφερον, μᾶλλον D δὲ καὶ πολλῷ πλέον. Τὸ μὲν γὰρ Μωϋσέως αἰσθητικώτερον ἦν, τοῦτο δὲ ἀσώματον· καὶ καθάπερ πῦρ αὐγῇ σώματα ἀπὸ τῶν λαμπρῶν σωμάτων ἐπὶ τὸ πλήσιον ἀπορρέοντα καὶ ἐκείνοις μεταδίδωσι τῆς οἰκείας αὐγῆς, οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν πιστῶν συμβαίνει. Διὰ δὴ τοῦτο τῆς γῆς ἀπαλλάττονται οἱ τοῦτο πάσχοντες, καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὀνειροπολοῦσιν. Οἴμοι! Καλὸν γὰρ ἐνταῦθα καὶ στενάξαι πικρὸν, ὅτι τοσαύτης ἀπολαύοντες εὐγενείας οὐδὲ τὰ λεγόμενα ἴσμεν διὰ τὸ ταχέως ἀπολλύναι τὰ πράγματα καὶ πρὸς τὰ αἰσθητὰ ἐπτοῆσθαι. Αὕτη γὰρ ἡ δόξα ἡ ἀπόῤῥητος καὶ φρικώδης μέχρι μὲν μιᾶς καὶ

[90] Joan. XVIII, 37. [91] Joan. XIV, 22. [92] Ex hom. 7, in II Epist. ad Cor. II. [93] I Cor. III, 18. [94] Act. VI, 15. [95] Exod. XXXIV, 29, 30.

δευτέρας ἡμέρας ἐν ἡμῖν μένει· λοιπὸν δὲ αὐτὴν κατασβέννυμεν, τὸν χειμῶνα ἐπάγοντες τῶν βιωτικῶν πραγμάτων καὶ τῇ πυκνότητι τῶν νεφῶν ἀποκοουόμενοι τὰς ἀκτῖνας. »

Οὐκοῦν οὐ μέχρι τοῦ διανοηθῆναι καὶ λογίσασθαι καὶ πιστεῦσαι τὸν Θεὸν τοὺς βαπτιζομένους ἔξεστι γνῶναι, ἀλλά τι καὶ μεῖζον καὶ τοῦ πράγματος ἔγγιον ἐν τοῖς ὕδασι τούτοις ἔστιν εὑρεῖν. Τὴν γὰρ ἀστραπὴν ἐκείνην Θεοῦ τιθέναι γνῶσιν ἐν διανοίᾳ, καὶ λόγου τινὰ δᾳδουχίαν εἶναι νομίζειν, οὐκ ἂν εἴη λόγον σῶζον, ὅτε τὴν μὲν ἀφανίζεσθαι συμβαίνει μετὰ μίαν καὶ δευτέραν ἡμέραν ὄχλων καὶ θορύβων τοῖς μεμυημένοις περιχεθέντων, τὴν πίστιν δὲ οὐδεὶς ἐστιν ὃς ἠγνόησε, μεριμνήσας ἐν οὕτω καὶ ταῦτα χρόνῳ βραχεῖ· ἀλλ' ἔστι καὶ πράγματα ἔχειν καὶ θεολογεῖν εἰδέναι καλῶς, καὶ τὸ μεῖζον πάθεσι προσκειμένους εἶναι πονηροῖς, καὶ τὸν τῆς σωτηρίας καὶ τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας λόγον οὐκ ἀγνοεῖν. Ὅθεν δῆλον αἴσθησιν ἄμεσον εἶναί τινα ταῦτα τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐκεῖθεν ἀκτῖνος τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἁφανῶς ἁπτομένης. Ταύτης σύμβολα τῆς ἀκτῖνος, ἃ τὸ λουτρὸν ἐκδέχεται. Πάντα γὰρ λαμπρότητος γέμει, λαμπάδες, ᾠδαί, χορεῖαι, θριαμβοι, οὐδὲν ὅ τι μὴ φαιδρὸν, ἐσθὴς πᾶσα μὲν λάμπουσα καὶ πρὸς φωτὸς θέαν ἐσκευασμένη· ἡ δὲ πρὸς τῇ κεφαλῇ καὶ αὐτὸ γράφει τὸ πνεῦμα καὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας αἴνιγμα φέρει τὸ σχῆμα. Καὶ γὰρ εἰς εἰκόνα γλώσσης πεποίηται, καθάπερ οἷόν τε καὶ ἱμάτιον τῇ κεφαλῇ σώζειν καὶ τὸ σχῆμα τοῦτο κομίζειν, ἐν ᾧ τὸ πνεῦμα τοὺς ἀποστόλους ἐξ ἀρχῆς ἐφάνη βαπτίζον. Ἐπεὶ καὶ τοῦτο τοῦ σώματος αὐτῶν τηνικαῦτα κατέσχε τὸ μέρος, καὶ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἑκάστου πῦρ ἰδεῖν ἐν σχήματι γλώττης, ἵν', οἶμαι, τῷ τῇ γλώττης εἴδει τῆς καθόδου μηνύσῃ τὴν πρόφασιν, ὅτι τὸν συγγενῆ λόγον ἑρμηνεῦσον ἐλήλυθε καὶ διδάξον ἀγνοοῦσι. Τοῦτο γάρ ἐστι γλώττης, ἡ τἄνδον ἐκφέρει, τῶν ἀφανῶν τοῦ νοῦ κινημάτων ἄγγελος οὖσα. Καὶ γὰρ ὁ μὲν τὸν γεγεννηκότα, τὸν δὲ τὸ Πνεῦμα κηρύττει. « Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἐδόξασά σε, » πρὸς τὸν Πατέρα, « καὶ οὗτος ἐμὲ δοξάσει, » τὸν Παράκλητον λέγων· ἀντὶ τούτων μὲν ἐκείνοις ἐν τούτῳ φαίνεται τῷ τόπῳ. Τὸ σύμβολον δὲ ἡμῖν εἰς ἐκεῖνο φέρει τὸ θαῦμα, τὸν λογισμὸν καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὴν καλὴν, ἣ τοῦ βαπτίσματος τὴν πρώτην εἶδε καταβολὴν, ἵν' εἰδῶμεν, ὡς οἱ μὲν, οἷς ἐπῆλθε πρώτοις τὸ Πνεῦμα, τοῖς ἐξῆς μετέδοσαν, καὶ οὗτοι τοῖς μετ' ἐκείνους, καὶ μέχρις ἡμῶν οὕτως ἦλθε βαδίζον· καὶ οὐκ ἐπιλείψει τὸ δῶρον, ἕως ἂν ἡμῖν αὐτὸς ἐναργῶς ὁ χορηγὸς ἐπιστῇ. Τότε μὲν οὖν τοῖς μακαρίοις ὁ Δεσπότης καθαρὰν αἴσθησιν ἑαυτοῦ παρέξει τῶν ἐπιπροσθούντων ἀνῃρημένων, νῦν δὲ ὥσπερ ἔξεστι τοῖς σαρκὶ παχείᾳ καλυπτομένοις. Ταύτης τῆς αἰσθήσεως ἡ ἄῤῥητος χαρὰ καὶ ἡ ὑπερφυὴς ἀγάπη καρπός· τούτων δὲ τὸ μέγεθος τῶν κατορθωμάτων, καὶ ἡ θαυμαστὴ τῶν ἔργων ἐπίδειξις, καὶ τὸ διὰ πάντων νικῶντας καὶ στεφανηφορουῦντας εἶναι. Τούτοις γὰρ ὡπλισμένους τοῖς ὅπλοις οὔτε τῶν δεινῶν οὔτε

mus. Siquidem hæc ineffabilis ac tremenda gloria ad unum usque alterumve diem in nobis manet. Jam vero etiam illam exstinguimus, inducentes negotiorum sæcularium hiemem, nubiumque densitate depellentes radios. »

Non igitur usque ad cogitationem, et æstimationem, et fidem tantum baptizatis licet Deum cognoscere: sed et majus quiddam et rei vicinius in aquis istis est invenire. Fulgorem enim illum Dei cognitionem in animo collocare, et mentis lampadem esse existimare, non videtur aliqua ratione niti. Hunc enim post unum alterumve diem, turbis et tumultibus initiatos invadentibus evanescere contingit: ast fidem qui sollicitudine adhibita ignoraverit, et tam brevi tempore, nemo est. Sed licet et molestiis conflictari, et de divinis disserere probe nosse, et quod majus est, perturbationibus addictum esse vitiosis, et salutis ac veræ philosophiæ rationem non nescire. Unde liquet, hæc Dei sensum esse quondam citra medium radio qui inde procedit animam ipsam occultius feriente. Hujus radii symbola sunt, quæ in baptismo cernuntur. Omnia enim plena sunt splendore, lampades, cantus, chori, triumphi, nihil quod non sit hilare. Vestis tota fulgens, et ad speciem lucis parata. Quæ caput tegit, et ipsum spiritum habet depictum, et figuram fert, qua adventus ejus obscurius indicatur. Etenim linguæ similis est, prout vestem gestare caput, et schema portare potest, quo Spiritus apostolos a principio baptizans visus est, exprimitur. Quoniam et hic partem corporis ipsorum tunc insedit, et erat super caput cujusque videre ignem in figura linguæ; ut, ni fallor, specie linguæ occasionem causamque descensus indicaret, quod Verbum sibi coævum interpretaturus veniret, et docturus ignorantes; hoc enim linguæ munus est, quæ intus cogitata effert, non apparentium animi motionum nuntia. Etenim hic quidem (Λόγος) eum qui generavit, generatum Spiritus prædicat: « Ego, » inquit ad Patrem, « glorificavi te[95]; » et « ille me glorificabit[96], » Paracletus nimirum. Propterea igitur in hac figura illis se objecit. Symbolum autem cogitationem nostram ad illud miraculum, et diem illum felicem deducit, quæ prima baptismatis promissi pensionem vidit: ut sciamus eos, in quos primum Spiritus venit, posteris communicasse, et illos suis posteris, et ita progredientem ad nos venisse, nec defecturum donum, donec nobis id ipse suppeditator contrahat. Tunc igitur beatis Dominus purum sensum sui ipsius præbebit, cum interjecta et luminibus officientia sublata fuerint. Nunc autem, ut licet, carnis crassitie cooperti hujus sensus inexplicabilem lætitiam, et insignem charitatis fructum percipiunt, penes quos est magnitudo recte factorum, et admirabilium operum demonstratio, quique cum victoriis et coronis peragrant omnia. Iis enim armis instructi, nec atrocibus, nec jucundis vincuntur. Etenim gaudium

[95] Joan. xvii. 4. [96] Joan. xvi. 14.

tristibus dominatur: jucunda autem nec trahere, nec dissolvere tanta vi amoris coagmentatos et constrictos possunt. Hoc est baptismatis opus, a peccatis absolvere, homini Deum reconciliare, Deo hominem adoptare, oculum animabus aperire, divinum radium degustare, et, ut simul dicam, ad futuram vitam præparare. Itaque recte facimus, dum ei generationis nomen, et eamdem notionem habentia imponimus. Et denum Dei cognitionem in animabus initiatorum exoriri facit, quæ est vita, basis, radix vitæ: partim ipso Salvatore affirmante, æternam vitam, in cognoscendo solum verum Deum, et quem misit Jesum Christum [97], sitam esse; partim ad Deum Salomone dicente: «Scire te, radix immortalitatis [98].» Quod si et ratio adjungenda est, quis nescit, veram essentiam excellentiamque hominum in hoc ipso, in ratiocinando scilicet et cognoscendo positam esse? Quod si ita est, in omnium optima cognitione utique, et a mendacio libera posita fuerit. Dei autem notitia (ipso oculum animæ aperiente et ad se convertente) quæ cognitio melior, et ab omni errore purior? Hic est fructus baptismatis.

Θεοῦ, τίς ἂν καλλίων γένοιτο γνωσις καὶ καθαρωτέρα ἀνοίγοντος καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστρέφοντος τοῦ πλάνης ἀπάσης; Ἡ δέ ἐστι τοῦ βαπτίσματος καρπός.

Ostensum est porro hactenus, vitæ in Christo principium, essentiæque et vitæ hominum, et præstantiæ secundum veram vitam, mysterium baptismi causam esse. Quod si hæc non in omnibus baptizatis cernuntur, non continuo infirmitatis damnandum est mysterium: sed initiatis ejus culpa damni tribuenda est, qui aut non bene ad gratiam parati sint, aut thesaurum prodiderint. Quanto enim justius est, discrimen hoc ad ipsos referre initiatos, dissimili modo baptismate usos, quam initiationem unam eamdemque in omnibus contra accusare? Certum est enim, neque naturæ, neque exercitationis dictorum bonorum cumulum, sed baptismatis opus esse. Jam si et contrarium inde evenit, quomodo non est absurdum, id ipsum posse illuminare, et non posse? et cœlestes facere, et nihilo terrenis sublimiores? Sed neque solem reprehendemus, nec pro obscuro damnabimus, quia radium ejus non omnes aspiciunt; ab aspicientibus potius suffragia colligemus. Nec recte fecerimus, si illuminationem aliud posse arbitrabimur, quam id ipsum, unde appellatur.

Ἀποδέδεικται ἄρα διὰ τῶν εἰρημένων ἁπάντων, τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς ἀρχὴν καὶ τοῦ εἶναι καὶ ζῆν τοὺς ἀνθρώπους καὶ περιεῖναι τὴν ἀληθῆ ζωὴν καὶ οὐσίαν τὸ μυστήριον αἴτιον εἶναι. Εἰ δὲ μὴ πᾶσι ταῦτα τοῖς βαπτιζομένοις ἀκολουθεῖ, ἀσθένειαν οὐ προσῆκε καταγνῶναι τοῦ μυστηρίου· τοῖς δὲ τελουμένοις λογιστέον ἐστὶ τὸ πάθος, ἢ μὴ παρεσκευασμένοις εὖ πρὸς τὴν χάριν, ἢ προδοῦσι τὸν θησαυρόν. Πόσῳ γὰρ ἀξιώτερον τὴν διαφορὰν ταύτην εἰς αὐτοὺς ἀνάγειν τοὺς τελουμένους διάφορον τρόπον τῷ βαπτίσματι χρησαμένους, ἢ τὴν τελετὴν, μίαν ἐν ἅπασι καὶ τὴν αὐτὴν οὖσαν, τῶν ἐναντίων αἰτιᾶσθαι, Πρόδηλον μὲν γὰρ, ὡς οὔτε φύσεως οὔτε ἀσκήσεως ὁ τῶν εἰρημένων ἀγαθῶν σωρὸς, ἀλλὰ τοῦ βαπτίσματος ἔργον· εἰ δὲ καὶ τοὐναντίον ἐκεῖθεν, πῶς οὐκ ἄτοπον τὸ αὐτὸ καὶ δύνασθαι φωτίζειν καὶ μὴ, καὶ οὐρανίους ποιεῖν καὶ οὐδὲν τῶν γηΐνων ὑψηλοτέρους; Ἀλλ' οὔτε τὸν ἥλιον μεμψόμεθα, οὐδ' ἂν ὡς ἁπανοῦς καταγνοῖμεν, ὅτι μὴν τὴν ἀκτῖνα πάντες ὁρῶσιν, ἀπὸ δὲ τῶν ὁρώντων τὰς ψήφους οἰσομεν, οὔτε τὸ φώτισμα εἰκότα ἂν ποιοῖμεν, ἄλλο τι δύνασθαι νομίσαντες ἢ αὐτὸ τοῦτο ὅθεν καλεῖται.

[97] Joan. xvii, 3. [98] Sap. xv, 3.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΖΩΗΣ

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

Τίνα συντέλειαν αὐτῇ παρέχεται τὸ θεῖον μύρον.

DE VITA IN CHRISTO

LIBER TERTIUS.

Quam ei utilitatem sacrum unguentum, sive chrisma conferat.

Οὕτω δὲ πνευματικῶς συστάντας καὶ τοῦτον γεγεννημένους τὸν τρόπον καὶ ἐνεργείας ἀκόλουθον ἂν εἴη τυγχάνειν, ἣ τοιᾷδε γεννήσει προσήκει, καὶ κινήσεως καταλλήλου. Καὶ τοῦτο ἡμῖν ἡ τελετὴ τοῦ θειοτάτου δύναται μύρου· καὶ γὰρ ἐνεργοὺς ποιεῖ τὰς πνευματικὰς ἐνεργείας, τὸν μὲν ταύτην, τὸν δὲ ἐκείνην, τὸν δὲ πλείους, ὡς ἕκαστος πρὸς τὸ μυστήριον ἔχει παρασκευῆς. Καὶ γίνεται νῦν τοῖς λελουμένοις, ὅπερ ἐπὶ τῶν προτέρων χρόνων αἱ τῶν ἀποστόλων χεῖρες τοῖς ἐπ' ἐκείνων βαπτιζομένοις· καὶ γὰρ ἐπιτιθέντων τὰς χεῖρας τῶν ἀποστόλων τοῖς μεμυημένοις, φησὶ, τὸ Πνεῦμα ἐδίδοτο, καὶ νῦν ὁ Παράκλητος χριομένοις ἐπιδημεῖ. Τεκμήρια δέ. Πρῶτον μὲν τοῦ παλαιοῦ νόμου καὶ βασιλέας χρίοντος τὸν ἴσον τρόπον καὶ ἱερέας, ὁ τῆς Ἐκκλησίας θεσμὸς ἐκείνου, τῷ μύρῳ βασιλεύων τοῖς ἱερεῦσιν ἐπιτίθησι χεῖρας, καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος εὔχεται χάριν, ὅπερ ἐστὶ δεικνύοντος, καὶ τοῦτο κἀκεῖνο πρὸς ταὐτὰ φέρειν καὶ τὴν αὐτὴν ἄμφω δύναμιν ἔχειν. Ἔπειτα καὶ τῶν ὀνομάτων κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις, καὶ χρίσμα μὲν ἐκεῖνο, πνεύματος δὲ κοινωνία τοῦτο· τὴν τε γὰρ τῶν ἱερέων χειροτονίαν οἱ θειότατοι τῶν ἱερέων χρίσιν καλοῦσι, καὶ ἔμπαλιν οὓς τὸ μυστήριον τοῦ μύρου τελοῦσι, κοινωνοὺς τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἶναι καὶ εὔχονται καὶ πιστεύουσι, καὶ τὴν τελετὴν, ὅ τί ποτέ ἐστι, τοῖς τελουμένοις δεικνύντες πνευματικῆς δωρεᾶς σφραγῖδα καλοῦσι. Τοῦτο γὰρ ἐπάδουσι χριομένοις.

Ἔτι δὲ καὶ Χριστὸς αὐτὸς ὁ Δεσπότης οὐ χεθὲν τῇ κεφαλῇ δεξάμενος μύρον, ἀλλὰ διὰ τὸ Πνεῦμα ἅγιον, ὅτι τῆς πνευματικῆς ἐνεργείας ἁπάσης τῆς σαρκὸς ἕνεκα τῆς ἀναληφθείσης ἐγένετο θησαυρός· καὶ οὐ Χριστὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ χρίσμα· « Μύρον γὰρ, φησὶν, ἐκκενωθὲν ὄνομά σοι, » τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς, τὸ δ' ὕστερον. Ἕως μὲν γὰρ οὐκ ἦν, ᾧ τῶν αὐτοῦ μετέδωκεν ἂν ὁ Θεὸς, μύρον ἦν ἐφ' ἑαυτοῦ μένον· ἐπεὶ δὲ ἡ μακαρία συνέστη σὰρξ ἡ τῆς θεότητος ἅπαν τὸ πλήρωμα δεξαμένη, ᾗ, φησὶν Ἰωάννης, οὐκ ἐκ μέτρου δέδωκεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα, πάντα δὲ τὸν ψυχικὸν ἐνέθηκε πλοῦτον, τηνικαῦτα εἰς αὐτὴν ἐκκενω-

Sic porro spiritualiter fabrefactos jam, et ad hunc modum generatos, etiam actionem, generationi huic convenientem, et motum consentaneum sortiri oportebit. Hoc nobis divinissimi unguenti usurpatio conciliat quod in spiritualibus efficientiis efficaces facit, hunc quidem in hac, alium in illa, alium in pluribus, ut quisque ad mysterium paratus accesserit. Et nunc perinde, ut antiquis temporibus, initiatus evenit. Manus enim apostolorum baptizatis imponebantur. Nam cum imposuissent manus apostoli initiatis, ait Scriptura [88], Spiritus dabatur. Et nunc in eos qui uncti sunt similiter Paracletus venit. Cujus rei nota et signum est. Cum vetus lex reges et sacerdotes æque ungeret, Ecclesiæ lex illos ungens, his munus etiam imponit, et Spiritus gratiam ambobus precatur; quo ostenditur, et hoc et illud eodem spectare, et ambo eamdem vim habere. Deinde et nominibus inter se affinia sunt et illud chrisma, et hæc spiritus communio. Nam et sacerdotum inaugurationem sanctissimi sacerdotes χρίσιν, « unctionem » appellant; et rursus, quibus mysterium unguenti conferunt, eos Spiritus sancti participes esse et precantur, et credunt. Et initiationem quid tandem sit, initiandis exponentes, spiritualis doni sigillum vocant; hoc enim super ungendis pronuntiant.

Præterea Christus ipse Dominus, qui non effusum in caput unguentum accepit, sed per Spiritum sanctum unctus est, quoniam spiritualis operationis omnis, propter assumptam carnem, thesaurus fuit, et non Christus solum, sed et chrisma: « Unguentum effusum, inquit, nomen tuum [89], » illud a principio, hoc posterius. Quamdiu enim non erat, cui Deus sua impertiret, unguentum erat, in se ipso manens. Postquam autem beata illa caro est condita, quæ omnem plenitudinem divinitatis suscepit, ut Paulus ait [1], et cui non ad mensuram dedit Deus spiritum, ut Joannes testatur [2], sed

[88] Act. VIII, 38, 39; X, 47, 48. [89] Cant. I, 3. [1] Coloss. I, 19. [2] Joan. III, 34.

omnes naturæ suæ divitias in eam contulit, tunc in ipsam effusum jam unguentum, jure chrisma et est, et nominatur. Nam communicari, hoc ipsi et chrisma, seu unguentum esse, et effundi fuit. Nec enim mutavit locum, nec divisit murum, nec transcendit: sed quod ipsum a nobis arcebat, quodque ipsemet fecerat, id nullum in medio reliquit. Deus enim ab hominibus non loco distabat, qui implet omnem locum, sed differentia distabat, et natura se ipsam sibi a Deo arcebat, differendo omnibus quæ habebat, et nulla cum eo communitate consociata. Nam ipse quidem Deus solum Deus, natura nostra homo tantum erat. Ubi vero caro deificata, et natura humana ipsum Deum hypostatice sortita est, murus seu paries jam unguentum exstitit, et discrimen illud locum de cætero non habet, quando una hypostasis, sive subsistentia, cum illud quidem esset, hoc facta est: quæ hypostasis intervallum diremptionemque inter divinam humanamque naturam tollit, communis naturæ utriusque terminus siquidem distantium haud possit communis terminus reperiri.

A θὲν ἦδη τὸ μύρον εἰκότως χρίσμα καὶ ἔστι καὶ λέγεται. Τὸ γὰρ μεταδοθῆναι τοῦτο ἦν αὐτῷ χρίσμα τε γενέσθαι καὶ κενωθῆναι· οὐ γὰρ ἤμειψε τόπον, οὐδὲ διεῖλε τεῖχος, οὐδ' ὑπερέβη, ἀλλὰ τὸ διεῖργον τῶν ἡμετέρων αὐτὸν, ὅπερ αὐτὸς ἀποδείξας οὐδὲν ἀφῆκε μέσον. Ἀνθρώπων γὰρ ὁ Θεὸς οὐ τόπῳ διέφερεν, ὃ γε πάντα τόπον κατέχων, ἀλλὰ διαφορᾷ διΐστατο, καὶ ἡ φύσις αὐτὴν αὐτὴ τοῦ Θεοῦ διεῖργε τῷ πᾶσιν οἷς εἶχε διαφέρειν καὶ πρὸς αὐτὸν μηδὲν κοινὸν ἔχειν· ὅτι Θεὸς μὲν αὐτὸς μόνον, ἡ δὲ φύσις ἄνθρωπος μόνον. Ἐπεὶ δὲ σὰρξ ἐθεώθη, καὶ φύσις ἀνθρώπων ὑπόστασιν αὐτὸν ἔλαχε τὸν Θεὸν, τὸ τειχίον μύρον ὑπῆρξεν ἤδη· καὶ ἡ διαφορὰ ἐκείνη χώραν οὐκ ἔχει τῆς μιᾶς ὑποστάσεως τοῦτο μὲν οὔσης, ἐκεῖνο δὲ γενομένης, ἣ τὴν διάστασιν τῆς θεότητος καὶ ἀνB θρωπότητος ἀναιρεῖ, κοινὸς ὅρος ἑκατέρας φύσεως οὖσα, ἐπεὶ τῶν διεστώτων οὐκ ἂν γένοιτο κοινὸς ὅρος.

Sicut ergo, si alabastrum aliquo artificio queat in unguentum mutari, et in ipsum transferri, non ultra erit aliis incommunicabile, nec intra, nec in se ipso manens, eodem modo nostra natura in divino corpore divinitatem induta, quod a Deo genus humanum intercludat, nihil est. Unde quo minus beneficiorum ejus participes simus, re nulla nisi peccato impedimur. Quoniam autem murus duplex erat, naturæ et voluntatis perversitate corruptæ, illum Salvator incarnatus, hunc in crucem actus sustulit. Peccatum enim crux delevit. Hinc post baptismum, qui crucis illius et mortis vim habet, ad unguentum communionemque Spiritus accedimus. Obstaculis enim ambobus sublatis, Spiritum sanctum super omnem carnem effundendum nihil remorabitur, quantum, inquam, in præsenti vita conceditur. Nam ad continentem cum Deo cohabitationem, mortalitas tertium est impedimentum, et mortale adhuc corpus gestantes ænigma et speculum transcendere non sinit. Itaque hominibus tripliciter a Deo distantibus, per naturam simpliciter, per peccatum, per mortalitatem, ut eo pure potiantur, et sine medio cum illo vivant, Salvator fecit, quæ adversabantur, omnia deinceps removens. Primum, quod naturæ humanæ factus consors; alterum, in cruce mortuus; extremum vero D murum (mortis tyrannidem puta) omnino e naturæ finibus per resurrectionem profligavit. Ideo Paulus ait, « Novissime inimica destruetur mors [3]. » Non eam inimicam appellasset nisi nobis ad veram felicitatem obstaret. Hæredes quippe immortalis Dei, a corruptione liberari necesse est: « Non enim corruptio, inquit, incorruptelam possidebit [4]. » Post communem namque hominum resurrectionem, cujus causa Salvator resurrexit, speculum et ænigma recedent, Deumque facie ad faciem videbunt, qui quidem erunt mundo corde.

Καθάπερ τοίνυν, εἰ τὸ ἀλάβαστρον μηχανῇ τινι γένοιτο μύρον καὶ πρὸς αὐτὸ μετασταίη, ἀκοινώνητον οὐκέτι τοῖς ἔξω τὸ μύρον, οὐδ' ἔνδον οὐδ' ἐφ' ἑαυτοῦ μένον, τὸν ἴσον τρόπον τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐπὶ τοῦ σωτηρίου σώματος θεωθείσης τὸ διεῖργον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος οὐδὲν, ὅθεν καὶ τῶν αὐτοῦ μετέχειν χαρίτων ἐμποδὼν ἡμῖν οὐδὲν ἦν πλὴν τῆς ἁμαρτίας. Ἐπεὶ δὲ διττὸν ἦν τὸ τεῖχος, τὸ μὲν τῆς φύσεως, τὸ δὲ τῆς γνώμης πονηρίᾳ διαφθαρείσης, τὸ μὲν ἀνεῖλε σαρκωθεὶς ὁ Σωτὴρ, τὸ δὲ σταυρωθεὶς. Τὴν γὰρ ἁμαρτίαν ὁ σταυρὸς ἔλυσε· C διὰ τοῦτο μετὰ τὸ βάπτισμα τὰ τοῦ σταυροῦ δυνάμενον ἐκείνου καὶ τοῦ θανάτου, ἐπὶ τὸ μύρον χωροῦμεν τὴν τοῦ Πνεύματος κοινωνίαν. Τῶν γὰρ κωλυμάτων ἀμφοτέρων ἀνῃρημένων τὸ ἐπισχῆσον οὐδὲν, χεθῆναι ἐπὶ πᾶσαν σάρκα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Λέγω δὲ ὅσον ἐπὶ τοῦ παρόντος βίου. Πρὸς γὰρ τὴν ἄμεσον μετὰ Θεοῦ συναυλίαν καὶ τρίτον ὁ θάνατος, κώλυμα, καὶ τοὺς θνητὸν φέροντας ἔτι τὸ σῶμα τὸ αἰνιγμα καὶ τὸ ἔσοπτρον ὑπερβαίνειν οὐ συγχωρεῖ· ὥστε τριχῶς τοῦ Θεοῦ τοὺς ἀνθρώπους διϊσταμένους, διὰ τὴν φύσιν, διὰ τὴν ἁμαρτίαν, διὰ τὸν θάνατον, καθαρῶς τυχεῖν καὶ ἀμέσως αὐτῷ συνελθεῖν ἐποίησεν ὁ Σωτὴρ, ἃ προσίστατο πάντα ἐφεξῆς ἀνελὼν, τοῦτο μὲν ἀνθρωπότητος μετασχὼν, ἐκεῖνο δὲ νεκρωθεὶς ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, τὸ δὲ τελευταῖον τεῖχος, τὴν τοῦ θανάτου τυραννίδα, παντάπασι τῆς φύσεως ἐξέβαλεν ἀναστάς. Διὰ τοῦτο Παῦλος, « Ἔσχατος ἐχθρὸς, φησὶ, καταργεῖται ὁ θάνατος, » οὐκ ἂν ἐχθρὸν αὐτὸν προσειπὼν, εἰ μὴ πρὸς τὴν ἀληθινὴν ἡμῖν εὐδαιμονίαν ἐμποδὼν ἦν· τοὺς γὰρ τοῦ ἀθανάτου Θεοῦ κληρονόμους ἀνάγκη δὴ φθορᾶς ἀπηλλάχθαι. « Οὐ γὰρ ἡ φθορὰ, φησὶ, τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ· » μετὰ γὰρ τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων ἀνάστασιν, ἧς αἴτιον ἡ τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασις, τὸ μὲν ἔσοπτρον ὑποχωρεῖ καὶ τὸ αἰνιγμα, ὄψονται δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον τὸν Θεὸν οἵ γε τὴν καρδίαν κεκαθαρμένοι.

[3] I Cor. xv, 26. [4] Ibid. 50.

Τὸ μὲν οὖν τῆς τελετῆς ἔργον τῶν ἐνεργειῶν τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος μεταδοῦναι· τὸ μύρον δὲ αὐτὸν εἰσάγει τὸν Κύριον Ἰησοῦν, ἐν ᾧ πᾶσα μὲν ἀνθρώποις ἡ σωτηρία, πᾶσα δὲ ἐλπὶς, ἀγαθῶν, καὶ ὅθεν μὲν ἡμῖν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετουσία, δι' οὗ δὲ ἡ πρὸς τὸν Πατέρα προσαγωγή. Τῆς γὰρ τῶν ἀνθρώπων ἀναπλάσεως κοινῇ μὲν ἡ Τριὰς τεχνίτης, αὐτουργὸς δὲ μόνος ὁ Λόγος, οὐχ ὅτε διατρίβων ἀνθρώποις ἐκοινώνησε μόνον καὶ « προσηνέχθη, φησὶ Παῦλος, εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας, » ἀλλ' ἐξ ἐκείνου μέχρι παντὸς, ἕως τὴν φύσιν ἔτι φέρει τὴν ἡμετέραν, δι' ἣν παράκλητον αὐτὸν ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν, δι' ἑαυτοῦ μὲν « καθαρίζει τὴν συνείδησιν ἡμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, » δι' ἑαυτοῦ δὲ τὸ Πνεῦμα δίδωσι.

Τοῦτο τὸ μυστήριον ἐπὶ μὲν τῶν προτέρων χρόνων χαρίσματα ἰαμάτων καὶ προφητείας καὶ γλωσσῶν καὶ τοιαῦτα τοῖς βαπτιζομένοις παρεῖχεν, ἃ τῆς ὑπερφυοῦς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως ἀνθρώποις ἅπασιν ἀπόδειξιν εἶχε προφανῆ· τούτων γὰρ ἔδει τηνικαῦτα τοῦ Χριστιανισμοῦ πηγνυμένου καὶ τῆς εὐσεβείας ἔτι καθισταμένης. Νῦν δὲ καὶ τοιαῦτα μὲν ἐνίοις ἐκεῖθεν ὑπῆρξε, καὶ ἐφ' ἡμῶν, καὶ ἐπὶ τῶν ὀλίγῳ προτέρων καὶ περὶ τῶν μελλόντων εἶπον, καὶ δαίμονας ἐξέβαλον καὶ νόσων ἀπήλλαξαν, εὐξάμενοι μόνον, καὶ οὐ περιόντες ἐν τῷ βίῳ μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τάφοι τὸ ἴσον ἐδυνήθησαν τῆς πνευματικῆς ἐνεργείας οὐδὲ νεκρῶν ἀφισταμένης τῶν μακαρίων. Ἃ δὲ Χριστιανοῖς ἑκάστοτε προμνᾶται τὸ μύρον, καὶ ὧν καιρὸς ἅπας ὁ χρόνος, χάρισμα εὐσεβείας καὶ εὐχῆς καὶ ἀγάπης καὶ σωφρονισμοῦ καὶ τῶν ἄλλων, ἃ τοῖς δεχομένοις αὐτοῖς ἐστιν ἐν καιρῷ· εἰ καὶ πολλοὺς τῶν Χριστιανῶν ταυτὶ διαφεύγει, καὶ ὅση τίς ἐστιν ἡ τοῦ μυστηρίου δύναμις λέληθε, καὶ κατὰ τὸ ἐν ταῖς πράξεσιν εἰρημένον, « Οὐδ' ὅτι Πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν ἔγνωσαν, » παρ' αὐτὸ μὲν τὸ τελεῖσθαι τῷ πρὸ τῆς ἡλικίας τοῦ μυστηρίου τυγχάνειν τῶν δώρων ἀναισθήτως διατεθέντες, ἐπὶ δὲ τῆς ἡλικίας ἐφ' ἃ μὴ δεῖ τετραμμένοι καὶ τὸν τῆς ψυχῆς ἀποτυφλώσαντες ὀφθαλμόν. Ὡς τό γε ἀληθὲς τὸ Πνεῦμα κοινωνεῖ τοῖς τελουμένοις τῶν ἑαυτοῦ, « διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται, » καὶ οὐκ ἐπέλιπεν ἡμᾶς ὁ Δεσπότης εὐεργετῶν, οἷς ἐπηγγείλατο συνεῖναι μέχρι παντός. Οὐ γὰρ ἡ τελετὴ μάτην, ἀλλὰ καθάπερ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἀπὸ τοῦ θεσπεσίου λουτροῦ καὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης Χριστοῦ κομιζόμεθα σῶμα, καὶ οὐκ ἂν παύσαιτο ταῦτα μέχρις ἂν αὐτὸς φανερῶς ἡ τούτων ὑπόθεσις ἐπιστῇ· τὸν ἴσον τρόπον καὶ τοῦ θειοτάτου μύρου Χριστιανοὺς ἀπολαύειν ἃ προσῆκε καὶ τῶν δωρεῶν τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετέχειν πᾶσα ἀνάγκη. Ποῦ γὰρ ἀκόλουθον, τῶν ἱερῶν τελετῶν τὰς μὲν ἐνεργοὺς εἶναι, τῆς δὲ μηδὲν ὄφελος εἶναι, καὶ περὶ μὲν ἐκείνων κατὰ Παῦλον ἡγεῖσθαι τὸν ἐπαγγειλάμενον εἶναι πιστὸν, περὶ δὲ ταύτης ἀμφιγνοεῖν; Δέον ἢ μηδεμιᾶς ἢ καὶ τῶν ἄλλων τὰ ἴσα καταψηφίζεσθαι, τῆς αὐτῆς δυνάμεως διὰ πασῶν ἐνεργούσης

A Opus igitur initiationis hujus est, vim et efficientiam boni Spiritus impertiri, ipsaque unctio Dominum Jesum introducit, in quo tota hominum salus, omnis spes bonorum, et unde nobis sancti Spiritus consortium, et per quem ad Patrem accessus. Reformatio enim humana Trinitati, ut communi effectrici ascribenda est; sed eam reipsa, et per se ὁ Λόγος (Verbum) operatus est: non solum quando cum hominibus commoratus, humana fecit ac tulit, et « oblatus est, » ut inquit Paulus, « ad multorum exhaurienda peccata [8]; » sed ex eo tempore semper operatur, quandiu nostram naturam gerit, propter quam ipsum advocatum apud Deum habemus. Per seipsum vero « emundat conscientiam nostram ab operibus mortuis [9], » et per semetipsum Spiritum dat.

B

Atque hoc sane mysterium superioribus ætatibus donis sanitatum, et prophetiæ, et linguarum, et hujusmodi, baptizatos exornabat, quæ immensam Christi potentiam universis hominibus inculenter testabantur; his enim tunc opus erat, quando Christianismus adhuc fundabatur, et religio adhuc construebatur. Etiam talia quibusdam inde collata sunt et nostro et paulo superiore sæculo: nempe futura prædicere, et dæmones expellere, et solis precibus morbos depellere. Nec superstites modo, sed jam tumulis mandati eadem æque poterant, spirituali efficientia beatos ne mortuos quidem deserente. Quæ autem Christianis semper unguentum istuc conciliat, et quæ omni tempore opportuna sunt, ea sunt donum pietatis, precationis, charitatis, castitatis, et aliorum, quæ suscipientibus percommoda accidunt: etsi multos Christianos hæc fugiunt, et quanta sit hujus mysterii vis, latet, et juxta illud quod in Actis scribitur, « Neque si Spiritus sanctus sit, noverunt [7], » quosdam in ipsa initiatione, quod ante ætatem hoc mysterium adipiscuntur, ad dona intelligenda inepti: quosdam florentibus annis, quibus ad flagitia conversi, oculum animæ excæcant. Igitur revera Spiritus initiatis sua munera largitur, « dividens seorsum singulis prout vult [8]. » Nec Dominus benefaciens nos relinquit, quibuscum usque ad consummationem sæculi futurum se est pollicitus. Non enim est inanis et supervacanea hæc initiatio, sed sicuti remissionem peccatorum a divino lavacro, et a sacra mensa Christi corpus accepimus, nec ista ante desinent, quam ipse horum fundamentum palam advenerit: eodem modo et sacratissimo unguento Christianos frui convenit, et donorum sancti Spiritus participes evadere prorsus oportet. Qui enim consentaneum foret, sacrorum initiamentorum alia quidem efficientiam suam complecti, istius fructum nullum esse? et in iis quidem secundum Paulum arbitrari promissorem fidelem esse, de hoc ambigere? cum aut de nullo bene, aut de aliis etiam paria sentire necesse sit, quando quidem ea-

C

D

[8] Hebr. IX, 14, 28. [9] Hebr. IX, 14. [7] Act. XIX, 2. [8] I Cor. XII, 11.

dem virtus per omnia operatur, et una unius agni immolatio, ejus mors, et sanguis perfectionem omnibus confert. Datus est igitur vere Spiritus sanctus, illis, ut aliis queant benefacere, et ut Paulus loquitur[9], Ecclesiam ædificare, eventura prædicentes aut mysteria tradentes, aut morbos verbo profligantes: his, ut ipsi fiant meliores, pietate, aut castitate, aut charitate, aut præstanti humilitate illustres. Possumus enim animo et moribus pudicitiam colere, et nos ad justitiam exercere, et ad preces charitatemque incumbere. Aliæ item probitates consectandæ sunt. Præterea possumus a Deo excitati perturbationibus imperare, et humanitatem æquitatemque colere, et in reliqua philosophia Christiana versari. Quemadmodum enim vitia quædam feralia sunt in hominibus, qui a spiritibus malignis exagitantur: sic contra ipso Deo movente, divinæ virtutes et supra humanum captum reperiuntur. Qua ratione dilexit beatus Paulus, mansuetus fuit David, et alius aliud eximium ac laudabile, et ultra modulum humanum habuit ac demonstravit. Scribens enim Philippensibus, ait se illos diligere « in visceribus Jesu Christi [10]. » De Davide Deus, « Inveni virum secundum cor meum [11]. » Imo etiam fides donum est spirituale, quod apostoli Salvatorem poscunt, « Adauge, inquiunt, nobis fidem [12]. » Et ipsemet Salvator sanctificationem a Patre illis precatur: « Sanctifica eos, inquit, in veritate [13]; » deditque Deus illi quod precabatur: « Et ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus [14], » virtutem precandi suppeditans, uti reor. Et prorsus juxta hanc rationem Spiritus sanctus est spiritus sapientiæ, et spiritus intellectus, et consilii et fortitudinis, et pietatis, et aliorum, a quibus nomina sortiuntur, quibuscum sua communicat [15].

Universis igitur initiatis, mysterium quod suum est facit; quanquam cognitio donorum, et studium divitiarum istarum utiliter collocandarum, non omnibus inest; aliis quidem propter immaturam ætatem nondum id intelligentia assequentibus; aliis quia præparati non sunt, nec debitam alacritatem præ se ferentibus. Quorum quibusdam postea delictorum pœnitentia et lacrymæ, et vita ad virtutis amussim directa infusam animabus gratiam monstravit. Unde et Paulus ad Timotheum, « Noli negligere gratiam, inquit, quæ in te est [16]; » quod nihil proficiamus, quamvis donum acceperimus, si socordes et ignavi simus, et quod labore vigiliisque opus sit his, qui animam istorum actricem habere concupiscunt. Quocirca si quis bonus charitate, aut puritate castitatis, aut humilitate summa, aut pietate eximia, aut aliquo demum horum excellit, quæ hominis facultatem exsuperant, causa unguento sacratissimo tribuenda est, credendumque ipsi quidem data esse, quando unctionis mysterio donatus est: postea vero illum ad actionem se dedisse. Idem de iis sentiendum, qui exquisite

A καὶ μιᾶς σφαγῆς ἑνὸς ἀμνοῦ καὶ ταὐτοῦ θανάτου καὶ αἵματος τὴν τελείωσιν ἁπάσαις παρεχομένων. Δίδοται τοίνυν ἀληθῶς τὸ ἅγιον, τοῖς μὲν ἵνα τοὺς ἄλλους εὖ ποιῆσαι δυνηθῶσι καὶ, ᾗ φησι Παῦλος, Ἐκκλησίαν οἰκοδομῆσαι, περὶ τοῦ μέλλοντος εἰπόντες, ἢ μυστήρια διδάξαντες, ἢ νόσων ἀπαλλάξαντες λόγῳ, τοῖς δὲ ὅπως αὐτοὶ γένωνται βελτίους, εὐσεβείᾳ λάμψαντες ἢ σωφροσύνῃ ἢ ἀγάπῃ ἢ ταπεινοφροσύνῃ ὑπερβολῇ. Καὶ γὰρ ἔστι μὲν σωφρονῆσαι λογισμῷ καὶ ἕθει χρησάμενον, καὶ τὸ ἦθος εἰς δικαιοσύνην ἀσκῆσαι καὶ εὔξασθαι καὶ ἀγαπῆσαι καὶ τἆλλα δὴ γενέσθαι σπουδαῖον· ἔστι δὲ καὶ παρὰ Θεοῦ κινούμενον τὴν γνώμην παθῶν κρατῆσαι καὶ φιλανθρωπεύσασθαι καὶ δικαιοπραγῆσαι, καὶ τὴν ἄλλην ἐπιδεδεῖχθαι φιλοσοφίαν. Καθάπερ γὰρ κακίαι θηριώδεις B εἰσὶν ἐν ἀνθρώποις ὑπὸ τῶν πονηρῶν ἐνεργουμένοις πνευμάτων, οὕτω καὶ τοὐναντίον ἀρεταὶ θεῖαι καὶ ὑπὲρ τὸν ἀνθρώπινον νόμον αὐτοῦ κινοῦντος τοῦ Θεοῦ· ὃν τρόπον ἠγάπησε μὲν ὁ μακάριος Παῦλος, πρᾶος δὲ ἦν ὁ Δαβὶδ, καὶ ἄλλος ἄλλοτι τῶν ἐπαινουμένων ὑπὲρ τὸν εἰκότα τοῖς ἀνθρώποις ἐπεδείξατο λόγον. Ὁ μὲν γὰρ φιλεῖν ἔγραψε Φιλιππησίους « ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ, » περὶ δὲ τοῦ Δαβὶδ, « Εὗρον, φησὶν ὁ Θεὸς, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου. » Καὶ μὴν καὶ πίστις δῶρόν ἐστι πνευματικὸν, ὃ δέονται λαβεῖν οἱ ἀπόστολοι τοῦ Σωτῆρος, « Πρόσθες ἡμῖν, » λέγοντες, « πίστιν, » καὶ αὐτὸς εὔχεται αὐτοῖς ἁγιασμὸν παρὰ τοῦ Πατρὸς, « Ἁγίασον αὐτοὺς, » λέγων, « ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου· » καὶ δίδωσιν ὁ Θεὸς εὐχὴν C τῷ εὐχομένῳ, καὶ αὐτὸ « τὸ Πνεῦμα ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις, » δύναμιν εὐχῆς οἶμαι παρέχον. Καὶ ὅλως τὸν λόγον τοῦτον πνεῦμα σοφίας ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ πνεῦμα συνέσεως καὶ βουλῆς καὶ ἰσχύος καὶ εὐσεβείας καὶ τῶν ἄλλων, ὧν ἐπωνύμους δείκνυσιν, οἷς μεταδίδωσι τῶν αὐτοῦ.

Πάντας μὲν οὖν τοὺς μεμυημένους τὰ ἑαυτοῦ ποιεῖ τὸ μυστήριον· αἴσθησις δὲ τῶν δώρων καὶ σπουδὴ περὶ τὸν πλοῦτον, ὥστε χρήσασθαι τοῖς δεδομένοις, οὐ πᾶσι, τοῖς μὲν διὰ τὴν ἡλικίαν οὔπω λαβεῖν νοῦν δυνηθεῖσι, τοῖς δὲ τῷ μὴ παρεσκευάσθαι μηδὲ τὴν γιγνομένην ἐπιδείξασθαι προθυμίαν, ὧν ἐνίοις ὕστερον ὧν ἥμαρτον μετάνοια καὶ δάκρυα καὶ βίος κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον τὴν ἐντεθεῖσαν ταῖς D ψυχαῖς ὑπέδειξε χάριν. Ὅθεν καὶ Παῦλος Τιμοθέῳ γράφων, « Μὴ ἀμέλει, φησὶ, τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, » ὡς οὐδὲν ὂν πλέον ἡμῖν καὶ τὸ δῶρον δεξαμένοις ἂν ῥᾳθυμῶμεν, καὶ ὅτι δεῖ πόνου καὶ ἀγρυπνίας τοῖς βουλομένοις ἐνεργὸν τὰ τοιαῦτα τὴν ψυχὴν ἔχειν· ὥστε εἴ τις τῶν σπουδαίων ἀγάπῃ φαίνεται διενεγκὼν ἢ καθαρότητι σωφροσύνης ἢ ταπεινοφροσύνης ὑπερβολῇ ἢ εὐσεβείας ἢ τῶν τοιούτων τινὸς ὑπὲρ τὸ εἰκὸς τῶν ἀνθρώπων τούτων, αἰτιᾶσθαι δεῖ τὸ θειότατον μύρον καὶ πιστεύειν αὐτῷ δεδόσθαι μὲν, ὅτε τοῦ μυστηρίου μετεῖχε, τὸ δῶρον, γενέσθαι δὲ ἐνεργὸν ὕστερον· τὸν ἴσον τρόπον καὶ περὶ τῶν ἀκριβῶς μελλόντων λέγειν εἰδέναι, καὶ τοῖς τὴν γνώμην ἐλαυνομένοις καὶ ἄλλως ἀσθενοῦσι σωτῆρας εἶναι

[9] I Cor. XIV, 5. [10] Philipp. I, 8; Act. XIII, 22. XVII, 17. [11] Rom. XIII, 26. [12] Isa XI, 2. [13] I Tim. IV, 14. [14] I Reg. XVI, 12, 13. [15] Luc. XVII, 5. [16] Joan.

πέρα μηχανῆς ἁπάσης, καὶ τἄλλα τοὺς ἐπιδεξαμένους ἀπὸ τοῦ μυστηρίου λαβόντας ἔχειν. Εἰ γὰρ μήτε παρ' αὐτὸ τὸ τελεῖσθαι τὸ μυστήριον ἐνεργοὺς δείκνυσι τοὺς τελουμένους τὰς πνευματικὰς ἐνεργείας, μήτε ὧν χρόνῳ ὕστερον αὐτοὶ πνευματικῶς ἐνεργοῦσι, τὴν τελετὴν αἰτιᾶσθαι προσῆκε, τί δεῖ καὶ μυηθῆναι; πρὸς τί δ' ἂν ἡμῖν ἡ τοῦ μύρου τοῦ θείου μύησις ἔτι φέροι, χορηγεῖν ὑπὲρ οὗ ζητεῖται μὴ δυναμένη; Καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο εἰκότως ἔστιν εἰπεῖν, ὡς εἰ μὴ ταῦτα ἀπολαύσομεν τοῦ χρίσματος, ἄλλο τι δύναιτ' ἂν ἡμῖν ἡ τελετὴ βοηθεῖν. Εἰ γὰρ ἅπερ ἐπαγγέλλεται, καὶ πρὸς ἃ πᾶσα φέρεται, καὶ περὶ ὧν ὁ τελεστὴς εὔχεται, καὶ ἃ πείθει τὸν τελούμενον ὡς αὐτίκα λήψεται, τούτων τυχεῖν οὐ δίδωσιν, ἄλλο τι τῶν ἀγαθῶν ἐκεῖθεν σχολῇ γε δεῖ προσδοκᾶν· εἰ δ' οὐ μάτην τὸ μυστήριον, ὅτι μηδὲ ἄλλο τῶν Χριστιανικῶν οὐδέν, « Οὐ γὰρ κενόν, φησί, τὸ κήρυγμα ἡμῶν, οὐδὲ ματαία ἡ πίστις ἡμῶν, » εἴ τινα πνευματικὴν ἐνέργειαν εὑρεῖν ἔστιν ἐν ἀνθρώποις καὶ τοῦ κύκλου τῶν ἐκεῖθεν χαρίτων, εἰς τὰς εὐχὰς ἀναφέρειν ἀνάγκη ταῦτας καὶ τὸ χρίσμα τὸ ἱερόν.

Ὅλως γὰρ οὔτε ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἀγαθὸν, ὃ τῷ Θεῷ διαλλαγεῖσιν ἐκεῖθεν ὑπῆρξεν ἀνθρώποις, ὃ μὴ διὰ τοῦ καταστάντος Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων παρεσχέθη μεσίτου, οὔτε τὸν μεσίτην εὑρεῖν καὶ λαβεῖν καὶ τῶν ἐκείνου τυχεῖν ἄλλο τι δίδωσιν ἡμῖν τῶν ἁπάντων ἢ τὰ μυστήρια· ταῦτα γὰρ συγγενεῖς ἡμᾶς ποιεῖ τῶν αἱμάτων ἐκείνων, καὶ ὧν εἵληφε διὰ τὴν σάρκα χαρίτων καὶ ὧν παθεῖν ἠνέσχετο κοινωνούς. Ἐπεὶ γὰρ δυοῖν ὄντοιν, ἃ τῷ Θεῷ συνίστητι καὶ ἐν οἷς πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ σωτηρία, τοῦ τε τὰ ἱερώτατα μυστήρια μυηθῆναι, καὶ τοῦ πρὸς ἀρετὴν ἀσκῆσαι τὴν γνώμην, τοῦ δευτέρου, λέγω δὴ τῆς ἀνθρωπείας σπουδῆς, οὐδὲν ἄλλο γένοιτ' ἂν ἔργον ἢ τὰ δοθέντα σῶσαι καὶ μὴ προδοῦναι τὸν θησαυρόν· λείπεται δὴ μόνην χορηγὸν ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων τὴν τῶν μυστηρίων δύναμιν εἶναι. Καὶ μὴν τῶν τελετῶν ἄλλης μὲν ἔργον ἄλλο τι, Πνεύματος δὲ καὶ τῶν ἐκείνου μετειληφέναι δώρων τοῦ παναγοῦς ἐξήρτηται μύρου· διὰ ταῦτα κἂν μὴ παρ' αὐτὸν τὸν τῆς τελετῆς χρόνον, ὕστερον δὲ πολλῷ πνευματικὴν δυνηθῇ τις ἐπιδείξασθαι δωρεὰν, οὐ δεῖ τὴν αἰτίαν καὶ ὅθεν ἡ δύναμις ἀγνοεῖν. Ἐπεὶ καὶ ὁ τοῦ βαπτισματος φωτισμὸς ἐνίεται μὲν εὐθὺς λουσαμένων ταῖς τῶν τελουμένων ψυχαῖς, ἔστι δὲ τηνικαῦτα δῆλος οὐ πᾶσιν, ἐνίοις δὲ τῶν σπουδαίων διὰ χρόνου φαίνεται ἰδρῶσι πολλοῖς καὶ πόνοις καὶ τῇ περὶ τὸν Χριστὸν ἀγάπῃ τὸν τῆς ψυχῆς καθάρσιν ὀφθαλμὸν, διὰ τοῦτο τὸ μύρον προσευχῆς μὲν οἶκοι πρὸς τὰς εὐχὰς ἡμῖν βοηθοῦσι. Χριόμενοι γὰρ τῷ μύρῳ τοῦτ' αὐτὸ γίνονται ἡμῖν ὃ καλοῦνται, διότι τὸ κενωθὲν μύρον παράκλητος ἡμῖν ἐστι πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι κεκένωται καὶ χρίσμα γέγονε, καὶ μέχρι τῆς φύσεως ἐχέθη τῆς ἡμετέρας. Τὰ θυσιαστήρια δὲ τὴν τοῦ Σωτῆρος μιμεῖται χεῖρα,

A dicturi, et animos impulsuri, et alioqui ægros sine ullo molimine sanaturi sunt, et qui alia dona acceperunt, eos videlicet illa a mysterio accepta habere. Si enim nec ipsa mysterii collatio initiatos spiritualium operum exsecutores reddit, nec quæ tempore procedente ipsi spiritualiter operantur, initiationi in acceptis referenda sunt, quid necesse est initiari? Quorsum porro nobis divina hæc inunctio conducet, cum, propter quod expetitur, suppeditare non possit? Nec illud merito responderi queat, quanquam unctio hunc nobis fructum non pariat, posse tamen nos adjuvare. Si enim quæ promittit, et ad quæ tota tendit, quæ initiator orat, et quæ initiando persuadet mox accepturum, si hæc consequi non dat, aliud inde bonum
B haudquaquam exspectandum est. Quod si non est inane mysterium, quia nec aliud Christianum ullum, « Non enim inanis est, inquit, prædicatio nostra, neque inanis fides vestra[18]; » si quam operationem spiritualem invenire est inter homines, et ex orbe illo spiritualinm gratiarum, eam ad hæc preces et unctionem sacram referre necessario debemus.

Plane enim non est, non est, inquam, ullum bonum, inde hominibus Deo reconciliatis præstitum, quod non per mediatorem inter Deum et homines constitutum nobis sit collatum; neque ut mediatorem inveniamus, et apprehendamus, et illius bona assequamur, ab alio ex omnibus, quam
C a sacramentis adipiscimur. Nam hæc nos illi quasi consanguineos, et cruciatuum quos sustinuit, et gratiarum, quas propter carnem accepit, participes efficiunt. Cum enim duo sint, quæ homines Deo commendent, et quibus tota salus humana fulcitur, alterum ut mysteriis sacratissimis initiemur, alterum, ut animum ad virtutem appellamus, humana, inquam, diligentia, nihil aliud opus fuerit, quam data servare, et thesaurum non prodere. Relinquitur ergo, solam mysteriorum virtutem omnium bonorum nobis largitricem esse. Atqui horum alius effectus et opus est, Spiritus illiusque donorum communio a sanctissima unctione pendet. Idcirco, tametsi non ipso initiationis tempore, sed multo post, spirituale donum ad rem conferre quis poterit, nihilominus causam, et unde robur illud, ignorare non convenit. Nam et baptismi illuminatio
D mox quidem ablutorum animabus immittitur; at non tunc ab omnibus cernitur, sed a quibusdam probis post intervallum cognoscitur, qui multis sudoribus et laboribus, et charitate erga Christum oculum animæ perpurgarunt. Propter istam unctionem domus orationis ad preces nobis auxiliantur. Unctæ enim unguento hoc ipsum nobis fiunt, quod vocantur, quoniam effusum unguentum, advocatum est nobis apud Deum et Patrem, et ob hoc ipsum, quod effusum est, et chrisma factum, et usque ad animam nostram effusum est. Altaria autem

[18] I Cor. xv, 14.

Salvatoris imitantur manus, et panem a mensa delibuta, velut ab incorrupta illa manu, Christi corpus accipimus, et sanguinem ejus bibimus, vel ut illi quos Dominus primos tali convivio accepit, poculum plane tremendum propinans. Quoniam enim ipse idem et sacerdos est, et altare, et hostia, et offerens, et quo offert, et quod offert; mysteriis rem divisit, et illud pani benedictionis, hoc unguento tribuit. Etenim altare quidem est Salvator, sacrificans propter chrisma. Altare enim inde ab initio institutum est, ut ungeretur; et sacerdotibus hoc erat sacerdotes esse, inunctos esse. Sacrificium autem propter crucem et mortem, qua pro Dei et Patris gloria moriuus est : mortem porro et immolationem illam annuntiamus, quoties, inquit [17], panem hunc comedimus. Insuper et unguentum, et unctio est Dominus propter Spiritum sanctum. Idcirco facere quidem sanctissima omnium, et sanctificare, at sanctificari, et quidvis tandem pati non poterat. Hæc autem altaris, et sacrificantis, et offerentis, non oblati et sacrificati erant. Nam et altare sanctificare dicitur : « Altare, inquit, quod sanctificat donum [18]. » Panis vero propter carnem sanctificatam et deificatam, et quæ ambo hæc, tum unctionem, tum plagas accepit. Inquit enim, « Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo (videlicet sacrificans) pro mundi vita [19]. » Ideo offertur quidem ut panis, offert autem ut unguentum, et semet carnem deificans, et nos unctionis consortes accipiens. Quorum typum Jacob subostendens, cum lapidem oleo unxisset, Domino dedicavit [20], ei ungendo offerens : sive carnem Salvatoris summum angularem lapidem insinuans, quatenus divinitatis effudit unguentum verus Israel, mens quæ sola novit Patrem; sive nos, quos ex lapidibus excitavit filios Abrahæ, participes unctione faciens. Spiritus enim sanctus super unctos effusus, et alia nobis, et Spiritus adoptionis filiorum est : « Et testimonium, inquit, reddit spiritui nostro, quod filii Dei sumus, in cordibus nostris clamans, Abba Pater [21]. » Ad hæc prodest sanctissimum unguentum volentibus in Christo vitam exigere.

καὶ τὸν ἄρτον ἀπὸ τῆς ἀληλιμμένης τραπέζης ὥσπερ ἀπὸ τῆς ἀχηράτου χειρὸς ἐκείνης Χριστοῦ κομιζόμεθα σῶμα, καὶ πίνομεν τοῦ αἵματος αὐτοῦ, καθάπερ οἷς πρώτοις ὁ Δεσπότης τῆς ἱερᾶς ἐκοινώνησε τραπέζης, τὴν φρίκης γέμουσαν φιλοτησίαν προπίνων. Ἐπεὶ γὰρ ὁ αὐτὸς καὶ ἱερεύς ἐστι καὶ θυσιαστήριον, καὶ θυσία καὶ προσάγων, καὶ δι' οὗ προσάγει καὶ ὃ προσάγει, τοῖς μυστηρίοις διεῖλεν, ἐκεῖνο μὲν τῷ τῆς εὐλογίας ἄρτῳ, ταῦτα δὲ τῷ μύρῳ δι- A
δούς. Καὶ γὰρ θυσιαστήριον μέν ἐστιν ὁ Σωτὴρ, καὶ θύων διὰ τὸ χρίσμα· τό τε γὰρ θυσιαστήριον ἄνωθεν οὕτω καθίστατο χριόμενον, τοῖς τε ἱερεῦσι τοῦτο ἦν ἱερεῦσιν εἶναι τὸ χριστοῖς εἶναι, θυσία δὲ διὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὸν θάνατον, ἀνθ' ὧν ὑπὲρ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀπέθανε δόξης· τὸν θάνατον δὲ καταγγέλλομεν καὶ τὴν σφαγὴν, ὁσάκις, φησὶ, τὸν ἄρτον B
τοῦτον ἐσθίομεν. Ἔτι δὲ μύρον μέν ἐστιν ὁ Χριστὸς καὶ χρίσμα διὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δι' ὃ δρᾶσαι μὲν τὰ ἱερώτατα πάντων καὶ ἁγιάσαι, ἁγιασθῆναι δὲ καὶ ὁτιοῦν παθεῖν οὐδὲν εἶχε. Ταῦτα δὲ θυσιαστηρίου τε ἦν καὶ θύοντος καὶ προσάγοντος, οὐ προσαγομένου καὶ θυομένου· καὶ γὰρ καὶ τὸ θυσιαστήριον ἁγιάζειν λέγεται, « Τὸ θυσιαστήριον γάρ, φησὶ, τὸ ἁγίαζον τὸ δῶρον, » ἄρτος δὲ τῆς σαρκὸς ἕνεκα τῆς ἁγιασθείσης καὶ θεωθείσης καὶ ἄμφω ταῦτα, τό τε χρίσμα δεξαμένης καὶ τὴν πληγήν. « Ὁ γὰρ ἄρτος, φησὶν, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω, » δηλονότι θύων ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. Διὰ ταῦτα προσάγεται μὲν ὡς ἄρτος, προσάγει C
δὲ ὡς μύρον, καὶ ἑαυτὸν τὴν σάρκα θεώσας καὶ ἡμᾶς λαμβάνων τοῦ χρίσματος κοινωνοὺς, ὧν Ἰακὼβ ὑποφαίνων τὸν τύπον ἐλαίῳ λίθον ἀλείψας ἀνέθηκε τῷ Θεῷ, τούτῳ δὴ τῷ χρῖσαι προσαγαγών· εἴτε τὴν σάρκα τοῦ Σωτῆρος τὸν ἀκρογωνιαῖον αἰνιττόμενος λίθον, ᾗ τὸ τῆς Θεότητος ἐπέχεε μύρον ὁ ἀληθινὸς Ἰσραὴλ, ὁ νοῦς ὁ μόνος εἰδὼς τὸν Πατέρα, εἴτε ἡμᾶς, οὓς ἐκ τῶν λίθων αὐτὸς ἐγείρει τέκνα τῷ Ἀβραὰμ τῷ μεταδοῦναι τοῦ χρίσματος. Τὸ γὰρ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπιχεόμενον χριομένοις τά τε ἄλλα ἡμῖν καὶ πνεῦμα υἱοθεσίας ἐστὶ καὶ « μαρτυρεῖ, » φησὶ, « τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ, ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν κράζον· Ἀββᾶ ὁ Πατήρ. » Τοιαῦτα βοηθεῖ τὸ θειότατον μύρον τοῖς ζῆν ἐν Χριστῷ βουλομένοις.

[17] I Cor. xi, 26. [18] Matth. xxiii, 19. [19] Joan. vi, 33-35. [20] Gen. xxviii, 19. [21] Rom. viii, 15.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΖΩΗΣ

ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

Τίνα συντέλειαν αὐτῇ δίδωσιν ἡ ἱερὰ κοινωνία.

—

DE VITA IN CHRISTO

LIBER QUARTUS.

Quam ei commoditatem pariat sacrosancta Communio.

—

Μετὰ δὲ τὸ μύρον ἐπὶ τὴν τράπεζαν εἴμεν, τοῦτο A τῆς ζωῆς τὸ πέρας, οὗ γενομένοις οὐδενὸς ἤδη δεήσει πρὸς τὴν ζητουμένην εὐδαιμονίαν. Οὐκέτι γὰρ θάνατον καὶ τάφον καὶ ζωῆς ἀμείνονος κοινωνίαν, ἀλλ' αὐτὸν ἐντεῦθεν κομιζόμεθα τὸν ἀναστάντα, οὐδὲ τῶν τοῦ Πνεύματος δώρων, ὅσα λαβεῖν ἔξεστιν, ἀλλ' αὐτὸν τὸν εὐεργέτην, τὸν νεὼν αὐτὸν, ᾧ πᾶς ὁ τῶν χαρίτων κόσμος ἵδρυται κύκλος. Ἔστι μὲν γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν μυστηρίων, καὶ τοῦτον αὐτὸν καὶ χριόμεθα καὶ λουόμεθα, καὶ οὗτος ἡμῖν τὸ δεῖπνον· σύνεστι δὲ τοῖς τελουμένοις, καὶ τῶν αὐτοῦ μεταδίδωσιν, οὐ τὸν αὐτὸν ἐν ἅπασι τρόπον, ἀλλὰ λούων μὲν κακίας τὸν πηλὸν ἀπαλλάττει καὶ τὴν μορφὴν ἐντίθησιν αὐτῷ τὴν αὐτοῦ, χρίων δὲ ἐνεργὸν ποιεῖται τὰς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας, ὧν αὐτὸς ἐγένετο τῆς σαρκὸς ἕνεκα θησαυρός. Ἐπειδὰν δὲ ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἀγά- B γῃ καὶ δῷ φαγεῖν τοῦ σώματος, ὅλον ἀμείβει τὸν τελεσθέντα καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν μετατίθησιν ἕξιν, καὶ ὁ πηλὸς οὐκέτι πηλὸς, τὸ βασιλικὸν δεχόμενος εἶδος, ἀλλ' αὐτὸς ἤδη σῶμα τοῦ βασιλέως, τούτου μακαριώτερον οὐδὲ ἔστιν ἐνθυμηθῆναι. Διὰ τοῦτο καὶ τελευταῖον τὸ μυστήριον, ὅτι περαιτέρω προελθεῖν οὐκ ἔστιν οὐδὲ προσθεῖναι· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον δῆλόν ἐστι τοῦ μέσου δεόμενον καὶ τοῦτο τοῦ τελευταίου. Μετὰ δὲ τὴν εὐχαριστίαν οὐκ ἔστιν ἐφ' ὃ χωροῦμεν, ἀλλ' ἐνταῦθα δεῖ στάντας ἐκεῖνα πειρᾶσθαι σκοπεῖν, δι' ὧν ἂν γένοιτο σῶσαι διὰ τέλους τὸν θησαυρόν. Καὶ τοίνυν βαπτισαμένους τὸ μυστήριον μὲν τὰ αὐτοῦ ἡμᾶς εἰργάσατο πάντα· ἡμεῖς δὲ τελείως ἔτι δέομεν ἔχειν. Οὕπω γὰρ τὰ δῶρα τοῦ C ἁγίου Πνεύματος, ἃ τοῦ παναγοῦς ἐξήρτηται μύρου. Τοῖς γὰρ ὑπὸ τοῦ Φιλίππου βαπτισαμένοις οὐ προσῆν οὐδέπω τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῶν χαρίτων ἕνεκα τούτων, ἀλλ' ἐδέησεν ὑπὲρ τούτου τῶν Ἰωάννου καὶ Πέτρου χειρῶν. « Οὕπω γὰρ ἦν, φησὶν, ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκὸς, μόνον δὲ βεβαπτισμένοι ἦσαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Τότε ἐπετίθουν τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἐλάμβανον Πνεῦμα ἅγιον. » Καὶ τούτου δὲ τυχόντες καὶ τῆς τελετῆς τὴν ἑαυτῆς δύναμιν ἐν ἡμῖν ἐπιδείξαμένης, τὴν μὲν δοθεῖσαν ἔχομεν χάριν, τἆλλα δὲ οὐ πάνυ συμβαίνειν ἀνάγκη

Post sacram unctionem ad sanctam mensam progredimur, quæ vitæ hujus, de qua agimus, finis ac meta est ; quam eum attigerimus, nihil jam nobis ad quæsitam et optatam felicitatem deerit. Non amplius quippe mortem, et sepulcrum, et melioris vitæ communitatem, sed ipsum qui resurrexit ; neque donorum Spiritus quantum capi potest, sed ipsum benefactorem, templum ipsum, in quo totus gratiarum orbis situs est, inde accipimus. Est enim in unoquoque mysterio, et in hunc ipsum, ut ita dicam, ungimur et abluimur : seu, unctio et ablutio nostra ipse est, et idem ipse nobis cœna est. Adest autem his qui initiantur, suaque in eos illis munera confert; non sane eodem modo in omnes, sed abluens lutum vitiorum tollit, et abluto formam suam imponit; ungens autem, in operibus Spiritus sancti actuosum ac strenuum facit, quorum ipse propter carnem factus est thesaurus. Postquam vero initiatum ad mensam, ad corporis videlicet sui dona comedenda adduxerit, totum immutat, et in habitum suum transfert, ac lutum de cætero non lutum (regali nimirum effigie susceptâ), sed jam ipsius regis corpus est, quo beatius cogitari nihil potest. Quamobrem et mysteriorum extremum est, quoniam ultra non proceditur : nec apponi quidquam potest. Clarum est enim, primum egere medio, et hoc, extremo. At vero post Eucharistiam haud superest quo tendamus, verum hic consistentes, illa dispicere oportet, per quæ thesaurum ad finem usque conservare possimus. Baptizatis igitur nobis sacramentum illud quæ debet præstat omnia : nos tamen perfecti nondum sumus. Nondum quippe dona sancti Spiritus habemus, quæ a sacratissimo unguento pendent. A Philippo enim baptizatis, propter beneficium istuc nondum Spiritus sanctus contigerat ; sed insuper Petri et Joannis manibus opus erat. «Nondum enim, inquit, Spiritus sanctus in quemquam eorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum[11]. » Eo ad pro

[11] Act. VIII, 16-17.

et initiatione suam in nobis virtutem exserente, gratiam quidem datam tenemus, cætera autem præstari a benefactore non admodum necesse est. Fieri enim potest, nos quorumdam pœnas debere; nec prohibet quidquam, et data nos corrumpere, et officii numeros non explere.

Cujus rei multi sunt testes, et Corinthiis id apostolis etiamnum vivis, accidit. Nam ex his qui Spiritu erant pleni, qui prophetabant, qui linguis loquebantur, aliisque ornamentis conspicui erant, tantum tamen aberat, ut prorsus divini et spiritales essent, ut invidia, ambitione importuna, contentione, et hujuscemodi vitiis laborarent. Et hæc illis exprobrans Paulus, « Adhuc carnales, inquit, estis, et secundum hominem ambulatis [33]. » Atqui spirituales erant, quod ad partem aliquam gratiarum attinet; sed hoc eis ad omnem nequitiam ex anima ejiciendam minime sufficiebat. In Eucharistia vero tale nihil est. In quibus enim panis vitæ ea operatus est, per quæ mortem evitarunt, et neque cœnantes ullo scelere obstricti sunt, neque ullum superinduxerunt, nemo tales accusaverit. Non enim potest, non potest, inquam, hoc mysterium per omnia operari, et initiatos a qualicunque imperfectione vindicare. Cur ita? Quoniam hoc est mysterium operari, quando eo affectos nihil eorum quæ adesse possunt, defecit. Mensæ enim promissio in Christo nos, et in nobis Christum habitare facit. Ait enim : « In me manet, et ego in eo [34]. » Christo in nobis manente, quid amplius requiratur? aut quod bonum nos effugiat? In Christo manentes quid aliud desiderabimus? Ille habitator noster, et ipse habitatio nostra est. O nos tali habitatione beatos : et beatos iterum, quia ejusmodi domus incolæ facti sumus. Quo namque bono egere poterunt sic affecti et constituti? Quid vitiositati, et in tanta charitate versantibus commune sit? Quid tandem mali tanto bonorum cumulo se opponat? Quid enim vel præsens subsistere, vel absens ingruere queat, quando Christus adeo familiariter nobiscum est, et nos totos penetrat, omnia interiora possidet, et nos cingit ac protegit? Nam tela extrinsecus jactata ne in nos incidant prohibet, undecunque se objiciens; est enim domus, et si quid intus vitiosum est, disjicit et expellit; est enim incola, et domum suam totam implet. Non enim aliquid ejus, sed eum ipsum continemus, nec radium aliquem ac lumen, sed solem ipsum in animas recipimus, ut inhabitemus et inhabitemur, ut induamur et induamus et permisceamur, et unus spiritus cum eo evadamus. Etenim anima et corpus, et facultates omnes repente spirituales exsistunt, quoniam anima animæ, corpus corpori, et sanguis sanguini coalescit. Quid inde? præstantiora prævalent humilioribus, et a divinis humana superantur, quodque de resurrectione Paulus scripsit : « Mortale absorbetur a vita [35]. » De cætero : « Vivo jam non ego, inquit, vivit vero in me Christus [36]. »

A τῷ εὐεργέτῃ, ἀλλ' ἀδύνατον οὐδέν· ἔστιν ὧν καὶ δικαιος ὀφείλειν, καὶ οὐδὲν κωλύει τό τε μυστήριον τελεσθῆναι καὶ τὰ δοθέντα μὴ διαφθεῖραι καὶ τῶν δεόντων ἐλλειπεῖς εἶναι.

Τούτων πολλοὶ μάρτυρες, καὶ Κορινθίοις δὲ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων συνέβη· τῶν γὰρ τοῦ Πνεύματος γέμοντες καὶ προφητεύοντες, καὶ γλώσσαις λαλοῦντες, καὶ τἄλλα ἐπιδεικνύμενοι τοσοῦτον ἀπεῖχον ἀμέλει, θείως καθάπαξ καὶ πνευματικῶς ἔχειν, ὥστε μὴ πόρρω βασκανίας καὶ φιλοτιμίας ἀκαίρου καὶ ἔριδος καὶ τῶν τοιούτων ἑστάναι κακῶν. Καὶ ταῦτα αὐτοῖς προφέρων ὁ Παῦλος, « Σαρκικοί, φησὶν, ἐστὲ B καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε· » καίτοι πνευματικοὶ ἦσαν, τό γε τῶν χαρίτων μέρος, ἀλλ' οὐδὲν ἤρκεσεν αὐτοῖς πρὸς τὸ πᾶν φαῦλον ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἐκβαλεῖν. Ἐπὶ δὲ τῆς Εὐχαριστίας τούτων οὐδέν· οἷς γὰρ ὁ τῆς ζωῆς ἄρτος ἐνεργὸς ἐγένετο, δι' ὧν ἐφυλάξαντο τὸν θάνατον, καὶ οὔτε δειπνοῦντες πονηρόν οὐδὲν εἶχον, οὔτ' ἐπεισήγαγον, οὐκ ἄν τις οὐδὲν ἐγκαλέσαι τοιοῦτον. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι, τὴν τελετὴν ἐνεργὸν παντάπασιν εἶναι καὶ τοῖς μεμυημένοις ἡστινοσοῦν μετεῖναι φαυλότητος· διὰ τί; Ὅτι τοῦτό ἐστι τὴν τελετὴν ἐνεργὸν εἶναι, τὸ τοῦ τελουμένους οὐδενὸς τῶν γιγνομένων ἐλλείπειν. Ἡ γὰρ τῆς τραπέζης ἐπαγγελία τῷ Χριστῷ μὲν ἡμᾶς, ἡμῖν δὲ τὸν Χριστὸν ἐνοικίζει. « Ἐν ἐμοὶ γὰρ, φησὶ, μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ· » τοῦ Χριστοῦ δὲ ἐν ἡμῖν μένοντος C τίνος ἔτι δεήσει, τί δ' ἂν τῶν ἀγαθῶν διαφύγοι; Ἐν τῷ Χριστῷ δὲ μένοντες τίνος ἐπιθυμήσομεν ἄλλου; καὶ ἔνοικός ἐστιν ἡμῖν καὶ οἰκία, ὡς μακάριοι μὲν τῆς οἰκίας, μακάριοι δὲ ὅτι τοιούτῳ γεγόναμεν οἰκία. Τί γὰρ τῶν ἀγαθῶν οὐ πάρεστι τοῖς οὕτω διατεθεῖσι; τί κοινὸν καὶ φαυλότητι τοῖς ἐνταῦθα γενομένοις λαμπρότητος; τί ποτ' ἂν σταίη πονηρὸν πρὸς τοσοῦτον σωρὸν ἀγαθῶν; τί μὲν παρὸν δύναιτ' ἂν μένειν, τί δὲ ἀπὸν ἰσχύσαι προσαγαγεῖν, ὅταν ὁ Χριστὸς οὕτως ἀκριβῶς ἡμῖν συνῇ καὶ δι' ὅλων ἡμῶν χωρῇ καὶ τάνδον πάντα κατέχων καὶ περὶ ἡμᾶς ᾖ, Τὰ μὲν γὰρ ἔξωθεν ἐπιόντα βέλη κωλύει ψαύειν ἡμῶν πανταχόθεν προβεβλημένος, οἰκία γάρ ἐστιν· εἴ τι δ' ἔστιν (ἔνδον) φαῦλον, διωθούμενος ἀπελαύ- D νει, ἔνοικος γάρ ἐστι πᾶσαν ἑαυτοῦ πληρῶν τὴν οἰκίαν. Οὐ γάρ τι τῶν αὐτοῦ, ἀλλ' αὐτὸν μετέχομεν, οὐδὲ ἀκτινά τινα καὶ φῶς, ἀλλὰ τὸν δίσκον αὐτὸν ταῖς ψυχαῖς δεχόμεθα, ὥστε καὶ οἰκῆσαι καὶ εἰσοικίσασθαι καὶ ἓν πνεῦμα γενέσθαι. Καὶ γὰρ ψυχὴ καὶ σῶμα καὶ πᾶσαι δυνάμεις αὐτίκα πνευματικά, ὅτι ψυχὴ μὲν ψυχῇ, σῶμα δὲ σώματι, καὶ αἷμα αἵματι μίγνυται· καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; τὰ βελτίω κρείττω τῶν ἐλαττόνων καὶ τὰ θεῖα τῶν ἀνθρωπίνων ἐπικρατεῖ· καί ὅ φησι περὶ τῆς ἀναστάσεως Παῦλος, « Τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς καταπίνεται, » τὸ δὲ ἑξῆς· « Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, φησὶ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. »

[33] I Cor. III, 3. [34] Joan. VI, 57. [35] II Cor. V, 4. [36] Galat. II, 20.

Ὢ τοῦ μεγέθους τῶν μυστηρίων! Οἷον γάρ A ἐστι τὸν τοῦ Χριστοῦ νοῦν τῷ ἡμετέρῳ συμμίξαι νῷ, καὶ θελήσει θέλησιν ἐκείνην καὶ σῶμα σώματι καὶ αἷμα αἵματι κερασθῆναι· οἷος μὲν ὁ νοῦς ἡμῖν τοῦ θείου καταχρατήσαντος νοῦ, οἷα δὲ ἡ θέλησις τῆς μακαρίας θελήσεως περιγενομένης, οἷος δὲ χοῦς τοῦ πυρὸς ὑπερνενικηκότος ἐκείνου! Καὶ μὴν ὅτι ταῦτα οὕτω συμβαίνει δείκνυσι Παῦλος, οὔτε νοῦν αὐτὸς ἔχειν τὸν ἑαυτοῦ οὔτε θέλησιν φάσκων οὔτε ζωὴν, ἀλλὰ πάντα ταῦτα αὐτῷ γενέσθαι Χριστόν· καὶ γάρ, « Νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν, » καὶ, « Δοκιμὴν ζητεῖτε, φησὶ, τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ, » καὶ, « Δοκῶ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν. » καὶ, « Φιλῶ ὑμᾶς ἐν σπλάγνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ· » ὅθεν δῆλος ἦν τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ θέλησιν ἔχων· καὶ πάντα συνελὼν, « Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, φησὶ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χρι- B στός. » Οὕτω τέλειόν ἐστι μυστήριον τελετῆς ἁπάσης διαφερόντως καὶ τῶν ἀγαθῶν ἐπ' αὐτὴν ἄγει τὴν κορυφὴν, ἐπεὶ καὶ πάσης ἀνθρωπείας σπουδῆς ἐνταῦθα δὴ τὸ ἔσχατον τέλος. Θεοῦ γὰρ αὐτοῦ τυγχάνομεν ἐν αὐτῷ καὶ Θεὸς ἡμῖν ἑνοῦται τὴν ἕνωσιν τὴν τελειοτάτην· τοῦ γὰρ ἓν πνεῦμα μετὰ τοῦ Θεοῦ γενέσθαι, τίς ἂν ἀκριβεστέρα γένοιτο συναφή;

Διὰ ταῦτα καὶ τοῖς ἄλλοις μυστηρίοις τὸ τελείοις εἶναι παρέχεται μόνη τελετῶν ἡ Εὐχαριστία· καὶ βοηθεῖ μὲν αὐτοῖς παρ' αὐτὸ τὸ τελεῖσθαι τελέσαι μὴ δυναμένοις χωρὶς αὐτῆς, βοηθεῖ δὲ μετὰ τὴν τελείωσιν ἐν τοῖς τελεσθεῖσιν, ἐπειδὰν ἁμαρτιῶν σκότει τὴν ἀπὸ τῶν μυστηρίων ἀκτῖνα συγχισθεῖσαν C ἀναλαλεῖσθαι δεήσῃ. Τὸ γὰρ ἐκλείποντας καὶ νεκρουμένους ἁμαρτίαις αὖθις ἀναζωπυρεῖσθαι, μόνης τῆς τραπέζης ἔργον τῆς ἱερᾶς. Οὐ γὰρ ἔστιν ἀνθρωπείᾳ δυνάμει τὸν ἄνθρωπον ἀναστῆναι πεσόντα, οὐδὲ κακίαν ἀνθρώπων ἀνθρωπείᾳ λυθῆναι δικαιοσύνῃ· τὸ γὰρ ἁμαρτάνειν εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν φέρει τὴν ὕβριν· « Διὰ τῆς παραβάσεως γάρ, φησὶ, τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις, » καὶ δεῖ μείζονος ἢ κατὰ ἄνθρωπον ἀρετῆς, ἢ τὸ ἔγκλημα δυνήσεται λῦσαι. Τὸν γὰρ ἐλάχιστον εἰς τὸν μέγιστον ὑβρίσαι μὲν μάλιστα καὶ διαφερόντως εὐχερὲς, ἀντισηκῶσαι δὲ τιμῇ τὴν ὕβριν ἀμήχανον, καὶ μάλισθ' ὅταν ἐκεῖνος πολλῶν μὲν ὀφειλέτην ἔχῃ τὸν ὑβρικότα, τοσοῦτον δὲ ὑπερέχῃ, ὡς μηδὲ μέτρον εἶναι τοῦ D μέσου. Καὶ γὰρ ἀνάγκη, τὸ ἔγκλημα λύοντα καὶ τὴν ἀπενεχθεῖσαν τιμὴν ἀποκαταστῆσαι τῷ πεπαρῳνημένῳ ζητοῦντα πλείω τῶν ὀφειλομένων εἰσενεγκεῖν, τὰ μὲν ἀποδιδόντα, τὰ δ' ἐξ ἀντιῤῥόπου περὶ ὧν ἠδίκησε προστιθέντα· ᾧ δὲ οὐκ ἔστιν οὐδ' ἐγγὺς ἐφικέσθαι τῶν γινομένων, τίς ἂν γένοιτο τὰ μείζω διώκων;

Διὰ ταῦτα οὐκ ἦν οὐδένα ἀνθρώπων ἑαυτῷ τὸν Θεὸν καταλλάξαι τὴν ἑαυτοῦ δικαιοσύνην εἰσενεγκόντα, ὅθεν οὔτε ὁ παλαιὸς νόμος ἐδυνήθη λῦσαι τὴν ἔχθραν, οὔτε τοῖς ἐν χάριτι ζῶσι πρὸς τὴν εἰρήνην ταύτην ἀρκέσειεν ἂν ἡ σπουδή· καὶ γὰρ τοῦτο

O mysteriorum magnitudinem! Quantum est enim Christi mentem ac sensum nostræ menti copulari, et voluntati nostræ illius voluntatem, et corpus illius nostro corpori admisceri! Qualis nostra mens, divina mente obtinente imperium! Qualis voluntas, beata illa voluntate superante. Qualis terra, ab igne illo longe victa. Hæc porro ita evenire Paulus testificatur, dum se nec mentem ac sensum, nec voluntatem, nec vitam suam habere, sed hæc omnia Christum sibi factum esse confirmat. Ait enim: «Nos sensum Christi habemus [27]; » et, « An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus [28]? Et: «Puto autem quod et ego Spiritum Dei habeam [29]; » et: « Diligo vos in visceribus Jesu Christi [30]; » ex quo patet, ei summam cum illo voluntatem consensionemque fuisse in omnibus: « Vivo autem jam non ego, inquit, vivit vero in me Christus. » Adeo perfectum est hoc sacramentum et omni sacramento excellentius, bonorum fastigium et apicem complectens; siquidem et omnis humanæ industriæ finis ultimus hic reperitur. Deo enim ipso in seipso potimur, et Deus nobis conjunctione absolutissima conjungitur. Unum enim cum Deo spiritum effici, quid hac consociatione possit esse perfectius?

Quare et aliis sacramentis perfectionem sola Eucharistia impertit, eaque adjuvat, dum initiant, quandoquidem sine ea perfecte non initiant. Juvat etiam secundum initiationem in ipsis initiatis, cum radium e sacramentis emanantem, et peccatorum tenebris oppressum recuperare opus est. Nam deficientes et sceleribus exstinctos ad vitam revocare, unius sacræ mensæ munus est. Homo quippe lapsus non potest humanis viribus erigi, nec improbitas hominum humana justitia expiari. Nam peccare, res in ipsum Deum contumeliosa est: « Per prævaricationem enim legis, inquit, Deum inhonoras [31]. » Et major quædam, quam pro homine virtus exigitur, quæ crimen aboleat. Minimum enim adversus maximum se injuriose ac petulanter gerere, immane quantum est facile. Sed petulantiam hanc et injuriam pari honore compensare, hoc vero nemo potest, præsertim si injuriosus plurium illi debitor fuerit, et quidem tam insignium, ut ne dimidii quidem ulla mensura sit. Necesse est enim, qui crimen piare studet, etiam detractum honorem læso reparare, et plus debitis rependere aliaque restituere, alia quibus iniquior fuit, velut æquali pondere superaddere. Quod si neutiquam paria consequimur, majora quis consectetur?

Quapropter hominum nullus sibimet Deum, suam retribuendo justitiam reconciliare potest. Nec vero vetus lex inimicitias istas componere valuit; nec in gratiæ lege viventibus, ad pacem hanc consequendam studium et diligentia sufficerit. Nam et hoc

[27] II Cor. II, 16. [28] II Cor. XIII, 3. [29] I Cor. VII, 40. [30] Philipp. I, 8. [31] Rom. II, 23.

et illud virtutis humanæ opera et humana justitia sunt; siquidem et legem ipsam B. Paulus hominum justitiam appellat : « Justitiæ enim Dei, inquit, non sunt subjecti, suam justitiam constituere quærentes [33]. » De veteri lege loquitur. Tantum quippe duntaxat contra vitia nostra valebat, quantum est ad sanitatem præparare, medicique manu dignos efficere : « Lex enim, inquit, pædagogus noster fuit in Christo Jesu [34]. » Et sanctus Joannes in eum qui venturus erat post ipsum baptizabat [35], et universa philosophia humana, omnisque labor ad germanam justitiam quasi initiamenta et præparationes quædam sunt. Quare quoniam per nos et a nobis ipsis justitiam hanc præstare nequibamus, « Christus ipse nobis justitia factus est a Deo Patre, et sanctificatio, et redemptio [36], » et inimicitias in carne sua dissolvit [36], et Deum nobis placat; non solum cum naturæ communicat, neque solum quando morte occubuit, sed semper, et unicuique hominum : tum ut cruci affixus, nunc ut epulum dans, si resipiscentes veniam rogitemus. Solus enim et universum honorem Parenti refundere, et de ablato satisfacere potuit; illud vita, hoc nece sua. Mortem siquidem, quam pro gloria Patris in cruce pertulit, contumeliam a nobis illatam æquantem, majore cumulo reponens, honorem, quem ei peccando nos abstuleramus reparavit. Magnum utique pretium. Vita autem omnem honorem reddidit, et quo illum honorare et Patrem honorari consentaneum fuit. Etenim præter multa magnaque opera quæ exhibuit, quæ Patri gloriæ maximæ fuerunt, tum vitam totam ab omni peccato puram gessit; tum accuratissime et perfectissime leges sibi ab eo datas exsecutus est, non tantum iis quas ipse servavit (etenim « Patris mei præcepta servavi, » inquit [37]), sed etiam quas hominum vitæ præscripsit, solus cœlestem philosophiam terræ præmonstrans et inserens, præterea miraculis ipsis, quorum causam et auctorem Patrem prædicavit.

Præter hæc omnia, quis non videt, hoc uno solo cum hominibus versatum esse, et adeo integre carni implicitum fuisse, quo clementiam et benignitatem mittentis se plenissime et manifestissime demonstravit, gloriam, quam omnes ei convenientes tribuere debebant, conciliatam esse? Si enim bonitas ejus benefactis metienda est, et generi humano per œconomiam Deus adeo benefecit, ut eo pertinentium nulli parceret, sed omnes divitias suas naturæ humanæ includeret (etenim, «In ipso habitat, inquit, omnis plenitudo divinitatis corporaliter [38]»), perspicuum est, nos in Salvatore supremam et extimam benignitatem ejus cognovisse; et per ea quæ præstitit, solus homines erudivit, quantopere Deus mundum dilexerit, quantaque sit ejus

[33] Rom. x, 3. [34] Galat. III, 24. [35] Act. XIX, 4. XV, 10. [36] Coloss. II, 19.

A κἀκεῖνο δυνάμεως ἀνθρώπων ἔργα καὶ ἀνθρωπεία δικαιοσύνη. Καὶ γὰρ καὶ τὸν νόμον αὐτὸν ἀνθρώπων δικαιοσύνην ὁ μακάριος καλεῖ Παῦλος· « Οὐ γὰρ ὑπετάγησαν, φησὶ, τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην στῆσαι ζητοῦντες, » τὸν νόμον λέγων τὸν παλαιόν· τοσοῦτον γὰρ ἐδυνήθη μόνον κατὰ τῶν ἡμετέρων κακῶν, ὅσον παρασκευάσαι πρὸς τὴν ὑγείαν καὶ ἀξίους ποιῆσαι τῆς τοῦ ἰατροῦ χειρός. « Ὁ γὰρ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονε, φησὶν, εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, » καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης εἰς τὸν ἐρχόμενον ἐβάπτιζε, καὶ πᾶσα φιλοσοφία ἀνθρώπων καὶ πόνος ἅπας πρὸς τὴν ἀληθῆ δικαιοσύνην προτέλειαί τινές εἰσι καὶ παρασκευαί. Ταῦτ' ἄρα καὶ ὡς ἂν οἰκοθεν καὶ παρ' ἡμῶν αὐτῶν ἐπιδείξασθαι μὴ δυναμένοις δικαιοσύνην αὐτὸ; B ἡμῖν ὁ Χριστὸς ἐγένετο δικαιοσύνη ἀπὸ Θεοῦ καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις, καὶ λύει τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ καὶ τὸν Θεὸν ἡμῖν καταλλάττει, οὐ τῇ φύσει κοινῶς οὐδ' ὅτε ἐπέθνησκε μόνον, ἀλλ' ἐκάστοτε καὶ ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ σταυρούμενος τότε, νῦν εὐωχῶν, ἐπειδὰν μεταγνόντες περὶ ὧν ἡμάρτομεν παραιτώμεθα. Μόνος γὰρ ἐδυνήθη καὶ τὴν ὀφειλομένην ἅπασαν ἀποδοῦναι τιμὴν τῷ γεγεννηκότι καὶ περὶ τῆς ἀπενεχθείσης ἀπολογήσασθαι, τὸ μὲν τῷ βίῳ, τὸ δὲ τῇ τελευτῇ. Τὸν γὰρ θάνατον, ὃν ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς ἀπέθανεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, τῆς παρ' ἡμῶν ὕβρεως ἀντίρροπον εἰσενεγκὼν μετὰ μείζονος τῆς παρασκευῆς, ἣν ἡμεῖς ὀφειλόμεθα τιμὴν δι' ὧν ἐξημάρτομεν, ἀνακαλεῖται πολλῷ τῷ ὄντι· τῷ δὲ βίῳ πᾶσαν ἀπέδωκε τιμὴν, καὶ ἦν εἰκὸς ἦν τιμῆσαι μὲν ἐκεῖνον, τιμηθῆναι δὲ τὸν Πατέρα. Ἄνευ γὰρ ὧν ἐπεδείξατο πολλῶν καὶ μεγάλων ἔργων, ἃ τῷ Πατρὶ τὴν μεγίστην εἶχε τιμὴν, τοῦτο μὲν ἁμαρτίας ἁπάσης καθαρὸν παρασχόμενος τὸν βίον, τοῦτο δὲ δι' ὧν ἀκριβέστατα καὶ τελεώτατα τοὺς ἐκεῖθεν ἔσωσε νόμους, οὐχ οἷς αὐτὸς εἰργάσατο μόνον (« Καὶ γὰρ τὰς ἐντολὰς τοῦ Πατρός μου, φησὶ, τετήρηκα »), ἀλλὰ καὶ οἷς τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐνομοθέτει, μόνος τὴν οὐράνιον τῇ γῇ προδείξας καὶ φυτεύσας φιλοσοφίαν, ἔτι δὲ αὐτῶν τῶν θαυμάτων, ὧν αἴτιον ἐκήρυττε τὸν γεγεννηκότα.

Παρὰ πάντα δὴ ταῦτα τί; οὐκ οἶδεν, ὡς αὐτὸ τοῦτο μόνον τὸ μετὰ ἀνθρώπων γενέσθαι καὶ οὕτως ἀκρι- D βῶς σαρκὶ συναφθῆναι, τὴν τοῦ πέμψαντος χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν ἀκριβέστατα καὶ φανερώτατα διαδείξας τὴν περὶ αὐτοῦ προσήκουσαν ἐνέθηκε δόξαν; Εἰ γὰρ τῷ εὖ ποιεῖν τὴν χρηστότητα δεῖ μετρεῖν, οὕτω δὲ τὸ γένος ἐπὶ τῆς οἰκονομίας εὖ πεποίηκεν ὁ Θεὸς, ὡς μηδενὸς φείσασθαι τῶν εἰς τοῦτο φερόντων, ἀλλὰ πάντα τὸν πλοῦτον ἐνθεῖναι τῇ φύσει τὸν ἑαυτοῦ, καὶ γὰρ « Ἐν αὐτῷ κατοικεῖ, φησὶ, πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, » πρόδηλον ὅτι τὸν ἔσχατον τῆς θείας φιλανθρωπίας ὅρον ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἔγνωμεν, καὶ δι' ὧν εἰργάσατο μόνος ἐδίδαξεν ἀνθρώπους, ὅπως ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον καὶ ὅση τί; ἐστιν αὐτῷ περὶ τὸ

[33] I Cor. I, 30. [36] Ephes. II, 14, 16. [37] Joan.

γένος κηδεμονία. Ὅθεν καὶ τὸν Νικόδημον ἐπὶ τὸ γνῶναι τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ Πατρὸς ἐντεῦθεν ἐνάγει, καὶ τοῦτο σημεῖον ἱκανὸν ποιεῖται τῆς ἀπείρου χρηστότητος, καὶ « Οὕτω, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸν κόσμον ἠγάπησεν, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον. » Εἰ γὰρ ὧν κατέθετο τῇ φύσει χαρίτων ἐπὶ τῇ καθόδῳ τοῦ μονογενοῦς ὁ Πατὴρ, μείζους ἢ καλλίους, οὐκ ἔχει δοῦναι, δῆλον ὡς οὐδὲ μείζω δόξαν ἂν παράσχοι χρηστότητος καὶ φιλανθρωπίας, ἧς ἐκεῖθεν ὑπῆρξε λαβεῖν· καὶ τούτου χάριν τὸν τρόπον τοῦτον ὁ Σωτὴρ δι' ἑαυτοῦ ἀξίως ἑαυτοῦ καὶ τοῦ γεγεννηκότος τὸν Πατέρα τιμᾷ. Τιμὴ γὰρ Θεοῦ τί γένοιτ' ἂν ἄλλο, ἢ τὸ διαδειχθῆναι διαφερόντως ἀγαθὸν ὄντα; Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ δόξα ἣ πόρρωθεν ὠφείλετο μὲν, οὐκ ἐνῆν δὲ παρ' οὐδενὸς ἀνθρώπων εἰσενεχθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο, « Εἰ Πατὴρ, φησὶν, εἰμὶ ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; » Μόνῳ γὰρ ἐξῆν τῷ Μονογενεῖ τὰ εἰκότα πάντα διασῶσαι πρὸς τὸν Πατέρα· καὶ τοίνυν αὐτὸ τοῦτο δεικνὺς, ὡς ἄρα μόνος ἐδυνήθη τουτονὶ τὸν ἄθλον ἀνῦσαι, ἐπεὶ τὸ πᾶν ἐτέλεσεν ἔργον πρὸς τὸν τετιμημένον Πατέρα, « Ἐγὼ, φησὶν, ἐδόξασά σε ἐπὶ τῆς γῆς, ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις. » Εἰκότως. Λόγος γάρ ἐστιν ἀκριβὴς τοῦ γεγεννηκότος φέρων τὸ εἶδος, ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· καὶ ἐπεὶ δι' ὧν σαρκὶ συνήφθη, τοῖς ἐν αἰσθήσει ζῶσι συνετὸς ἐγένετο, πᾶσαν τοῦ προενεγκάντος νοῦ τὴν ἀγαθὴν ἐμήνυσε θέλησιν· πρὸς ὃ κἀκεῖνο φέρειν ἡγοῦμαι, ὃ πρὸς τὸν Φίλιππον, ἰδεῖν τὸν Πατέρα ζητοῦντα, φησὶν ὁ Σωτὴρ, « Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα, » καὶ διὰ τοῦτό φησιν Ἡσαΐας, « Καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος. »

Οὕτω τοίνυν πρὸς τὴν δόξαν τοῦ Πατρὸς οὐδὲν παραλιπὼν ὁ Μονογενὴς μόνος καθαιρεῖ τὸ μεσότοιχον τῆς ἔχθρας, καὶ λύει τῶν ἐγκλημάτων τὸν ἄνθρωπον. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν ἑτέραν τῶν φύσεων, τὴν ἡμετέραν λέγω τὴν ἀνθρωπείαν, ὁ διπλοῦς Ἰησοῦς τὸν Πατέρα ἐτίμησε καὶ ἀπὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον στέφανον τῆς δόξης ἔπλεξε τῷ Πατρί· διὰ ταῦτα μόνον μέν ἐστι κατὰ τῆς ἁμαρτίας φάρμακον τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα, μόνη δὲ ἡ λύσις ἁμαρτημάτων τὸ αἷμα. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτο συνέστη τὴν ἀρχὴν, ἵνα τὸν Πατέρα δοξάσῃ, καὶ ὃ φησιν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, εἰς τοῦτο γεγέννηται καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον καὶ τὸν ἐξῆς ἅπαντα χρόνον, μόνον μὲν τὸ πρὸς τοῦτο φέρον ἅπαν ἐτέλεσεν ἔργον, μόνον δὲ τὸν ὑπὲρ τούτου διαφερόντως ὑπομεμένηκε πόνον. Καὶ γὰρ τοῦτο τὸ σῶμα τοῦ πληρώματος τῆς θεότητος ἐγένετο θησαυρὸς καὶ πάσης μὲν ἦν ἄγευστον ἁμαρτίας, ἐπλήρωσε δὲ πᾶσαν δικαιοσύνην, ἐκήρυξε δὲ τοῖς ὁμογενέσι ἀγνοούμενον τὸν Πατέρα, καὶ οἷς ἔλεγε καὶ οἷς ἐπεδείκνυτο. Τοῦτό ἐστι τὸ σφαγὲν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ· καὶ ὃ τῇ σφαγῇ προσάγον, ἐδειλία καὶ ἠγωνία καὶ ἱδρῶσι περιερρεῖτο καὶ προὐδόθη καὶ

A erga genus nostrum cura et sollicitudo. Unde et Nicodemum ad Patris humanitatem agnoscendam hinc inducit, et istuc bonitatis ejus sufficiens indicium esse vult: « Sic Deus dilexit mundum, inquit, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam [29]. » Si enim Pater majora et meliora beneficia in naturam collocare non potuit, quam in Filii ad nos descensu collocavit, planum est, Filium ei majorem gloriam bonitatis et humanitatis parere non potuisse, quam hinc est consecutus. Hac de causa isto modo Salvator per seipsum, ut se et genitore dignum est, eum honorat. Quid enim aliud Dei honor sit, quam excellentem ejus bonitatem demonstrari? Atque hæc est gloria, quæ jam pridem ei debebatur, et a mortalium nemine persolvi poterat. Hinc, « Si Pater, inquit, ego sum, ubi est honor meus [30]? » Soli namque Filio omnia consentanea erga Patrem præstare licuit. Itaque hoc ipsum ostendens, se solum potuisse hoc negotium conficere, postquam opus omne absolvit, Patrem honore affectum his verbis alloquitur: « Ego te clarificavi super terram, manifestavi nomen tuum hominibus [31]. » Recte. Est enim Verbum, et Genitoris expressam fert imaginem, « Splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus [32]. » Et quoniam, quia carni copulatum est, cum sensu viventibus evasit intelligibile, omnem mentis quæ ipsum genuit, bonam voluntatem nuntiavit. Ad quod et illud spectare opinor, quod Philippo Patrem videre cupienti ait: « Qui videt me, videt et Patrem [33]. » Et hinc est apud Isaiam: « Vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus [34]. »

Sic igitur nihil ad gloriam Patris prætermittens, solum medium parietem inimicitiarum destruit, et hominem criminibus absolvit. Quoniam vero secundum alteram naturam, nostram, inquam et humanam, duplici natura constans Jesus Patrem honoravit, et de corpore et sanguine suo admirabilem illam coronam ei nexuit, idcirco solum Christi corpus remedium adversus peccatum est, et unica peccatorum abolitio sanguis ejus. Nempe ob hanc quoque causam a principio conditus est, ut Patrem glorificaret, sicut ipse confitetur, se ad hoc natum esse, et ad hoc venisse in mundum: et per omne tempus deinceps, tantummodo quidquid huc faceret egit, hujus unius rei gratia etiam atque etiam majoremque in modum laboravit. Hoc namque corpus plenitudinis divinitatis thesaurus fuit, et omnis peccati expers erat, omnem justitiam implebat, generis consortibus (hominibus) Patrem quem ignorabant, promulgabat, tum per ea quæ loquebatur, tum per ea quæ patiebatur. Immolatum est nimirum in cruce, et quæ immolationem præcesserunt, pavidum, anxium fuit, sudore diffluxit proditum, comprehensum est, judicium iniquum subiit, sub Pontio

[29] Joan. III, 16. [30] Malach. I, 6. [31] Joan. XVII, 4. [32] Hebr. I, 3. [33] Joan. XIV, 9. [34] Isa. II, 6.

Pilato testimonium perhibuit, bonam confessionem, ut Paulus inquit [49], pœnasque confessionis hujus in cruce moriens dedit; et flagella tergo, manibus et pedibus clavos, latere lanceam excepit. Flagris coopertum doluit, et confixum clavis cruciatum est. Hic sanguis e vulneribus erumpens solis lumen obscuravit, et terram concussit, et aerem sanctificavit, et mundum universum a peccati sordibus lavit. Itaque sicut scriptæ legi omnino spirituali lege opus fuit, imperfectæ perfecta, ei quæ non potuit perfectum facere servientem, ea quæ potest: eodem modo qui post baptismum in gratiam peccaverunt, suppliciumque deprecantur, illorum laboribus, sudoribus et lacrymis sanguine Novi Testamenti, et immaculato corpore opus est, utpote citra hæc illis nihil valentibus.

A συνελήφθη καὶ κριτῶν ἠνέσχετο παρανόμων καὶ ἐμαρτύρησε μὲν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν, ἣ φησι Παῦλος, ἔδωκε δὲ δίκην τῆς ὁμολογίας θάνατον, καὶ τοῦτον ἐπὶ σταυροῦ, καὶ μάστιγας μὲν ἐπὶ τῶν μεταφρένων, ἐπὶ δὲ τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν ἧλους, τῇ πλευρᾷ δὲ τὴν λόγχην ἐδέξατο καὶ ἤλγησε μαστιγούμενον καὶ ὠδυνήθη προσηλούμενον, τοῦτο τὸ αἷμα τῶν πληγῶν ἐκπηδῆσαν τὸν ἥλιον ἔσβεσε καὶ τὴν γῆν ἔσεισε καὶ τὸν ἀέρα ἡγίασε καὶ πάντα τὸν κόσμον ἀπέκλυσε τοῦ ῥύπου τῆς ἁμαρτίας. Ὅθεν καθάπερ ἐδέησεν ἁπλῶς τῷ γραπτῷ νόμῳ τοῦ πνευματικοῦ νόμου, τῷ ἀτελῶς ἔχοντι τοῦ τελείου, τῷ τέλειον ἀποφῆναι τὸν κατορθοῦντα μὴ δυναμένῳ τοῦ δυναμένου· τὸν ἴσον τρόπον καὶ τῶν μετὰ τὸ λουτρὸν, περὶ ὧν ἐξ-
B ἡμαρτον, εἰς τὴν χάριν παραιτουμένων τοῖς πόνοις καὶ τοῖς δάκρυσι τοῦ αἵματος δεῖ τῆς κοινῆς Διαθήκης καὶ τοῦ σφαγέντος σώματος, ὡς οὐδὲν ὄφελος ὂν ἐκείνων τούτων χωρίς.

Divinus porro Dionysius et ipsas initiationes rite peragi, et munus suum facere posse negat, si sacra cœna non accesserit: multo minus laborem et justitiam hominum, peccata emaculare et alia efficere posse credendum est. Deinde et hoc unum est de sacramentis, de peccatis pœnitentes, et seipsos sacerdotibus aperientes, ab omni pœna apud Deum judicem eximere, qua efficientia simil ter potiri nequibunt, qui sacris epulis non accubuerint. Quocirca quanquam semel invitamur, sæpius tamen ad hanc mensam accedimus: quandoquidem homines natos semper Deum offendere contingit, noxis autem exire conantes, pœnitentia, laboribus et triumpho quodam de peccato indigent. Atque hoc contra peccatum facient, si, quod solum est adversus hominum peccata medicamentum, adhibitum fuerit.

Διονύσιος δὲ ὁ θεῖος καὶ τὰς ἱερὰς αὐτὰς τελετὰς μὴ ἂν τελέσαι φησὶ, μηδὲ τὰ αὐτῶν δυνηθῆναι μὴ τοῦ δείπνου προστεθέντος τοῦ ἱεροῦ, σχολῇ γε δὴ πόνον καὶ δικαιοσύνην ἀνθρώπων ἁμαρτίας δύνασθαι λύειν καὶ τὰ τοιαῦτα περαίνειν ἔχειν εἰκός ἐστιν· ἄλλως τε τῶν ἱερῶν ἓν καὶ τοῦτο μυστηρίων τοὺς περὶ ὧν ἐξήμαρτον μεταγνόντας καὶ προσαγγέλλοντας ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι πάσης ἀπολύεσθαι δίκης παρὰ Θεῷ δικαστῇ. Οὐκοῦν οὐδὲ τούτου γένοιτ' ἂν τυχεῖν ἐνεργοῦ, μὴ τὸ ἱερὸν δειπνήσαντες δεῖπνον. Διὰ τοῦτο καὶ λούμεθα μὲν ἅπαξ, πρόσιμεν δὲ τῇ τραπέζῃ πολλάκις, ὅτι συμβαίνει μὲν ἑκάστοτε Θεῷ προσκρούειν ἀνθρώπους ὄντας, λύειν δὲ τὸ ἔγκλημα πειρωμένοις μετανοίας χρείᾳ καὶ πόνων καὶ
C τοῦ θριαμβεῦσαι τὴν ἁμαρτίαν· ταῦτα δὲ δράσειεν ἂν κατὰ τῆς ἁμαρτίας, ἢν τὸ μόνον τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν φάρμακον προτεθῇ.

Sicut enim oleastrum sibi insertum oliva hortensis mox in se convertit, et fructus postea neutiquam oleastro convenit, ita et humana justitia ipsa quidem per se ipsam ad nihil conducit; sed in his qui Christo copulati fuerint, carnique et sanguini ejus communicaverint, continuo bona amplissima progenerat, peccatorum remissionem et hæreditatem regni, qui justitiæ Christi fructus sunt. Ut enim a sacra mensa Christi corpus accipimus, et quod præstantius est, corpus nostrum longe vincit: ita sequitur hic, ut justitia nostra Christi justitiæ speciem vultumque in se capessat. Hæc enim, « Corpus Christi
D sumus, et membra ex parte [50], » non de corpore dici solum existimemus licet, multo autem justius animæ et actioni ejus hanc communionem tribuendam; quandoquidem « Qui adhæret Christo, unus spiritus est cum eo [51]. » Quibus verbis declaratur, hanc communionem et coalescentiam in anima et mente potius consistere. Ideo non corpus solum, sed animam quoque, et mentem, et voluntatem, et quæcunque humana assumpsit, ut nobis totis uniri posset, nosque totos pervaderet, et in seipsum resolve-

Καθάπερ γὰρ τὴν ἀγριέλαιον ἡ καλλιέλαιος, ἐπειδὰν ἐγκεντρισθῇ, πρὸς ἑαυτὴν καθάπαξ ἀμείβει καὶ ὁ καρπὸς οὐδαμόθεν κοτίνῳ προσήκων· τὸν ἴσον τρόπον καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων δικαιοσύνη αὐτὴ μὲν πρὸς οὐδὲν φέρει δι' ἑαυτήν, τῷ δὲ Χριστῷ συναφθέντων καὶ σαρκὸς καὶ αἵματος κεκοινωνηκότων, τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν εὐθὺς ἐδυνήθη, ἁμαρτιῶν ἄφεσιν καὶ βασιλείας κληρονομίαν, ἃ τῆς τοῦ Χριστοῦ δικαιοσύνης ἐστὶ καρπός. Ὥσπερ γὰρ ἀπὸ τῆς ἱερᾶς τράπεζης τὸ σῶμα Χριστοῦ κομιζόμεθα σῶμα τῶν κρειττόνων ὑπερνικώντων, οὕτως ἀκόλουθον ἐνταῦθα καὶ τὴν δικαιοσύνην ἡμῶν χριστοειδῆ γενέσθαι δικαιοσύνην. Τὸ γὰρ « Σῶμα Χριστοῦ ἐσμεν καὶ μέλη ἐκ μέρους, » οὐ κατὰ τὸ σῶμα μόνον νομιστέον εἰρῆσθαι, ἀλλὰ πολλῷ δικαιότερον τῇ ψυχῇ καὶ τῇ κατ' αὐτὴν ἐνεργείᾳ τὴν κοινωνίαν ἀποδοτέον ἐστίν· ἐπεὶ καὶ « ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι, » τοῦτό ἐστι δεικνύντος, τὴν κοινωνίαν ταύτην καὶ συμφυΐαν ἐπὶ τοῦ νοῦ μάλιστα συνεστάναι καὶ τῆς ψυχῆς. Διὰ τοῦτο γὰρ οὐ σῶμα περιέθετο μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχὴν ἔλαβε καὶ νοῦν καὶ θέλησιν καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἀνθρώπειον, ἵν' ὅλοις ἡμῖν ἑνωθῆναι δυνηθῇ

[49] I Tim. VI, 2. [50] I Cor. XII, 27. [51] I Cor. VI, 17.

καὶ δι' ὅλων ἡμῶν χωρήσῃ, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἡμᾶς ἀναλύσῃ, πᾶσι πάντα συνάψας τοῖς ἡμετέροις· τὰ ἑαυτοῦ, ὅθεν ἁμαρτάνουσιν ἀνάρμοστός ἐστι καὶ ἀκόλλητος, ὅτι ταύτῃ μόνον κοινὸν ἡμῖν πρὸς ἐκεῖνον. Τὰ γὰρ ἄλλα πάντα καὶ ἐδέξατο παρ' ἡμῶν φιλανθρώπως καὶ ἡμῖν συνάπτει φιλανθρωπότερον. Τὸ μὲν γὰρ ἦν τὸν Θεὸν εἰς τὴν γῆν κατελθεῖν, τὸ δὲ ἡμᾶς ἐνθένδε ἀναγαγεῖν· καὶ τὸ μὲν αὐτὸν ἐνανθρωπῆσαι, τὸ δὲ τὸν ἄνθρωπον θεωθῆναι· καὶ τὸ μὲν τὴν φύσιν ἁπλῶς τῶν ὀνειδῶν ἀπαλλάττει, ἐφ' ἑνὶ σώματι καὶ μιᾷ ψυχῇ τὴν ἁμαρτίαν νικήσασαν, τὸ δὲ ἕκαστον τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτιῶν ἀπολύει καὶ Θεῷ συνίστησι· ταῦτα δὲ ἐκείνων φιλανθρωπότερα. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἐνῆν ἡμᾶς ἀνελθόντας τῶν αὐτοῦ μετασχεῖν, αὐτὸς κατελθὼν εἰς ἡμᾶς τῶν ἡμετέρων μεταλαμβάνει, καὶ οὕτως ἀκριβῶς οἷς ἔλαβε συνεφύη, ὥστε δι' ὧν ἡμῖν, ἃ παρ' ἡμῶν ἔλαβεν, ἀποδίδωσιν, ἑαυτοῦ μεταδίδωσι, καὶ σαρκὸς καὶ αἵματος μετέχοντες ἀνθρωπείου τὸν Θεὸν αὐτὸν ταῖς ψυχαῖς δεχόμεθα, καὶ σῶμα Θεοῦ καὶ αἷμα καὶ ψυχὴν Θεοῦ καὶ νοῦν καὶ θέλησιν οὐδὲν ἔλαττον ἢ ἀνθρώπινα. Ἔδει γὰρ καὶ τοῦτο εἶναι κἀκεῖνο γενέσθαι τὸ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας φάρμακον· εἰ μὲν γὰρ Θεὸς ἦν μόνον, οὐκ ἂν οὕτως ἠνώθη· πῶς γὰρ ἂν ἡμῖν ἐγένετο δεῖπνον; Εἰ δ' ὅπερ ἡμεῖς μόνον, οὐκ ἂν οὕτως ἔδρασε. Νῦν δὲ τὸ συναμφότερον· οὕτω μὲν ὡς ὁμογενέσιν ἑνοῦται καὶ συμφύεται τοῖς ἀνθρώποις, ἐκείνως δὲ τὴν φύσιν ἄραι δύναται καὶ νικῆσαι καὶ πρὸς ἑαυτὸν μεταστῆσαι. Τῶν γὰρ δυνάμεων τὰς ἐλάττους αἱ μείζους ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένειν, ἐπειδὰν αὐταῖς συνενεχθῶσιν, οὐ συγχωροῦσι, καὶ σίδηρος οὐδὲν σιδήρου φέρει πυρὶ συνελθών, καὶ γῆ καὶ ὕδωρ τῶν οἰκείων τὰ τοῦ πυρὸς ἀλλάττονται πυρὸς ἀπολελαυκότα· εἰ δὲ τῶν ὁμογενῶν δυνάμεων αἱ κρείττους οὕτω ῥῶσιν εἰς τὰς ἐλάττους, τί δεῖ περὶ τῆς ὑπερφυοῦς ἐκείνης νομίσαι; Φανερὸν τοίνυν, ὡς ἐγχεῖται μὲν ἡμῖν ὁ Χριστὸς καὶ ἀναμίγνυσιν ἑαυτὸν, ἀμείβει δὲ καὶ πρὸς ἑαυτὸν μεταβάλλει καθάπερ ῥανὶδα μικρὰν ὕδατος ἐγχεθεῖσαν ἀπείρῳ μύρου πελάγει. Τοσαῦτα γὰρ δύναται τοῖς ἐμπεσοῦσι τόδε τὸ μύρον, ὥστε οὐκ εὐώδεις ἀποδείκνυσιν ἁπλῶς οὐδὲ μύρου πνέοντας μόνον, ἀλλ' εὐωδίαν αὐτὴν τὴν ἕξιν αὐτοῦ τοῦ κενωθέντος δι' ἡμᾶς μύρου· « Χριστοῦ γὰρ, φησὶν, εὐωδία ἐσμέν. »

Τοιαύτην ἔχει δύναμιν καὶ χάριν τοῖς τετελεσμένοις τὸ δεῖπνον. Ἐάν γε καθαροὶ προσελθόντες κακίας ἁπάσης μηδὲν ἐπεισαγάγωμεν ἔπειτα πονηρόν· οὕτω γὰρ ἔχουσι καὶ παρεσκευασμένοις οὐδὲν κωλύσει τὸν Χριστὸν οὕτως ἀκριβῶς ἡμῖν ἑνωθῆναι· « Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶ, » τὴν ἕνωσιν ταύτην ἐξαίρων ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος· τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ γάμος ὁ πολυύμνητος, καθ' ὃν ὁ πανάγιος νυμφίος τὴν Ἐκκλησίαν ὡς παρθένον ἄγεται νύμφην. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα μὲν ὁ Χριστὸς ἐκτρέφει τὸν περὶ αὐτὸν χορὸν, τούτῳ δὲ μόνῳ τῶν μυστηρίων « σάρκες ἐσμὲν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ, καὶ ὀστᾶ ἐκ τῶν ὀστῶν αὐτοῦ. » Ταῦτα δέ ἐστιν, οἷς ὁ ἀπόστολος ὁριζόμενος

Jam vero si ille quidem tantopere nos quæsivit, nullumque amicitiæ munus reliquit, sed et benefactorem, et fratrem se ostendit, nobisque pro nobis ipsis fuit, et hoc non voluntate, nec nutu solo quo cœlum hoc fecit, sed sudoribus et laboribus, quod neutiquam illi conveniebat, et angore, et contemptu, et plagis, et ad extremum morte, nos autem non solum gratiæ erga tam multis modis propitium nobis ac benevolum obliti sumus, sed ita insuper stolidi sumus, ut iis inhæreamus, quæ illo odit, et a quibus nos avocat, illa complectamur; et ad quæ hortatur, hoc fugiamus, adeoque nefarie nos gerimus, quæ non lamenta, quas non lacrymas meremur? Qui alia quidem aliquo numero et loco ducimus, Salvatorem autem, et beneficia ejus despicimus, quasi ea ad alios pertineant, et non pro nobis ineffabilis illa providentia suscepta sit. Et familiaribus quidem, nostrique studiosis ut ad usum necessaria ne desint, ad officium spectare arbitramur. Quin etiam verbis, operibus et artibus omnibus in vita requisitis, seu arandum, seu militandum sit, seu aliquid per nos ipsos agendum, ubique æquitati consulimus, et oblatam occasionem libenter arripimus, et omnino consuetum, æquum, justum, et hujusmodi nomina ubique et multum in ore nostro versantur: solum autem de iis quæ vere nostra sunt, quo pacto ea ut decet custodiamus, et per quæ nobismetipsis quod justum est reddamus, sollicitudine nulla tangimur, quodammodo cæteris omnibus indigniores nos ducentes. Si non aliud, saltem ad rerum novitatem converteremur, quæ omnia concussit, et traduxit, in qua quæ super cœlos erant, ima terræ viderunt; terra autem supra ipsum cœlum ascendit. Et vinctus quidem est communis mundi tyrannus: qui vincti erant, ejus caput conculcant. Et Deus gestare corpus visus est, idque plagis et vulneribus cedens, et sanguinem, quem in cruce profudit. Præterea, corpus mortuum hominis, terræ solum concussit, et mortuos excitavit. Quorum munus aliud nullum erat, nisi Dominum agnoscere, et e terra resurgere, et cœlum respicere: qui postquam hæc facta sunt, adhuc dormiunt et tanquam statuæ a tonitribus nihil afficiuntur, quo non miseriores?

Quomodo autem non justum est, universum vitæ spatium luctus tempus existimare? Quæ enim flemus, obsecro? Morbum? An vero in nobis non ægrotat, quod est præstantissimum? Paupertatem? Atqui pejus ista, quam pauperes ipsi conflictamur, quanto hic magis necessariæ, et multo meliores sunt

divitiæ. Et paupertas quidem necessario cum præsenti vita desinit ; hanc autem calamitatem mors tollere non potest ; quin potius, ut nobis longe ignominiosior sit in futuro, necesse est. Sed insania est miserabilis. Quid ? annon malus dæmon animum nostrum furenter exagitat, in quem tantam amentiæ vim effundit ? Si enim super enses ambulare, sese præcipitem dare, amicos præterire, et malevolentissimis supplicem fieri, si hæc, inquam, insanientium sunt, nonne amantem fugimus? nonne hostem asciscimus ? nonne ad gehennam currimus, dum omnia, quæ eo impellunt, designamus ? Quare omnium scelerum conscientia impeditos et oppressos, fiere et lugere nos consentaneum est. Atque utinam horum conscientia nobis contingat, et quæ sunt, esse arbitrari : et non etiam in hoc infelicissimus, ubi malorum versemur ignorantes si bonam animæ habitudinem, et divitias, et sanitatem nesciamus, quæ nobis a Christo præparata, citra laborem, nihil nisi voluntatem afferentibus consequi licet. Valde enim triste sit, cum felicitate perfrui liceat, eligere miseriam, et cum possimus in luce vivere, non recusare in tenebris sedere. Hæc vero non solum inertibus lacrymas possunt elicere, sed probissimis etiam, et his maxime, quanto et majus sentiunt detrimentum. Etenim et his et gravioribus semet condemnant, et extremis se suppliciis multandos censent, cum cogitant, Deum nudum, cruce interemptum, cui omnia serviunt, et eum a nobis compensationem vicissim exigere; quia cum esset Deus, naturam hominis suscepit, ut nos ex hominibus dii fieremus : et cum terra quidem cœlum, cum servitute regnum, cum ignominia, in qua eramus, veram gloriam permutasse, pro quibus cœlorum conditor terram induit, et natura Dominus, in forma servi apparuit, et gloriæ rex « sustinuit crucem, confusione contempta [58]. »

Cum multa sint, per quæ germanam philosophiam Salvator in mundum invexit, mansuetudinis, et moderationis in ira, lenitatisque adversus lædentes plurima omnium et maxima exempla dicendo, faciendo, patiendo, proposuit. Nam ne longe abeamus, pro iis a quibus erat læsus, carnem et sanguinem induere sustinuit, et eos solutum venit, quos atrocissimorum scelerum accusare poterat, et a quibus injuriose tractatus fuerat. Postea miraculis, quibus homines naturæ integritati restituebat, quanquam invidis oblatrantibus, non desiit benefacere : sed cum, quod dæmonas ejiciebat e corporibus, Beelzebub, et princeps dæmoniorum et maledicentissima omnium audiret, ejicere perseveraret, et unum de discipulis a se alienatum tantum abfuit, ut choro expelleret, ut etiam non secus cum eo versaretur, quam versari amicum cum amico par est. Captus quoque cum homicida communicavit, et secretissima proditori, corpus et sanguinem ipsum præbuit : et tandem se complectendum, osculan-

[58] Hebr. xii, 2.

A παρόντος ἀνάγκη πεπαῦσθαι, τουτὶ δὲ τὸ δεινὸν οὐ δύναται λύειν ἡ τελευτή, ἀλλ' ἀνάγκη καὶ πολλῷ μεῖζω ποιεῖν ἡμῖν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος τὴν αἰσχύνην · ἀλλὰ μανία ἐλεεινόν. Τί οὖν ; οὐ πονηρὸς ἡμῶν ἐλαύνει δαίμων τὴν γνώμην, ἧς τοσαύτην κατέχειν ἄνοιαν ; Εἰ γὰρ ἐπὶ ξίφει χωρεῖν καὶ κατὰ κρημνῶν ἕεσθαι καὶ τοὺς φίλους ἀγνοεῖν καὶ τοῖς δυσμενεστάτοις προσπίπτειν, ταῦτα μαινομένων, οὐ τὸν φιλοῦντα φεύγομεν, οὐ τὸν ἐχθρὸν οἷς ποιοῦμεν ζητοῦμεν ; οὐκ ἐπὶ τὴν γέενναν σπεύδομεν πάντα ποιοῦντες, ἃ πρὸς ἐκείνην ὠθεῖ ; Οὕτω μὲν τοίνυν ἡμῖν αὐτοῖς τὰ πάνδεινα συνειδόσι δακρύειν ἀκόλουθον καὶ πενθεῖν · ταῦτα δὲ γένοιτ' ἂν ἡμῖν αὐτοῖς συνεγνωκέναι καὶ τὰ ὄντα δοξάζειν καὶ μὴ καὶ τοῦτο δυστυχεῖν, ᾗ κακῶν ἐσμὲν ἀγνοοῦσιν, ἐὰν τὴν εὐεξίαν καὶ τὸν πλοῦτον εἰδῶμεν καὶ τὸ σωφρονεῖν, ὧν ἡμῖν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ μηδὲν πονήσασι κατεσκευασμένων τυγχάνειν ἔξεστιν εἰσάγοντας οὐδὲν πλέον ἢ βουλομένους. Τοῦτο γὰρ ἂν δάκοι μᾶλλον καρδίαν, ἐξὸν εὐδαιμονεῖν, αἱρεῖσθαι δυστυχεῖν, καὶ ζῆν ἐν φωτὶ δυναμένους ἐν σκότει καθημένους ἀνέχεσθαι. Ταῦτα δὲ οὐ τοῖς ῥᾳθύμως ἔχουσι μόνον ἐμβάλλει δάκρυον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σπουδαιοτάτοις καὶ μάλιστα τούτοις, ὅσῳ καὶ μείζονος αἰσθάνονται τῆς ζημίας. Καὶ γὰρ καὶ ταῦτα καὶ τὰ τούτων ἔτι χείρω καταψηφίζονται σφῶν αὐτῶν (καὶ τιμῶσιν αὐτοῖς τῶν ἐσχάτων), ἐπειδὰν ἐνθυμηθῶσι Θεὸν ἐπὶ σταυροῦ γυμνὸν σφαττόμενον, ᾧ πάντα δουλεύει, καὶ τὴν ἀντίστροφον παρ' ἡμῶν εἰσπραττόμενον ἀμοιβήν, ἀνθ' ὧν ἀνθρώπου Θεὸς ὢν αὐτὸς B ἐδέξατο φύσιν, γενέσθαι Θεοὺς ἡμᾶς ἐξ ἀνθρώπων, καὶ τῆς μὲν γῆς τὸν οὐρανὸν, τῆς δὲ δουλείας τὴν βασιλείαν, τῆς δὲ συνούσης ἀδοξίας τὴν ἀληθινὴν ἀλλάξασθαι δόξαν, ὑπὲρ ὧν ὁ τῶν οὐρανῶν τεχνίτης ἐνεδύσατο γῆν, καὶ ὁ μὲν φύσει Δεσπότης ἐν δούλου μορφῇ, ὁ δὲ τῆς δόξης βασιλεὺς « ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας. »

Πραότητος δὲ καὶ τοῦ θυμοῦ κρατεῖν καὶ μὴ πρὸς τοὺς λελυπηκότας χαλεπῶς ἔχειν, πολλῶν ὄντων, δι' ὧν τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν ὁ Σωτὴρ εἰσήνεγκεν εἰς τὸν κόσμον, τὰ πλεῖστα πάντων καὶ μέγιστα προστέθεικε παραδείγματα καὶ οἷς ἐποίησε καὶ ὧν ἠνέσχετο πάσχων. Αὐτίκα γὰρ ὑπὲρ τῶν λελυπηκότων αἵματος ἠνέσχετο καὶ σαρκὸς, καὶ τούτους D ἦλθε λῦσαι ζητῶν, οἷς τὰ δεινότατα πάντων εἶχεν ἐγκαλεῖν, καὶ παρ' ὧν ἔπειτα ταῖς εὐεργεσίαις, αἷς τὴν φύσιν ἐπηνώρθου, τῶν βασκάνων ἐπιθεμένων οὐκ ἀνῆκεν εὐεργετῶν · ἀλλ' ὅτι τοὺς δαίμονας ἐξέβαλλε τῶν ἀνθρώπων Βεελζεβοὺλ καὶ δαιμονίων ἄρχων, καὶ τὰ δεινότατα πάντων ἀκούων οὐδὲν ἧττον ἤλαυνε, καὶ τῶν μαθητῶν ἕνα πρὸς αὐτὸν διαφθαρέντα τοσοῦτον ἀπέσχεν ἐκβαλεῖν τοῦ χοροῦ, ὥστε καὶ συνῆν, ἃ συνεῖναι φίλοις εἰκὸς, καὶ ἀλῶν ἐκοινώνει τῷ φονευτῇ, καὶ τῶν ἀπορρήτων τῷ προδότῃ, καὶ τῶν αἱμάτων αὐτῶν, καὶ τελευταῖον παρέσχε περιβαλεῖν καὶ φιλῆσαι, καὶ τὰ μὲν πάντων καινότατα ἐτολμᾶτο. Ὑπὲρ ὧν εὖ πεποίηκεν, ἀπέ-

θνησκεν· αὐτοὶ τὸ ξίφος ὤθησαν οἱ παθόντες εὖ, ὁ φίλος τοῦ φόνου τοῖς φονευταῖς ἡγήσατο· τὸ φίλημα ἦν τοῦ φόνου σύνθημα, καὶ ὁ ταῦτα πάσχων οὕτως ἡμέρως εἶχε καὶ φιλανθρώπως, ὥστε ὑπό του τῶν μαθητῶν πληγέντος τῶν κυνῶν ἐκείνων ἑνὸς αὐτὸν τὴν πληγὴν μὴ παραδραμεῖν, ἀλλ' εὐθὺς ἰάσασθαι τοῦ μέλους ἁψάμενον· καὶ οὕτω σημεῖον ἐξενεγκὼν τῆς τε ὑπερφυοῦς ἰσχύος καὶ ἡμερότητος τῆς ἐσχάτης οὔτε ταύτην φοβηθέντας οὔτ' ἐκείνην αἰδεσθέντας οὐκ ἀπώλεσεν οὐδὲ πῦρ ὗσε τοῖς μιαροῖς οὐδὲ κεραυνοῖς ἔβαλε, δικαίους ὄντας καὶ τούτων καὶ εἴ τι χεῖρον.

Ἀλλ' ὁ μὲν τῶν ἀγγέλων χορὸς ἀδεῶς οὐδὲ προσβλέπειν εἶχεν αὐτῷ, τοῖς δὲ ἕλκουσιν ἠκολούθει καὶ παρεῖχε συνδῆσαι χεῖρας, αἷς ὑπεχώρει δεσμὰ νόσου καὶ δαιμόνων ἐλύετο τυραννίς, καὶ παίσαντα κατὰ κόρρης αὐτὸν τὸν κάκιστ' ἀπολλύμενον δοῦλον, ἐξὸν, οὐ διέφθειρεν, ἀλλ' ἠπίως μάλα καὶ φιλανθρώπως λόγων ἠξίου καὶ διωρθοῦτο τὴν γνώμην τό γ' ἐπ' αὐτῷ. Εἶτα θανάτου τιμησάντων αὐτῷ τῶν μιαρῶν δικαστῶν σιωπῇ φέρει τὴν ψῆφον, καὶ δεξάμενος τὸ τίμημα καὶ προσηλωθεὶς ἤδη τῷ ξύλῳ τὸ πρὸς τοὺς φονευτὰς οὕτως οὐ διέλυσε φίλτρον, ὥστε τοῦ γεγεννηκότος ἐδεῖτο τοῦ πρὸς τὸν Μονογενῆ τολμήματος μηδεμίαν παρ' αὐτῶν εἰσπράξασθαι δίκην, καὶ ὑπὲρ παρῃτεῖτο περὶ αὐτῶν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ἀπελογεῖτο, καὶ ἦν ἡ φωνὴ τῆς ἀπολογίας σφόδρα περιχαιομένου καὶ ἐλεοῦντος. « Ἄφες γὰρ αὐτοῖς, φησί, Πάτερ· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι· » καὶ καθάπερ πατὴρ φιλόστοργος ἀφραίνοντας διὰ τὴν ἡλικίαν παῖδας οἰκτείρων, ἡμερον αὐτοῖς εἰργάζετο τὸν σωφρονιστήν· καὶ τότε μὲν μετὰ τούτων ἀπέθνησκε τῶν φωνῶν. Ἐπεὶ δὲ ἀνεβίω καὶ τῆς ἑορτῆς ἔδει κοινωνοὺς λαβεῖν τῶν ἐπιτηδείων, οἷς ἐνέμεινεν ἡ γνώμη, μὴ μνησικακήσας ὑπὲρ ὧν ἔλιπον αὐτὸν φυγόντες, ἐν μεσημβρίᾳ κινδύνων, τοὺς μαθητὰς συνεκάλει καὶ μηνύσας, οἳ δεῖ γενομένους αὐτῷ συνελθεῖν, ἐπεὶ συνῆλθε φανείς, οὐ προφέρει τὴν φυγὴν, οὐδὲ φαίνεταί που πρὸς αὐτοὺς τοιούτου δή τινος μεμνημένος, καὶ ὡς ἰσχυρίσαντο μὲν αὐτῷ θανάτου πάντες κοινωνήσειν καὶ τῶν ἐσχάτων, οἱ δ' οὐδὲ τὴν θέαν ἤνεγκαν, καὶ ταῦτα οὐδὲ παρόντων, ἀλλ' ἔτι μελλόντων τῶν δεινῶν, ἀλλ' εἰρήνης καὶ Πνεύματος ἁγίου καὶ τῶν τοιούτων αὐτοῖς μεταδοὺς τὴν τῆς οἰκουμένης ἔπειτα πάσης ἐπιτρέπει κηδεμονίαν, καταστήσας αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.

Καὶ ταῦτα μὲν εἴργαστο κοινῇ τὸν χορὸν, τὸν δὲ κορυφαῖον αὐτὸν πολλάκις ἤδη τὸ πρὸς αὐτὸν προδεδωκότα φίλτρον καὶ τὴν στοργὴν ἠρνημένον ὁποῖα; Οὐ γὰρ μόνον τὴν ἄρνησιν οὐκ εἰς μέσον ἤγαγεν οὐδ' ἀνέμνησε τῶν συνθηκῶν, ἐν αἷς ἀπώμοτον ἦν αὐτῷ, τὸ μὴ μετασχεῖν τοῦ θανάτου τῷ διδασκάλῳ, ὧν αὐτίκα παραβάτης ἦν οὐδὲ μικρὸν διαλιπὼν χρόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγγελοῦντας τὴν ἀνάστασιν πέμψας χωρὶς

[59] Luc. xxiii, 34.

A dumque ab eodem dedit. Miris modis mira, et nova audebantur. Quibus benefecerat, pro illis mortuus est, et ipsi gladio eum confoderunt, qui beneficia acceperant. Cædis cupidus interfectoribus præivit, Osculum cædis tessera fuit. Et dum ista paterentur, tam mitis erat et humanus, ut cum a discipulo quodam unus de canibus illis percussus esset, non negligeret plagam, sed auriculam tangeret, ac subito sanaret. Et cum ita signum edidisset immensæ virtutis, ac supremæ mansuetudinis, neque illam timentes, nec istam reverentes non perdidit. Neque ignem in scelestos pluit, neque fulminibus eos percussit, quamvis ista, et si quid istis atrocius mererentur.

B Quem angelorum chorus præ dolore intueri non poterat, trahentes sequebatur, et dabat vinciendas manus, quibus se submittebant vincula morbi, et dæmonum tyrannis solvebatur. Et qui percusserat illum in maxillam, servum perditissimum, cum posset, non est ultus, sed mansuete admodum humaniterque responso dignatus, quantum in ipso erat, perversitatem ejus correxit. Deinde cum eum morte condemnassent scelerati judices, silentio sententiam tulit : suppliciumque subiens, et jam cruci affixus, erga interemptores usque eo amorem non deposuit, ut Patrem rogaret, ne scelerati facinoris in ejus unigenitum commissi pœnam ullam exigeret. Nec modo veniam eis rogavit, sed insuper defendit, ea voce, quæ flammantem charitate, et miseratione plenum animum facile indicaret. Ait enim : C « Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt [59]. » Et tanquam pater filios amans unice, et ob ætatem illorum imprudentiæ misertus correctorem illis mitigavit. Ac tunc quidem cum istis vocibus exspiravit ; postquam autem resurrexit, et festi consortes accipere oporteret amicos, in quibus perdurabat bona voluntas, immemor injuriæ, qua se in mediis periculis turpi fuga deseruissent, discipulos convocavit, expressoque loco, quo profecti ipsum convenirent, ubi affuit, non fugam objecit, nec quippiam hujusmodi meminisse visus est. Et postquam ad communicandum morti ejus, et ad extrema quæque perferenda, quorum prius absentium adhuc nec speciem tulerant, eos confirmavit, pace et Spiritu D sancto, et aliis hujusmodi donis impertitos toti orbi præfecit, et super omnem terram principes constituit.

Et hæc quidem toti choro communiter fecit. Coryphæo autem, qui, cujus amorem et charitatem singularem sæpius expertus fuerat, eum prodiderat, qualia præstitit ? Non modo enim negationem ejus in medium non protulit, nec pacti commonuit, quo se cum magistro in mortem iturum affirmarat (quod ille statim, nec brevi intermisso tempore violaverat), sed et nuntiis resurrectionis ad eum ante alios

missis, sic eum honoravit, et congressus amanter appellavit, et num ab eo plus, quam ab aliis diligeretur percunctatus est. Cumque Petrus respondisset, se diligere, adhuc idem interrogat: auditoque iterum, « Amo te [60], » denuo quærit an ab ipso diligatur. Atque ut mihi videtur, quæsivisset crebrius, nisi Petrus contristatus respondere recusasset, quod is qui nosset omnia, ad cognoscendum amorem sui multa verba exigeret. Quanquam ista nec amicum ignorantis, nec ignorantem se fingentis erant; quorum alterum fuisset errare, alterum decipere, neutrum sinceræ veritatis Sed volebat sic ostendere, se injuriæ propter priora pacta contempta plane oblitum, non enim denuo ea postulasset: quod fuit amorem in Petro accendere, qui jam propemodum exstinguebatur. Talia enim sciscitari et ad talia respondenda provocare, ad amicitiam plus omnibus valet, et rerum ad amorem pertinentium memoria atque sermo non solum amicitiam augere, sed et nondum exstantem generare potuit. Atque hæc quidem hujusmodi sunto.

Salvator ergo hunc in modum in operibus suis ira vacavit: quo docente, et leges ferente, quid mitius ac lenius? Sane et preces ipsas, et sacrificium non se admissurum ait, si cum ira aut sacrificemus, aut precemur, et remissionem peccatorum, commune omnibus donum, quod secum de cœlo apportavit, mutuo irascentibus nunquam daturum; tametsi omnem lapidem moveamus, et flumina sudorum lacrymarumque fundamus, etsi ipsum corpus gladio et igni objiciamus [61]. Tanti fecit ille mansuetudinem; et qui ejus vitam meditantur, eos ita mitem animum erga eos a quibus offensi sunt, gerere æquum est. Quod etiam indicans: Si meam mansuetudinem nossetis, inquit, etiam cor vestrum mansuesceret. « Discite a me, ait, quia mitis sum, et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris [62]. »

Præterea sic meditationis de Christo mansuetudo materia fiet. Non potest enim sacræ mensæ desiderio, et amore non incendi, qui in hujusmodi cogitationibus vitam consumit: quam cum cuilibet injuriarum memori contingere nefas sit, resistet iræ, et ab odio puram servabit animam. Hic enim sanguis ad reconciliationem a principio effusus, merito iracundiæ furorique servientes aversatur. Et quanquam ad Patrem clamavit super interfectoribus, sicut Abelis sanguis a Caino effusus, non tamen apud eum sceleratos accusavit, nec, ut ille, de fratre vindictam poposcit; quin contra absolvit, et vos occisi veniam occisoribus conciliavit.

Quin etiam excellentissime justitiam excolunt, qui in his commentationibus sunt assidui: ex quibus apparet mundi Dominum adeo honorasse

A τῶν ἄλλων αὐτῷ, καὶ ταύτῃ τιμήσας ὁ δὲ καὶ συνελθὼν τὰ φιλικὰ διελέχθη καὶ πυνθάνεται τὸν ἑαυτοῦ πόθον, εἰ μείζων ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις τῶν ἑταίρων ἐστὶν ἐν αὐτῷ. Καὶ τοῦ Πέτρου φιλεῖν εἰπόντος ἔτι ταὐτὸ πυνθάνεται, καὶ τὸ, « Φιλῶ σε, » πάλιν ἀκούσας, ἀνείρετ' αὖθις εἰ φιλοῖτο, καὶ οὐκ ἂν ἐμοὶ δοκεῖν ἐρωτῶν ἀνῆκε πολλάκις, εἰ μὴ Πέτρος ἀπεῖπεν ἀνιαθείς, εἰ πρὸς τὸ μαθεῖν ὅτι φιλοῖτο, πολλῶν δέοιτο λόγων πάντα εἰδώς. Καίτοι ταῦτα ἦν οὔτε τὸν φίλον ἀγνοοῦντος οὔτε τὸν ἀγνοοῦντα πλαττομένου, τὸ μὲν γὰρ ἦν πλανᾶσθαι, τὸ δ' ἀπατᾷν, ὧν οὐδέτερον τῆς εἰλικρινοῦς ἀληθείας· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐκεῖνο δεικνύντος· ὡς οὐ μνησικακῶν εἴη τῶν προτέρων ὁμολογιῶν πεπατημένων, οὐ γὰρ ἂν ἐζήτει δευτέρας· τοῦτο δὲ τὸ φίλτρον ἀνάπτοντος τῷ Πέτρῳ κινδυνεῦσαν ἤδη σβεσθῆναι μικροῦ. Τὸ γὰρ τοιαύτας μὲν πεύσεις προσάγειν, πρὸς τοιαύτας δὲ παρακαλεῖν ἀποκρίσεις, πρὸς ἑταιρίαν παντὸς δύναται μᾶλλον, καὶ μνήμη τῶν φιλικῶν καὶ τὸ περὶ τούτων τι λέγειν οὐχ ὅσον μείζω πεποίηκεν οὖσαν, ἀλλὰ καὶ μήπω φῦσαν ἐδυνήθη τεκεῖν. Εἶεν.

Οὕτω μὲν οὖν ὁ Σωτὴρ ἐπὶ τῶν ἔργων ἐκβάλλων φαίνεται τὴν ὀργήν· διδάσκοντι δὲ καὶ νομοθετοῦντι ἆρ' ἔστιν ὃ πρὸ τῆς πραότητός ἐστιν αὐτῷ; Καὶ γὰρ καὶ προσευχὴν αὐτὴν καὶ θυσίαν μὴ ἂν προσέσθαι φησὶν, ἢν ὀργίλως ἔχοντες ἢ θύωμεν ἢ προσεύχώμεθα, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, τὸ κοινὸν ἅπασι δῶρον (ὃ κομίζων ἦκεν ἐξ οὐρανοῦ), τοῖς ὑπὲρ ἑαυτῶν ὀργιζομένοις οὔποτε δώσειν, κἂν ὑπὲρ τούτου πάντα ποιῶμεν, κἂν ποταμοὺς ἱδρώτων καὶ δακρύων χέωμεν, κἂν αὐτὸ ξίφει καὶ πυρὶ προδῶμεν τὸ σῶμα. Τοσούτου τινὸς ἄγων φαίνεται πραότητα, καὶ οὕτως ἀκόλουθον τοὺς τὰ ἐκείνου λογιζομένους τὴν καρδίαν πρὸς τοὺς ἀνιῶντας ἥμερον ἔχειν, ὃ καὶ δεικνὺς, "Αν ἐμὲ γνῶτε, φησὶν, ὅπως ἡμερότητος ἔχω, καὶ ὑμῖν κατασταίη ἡ καρδία. « Μάθετε γὰρ, φησὶν, ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. »

Ἔτι δὲ καὶ τόνδε τὸν τρόπον τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ μελέτης ἡ πραότης γένοιτ' ἂν ἔργον. Τῆς μὲν γὰρ ἱερᾶς τραπέζης ἀνάγκη λαβεῖν ἔρωτα τὸν ἐν τούτοις ζῶντα τοῖς λογισμοῖς· ταύτης δὲ οὐκ ἔξὸν τυγχάνειν μνησικακοῦντα πρὸς πᾶσαν ὀργὴν, οὗτος στήσεται καὶ μίσους τηρήσει καθαρὰν τὴν ψυχήν. Τὸ γὰρ αἷμα τοῦτο πρὸς διαλλαγὰς χεθὲν ἐξ ἀρχῆς οὐκ ἀνάσχοιτ' ἂν δικαίως τῶν ὀργῇ καὶ θυμῷ δουλευόντων· εἰ γὰρ καὶ φωνὴν πρὸς τὸν Πατέρα περὶ τῶν μιαιφόνων ἀφῆκε, καθάπερ τὸ Ἄβελ αἷμα χεθὲν, ἀλλ' οὐκ ἐγράψατο παρ' αὐτῷ τοὺς ἠδικηκότας, οὐδὲ δίκας ἀπῄτησεν, ὥσπερ ἐκεῖνος τὸν ἀδελφὸν, καὶ γὰρ ἀπελύετο, καὶ ἡ τοῦ σφαγέντος φωνὴ συγγνώμην εἶχε τοῖς φονευταῖς.

Ἔτι δὲ καὶ δικαιοσύνης ἐργάται διαφερόντως ἁπάντων οἱ μετὰ τούτων ζῶντες τῶν λογισμῶν, ἐν οἷς ὁ τοῦ κόσμου Δεσπότης οὕτω φαίνεται τιμήσας

[60] Joan. xxi, 15 seqq. [61] Matth. v, 23, 24; xviii, 21, 35. [62] Matth xi, 29.

δικαιοσύνην, ὥστε μετὰ τῶν δούλων ἦν (μετὰ τῶν κατακρίτων), μετὰ τῶν σφαττομένων, μετὰ τῶν νεκρῶν, ἵνα πᾶσι τὸ δίκαιον ἀποδῷ· καὶ τῷ μὲν Πατρὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν ὑπακοὴν, ἣν πόρρωθεν προσῆκον οὐδεὶς εἰσενεγκεῖν εἶχε, τῷ τυράννῳ δὲ τὰ δεσμὰ καὶ τὸ περιορᾶσθαι καὶ τὴν αἰσχύνην, ᾧ λύει τὴν ἄδικον ἀρχὴν καὶ νόθον ἀψάμενον τῶν ἡμετέρων ἐξήλασε κρίσει κατενεγκὼν καὶ δικαιοσύνῃ.

Ἔλεον δὲ καὶ τὸ κοινωνεῖν ὀδύνης ἀλγοῦσι καὶ τὰ δυσχερῆ τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ νομίζειν κακὰ, πόθεν, εἰ ἐτέρωθεν μὴ τούτων ἂν τις λάβοι τῶν λογισμῶν, οἷς ἡμᾶς αὐτοὺς ὁρῶμεν ἥκιστα δικαίους ὄντας ἐλέου, παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν ἐλεουμένους, τὴν αἰχμαλωσίαν ἐκείνην, τὴν δουλείαν, τὰ δεσμὰ, τὴν τοῦ δουλωσαμένου μανίαν· καὶ ὡς τῷ μὲν ὅρος τῶν εἰς ἡμᾶς κακῶν οὐδεὶς ἦν, ἀλλ' ὅσῳ χαλεπωτέρου καὶ χείρονος ἐπειρώμεθα τοῦ τυράννου, ἡμῖν δὲ πανταχόθεν ἀμηχανία καὶ ἐρημία τοῦ δοῦναι χεῖρά τινα δυναμένου· καὶ τῷ μὲν χρῆσθαι τῇ γνώμῃ καθ' ἡμῶν ἐξῆν καὶ ἠγόμεθα καθάπερ ἐωνημένῳ πεπραμένοι, ἡμῖν δὲ παραμυθία τῶν δεινῶν οὐδὲ φάρμακον οὐδὲν ἦν, οὐκ οἰκοθεν, οὐκ ἐτέρωθεν, οὐ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς, οὐ τῶν ὁμοφύλων, ἀλλ' ἐπίσης ἅπασιν ἐν καιρῷ γενέσθαι τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ἄπορον ἦν. Καὶ τί λέγω φάρμακον, οἷς οὐδὲ μνησθῆναι τοῦ ἰατροῦ καθαρῶς ἐξῆν οὐδὲ δεηθῆναι! Οὕτω τοίνυν ἀθλίως διακειμένους οὐ πρέσβυς οὐδὲ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος, ᾧ πολεμοῦντες ἥμεν, εἰς ὃν ὑβρίζομεν παρανομοῦντες, αὐτὸς ἠλέησεν οἴκτου ἀήθη καὶ λόγου μείζω καὶ παρὰ πᾶν τὸ ἐπὶ τούτοις εἰκός. Οὐ γὰρ ἐβουλήθη τῶν κακῶν ἡμῖν τὴν ἀπαλλαγὴν μόνον, οὐδ' οἰκεῖον ἐνόμισε τὸ ἄλγος, ἀλλ' ἐποιήσατο καὶ μετέστησεν ἀφ' ἡμῶν εἰς ἑαυτὸν τὰς ὀδύνας, δεξάμενος αὐτὸς ἐλέου φανῆναι πράττων ἄξιως, ἵν' ἡμᾶς ἐργάσηται μακαρίους. Καὶ γὰρ, « ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, » Παῦλος εἶπε, τῶν ἐλεουμένων πολλοῖς ἔδοξεν εἶναι, καὶ ἠλεήθη τὸν ἄδικον θάνατον ἀποθνήσκων. Καὶ, « Ἐκόπτοντο γὰρ, φησὶ, καὶ ἐθρήνουν » ἐπ' αὐτῷ τὴν ἐπὶ θάνατον ἀγομένῳ· καὶ οὐ τοῖς ἐπ' ἐκείνου μόνον καὶ θεωμένοις τὸ πάθος, ἀλλ' ἤδη καὶ Ἡσαΐας πόρρωθεν ἰδὼν, ἀδακρυτὶ τὴν θέαν οὐκ ἤνεγκεν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ νεκρῷ μονῳδῶν ἐλέου γέμουσαν ἀφῆκε φωνήν· « Εἴδομεν αὐτὸν, φησὶ, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον τὸ εἶδος αὐτοῦ παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. » Τί τῆς συμπαθείας ταύτης γένοιτ' ἂν ἴσον, εἰ μὴ λογισμοῖς καὶ θελήσει κοινωνεῖ τοῦ πάθους τοῖς δυστυχέσιν, ἀλλ' αὐτοῖς πράγμασι, καὶ οὐδ' ἀνέχεται μεσίτης εἶναι τῶν δυσχερῶν, ἀλλ' εἰς ἑαυτὸν τὸ πᾶν ἀναιρεῖται καὶ τὸν ἡμέτερον θάνατον ἀποθνήσκει; Τούτων τῶν λόγων εἰς τὸν τῶν ὁμοφύλων οἶκτον τί ἂν ἐπισπάσαιτο μᾶλλον; Εἰ γὰρ τὸ φθάσαντας παθεῖν τῶν δυσχερῶν ὁτιοῦν ἑλέως ἐργάζεται τοῖς ἄρτι τὰ ἴσα κακοπαθοῦσιν οἰκειουμένους τὰς συμφορὰς, τί τῶν δεινῶν οὐ πεπόνθαμεν, οὐκ ἀπόπτωσιν πα-

A justitiam, ut versaretur cum servis, cum damnatis, cum occisis, cum mortuis, ut omnibus quod deberetur redderet. Ac Patri quidem gloriam et obedientiam, quæ illi pridem debetur, persolvere nemo poterat, nec tyranno vincula, contemptum et dedecus cui iniquum ademit imperium, et spurium invasorem a nobis judicio et justitia deturbatum expulit.

Misericordiam autem et dolentium dolere vicem et aliena mala sua ducere, undenam potius, quam ex hujuscemodi cogitationibus quispiam adipiscatur, in quibus cernimus nos ipsos minime misericordia dignos, præter omnem exspectationem misericordiam consecutos, et captivitatem, et servitutem illam, vinculaque illa, et furorem ejus, qui nos captivos duxit? Et ille quidem affligendi nos finem nullum faciebat, quem immitiorem, et immaniorem, semper experiebamur. Nos autem undique consilio egebamus, quique manum nobis dare posset, nullus reperiebatur. Ac illi quidem quæ volebat in nos licebat, velut empta mancipia raptabamur, nobis autem malorum nullum solatium, nec remedium vel a nobismetipsis, vel aliunde suppeditabat, non ab iis qui supra nos, non a naturæ sociis, sed æqualiter omnibus hominum generi commodare difficile erat. Et quid dico remedium, quibus nec meminisse medici prorsus, neque eum rogare licebat! In hac miseria conflictantes, non legatus, non nuntius, sed ipse Dominus, cui rebellabamus, et in quem frangendis imperiis ejus contumeliosi eramus, ipse est miseratus, misericordia insueta, et verbis inexplicabili, et supra quam conveniebat. Non enim tantum libertatem nobis cupivit, neque dolorem nostrum suum duxit, sed a nobis in se dolores nostros ascivit atque transtulit, et placuit eis sors miseranda, ut nos beatos efficeret. Etenim « in diebus carnis suæ [63], » ut Paulus ait, multis visus est miserabilis. Et miserationi sane fuit iniqua morte moriens: « Plangebant enim, inquit, et lamentabantur eum [64], » cum ad mortem duceretur. Nec id ii solum, qui tum vivebant, et spectabant, fecerunt; sed et Isaias, multo ante cum prævidisset illud spectaculum, non temperavit lacrymis, sed tanquam super mortuo lamentans, vocem miserabilem emisit: « Vidimus eum, inquit, et non habebat speciem, neque decorem; sed species ejus inhonorata, et deficiens, præter filios hominum [65]. » Quid cum hac compassione conferri potest? Siquidem non cogitatione et voluntate sola miserorum mala sentit, sed rebus ipsis, nec molestorum esse particeps satis habet, sed in se ipsum totum suscipit, nostraque morte moritur. His rationibus ad miserandos homines natura nobiscum conjunctos, quid magis nos impellat? Si enim prius asperum quidvis perpessum esse, recens eadem passis conciliat, dum in iis suas cala-

[63] Hebr. v, 7. [64] Luc. xxiii, 27. [65] Isa. liii, 2.

mitates recognoscunt, quid non passi sumus? Nonne amissionem patriæ vere vestræ? nonne paupertatem? nonne morbum? nonne servitutem indignissimam? nonne insaniam extremam? Et his omnibus « per viscera misericordiæ Dei nostri [66], liberati sumus. Igitur et nos misereamur, si quis quocunque horum incommodorum jactatur, et misericordiam conservis rependamus, quam nobis communis Dominus ante præstitit. Et hoc monens Salvator, nempe erga proximum oportere nos induere mansuetudinem, pro exemplo divinam benignitatem intuentes : « Estote, inquit, misericordes, sicut et Pater vester cœlestis misericors est [67]. »

Mundare autem cor, animamque ad sanctitudinem exercere, cujus contentionis aut diligentiæ, aut quorum sudorum potius, aut cogitationum, et meditationis opus ac materia fuerit? Imo quod quis accuratius rem considerans, non opus meditationis de Christo, sed ipsam sine dubio meditationem dixerit. Primum enim in optimis cogitationibus versari, et a malis cogitationibus discedere, hoc autem est cor purum esse. Cum enim duplex sit nobis vita, dupliciterque nascamur, una spiritualis, altera corporea, et spiritus in his quæ concupiscit, adversus corpus pugnet, corpus adversus spiritum, cum contraria fœdus inire et conspirare impossibile sit, omnibus est apertum, utra concupiscentia per memoriam cogitationes obtinuerit, ab ea alteram profligatum iri. Deinde, sicut carnalis vitæ, et generationis memoria, et occupatio animi in talibus perditissimam cupiditatem, et inde exsistentem contaminationem affert : eodem modo lavacri generationem, et congruentem eidem alimoniam, et alia hujus novæ vitæ assidua memoria usurpantes, a terra in ipsum cœlum transferre fit consentaneum.

Quoniam autem « Christus est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriæ solvit, inimicitias in carne sua [68], » qui pacis causa omnia molitus est, quid pace præstantius apud eos, quibus studio est res ejus animo volvere ac revolvere? Nam et ipsi sectabuntur, Pauli jussu, ut nihil æque, et in ea recolenda aliis præibunt, et odium inutile deponent, frustraque belligerare desinent, scientes pacem adeo pretiosam, ut Deus ipse dives, et omnium Dominus, cum in terras venisset ut eam hominibus compararet, nec inveniret quidquam dignum, suum ipsius sanguinem pretii loco impenderit. Quia enim jam productorum, et exstantium nihil videbat quæsitæ paci, et reconciliationi conferendum, aliam novam condidit naturam, sanguinem scilicet sibi suum, quo dato mox reconciliator, et princeps pacis fuit. Sanguinem igitur illum adorantes, quid tandem aliud cum virtute conjunctum consectantes rem suam se putabant agere, quam ut reconciliationis

τρίδος τῆς ὡς ἀληθῶς ἡμετέρας; οὐ πενίαν, οὐ νόσον (οὐ τὴν χαλεπωτάτην δουλείαν), οὐ τὴν ἐσχάτην μανίαν; καὶ τούτων ἀπηλλάξαμεν πάντων « διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν. » Οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς ἐλεοῖμεν ἄν, εἴ τις καθ' ὁτιοῦν τούτων πράττει κακῶς καὶ τὸν οἶκτον ἀποδοῖμεν τοῖς ὁμοδούλοις, οὗπερ ἡμῖν ὁ κοινὸς ὑπῆρξε Δεσπότης. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Σωτὴρ, ὡς ἄρα δεῖ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους ἡμέρως ἔχειν εἰς παράδειγμα τὴν θείαν ἀφορῶντας φιλανθρωπίαν, « Γίνεσθε, φησὶν, οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστί. »

Τό γε μὴν καθᾶραι καρδίαν καὶ πρὸς ἁγιασμὸν τὴν ψυχὴν ἀσκῆσαι, τίνος ἀγῶνος ἢ σπουδῆς ἢ τίνων ἱδρώτων μᾶλλον ἢ τῶν ἐννοιῶν τούτων καὶ τῆς μελέτης γένοιτ' ἂν ἔργον; ὅ γε οὐδ' ἔργον ἄν τις εἴποι τῆς περὶ Χριστοῦ μελέτης, ἀλλ' αὐτὴν ἀντικρυς εἶναι τὴν μελέτην, σκοπῶν ἀκριβῶς. Πρῶτον μὲν γὰρ τὸ συνεῖναι τῶν λογισμῶν τοῖς ἀρίστοις τῶν φαύλων ἐστὶν ἀφεστάναι· τοῦτο δέ ἐστι τὴν καρδίαν καθαρὸν εἶναι. Διττῆς γὰρ ἡμῖν τῆς ζωῆς καὶ τῆς γεννήσεως οὔσης, τῆς μὲν πνευματικῆς, τῆς δὲ σαρκικῆς, καὶ τῷ μὲν σώματι τοῦ πνεύματος οἷς ἐπιθυμεῖ πολεμοῦντος, τοῦ σώματος δὲ κατὰ τοῦ πνεύματος ἰσταμένου, τἀναντία σπείσασθαι· καὶ συνελθεῖν ἀμήχανον ὄν, ὁποτέρα τῶν ἐπιθυμιῶν τῇ μνήμῃ κρατήσει τῶν λογισμῶν, ὡς ἐκβαλεῖ τὴν ἑτέραν, παντὶ που δῆλον. Ἔπειτα καθάπερ τῆς σαρκικῆς ζωῆς καὶ τῆς γεννήσεως ἡ μνήμη καὶ τὸ τοιοῖσδε τὸν νοῦν προσέχειν τὴν κάκιστ' ἀπολουμένην ἐπιθυμίαν καὶ τὸν ἐκεῖθεν ἐντίθησι μολυσμὸν, τὸν ἴσον τρόπον τὴν τοῦ λουτροῦ γέννησιν καὶ τὴν κατάλληλον τῇ γεννήσει τροφὴν καὶ τἆλλα δὴ τὰ τῆς καινῆς ζωῆς τῇ συνεχεῖ μνήμῃ τὴν ψυχὴν κατασχόντα, τὴν ἐπιθυμίαν εἰκὸς ἐστιν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπ' αὐτὸν ἄγειν τὸν οὐρανόν.

Ἐπεὶ δὲ Χριστός ἐστιν « ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ, » ᾧ τῆς εἰρήνης ἕνεκα τὰ πάντα ἐπενοήθη, τί πρὸ τῆς εἰρήνης ἂν εἴη τοῖς μελέτην ψυχῆς καὶ τοῦ σπουδὴν τἀκείνου ποιησαμένοις; Αὐτοί τε γὰρ διώξουσι τὴν εἰρήνην, ᾗ κελεύει Παῦλος, ὡς οὐδὲν ἄλλο, καὶ τοῖς ἄλλοις ἡγήσονται τοῦ πράγματος· καὶ λύσουσι μῖσος ἀνόνητον καὶ παύσουσιν εἰκῇ πολεμοῦντας, εἰδότες εἰρήνην οὕτω τίμιον, ὥστε τὸν Θεὸν αὐτὸν ἐπὶ τῷ ταύτην ἀνθρώποις ὠνήσασθαι καταλαβόντα τὴν γῆν, καὶ πλούσιον ὄντα καὶ πάντων Κύριον μηδὲν εὑρεῖν ἄξιον τοῦ χρήματος, ἀλλ' αὐτὸ τὸ αἷμα καταβαλεῖν. Ἐπεὶ γὰρ τῶν ἤδη γεγεννημένων καὶ ὄντων οὐδὲν ἐώρα τῆς ζητουμένης εἰρήνης καὶ τῶν διαλλαγῶν, ὅπερ ἂν ἀντίρροπον ἦν, ἄλλην καινὴν ἔκτισε κτίσιν, αἷμα ἑαυτῷ. καὶ τοῦτο δοὺς διαλλακτὴς ἦν εὐθὺς καὶ ἀρχὼν εἰρήνης. Οἱ τοίνυν τὸ αἷμα ἐκεῖνο προσκυνοῦντες, τί ποτ' ἂν κατορθοῦν ἄλλο ζητοῦντες τὰ ἑαυτῶν ἡγήσονται πράττειν ἢ διαλλαγῶν καὶ εἰρή-

[66] Luc. I, 78. [67] Luc. VI, 36. [68] Ephes. II, 14.

νης ἀνθρώποις ὄντες τεχνῖται; Εἰ δὲ τὴν καθόλου δικαιοσύνην, λέγω τὴν ἀρετήν, ἡλίκον ἐστὶν ἀγαθὸν καὶ οἷον αὐτῇ σύνεστι κάλλος, ἐπὶ τοῦ ἤθους μόνου πάρεστιν ἰδεῖν τοῦ Σωτῆρος, ἅτε μόνου τῶν ἐναντίων αὐτὸ καθαρὸν παντελῶς ἐπιδειξαμένου, (καὶ γὰρ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων ἐλθὼν εὗρεν, οὗ διῶξαι δυνήσεται τὴν θείαν ἐκείνην ψυχήν, οὐδ' ἐν ᾧ μέμψαιτο τὴν ὥραν, βασκάνοις περισκοπῶν ὀφθαλμοῖς) τὸν μὲν εἰς τὸν Χριστὸν καὶ ἀρετὴν ἔρωτα δῆλον ὡς οὐδὲν ἄλλο ποιοῦντας ἢ μηχανωμένους ἢ τὰ τοῦ Χριστοῦ μελετῶντας ἔστι λαβεῖν. Οὕτω γὰρ περιέσται καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς καὶ τὸ τοῦ Σωτῆρος κάλλος καταμαθεῖν, καταμαθοῦσι δὲ καὶ φιλεῖν, ὡς αἴτιον ὂν παντὸς τοῦ φιλεῖν τὸ καταμαθεῖν, ἐπεὶ καὶ τὴν Εὔαν ὁ τοῦ ξύλου καρπὸς καὶ ταῦτα ἀπειρημένου τοῦτον εἶλε τὸν τρόπον· « Κατενόησε γὰρ, φησὶν, ὡς ὡραῖος ἦν εἰς ὅρασιν, καὶ καλὸς εἰς βρῶσιν. »

Ἔρωτα δὲ Χριστοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς οὕτω λαβόντας καὶ διωγμῶν ὑπὲρ αὐτῶν εἰκὸς ἀνασχέσθαι καὶ φυγεῖν ἐλέσθαι δεῆσαν καὶ τὰ δεινότατα πάντων ἀκοῦσαι, καὶ τοῦτο χαίροντας, ὡς δὴ μεγίστων καὶ καλλίστων αὐτοῖς γερῶν ἀποκειμένων ἐν οὐρανοῖς. Ὁ γὰρ περὶ τὸν ἀθλοθέτην τῶν ἀγωνιζομένων ἔρως καὶ τοῦτο δύναται, καὶ περὶ τῶν μήπω φαινομένων ἄθλων ποιεῖ πιστεύειν αὐτῷ καὶ βεβαίας εἰς τὸ μέλλον ἐπὶ τοῦ παρόντος ἔχειν ἐλπίδας. Οὕτω τὰ Χριστοῦ τοὺς ἑκάστοτε λογιζομένους καὶ μελετῶντας καὶ μετρίους εἶναι ποιεῖ καὶ τῆς ἀνθρωπείας ἐπιγνώμονας ἀσθενείας, ὥστε πενθεῖν, καὶ πράους ἀποδείκνυσι καὶ δικαίους καὶ φιλανθρώπους καὶ σώφρονας καὶ εἰρήνης καὶ διαλλαγῶν ἀνθρώποις ἐργάτας, καὶ οὕτω Χριστοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς περιεχομένους, ὥστε ὑπὲρ αὐτῶν οὐκ ἀνέχεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ χαίρειν ὑβριζομένους καὶ ἥδεσθαι διωκομένους. Καὶ ὅλως τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν καὶ ὅθεν ἐστὶ μακαριους γενέσθαι, τῶν ἐννοιῶν ἀπολαύειν ἔξεστι τούτων καὶ οὕτω τηρῆσαι μὲν ἐν τῷ ἀγαθῷ τὴν γνώμην, τὴν δὲ γιγνομένην ὥραν καλὴν ἐργάσασθαι τὴν ψυχὴν, καὶ τὸν ἀπὸ τῶν μυστηρίων φυλάξαι πλοῦτον, καὶ τὸν βασιλικὸν μὴ ῥῆξαι μηδὲ ῥυπᾶναι χιτῶνα. Διὰ τοῦτο καθάπερ τὸ νοῦν ἔχειν καὶ λόγῳ χρῆσθαι τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως ἴδιον, οὕτω τὰ Χριστοῦ θεωρεῖν ἔργον εἶναι χρὴ νομίζειν τοῦ λογισμοῦ, μάλιστα μὲν ὅτι τὸ παράδειγμα, πρὸς ὃ δεῖ βλέπειν ἀνθρώπους, ἂν τέ τι δέῃ πράττειν ἐφ' ἑαυτῶν αὐτοὺς, ἂν τε τοῖς ἄλλοις τῶν δεόντων ἡγεῖσθαι, μόνος ἐστὶν Ἰησοῦς, ὃς καὶ τῶν ἰδίων ἕνεκα καὶ τῆς πολιτείας πρῶτος καὶ μέσος καὶ τελευταῖος τὴν ἀληθινὴν ὑπέδειξεν ἀνθρώποις δικαιοσύνην. Ἔπειτα καὶ γέρας ἐστὶν ὁ αὐτὸς καὶ στέφανος, ὃν δεῖ λαβεῖν ἀγωνισαμένους. Οὐκοῦν εἰς ἐκεῖνον ὁρᾷν δεῖ καὶ τἀκείνου σκοπεῖν ἀκριβῶς, καὶ ὡς ἔνεστι πειρᾶσθαι καταμανθάνειν, ἵν' εἰδῶμεν ὡς δεῖ πονεῖν. Τὰ γὰρ ἆθλα τοῖς ἀθληταῖς μετρεῖ τοὺς ἀγῶνας, καὶ ταῦτα ἀποσκοποῦντες τοὺς

A et pacis hominibus auctores sint. Quod si universam justitiam, virtutem, inquam, quantum sit bonum, et qualis ejus pulchritudo, in moribus et vita unius Salvatoris est videre, utpote qui solus ipsam contrariorum puritatem perfecte ostendit (etenim peccatum non fecit; nec princeps hujus mundi veniens, et invidens oculos circumferens invenit, in quo animam illam accusare posset, nec in qua ejus pulchritudinem reprehendere), certum est, amorem erga Christum, et erga virtutem, ejus vitam meditantes adepturos, quamvis aliud nihil faciant, aut incipiant. Sic enim abunde licebit et virtutis, et Salvatoris pulchritudinem intelligere, et intellectam amare, quando in omni re intelligentia sive cognitio amorem procreare consuevit: siquidem et Evam fructus ligni, idque vetiti, hoc modo pessum dedit. « Et animadvertit mulier, inquit, quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis, aspectuque delectabile [69]. »

B

Amorem Christi et virtutis sic adeptos, etiam persecutiones propter hæc sustinere convenit, et cum res postularit, fugam non recusare, et probrosissima quæque audire, idque cum lætitia, utpote maximis pulcherrimisque præmiis in cœlo repositis. Amor enim certantium erga præsidem, remuneratoremque certaminis etiam hoc potest, et de præmiis nondum visis, facit ei fidem habere, et jam nunc futurorum spem solidam gerere. Sic Christum semper cogitantes, meditantesque et moderatos reddit, et humanæ infirmitatis gnaros, ut lugeant, eosdemque et mites, et justos, et humanos, et modestos facit, et pacis concordiæque Interpretes, adeoque Christo, et virtute circumseptos, ut pro iis non solum patiantur, sed gaudeant etiam injuriis multari, et in persecutionibus exsultent. Et, ut summatim dicam, bona amplissima, et quibus beatitas constat, ex cogitationibus istis percipere possumus; et ita in eo qui summe bonus est, mentem custodire, solitam pulchritudinem servare, animam meliorem reddere, acceptasque a mysteriis opes tueri, et regalem tunicam non rumpere, nec sordidare. Et idcirco quemadmodum mentis compotem esse, et ratione uti, humanæ naturæ proprium est; sic res Christi contemplari, opus esse cogitationis existimandum est. Maxime, quia exemplar, ad quod hominibus respiciendum est, sive opus est agere aliquid ipsos in seipsis, sive aliis in officio præeundum, solus est Jesus, qui et qua propria nostra, et qua in consuetudine convictuque posita, primus, medius, ultimus, veram hominibus justitiam ostendit. Deinde et præmium ipse est, et corona est certantibus offerenda. Itaque ille ante oculos ponendus, et quæ illius sunt, accurate perpendenda, et quatenus licet, ad eorum intelligentiam enitendum, ut sciamus, quomodo laborandum. Præmia enim athletis agones metiuntur, et in

C

D

[69] Gen. III, 6.

iis defixi, labores ferunt tantum toleramiæ adhibentes, quantum illa pulchritudinis habere cognoverunt. Præter hæc omnia, quis nescit cur nos ipse solus sanguine suo emptos acquisierit? quia non est alius, cui serviendum, et propter quem nobis ipsis, qua corporibus qua animabus, qua amore, qua memoria, qua mentis actione uti debeamus. Ideo et Paulus : « Non estis vestri, inquit, empti enim estis pretio magno [70]. »

Etenim propter hominem novum hominis natura ab initio est condita, et mens et appetitus illius ergo parata sunt : et cogitationem accepimus, ut Christum cognoscamus, appetitum seu desiderium, ut ad illum curramus : memoriam habemus ut illum portemus, quoniam et dum fabricaremur, ipse nobis archetypon erat. Non enim vetus Adam novi, sed novum novus veteris exemplum esse debuit. Etsi enim dicitur ad similitudinem veteris esse genitum; sed propter corruptionem, quam ille cœpit, hic hæreditavit, ut naturæ imbecillitatem medicina a semet deprompta tollat; et, ut Paulus ait, « absorbeatur quod mortale est a vita [71] : » ut propter naturam ipsam archetypum vetus Adam sit, priorem illum scientibus : cui autem omnia, antequam fiant, in conspectu sunt, antiquior ille secundi exemplum sit. Et juxta proprietatem et imaginem quidem illius fictus est; sed non mansit, vel potius ad illum tetendit, sed non apprehendit. Unde et legem ille suscepit, hic servavit. Et obedientiam quidem vetus abjecit, novus restituit, « usque ad mortem, mortem autem crucis [72], » ut Paulus ait. Et ille quidem legem violans, visus est imperfectus in his quæ habere hominem oportet. Non enim erat supra naturam lex, cujus transgressorem punire fas erat; hic autem perfectus erat in omnibus, et, « Patris mei mandata servavi [73], » inquit. Et ille quidem vitam imperfectam intulit, mille adjumentorum indigam; hic perfectissimæ, immortalis, inquam, parens hominibus factus est. Et ad immortalitatem natura sane ab initio impellebatur, quam serius attigit, in corpore Salvatoris, quod ipse in vitam nunquam desituram cum a mortuis excitasset, dux immortalitatis generi nostro evasit. Atque, ut totum eloquar, verum hominem, et perfectum, et morum, et vitæ, et aliorum gratia omnium, primus et solus Salvator ostendit.

Siquidem hic vere est hominis finis, et intuens extremum (vitam puta incorruptam) finxit eum Deus. Siquidem et corpus a corruptione, et mens ab omni peccato libera fuit. In hoc enim perfecti ratio consistit, cum artifex ipse quæ putaverit oportere, omnia præstiterit; quando et simulacri elegantia extrema artificis manu inducitur. Si igitur ille multum a perfectione abfuit, hic perfectus erat in omnibus, et de sua perfectione hominibus impertiit, et genus totum humanum ad se aptavit,

A πόνους φέρουσι, τοσοῦτον εἰσάγοντες καρτερίας, ὅσον ἐκεῖνα κάλλους ἔγνωσαν ἔχειν. Παρὰ πάντα δὲ ταῦτα τίς οὐκ οἶδεν, ἀνθ' ὧν ἡμᾶς αὐτὸς ἐκτήσατο μόνος τοῦ αἵματος πριάμενος, ὡς οὐκ ἔστιν ἄλλος, ᾧ χρὴ δουλεύειν καὶ πρὸς ὃν δεῖ χρήσασθαι ἡμῖν αὐτοῖ, καὶ σώμασι καὶ ψυχαῖς καὶ ἔρωτι καὶ μνήμῃ καὶ τῇ κατὰ νοῦν ἐνεργείᾳ. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος, « Οὐκ ἐστὲ φησὶν, ἑαυτῶν· τιμῆς γὰρ ἠγοράσθητε. »

Καὶ γὰρ διὰ τὸν καινὸν ἄνθρωπον ἀνθρώπου φύσις συνέστη τὸ ἐξ ἀρχῆς, καὶ νοῦς καὶ ἐπιθυμία πρὸς ἐκεῖνον κατεσκευάσθη, καὶ λογισμὸν ἐλάβομεν, ἵνα τὸν Χριστὸν γινώσκωμεν, ἐπιθυμίαν, ἵνα πρὸς ἐκεῖνον τρέχωμεν, μνήμην ἔσχομεν, ἵν' ἐκεῖνον φέρωμεν, ἐπεὶ καὶ δημιουργουμένοις αὐτὸς ἀρχέτυπον ἦν. Οὐ γὰρ ὁ παλαιὸς τοῦ καινοῦ, ἀλλ' ὁ νέος Ἀδὰμ τοῦ παλαιοῦ παράδειγμα. Εἰ γὰρ καὶ καθ' ὁμοιότητα τοῦ παλαιοῦ τὸν νέον λέγεται γεγενῆσθαι, ἀλλὰ διὰ τὴν B φθορὰν ἧς ἀπήρξατο μὲν ἐκεῖνος, ἐκληρονόμησε δὲ οὗτος, ὡς ἂν τὴν τῆς φύσεως ἀῤῥωστίαν τοῖς παρ' ἑαυτῷ φαρμάκοις ἀνέλῃ, καὶ ᾗ φησι Παῦλος, « καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς· » ὡς ἕνεκά γε τῆς φύσεως αὐτῆς ἀρχέτυπον ὁ παλαιὸς Ἀδὰμ ἡμῖν ἂν εἴη τοῖς πρότερον ἐκεῖνον ἐπισταμένοις, ᾧ δὲ πάντα πρὶν εἶναι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν, ὁ πρεσβύτερος τοῦ δευτέρου μίμημα, καὶ κατὰ τὴν ἰδέαν ἐκείνου καὶ τὴν εἰκόνα πέπλασται μὲν, οὐκ ἔμεινε δὲ, μᾶλλον δὲ ὠρμήθη μὲν πρὸς ἐκείνην, οὐ κατέληψε δέ. Ὅθεν καὶ τὸν νόμον ἐδέξατο μὲν ἐκεῖνος, ἔσωσε δὲ οὗτος, καὶ τὴν ὑπακοὴν ἀπῃτήθη μὲν ὁ παλαιὸς, ἀπέδωκε δὲ ὁ νέος « μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, » φησὶ Παῦλος· καὶ ὁ μὲν παρανομῶν δῆλος ἦν, ὧν C δέον ἄνθρωπον ἔχειν, ἀτελῶς ἔχων (οὐ γὰρ παρῆκε τὴν φύσιν ὁ νόμος, ὃν ὑπερβάντα κολάζειν δίκαιον ἦν), ὁ δὲ τέλειος ἐν ἅπασιν ἦν, καὶ, « Τετήρηκα, φησὶ, τὰς ἐντολὰς τοῦ Πατρός μου. » Καὶ ὁ μὲν τὴν ἀτελῆ ζωὴν εἰσήνεγκεν, ᾗ μυρίων δεῖται βοηθημάτων· ὁ δὲ τῆς ἀθανάτου, πατὴρ ἐγένετο τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἀθανασίαν ἡ φύσις ἠπείγετο μὲν ἐξ ἀρχῆς, ἁψίκετο δὲ ὕστερον ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος σώματος, ὅπερ αὐτὸς εἰς τὴν ἀθάνατον ζωὴν ἀπὸ τῶν νεκρῶν ἀναστήσας ἡγεμὼν ὑπῆρξε τῆς ἀθανασίας τῷ γένει· καὶ ἵνα τὸ πᾶν εἴπω, τὸν ἀληθινὸν ἄνθρωπον καὶ τέλειον καὶ τρόπων καὶ ζωῆς καὶ τῶν ἄλλων ἕνεκα πάντων πρῶτος καὶ μόνος ἔδειξεν ὁ Σωτήρ.

D

Εἴ γε τοῦτό ἐστιν ὡς ἀληθῶς ὅρος ἀνθρώπου, πρὸς ὃ βλέπων ἕκαστον ἔπλαττεν αὐτὸν ὁ Θεὸς, λέγω δὴ τὸν βίον τὸν ἀκήρατον, ἐπειδὰν φθορᾶς μὲν ᾖ καθαρὸν αὐτῷ τὸ σῶμα, γνώμη δὲ πάσης ἁμαρτίας ἀπηλλαγμένη· ἐνταῦθα γὰρ τέλειον ἂν εἴη τὸ κατ' αὐτὸν, ὅταν ὁ δημιουργὸς αὐτὸν ἃ δεῖν ᾠήθη, πάντα ἐργάσηται, ἐπεὶ καὶ ἀγάλματος ἀποκαθίσταται κάλλος τῇ τελευταίᾳ τοῦ τεχνίτου χειρί· εἰ τοίνυν ὁ μὲν πολλοῦ τινος ἐδέησεν εἶναι τέλειος, ὁ δ' ἦν ἐν ἅπασι καὶ τῆς τελειότητος τοῖς ἀνθρώποις μετέδωκε, καὶ

[70] I Cor. vi, 20. [71] II Cor. v, 4. [72] Philipp. II, 8. [73] Joan. xv, 10.

τὸ γένος ἅπαν εἰς ἑαυτὸν ἥρμοσε, πῶς οὐ τὰ δεύτερα τῶν πρωτέρων παραδείγματα, καὶ τὸν μὲν ἀρχέτυπον εἶναι χρὴ νομίζειν, τὸν δὲ ἐκεῖθεν εἰλῆφθαι; Τῶν γὰρ ἀτοπωτάτων, πρὸς τὰ ἀτελῆ τὰ τελεώτατα πάντων ἐπείγεσθαι νομίζειν, καὶ τοῖς βελτίοσι παραδείγματα προκεῖσθαι τὰ χείρω, καὶ τοὺς τυφλοὺς ἡγεῖσθαι τοῖς βλέπουσιν. Οὐ γὰρ ὅτι τὸν χρόνον πρότερα ἐκεῖνα, δίκαιον ἂν εἴη θαυμάζειν, ἀλλ' ὅτι τέλεια ταῦτα τῶν ἀτελῶν ἀρχὰς εἶναι προσῆκε πιστεύειν ἐκεῖνο ἐνθυμουμένους, ὅτι καὶ πρὸς τὴν ἀνθρώπου χρείαν πολλὰ κατεσκεύασται μὲν πρότερα δὲ, καὶ ὁ πάντων τούτων κανὼν ἄνθρωπος ὕστατος ἁπάντων τῆς γῆς ἐξελήλυθεν. Εἶεν. Ὑπὲρ τούτων τοίνυν ἁπάντων καὶ φύσει καὶ γνώμῃ καὶ λογισμοῖς ἄνθρωπος πρὸς τὸν Χριστὸν ἴεται, οὐ διὰ τὴν θεότητα μόνον, ἣ πάντων οὖσα τυγχάνει τέλος, ἀλλὰ καὶ τῆς φύσεως ἕνεκα τῆς ἑτέρας, καὶ οὗτος μὲν τὸ κατάλυμα τῶν ἀνθρωπίνων ἐρώτων, οὗτος δὲ τρυφὴ λογισμῶν, καὶ τὸ παρὰ τοῦτον ὁτιοῦν ἢ φιλεῖν ἢ λογίζεσθαι περιφανὴς τοῦ δέοντος ἁμαρτία καὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑποτεθέντων τῇ φύσει παρατροπή· ὡς ἂν δὲ πρὸς αὐτὸν ἔχειν ἀεὶ δυνώμεθα τὴν μελέτην καὶ ταύτης ὦμεν ἑκάστοτε τῆς σπουδῆς, αὐτὸν καλῶμεν ὅσαι ὧραι τῶν λογισμῶν τὴν ὑπόθεσιν. Πάντως δὲ οὐ παρασκευῆς πρὸς τὰς εὐχὰς δεῖ καὶ τόπων οὐδὲ βοῆς ἐκεῖνον καλοῦσιν· οὐ γὰρ ἔστιν οὗ μὴ πάρεστιν, οὐδ' ἔστιν ὅπως μὴ σύνεστιν ἡμῖν, ὅς γε τοῖς ζητοῦσι καὶ αὐτῆς ἐγγιόν ἐστι τῆς καρδίας. Ἀκόλουθον δὲ καὶ τὰ παρὰ τῶν εὐχῶν ἡμῖν ὡς ἀπαντήσει μάλα πιστεύειν, καὶ μὴ ἐνδοιάζειν, ὅτι πονηροὶ τὸν τρόπον ἡμεῖς, ἀλλὰ θαρρεῖν, ὅτι χρηστὸς ὁ καλούμενος ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηροὺς, ὅς γε τοσοῦτον ἀπέχει, τοὺς προσκεκρουκότας τῶν δούλων δεομένους περιορᾷν, ὥστε μήπω καλέσαντας μηδὲ λόγον ὁντινοῦν ἐκείνου ποιησαμένους αὐτὸς τὴν γῆν καταλαβὼν ἐκάλεσε πρῶτος. « Ἦλθον γὰρ, φησὶ, καλέσαι ἁμαρτωλούς· » ὁ δὲ μηδὲ βουλομένους οὕτω ζητήσας, τίς ἂν εἴη καλούμενος; καὶ εἰ μισούμενος ἐφίλησε, πῶς ἀπώσεται φιλούμενος; Ὃ καὶ δηλῶν ὁ Παῦλος, « Εἰ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, φησὶ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. » Καὶ μὴν καὶ τὸ σχῆμα τῆς ἱκεσίας ἐνθυμηθῶμεν· οὐ γὰρ ἃ φίλους εἰκὸς αἰτεῖσθαι καὶ λαμβάνειν, τούτων ἀξιοῦμεν τυγχάνειν, ἀλλ' ὧν καὶ τοῖς ὑπευθύνοις καὶ προσκεκρουκόσιν ἐφεῖται δούλοις καὶ μάλιστα τούτοις. Οὐ γὰρ ἵνα στεφανώσῃ, τὸν Δεσπότην καλοῦμεν, οὐδ' ἵνα ἄλλην τοιαύτην τινὰ κατάθηται χάριν, ἀλλ' ἵν' ἐλεήσῃ· ἔλεον δὲ καὶ συγγνώμην καὶ χρέους διάλυσιν καὶ τὰ τοιαῦτα τοῦ φιλανθρώπου δεηθῆναι καὶ δεηθέντας μὴ κεναῖς χερσὶν ἀπελθεῖν, εἰ μὴ τοὺς ὑπευθύνους, τίνας εἰκὸς, εἴ γε « μὴ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ; » Εἰ γὰρ ὅλως ἀνθρώπους νενόμισται πρὸς τὸν Θεὸν ἔλεον ἐκκαλουμένην ἀφεῖναι φωνὴν, τῶν ἀξίως ἐλέου πραττόντων, τῶν ἡμαρτηκότων ἐστὶν ἡ φωνή. Καλῶμεν δὲ τὸν Θεὸν καὶ γλώττῃ καὶ γνώ-

A quomodo posteriora priorum non exempla, et hunc archetypum, illum vero inde sumptum et expressum non existimabimus? Absurdissimum quippe est putare omnium perfectissima ad imperfecta exigenda, et melioribus exempla deteriora præponenda, et a cæcis præeundum videntibus. Non enim quia illa tempore priora, adeo jure admiranda, sed quia hæc perfecta sunt, imperfectorum principia esse debere credendum est, et illud cogitandum, etiam ad hominis usum multa prius parata fuisse. Propter hæc omnia igitur et natura, et voluntate, et cogitationibus Christum homo desiderat, non propter deitatem tantum, quæ est omnium finis, sed et propter alteram naturam. Et hinc quidem (Christus) diversorium est armorum humanorum,
B hinc deliciæ cogitationum, et præter hunc quodcunque aut amare, aut cogitare, manifesta est ab officio aberratio, et a primis naturæ principiis deflexio. Ut autem ipsum semper meditari queamus, et in hoc studio perseveremus, ipsum cogitationum argumentum horis omnibus invocemus. Omnino autem non præparatione ad preces opus est, nec locis, nec clamoribus est invocandus : non enim est locus ubi præsens non sit, nec est ubi nobis non adsit, qui quærentibus se ipso corde propior est. Consequens autem est, etiam constanter credere, quæ precamur, nobis eventura, nec ideo dubitare, quia sumus improbi, sed fidere, quia Christus est qui super ingratos et malos invocatur.
C Quia tantum abest ut a quibus offensus est servos precantes velit negligere, ut nondum se invocantes neque ullam ipsius rationem ducentes, in terram delapsus, prior vocarit. « Veni enim, inquit, vocare peccatores [66]. » Jam qui nec volentes ita quæsivit, qualem se invocatus exhibebit? et si dilexit cum odio haberetur, quomodo nos repellet dilectus? Quod et Paulus significans, « Si cum inimici essemus, inquit, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius [67]. » Quin formam quoque supplicationis cogitemus. Non enim quæ amicos æquum est petere et accipere, ea petimus consequi, sed quæ servi obnoxii, et maxime rei rogare permittuntur. Non enim ut nos coronet, Dominum invocamus,
D nec ut alia hujusmodi nos gratia dignetur, sed ut misereatur. Misericordiam autem, et veniam, et debiti dimissionem, et hujusmodi ab humano petere, et petentes non vacuis manibus abire, si non fas est reos, quos tandem fas est, siquidem « non est opus valentibus medicis [68]? « Si enim omnino moribus receptum est, homines ad Deum voces misericordiam elicientes mittere, utique peccatorum vox miserorum, et misericordia dignandorum vox est. Imploramus autem Deum et lingua, et mente, et cogitationibus, ut omnibus per quæ peccavimus, pharmacum solum salutare adhibea-

[66] Matth. IX, 13. [67] Rom. V, 10. [68] Matth. IX, 12.

mus : « Non enim est, inquit, aliud nomen in quo nos oporteat salvos fieri [69]. »

Ad hæc porro omnia sufficiet, et studium intendet, et adnascentem ex anima socordiam eximet, panis vere cor hominis confirmans, qui de cœlo veniens, vitam nobis attulit, qui in pastum omni modo quærendus est, et hac cœna frequentanda fames fugienda, nec quia tanto mysterio parum simus idonei, diutius quam par est hac mensa abstinenda, tota anima reddenda imbecillior atque deterior, sed super peccatis confitendis accedendi sacerdotes, et bibendus sanguis, in quo purgandi vis est. Prorsus autem non ita magnis nos criminibus obligabimus, ut a sacra mensa excludamur, si in his cogitationibus simus quam creberrimi. Sicut enim nefandorum est, cum peccaverint peccatum ad mortem, tamen audere ad sancta accedere : sic iis, qui tam gravi morbo non laborant, panem hunc fugere non conducit. Illos enim animo cum carbonibus adhuc pugnantes, cavere oportet ignem, nec eum contubernalem, ante reconciliationem accipere : his animo bene constitutis, et aliter infirmis, medicina corroborante opus est, et accedendum ad magistrum sanitatis, qui « languores nostros tulit, et dolores nostros ipse portavit [70]; » nec morbo obtendendo (pro quo depellendo orandum est) medicus fugiendus. Sanguis enim hic sensibus nostris januas imponit, nihilque noxium transire sinit. Quin imo januas obsignans, exterminatorem repellit, et cor, cui infusus est, templum Dei efficiens, melius quam Salomonis muros sanguis ille typicus, in eo malum idolum constitui non permittit (abominationem desolationis, inquit, in loco sancto), sed spiritu principali animum confirmans, sicut precatur David, prudentiam carnis ei subjicit, et homo altissima tranquillate fruitur.

Et quid ego de mysterio pluribus dissero, cum pluribus ante dictum sit, quid eo impertitis bonorum afferat? Sed si sic cum Christo versemur, initiatione sive sacramentis, precibus, meditatione, cogitationibus, ad omnem virtutem animam exercebimus, depositum custodiemus, ut Paulus jubet [71], et a mysteriis nobis collatam gratam servabimus. Sicut enim ipse est initians, ipse mysteria, ita qui custodit in nobis quæ dedit, et qui manere in his quæ accepimus facit, idem solus est : « Quoniam sine me, inquit, nihil potestis facere [72]. »

μη καὶ λογισμοῖς, ἵνα πᾶσι, δι' ὧν ἁμαρτάνομεν, τὸ φάρμακον τὸ μόνον σωτήριον ἐπιθῶμεν· « Οὐ γάρ ἐστι, φησίν, ἕτερον ὄνομα, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς. »

Ἀρκέσει δὲ πρὸς ταῦτα πάντα καὶ τόνον παρέξει πρὸς τὴν σπουδὴν καὶ τὴν ἐπιφυομένην ἐξελεῖ τῆς ψυχῆς ῥᾳθυμίαν, ὁ τὴν ἀνθρώπου καρδίαν στηρίζων ἀληθῶς ἄρτος, ὃς τὴν ζωὴν ἡμῖν οὐρανόθεν ἦκε κομίζων, ὃν σιτεῖσθαι δεῖ ζητεῖν ἐκ παντὸς τρόπου, καὶ τὸ δεῖπνον τοῦτο συνεχὲς ποιουμένους ἔργον φυλάττεσθαι τὸν λιμὸν, καὶ μὴ τῷ μὴ σφόδρα προσήκειν τοῖς μυστηρίοις πλέον ἢ προσῆκε τῆς τραπέζης ἀπεχομένους ἀσθενεστέραν καὶ χείρω τοῖς ὅλοις ἐργάσασθαι τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἁμαρτημάτων προσιόντας τοῖς ἱερεῦσι τῶν καθαρσίων πίνειν αἱμάτων. Πάντως δὲ οὐχ οὕτω μεγάλων ὑπεύθυνοι γενοίμεθ' ἄν, ὥστε τῆς ἱερᾶς ἀποκεκλεῖσθαι τραπέζης, ἂν τούτοις ὦμεν συντραφέντες τοῖς λογισμοῖς. Καθάπερ γὰρ τῶν ἀθεμίτων, εἴ τις τὰ πρὸς θάνατον ἁμαρτάνων ἔπειτα κατατολμᾷ τῶν ἱερῶν, οὕτω τοῖς μὴ τὰ τοιαῦτα νοσοῦσι τὸν ἄρτον φεύγειν, οὐκ ἐν καιρῷ. Τοὺς μὲν γὰρ ἔτι τῇ γνώμῃ τοῖς ἀνθραξὶ πολεμοῦντας εὐλαβεῖσθαι προσήκει τὸ πῦρ, καὶ μὴ σύνοικον αὐτοῖς λαμβάνειν πρὶν διηλλάχθαι, τοῖς δὲ τὴν μὲν γνώμην ὀρθῶς ἔχουσιν, ἑτέρως δὲ ἀῤῥωστοῦσι, τοῦ ῥωννύντος χρεία φαρμάκου, καὶ δεῖ βαδίζειν παρὰ τὸν τῆς ὑγιείας τεχνίτην, « ὃς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε, » καὶ μὴ τὸ νοσεῖν προϊσχομένους, ὑπὲρ οὗ ζητεῖν ἔδει, φεύγειν τὸν ἰασόμενον. Τὸ γὰρ αἷμα τοῦτο ταῖς αἰσθήσεσιν ἡμῶν ἐπιτίθησι θύρας καὶ διαβαίνειν οὐδὲν ἐᾷ τῶν λυμαίνεσθαι δυναμένων, μᾶλλον δὲ τὰς θύρας ἀποσημαινόμενον τὸν ὀλοθρευτὴν ἀπωθεῖται, καὶ Θεοῦ νεὼν ἀπεργαζόμενον, εἰς ἣν ἐχέθη καρδίαν, ἄμεινον ἢ τοὺς Σολομῶντος τοίχους, τὸ αἷμα τὸ τυπικὸν συστῆναι παρ' αὐτῇ πονηρὸν εἴδωλον οὐ συγχωρεῖ· « Τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, φησὶν, ἐν τόπῳ ἁγίῳ, » ἀλλὰ τῷ ἡγεμονικῷ πνεύματι στηρίζων τὸν λογισμὸν, ὥσπερ ἠξίωσε Δαβὶδ, τῆς σαρκὸς ὑπ' αὐτὸν ἄγει τὸ φρόνημα, καὶ ὁ ἄνθρωπος βαθείας ἀπολαύει γαλήνης.

Καὶ τί ταῦτα περὶ τοῦ μυστηρίου μηκύνω, διὰ πολλῶν πρότερον εἰρημένον, οἷα ποιεῖ τοὺς τετελεσμένους; Ἀλλ' ἂν οὕτω Χριστῷ συνῶμεν, τῇ τελετῇ, ταῖς εὐχαῖς, τῇ μελέτῃ, τοῖς λογισμοῖς πρὸς πᾶσαν μὲν τὴν ψυχὴν ἀσκήσομεν ἀρετὴν, φυλάξομεν δὲ τὴν παρακαταθήκην, ἣ κελεύει Παῦλος, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν μυστηρίων ἡμῖν ἐντεθεῖσαν σώσομεν χάριν. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς μέν ἐστιν ὁ τελῶν, αὐτὸς δὲ τὰ μυστήρια, τὸν ἴσον τρόπον ὁ φυλάττων ἐν ἡμῖν, ἃ δίδωσι, καὶ μένειν, ἐφ' οἷς ἐλάβομεν, παρασκευάζων μόνος ἐστίν· « Ὅτι χωρὶς ἐμοῦ, φησὶν, οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν (1). »

A καθάπερ τῷ νυμφίῳ τὴν νύμφην, αὐτὸς δὲ ἀγαπᾷν. εἰ παρεστὼς ἀκούοι λέγοντος καὶ τοῦτο τῆς σπουδῆς ἀπόναιτο πάσης, τὴν τοῦ φιλουμένου φωνήν. Παῦλος δὲ τἀκείνου ζητῶν οὐ περιεῖδεν ἑαυτὸν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ προὔδωκε· καὶ γὰρ εἰς γέενναν ἐνέβαλε τό γ' ἐπ' αὐτῷ, καὶ γὰρ ηὔξατο τὸ πάθος καὶ ἦν ὥσπερ αἴνιγμα· ὅτι γὰρ σφοδρῶς ἐφίλησεν αὐτόν, ὃν ἐφίλησεν, ἐπεθύμει ζημιωθῆναι, καὶ ἔοικεν, ὡς οὐ γεέννης μόνον σφοδρότερον ἀνέφλεγεν αὐτὸν ὁ ἔρως ἐκεῖνος, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς ἐν τῷ συνεῖναι τῷ φιλουμένῳ χαρᾶς ἐπικρατέστερον εἶχε. Καθάπερ γὰρ ταύτης καταφρονεῖν ἔπειθεν, οὕτως ἐκείνην ῥᾳδίως περιορᾷν, καίτοι σαφῆ πεῖραν ἤδη τοῦ κάλλους αὐτοῦ λαβόντα καὶ γεγευμένον, ἀλλ' ὅτι τὸ μὲν ἐκείνῳ συνεῖναι καὶ συζῆν καὶ συμβα- B σιλεύειν πρὸς αὐτοῦ καὶ τῆς εὐδοκιμήσεως ἦν τῆς αὐτοῦ, ὁ δὲ οὐκ ἐζήτει τὰ ἑαυτοῦ ὑπὲρ τῆς ἐκείνου δόξης, καὶ τοῦτο προέσθαι πρόθυμος ἦν. Οὐκοῦν καὶ ἐπιθυμῶν οὐ δι' ἑαυτὸν ἐπεθύμησεν, ἀλλὰ δι' ἐκεῖνον, ὑπὲρ οὗ καὶ, φυγεῖν δεῆσαν, ἔφυγεν ἄν· εἰ τοίνυν τὸ μόνον θελητὸν οὐκ ἤθελεν ἑαυτοῦ χάριν, τί λοιπὸν ἄλλο τῶν πάντων; Εἰ γὰρ ὑπὲρ οὗ πάντα εἰργάσατο, πάντα δὲ ἠνέσχετο, οὐ πρὸς ἑαυτὸν βλέπων ἐζήτησεν, οὐδ' ἵν' αὐτὸς ἀπολαύῃ σχολῇ γέ τι τῶν ἄλλων, ὧν κατεφρόνησεν· ὅθεν δῆλος ἦν ἑαυτὸν παντελῶς φυγὼν καὶ τὴν γνώμην ἅπασαν ἐξαγαγὼν μὲν ἑαυτοῦ, πρὸς τὸν Χριστὸν δὲ μόνον ἐνεργὸν ἔχων. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἀπευκτὸν οὐδὲ τῇ θελήσει πολέμιον παρ' ἐκείνῳ, συνέβαινε θαυμαστὴν μὲν εἶναι τὴν ἡδονήν, ἣ συνῆν ἀεὶ καὶ συνέζη, ἀηδίαν δὲ οὐδεμίαν τῆς ψυχῆς ἐκείC νης κρατεῖν. Εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ὑπὲρ ὧν ὠδυνᾶτο καὶ ἔστενεν, ἀλλ' οὐκ ἐκράτει τῆς ἡδονῆς τὸ λυποῦν, οὐδ' ἐξέκρουεν αὐτὸν ἐκείνης οὐδέν, ἐπεὶ καὶ τῆς ἀθυμίας ταύτης τὸ σχῆμα χαρᾶς ἔγεμε· καὶ γὰρ ἀγάπης καὶ μεγαλοψυχίας ἦν ἡ λύπη καρπός, οὐδὲν σὐτῷ πικρὸν ἢ ἄγριον ἢ μικρόψυχον εἰς τὴν καρδίαν εἰσῆγεν. Ὅτι γὰρ ἔχαιρεν ἑκάστοτε, δῆλος ἦν, ἐξ ὧν τοῖς ἄλλοις παρῄνει πάντοτε χαίρειν· « Χαίρετε γάρ, φησίν, ἐν Κυρίῳ πάντοτε, πάλιν ἐρῶ, χαίρετε, » οὐκ ἂν ἄλλοις ὑποτιθεὶς, ὃ μὴ πρότερον ἔδειξεν ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτός.

Τοιαύτη τῶν ἁγίων ἡ ζωὴ καὶ οὕτω μακαρία νῦν μὲν, ὥσπερ ἀκόλουθον, τοὺς ἐλπίδι καὶ πίστει τὴν μακαριότητα καρπουμένους· ἐπειδὰν δὲ ἀπαλλαγῶσιν, οὕτως ἀμείνων, ὅσῳ τοῦ μὲν ἐλπίζειν τελεώτερον D αὐτῶν τῶν πραγμάτων λαβέσθαι, τοῦ δὲ πιστεύειν ἡ καθαρὰ τοῦ ἀγαθοῦ θεωρία· ταύτης τῆς ζωῆς τὰ μὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα υἱοθεσίας, ὅθεν ἡ τελεία ἀγάπη, καθ' ἣν ἡ μακαρία ζωή. Τὰ μὲν γὰρ μυστήρια τοῦ Χριστοῦ παρέσχε λαβέσθαι, τοῖς δὲ ἐκείνου λαβοῦσιν, « Ἔδωκε, φησὶν, ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, » τῶν τέκνων δὲ ἡ τελεία ἀγάπη, ἧς ἅπας ἀπελήλαται φόβος. Οὔτε γὰρ μισθῶν ἀποτυχίαν οὔτε πληγὰς ἔστι δεδιέναι τὸν ἐκείνως ἐρῶντα· τὸ μὲν γὰρ δούλων, ἐκεῖνο δὲ μισθωτῶν· τὸ δ' οὕτω καθαρῶς φιλεῖν μόνων γίνεται τῶν υἱῶν. Καὶ οὕτω τὴν ἀγάπην τὴν ἀληθινὴν ἡ χάρις ἐντίθησι ταῖς ψυχαῖς τῶν μεμυημένων· ὅ τι μὲν εἰς αὐτοὺς δρῶσα καὶ ἥντινα παρεχομένη πεῖραν, εἰδεῖεν ἂν οἱ μαθόν-

τες· ὡς δ' ἐνεστιν ὁλοσχερῶς εἰπεῖν, τῶν θείων ἀγα- A neraliter dici potest, divinorum bonorum perceptionem infundit, magnorum gustu de melioribus spem excitat, et a jam præsentibus de nondum apparentibus firmam fidem indit. Penes nos autem est servare charitatem. Non enim dilexisse passionemque recepisse sufficit, sed oportet etiam conservare materiamque igni præbere ut retineatur. Hoc enim est manere in charitate, in qua omnis est beatitudo, manere scilicet in Deo, illumque immanentem habere. Nam « Qui manet, inquit, in charitate, in Deo manet et Deus in illo. » Hoc autem fit, et solidatam in voluntate charitatem habemus, cum per mandata pervenimus et dilecti leges servavimus. Actionibus enim ad hunc vel istum habitum anima disponitur, prout illæ bonitatis vel malitiæ characterem habent, siquidem illas acquirimus et discimus artes, quibus per actiones assuevimus. Dei vero leges ad actus humanos attinentes illosque definientes, et ad illum solum ordinantes, consequentem rectis injiciunt dispositionem, quod scilicet ea quæ bona videntur legislatori, velint illique soli totam submittant voluntatem, ac præter illum nihil ipsis placeat : quod solum est perfecte scire diligere. Ideo Salvator ait : « Si mandata mea servaveritis, manebitis in dilectione mea. » Illius autem charitatis opus est beata vita. Voluntatem enim undique contrahens et ab omnibus aliis et ipso volente segregans, soli Christo conciliat ; voluntatem vero cuncta nostra sequuntur, et quo ferat, incedunt et corporis motus, et rationis cursus, et omnis actus et aliud quodlibet humanum ; et prorsus voluntas quod ad nos attinet agit et gerit, et si illa retineatur, omnia nexa consistunt, et illa potitus, totam habet mentem. Quibus igitur voluntas prorsus amore Christi detinetur et huic soli submittitur, quæcunque volunt, diligunt ac quærunt, ille est ; illis totum est esse vitaque in ipso, siquidem ipsa voluntas non est vivere et vim habere, nisi maneat in Christo, quod ibi stat omne bonum, quemadmodum oculus nec suas facultates exercere sine lumine potest. Huic enim solum lumen visionem operatur, et voluntas non valet agere nisi in solum bonum. Unde cum ille sit omnium bonorum distributor, si totam in ipso non reponimus voluntatem, sed aliquid voluntatis extra thesaurum istum cadat, inane et mortuum est. « Nam, inquit, nisi quis in me manserit, mittitur foras sicut palmes, et arescit ; et colligunt eum, et in ignem mittunt, et comburitur. » Si vero quoque Christum imitari vivereque secundum illum, in Christo vivere est, hoc etiam est opus voluntatis, quando Dei mandatis obedit. Quemadmodum ille suarum voluntatum divinæ subjecit humanam, utque nobis hoc ostenderet et rectæ vitæ exemplar relinqueret, mortem pro mundo, cum oportuit mori, non abnuit ; priusquam autem venisset tempus, deprecatus est, ostendens quod non sibimetipsi placeret in passionibus, sed, ut ait Paulus, obediens factus ad crucem venit, quasi non unam voluntatem, aut ex duabus unam,

θῶν αἴσθησιν ἐνιεῖσα, καὶ τῷ γεῦσαι μεγάλων περὶ μειζόνων ἐλπίζουσα, καὶ βεβαίαν ἐντιθεῖσα πίστιν ἀπὸ τῶν ἤδη παρόντων περὶ τῶν μήπω φαινομένων. Τὰ δὲ παρ' ἡμῶν τὸ διασῶσαι τὴν ἀγάπην· οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ φιλῆσαι μόνον καὶ δέξασθαι τὸ πάθος, ἀλλὰ δεῖ καὶ συντηρῆσαι καὶ τῷ πυρὶ προσθεῖναι τὴν ὕλην ὥστε κατασχεῖν. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μένειν ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν ᾧ πᾶσα μακαριότης, τὸ μένειν μὲν ἐν τῷ Θεῷ, μένοντα δὲ ἔχειν αὐτόν· « Ὁ γὰρ μένων, φησὶν, ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐν τῷ Θεῷ μένει καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ·» τοῦτο δὲ γίνεται, καὶ πεπηγυῖαν ἐν τῇ γνώμῃ τὴν ἀγάπην ἔχομεν, ἐπειδὰν διὰ τῶν ἐντολῶν ἀφικώμεθα καὶ τοὺς τοῦ φιλουμένου σώσωμεν νόμους. Ἀπὸ μὲν γὰρ τῶν ἐνεργειῶν ἡ ψυχὴ διατίθεται πρὸς ταύτην B ἢ ἐκείνην τὴν ἕξιν, ὅπως ἂν ἔχωσιν ἐκεῖναι χρηστότητος ἢ πονηρίας, ἐπεὶ καὶ τῶν τεχνῶν ἐκείνας κτώμεθα καὶ μανθάνομεν, ὧν ἂν ταῖς ἐνεργείαις συνεθισθῶμεν. Οἱ δὲ τοῦ Θεοῦ νόμοι περὶ τῶν ἐνεργειῶν κείμενοι τῶν ἀνθρωπίνων καὶ ταύτας ὁρίζοντες καὶ πρὸς ἐκεῖνον τάττοντες μόνον τὴν ἀκόλουθον τοῖς κατορθοῦσιν ἐντιθέασιν ἕξιν, ἔστι τὸ βούλεσθαι τὰ δοκοῦντα τῷ νομοθέτῃ καὶ μόνῳ πᾶσαν ὑποτάττειν τὴν γνώμην καὶ πλὴν ἐκείνου θέλειν οὐδέν, ὅπερ ἐστὶ μόνον ἀκριβῶς εἰδέναι φιλεῖν· καὶ διὰ τοῦτό φησιν ὁ Σωτήρ· « Ἐὰν τὰς ἐντολάς μου τηρήσητε, μενεῖτε ἐν τῇ ἀγάπῃ μου. » Ταύτης δὲ τῆς ἀγάπης ἔργον ἡ μακαρία ζωή· τὴν γὰρ θέλησιν πανταχόθεν συνάγουσα καὶ τῶν ἄλλων ἀπάγουσα πάντων καὶ αὐτοῦ τοῦ θέλοντος τῷ Χριστῷ συνίστησι μόνῳ· τῇ C θελήσει δὲ τὰ ἡμέτερα πάντα ἀκολουθεῖ καὶ ὅποι φέρει χωροῦσι, καὶ σώματος ὁρμὴ καὶ λογισμοῦ κίνησις καὶ πᾶσα πρᾶξις καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἀνθρώπινον· καὶ ὅλως ἡ θέλησις τὸ καθ' ἡμᾶς ἄγει καὶ φέρει, κἂν ἐκείνη κατασχεθῇ που, πάντα ἐκεῖ δέδεται καὶ ταύτης κρατήσας ὁλόκληρον ἔχει τὸν νοῦν. Οὗ οὖν οἷς ἡ γνώμη τοῦ Χριστοῦ κατ' ἄκρας ἐάλω καὶ μόνῳ πρόσκειται, καὶ πάντα ὅσα βούλονται καὶ ὧν ἐρῶσι καὶ ἃ ζητοῦσιν, ἐκεῖνός ἐστι, τούτοις ὅλον τὸ εἶναι καὶ ἡ ζωὴ παρ' αὐτῷ, ἐπεὶ καὶ τὴν θέλησιν αὐτὴν οὐκ ἔστι ζῆν καὶ ἐνεργὸν εἶναι μὴ ἐν τῷ Χριστῷ μένουσαν, ὅτι πᾶν ἀγαθὸν ἐκεῖ, καθάπερ ὀφθαλμὸς τὰ αὐτοῦ ποιεῖν οὐκ ἂν ἔχῃ μὴ τῷ φωτὶ χρώμενος. Ἐκείνῳ τε γὰρ μόνον ἐργάζεται τὴν ὄψιν τὸ φῶς, ἥ τε θέλησις πρὸς ὃ δύναται ἐνερ- D γεῖν, μόνον ἐστὶ τἀγαθόν· ὅθεν ἐπεὶ ταμίας τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων ἐκεῖνος, εἰ μὴ πᾶσαν τὴν γνώμην ἐν αὐτῷ φέροντες θήσομεν, ἀλλά τι τῆς θελήσεως ἔξω τοῦ θησαυροῦ τούτου πέσοι, ἀργόν ἐστι καὶ νεκρόν. « Ἐὰν μή τις μείνῃ γὰρ, φησὶν, ἐν ἐμοὶ, ἐβλήθη ἔξω ὡς τὸ κλῆμα καὶ ἐξηράνθη, καὶ συνάγουσιν αὐτὰ καὶ εἰς τὸ πῦρ βάλλουσι καὶ καίεται· » εἰ δὲ καὶ τὸν Χριστὸν μιμήσασθαι καὶ ζῆν κατ' ἐκεῖνον, ἐν Χριστῷ ζῆν ἐστι, καὶ τοῦτο τῆς γνώμης ἔργον, ὅταν τοῖς τοῦ Θεοῦ βουλήμασιν ὑπακούσῃ. Καθάπερ ἐκεῖνος τῶν ἑαυτοῦ θελήσεων ὑπέταξε τῇ θείᾳ τὴν ἀνθρωπίνην, καὶ ἵνα τοῦτο διδάξαι καὶ τῆς ὀρθῆς ζώης παράδειγμα ἡμῖν καταλίποι, τὸν ὑπὲρ τοῦ κόσμου θάνατον, ὅτε μὲν ἀποθανεῖν ἐδέησεν, οὐ παρ

sed duarum voluntatum concordiam habens : sic apparet per omnia in perfectione voluntatis beatam consistere vitam. Dico vero in præsenti. Duo namque cum sint, quibus homo constat, mens et voluntas, necesse est, secundum ista duo, convenire coaptarique Deo, illum qui ex toto futurus est beatus, mente quidem pure videntem illum, voluntate vero perfecte diligentem. Nulli vero in corruptibili corpore viventium competit utrinque beatificari, sed tales homines sola vita corruptione libera excipiet; in præsenti vero, sub voluntatis quidem respectu perfecti sunt in his quæ sunt ad Deum beati, non autem sub respectu mentis efficaciæ : charitatem quidem apud eos perfectam reperies, puram autem Dei visionem minime. Si enim ipsis cum corpore viventibus adest quod futurum est, jamque certaminum experientiam habent, at non continenter, nec perpetuo, nec perfecte, vita præsenti non permittente, et ideo, « Spe gaudemus, inquit Paulus, et per fidem ambulamus, non per speciem et ex parte cognoscimus ; » attamen Christum vidit, sed non continuo tali astitit visioni. Hoc enim *semper* solum futurum videbit, et istud ipse demonstravit, siquidem de præsentia illa discurrit adjiciens : « Et sic semper cum Domino erimus. » Unde si quis in Christo cum corpore vivit, et vitam æternam, ut Paulus hortatus est, hinc valuit assumere, hanc in voluntate possidet, per charitatem lætitiam consecutus inenarrabilem, ipsa mentis pura visione ipsi in futurum reservata, fideque manu ad charitatem ducente. Quod ostendens beatus Petrus, « In quem nunc, inquit, non videntes, sed credentes, exsultatis lætitia inenarrabili et glorificata. »

In hac autem charitate lætitiaque constat beata vita. Hæc vita partim quidem absconditur juxta Pauli verbum : « Absconditur enim, inquit, vita nostra ; » partim autem revelatur; et, sicut ait Dominus, « Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, sed non scis unde veniat nec quo vadat ; sic est omnis qui natus est ex spiritu. » Quod enim ad ipsam gratiam generantem et formantem attinet, quid ipsa est et quomodo regenerat, abscondita est vita ; manifestatur autem viventibus qui participes effecti sunt, quid sit ad Deum ineffabilis amor et immixa super eo lætitia. Hæc enim ipsa manifesta sunt et gratiam invisibilem indicant, primo quidem quoniam hæc sunt gratiæ fructus; nam, inquit, « Fructus spiritus est charitas, gaudium ; » a fructu vero arbor cognoscitur; deinde quoniam spiritus adoptionis est gratia, charitas autem quod propinquitatem hanc obtinuerint, et quod sint filii Dei, nihil servile nec mercenarium habentes testatur. Hoc autem etiam modo Salomon invenit matrem pueri viventis, sufficiensque quod peperisset, reputavit indicium, amorem vehementem : unde non est absurdum filios Dei viventis hoc etiam

A ητήσατο, πρὶν δὲ ἥκειν τὸν καιρὸν ἀπηύξατο, δεικνὺς ὡς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν, ἐν οἷς ἔπασχεν, ἀλλ', ὃ φησιν ὁ Παῦλος, ὑπήκοος γενόμενος ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἦλθεν, ὡς ἂν οὐ θέλημα ἔχων ἓν ἢ ἐκ δυοῖν ἕν, ἀλλὰ δύο θελημάτων ὁμολογίαν· οὕτω φαίνεται διὰ πάντων ἐν τῇ τελειότητι τῆς θελήσεως συνεστάναι τὴν μακαρίαν ζωήν. Λέγω δὲ ἐν τῷ παρόντι. Δυοῖν γὰρ ὄντοιν ἐν οἷς ὁ ἄνθρωπος, τοῦ νοῦ καὶ τῆς γνώμης, ἀνάγκη μὲν κατ' ἄμφω ταῦτα συνελθεῖν τῷ Θεῷ καὶ συναφθῆναι τὸν ἐξ ὁλοκλήρου μέλλοντα μακάριον εἶναι, τῷ μὲν νῷ καθαρῶς αὐτὸν θεωροῦντα, τῇ γνώμῃ δὲ τελείως φιλοῦντα. Συμβαίνει δὲ οὐδενὶ τῶν ἐν φθαρτῷ σώματι ζώντων ὁτιοῦν ἑκατέρων εὐδαιμονεῖν, ἀλλὰ τοιούτους ἀνθρώπους μόνος ὁ φθορᾶς ἀπηλλαγμένος δέξεται βίος, ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος τῆς μὲν θελήσεως ἕνεκα τέλειοι τὰ πρὸς τὸν Θεὸν οἱ μακάριοι, τῆς δὲ κατὰ νοῦν ἐνεργείας οὐκέτι· ἀγάπην μὲν παρ' αὐτοῖς τελείαν εὑρήσεις, Θεοῦ δὲ θεωρίαν καθαρὰν οὐδαμῶς. Εἰ γὰρ καὶ πάρεστιν αὐτοῖς ἔτι καὶ μετὰ σώματος ζῶσι τὸ μέλλον, καὶ πεῖραν ἔσχον ἤδη τῶν ἄθλων, ἀλλ' οὐ συνεχῶς οὐδὲ διηνεκῶς οὐδὲ τελείως, τοῦ βίου τούτου μὴ συγχωροῦντος, καὶ διὰ τοῦτο, « Τῇ ἐλπίδι χαίρομεν, φησὶ Παῦλος, καὶ διὰ πίστεως περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους, καὶ ἐκ μέρους γινώσκομεν· » καίτοι τὸν Χριστὸν εἶδεν, ἀλλ' οὐχὶ ἑκάστοτε τῇ θεωρίᾳ ταύτῃ συνῆν. Τὸ γὰρ *δεῖ* τοῦτο τὸ μέλλον ὄψεται μόνον, καὶ τοῦτο αὐτὸς ἔδειξεν, ἐπεὶ περὶ τῆς παρουσίας ἐκείνης διεξῆλθεν ἐπαγαγών, « Καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα· » ὅθεν εἴ τις ἐν B Χριστῷ μετὰ τοῦ σώματος ζῇ καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἣ Παῦλος ἐκέλευσεν, ἐνθένδε ἠδυνήθη λαβέσθαι, ἐν τῇ γνώμῃ ταύτην ἔχει δι' ἀγάπης ἐπὶ τὴν χαρὰν ἀφικνούμενος τὴν ἀπόῤῥητον, τῆς μὲν τοῦ νοῦ καθαρᾶς ὄψεως εἰς τὸ μέλλον ταμιευομένης αὐτῷ, τῆς δὲ πίστεως, ἐπὶ τὴν ἀγάπην χειραγωγούσης· ὃ δεικνὺς ὁ μακάριος Πέτρος, « Εἰς ὃν ἄρτι μὴ ὁρῶντες, φησὶ, πιστεύοντες δὲ ἀγαλλιᾶσθε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ καὶ δεδοξασμένῃ. »

Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ ἀγάπῃ καὶ τῇ χαρᾷ ἡ μακαρία ἐστὶ ζωὴ· αὕτη ἡ ζωὴ τὰ μὲν κρύπτεται κατὰ τὸν Παύλου λόγον, « Κέκρυπται γὰρ, φησὶν, ἡ ζωὴ ἡμῶν· » τὰ δὲ φαίνεται καὶ ᾗ φησιν ὁ Κύριος, « Τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται καὶ ποῦ ὑπάγει, οὕτως ἐστὶ πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ πνεύματος. » Ἃ μὲν γὰρ εἰς αὐτὴν τὴν γεννῶσαν καὶ D πλάττουσαν ἧκει χάριν, ὅ τι τέ ἐστιν αὐτὴ καὶ ὃν ἀναπλάττει τρόπον, ἀφανὴς ἐστιν ἡ ζωὴ, φαίνεται δὲ τῶν μεριτῶν ζώντων, ὅπερ ἐστὶν ὁ πρὸς τὸν Θεὸν ἀπόῤῥητος ἔρως καὶ ἡ ἐπ' αὐτῷ χαρά. Ταῦτα γὰρ αὐτά τε δῆλα καθέστηκε καὶ τὴν ἀφανῆ μηνύει χάριν, πρῶτον μὲν ὅτι καρπὸς ταῦτα τῆς χάριτος (« Ὁ καρπὸς γὰρ, φησὶ, τοῦ Πνεύματος ἀγάπη, χαρὰ, » ἀπὸ δὲ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται)· ἔπειθ' ὅτι πνεῦμα μὲν υἱοθεσίας ἡ χάρις, ἡ δὲ ἀγάπη τὴν συγγένειαν ταύτην αὐτοῖς μαρτυρεῖ, καὶ ὡς εἶεν υἱοὶ Θεοῦ μηδὲν ἔχοντες μισθαρνικὸν μηδὲ δουλικόν. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον καὶ Σολομὼν εὗρε τὴν μητέρα τοῦ ζῶντος παιδίου, καὶ σημεῖον ἐνόμισεν ἱκανὸν παρασχεῖν αὐτὴν τοῦ τεκεῖν τὸ σφόδρα στεῖλαι· ὅθεν οὐδὲν εἴη ἀπεικὸς καὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ

ζῶντος Θεοῦ τῷ τεκμηρίῳ τοῦτῳ μανθάνειν. Καθάπερ ἐκείνην, ὡς οὐδὲν εἶχεν κοινὸν πρὸς τὸ τεθνηκὸς παιδίον, ἡ περὶ τὸ ζῶν φιλοστοργία καὶ πρόνοια σαφῶς ἐδήλωσεν, οὕτω καὶ τούτοις ἡ περὶ τὸν ζῶντα Θεὸν αἰδὼς καὶ τὸ φίλτρον ἀπόδειξίς ἐστιν ἐναργής, ὅτι οὐ νεκρῶν ἐγένετο πατέρων, οὓς οὐδὲ θάπτειν τοὺς οὕτω ζῶντας συνεχώρησεν ὁ Σωτήρ· (« Ἄφες γάρ, φησί, τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς ») ἐπεὶ οὐδὲ κατὰ τοῦτο μόνον ἀγάπης τὴν υἱότητα βεβαιοῦσιν ἑαυτοῖς, ὅτι ὡς πατρὶ τῷ Θεῷ πρόσκεινται καὶ φιλοῦσιν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐοίκασι διὰ τὴν ἀγάπην αὐτῷ, ὅτι τε οἱ μὲν ἀγαπητικοί εἰσιν, ὁ δὲ Θεὸς ἀγάπη ἐστί, καὶ ἀγάπης ἕνεκα ζῶσιν. Οἱ γὰρ ἀληθῶς ζῶντες οὗτοί εἰσι, παρ' οἷς τὸ καλὸν τοῦτο τρέφεται πάθος, καθάπερ ὧν ἄπεστιν ἐκεῖνο, πάντα νεκρά. Διὰ τοῦτο γὰρ ὅτι υἱοί, δι' ὧν ποιοῦσι, τὸν πατέρα τιμῶσι, καὶ ζῶντες αὐτοὶ ζῶντα κηρύττουσι τὸν Θεὸν, παρ' οὗ γεγέννηνται, καὶ τὴν ἀνεκλάλητον γέννησιν, ἣν ἐκεῖθεν ἐγεννήθησαν, τῇ καινότητι τῆς ζωῆς, ἐν ᾗ κατὰ τὸν Παύλου λόγον περιπατοῦσι, πιστούμενοι τὸν ἐν οὐρανοῖς Πατέρα δοξάζουσιν. Οὕτως ἀποῤῥήτως καὶ φιλανθρώπως γεννῶνται, καὶ ὡς ἔοικε, διὰ τοῦτο Θεὸς οὐ νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὅτι παρ' ἐκείνοις τὴν εἰκείαν εὑρίσκει δόξαν· ὅθεν καὶ πρὸς τοὺς πονηροὺς ἔλεγεν, « Εἰ Θεός εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; » Τοῦτο δηλῶν ὁ Δαβὶδ, « Οὐχὶ οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε, Κύριε, φησὶν, ἀλλ' ἡμεῖς οἱ ζῶντες. »

Τοιαύτη ἡ ἐν Χριστῷ ζωὴ, καὶ οὕτω κρύπτεται καὶ οὕτω φαίνεται τῷ φωτὶ τῶν καλῶν ἔργων, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἀγάπη. Ἐν ταύτῃ γὰρ ἡ λαμπρότης ἁπάσης ἐστὶν ἀρετῆς, καὶ τὴν ἐν Χριστῷ ζωὴν, ὅσον εἰς τὴν ἀνθρωπίνην φέρει σπουδὴν, ἐκείνη συνίστησι. Ὅθεν οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι ζωὴν αὐτὴν προσειπών· καὶ γὰρ ἕνωσίς ἐστι πρὸς τὸν Θεὸν, τοῦτο δὲ ζωὴ, καθάπερ θάνατον ἴσμεν τὸν ἀπὸ Θεοῦ χωρισμόν. Διὰ τοῦτο γάρ, « Ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ, φησὶ, ζωὴ αἰώνιός ἐστι, » τὴν ἀγάπην λέγων, καὶ αὐτὸς ὁ Σωτήρ. « Τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι καὶ ζωή ἐστιν· » ὧν τὸ κεφάλαιον ἡ ἀγάπη, καὶ. Ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐν τῷ Θεῷ μένει καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ, » ᾧ ταὐτόν ἐστιν ἐν τῇ ζωῇ μένειν καὶ τὴν ζωὴν ἐν αὐτῷ· « Ἐγὼ γάρ εἰμι, φησὶν, ἡ ζωή. » Εἰ δὲ καὶ ζωή ἐστιν ἡ κινοῦσα τὰ ζῶντα δύναμις, τί τὸ κινοῦν τοὺς ὡς ἀληθῶς ζῶντας ἀνθρώπους ὧν Θεός ἐστιν ὁ Θεὸς, ὃς οὐ νεκρῶν ἀλλὰ ζώντων ἐστὶ Θεὸς, οὐδὲν ἂν εὕροις ἢ τὴν ἀγάπην αὐτὴν, ἡ μὴ μόνον αὐτοὺς ἄγει καὶ φέρει, ἀλλὰ καὶ ἑαυτῶν ἐξάγει ῥᾳδίως, καὶ οὕτω ζωῆς μᾶλλον ἁπάσης εἰς αὐτοὺς δύναται ὁρᾶν, ὥστε καὶ ζωῆς ἐπικρατέστερον ἔχει! Καὶ γὰρ ζωῆς πείθει καταφρονεῖν, οὐ τῆς ῥεούσης μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τῆς ἑστώσης· τί οὖν δικαιότερον ἂν τῆς ἀγάπης καλοῖτο ζωή; χωρὶς δὲ τούτων ὁ πάντων περιῃρημένων μόνον πεφιλειφθὲν τοὺς ζῶντας ἀποθανεῖν οὐκ ἐᾷ, τοῦτό ἐστιν ἡ ζωὴ, τοιοῦτον δὲ ἡ ἀγάπη. Πάντων γὰρ τῶν ἄλλων ἐπὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος καταργουμένων, ᾗ φησι Παῦλος, ἡ ἀγάπη μένουσα μόνον πρὸς τὸν βίον ἐκεῖνον ἀρκεῖ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα αἰώνιος. Ἀμήν.

signo recognosci. Quemadmodum illam nihil habere commune cum puero mortuo maternus amor et sollicitudo clare demonstraverunt, sic et in illis erga Deum viventem veneratio et charitas viva sunt demonstratio, quod non ex mortuis enati sunt patribus, quos nec sepelire taliter viventes permisit Salvator : « Sine, inquit, mortuos suos sepelire mortuos. » Non enim ex hoc charitatis solo filiorum adoptionem sibi firmant, quod Deo velut patri adhærent reverentia et amore, sed quod per charitatem habent cum illo similitudinem, quatenus ipsi diligentes sunt, Deus autem est dilectio, et propter charitatem vivunt. Nam vere viventes isti sunt, apud quos nobilis ista passio nutritur, sicut illis a quibus abest, omnia sunt mortua. Ex hoc enim quod filii, per ea quæ faciunt, patrem honorant, et ipsi viventes viventem prædicant Deum, a quo generati sunt ; et ineffabilem generationem, quam exinde contraxerunt, novitate vitæ in qua, juxta Pauli verba, ambulant, fide pleni, Patrem qui in cœlis est glorificant. Sic mystice humaneque generantur, et, ut æquum est, Deus non est mortuorum, sed vivorum, quod propriam in ipsis invenit gloriam. Et ideo ad iniquos dixit : « Si Deus ego sum, ubi est gloria mea? « Hoc ostendens David, « Non mortui laudabunt te, Domine, inquit, sed nos qui vivimus. »

Talis est in Christo vita ; sic absconditur, et sic manifestatur lumine bonorum operum, quid sit charitas. In hac enim omnis est virtutis splendor, et vitam in Christo, quantum ad humanam attinet activitatem, illa componit. Unde non erraret qui ipsam vocaverit vitam : unit enim Deo : hæc autem societas est vita, sicuti mortem esse scimus a Deo separationem. Ideo, « Mandatum ejus, inquit, vita æterna est, » de charitate loquens ; et ipse Salvator : « Quæ ego vobis loquor, spiritus et vita sunt, » quorum caput est charitas ; et, « Qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in illo ; » ubi idem est in vita manere et vitam in ipso esse. « Ego enim, inquit, sum vita. » Si vero quoque vita est potentia quæ viventia movet, quid est quod movet vere viventes homines, quorum Deus est Deus, qui non mortuorum, sed vivorum est Deus? Nihil invenies nisi charitatem ipsam, quæ non solum eos ducit et agit, sed etiam ex ipsis faciliter exigit, et ita magis quam omnis vita potest in ipsos agere, ita ut vita potentior sit! Etenim vitam contemnere suadet, non tantum effluentem sed etiam stantem. Quid ergo justius quam charitas vocaretur vita? Sine iis quod omnibus ablatis solum superstes viventes mori non sinit, hoc est vita : hujusmodi autem est charitas. Omnibus enim aliis ad vitam futuram deficientibus, ut ait Paulus, sola charitas manens, ad hanc vitam sufficit in Christo Jesu Domino nostro, quem decet omnis gloria in sæcula. Amen.

ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΤΟΥ ΚΑΒΑΣΙΛΑ
ΛΟΓΟΣ
ΚΑΤΑ ΤΟΚΙΖΟΝΤΩΝ.

—

NICOLAI CABASILÆ
SERMO
CONTRA FENERATORES.

—

Græce edidit David Hœschelius Aug. Vindel. 1595 4°, sed minus integre ; eadem, ut aiunt, integra prodiit Samoscii 1604, 4°, cum Epiphanii oratione in Sepulturam Christi ; at in duobus exemplaribus Samoscianæ editionis quæ evolvimus, uno Mazarinæo, altero Regio, nihil amplius inest quam Epiphanii oratio. Hœschelianæ tamen editionis lacunas supplevimus ope codd. mss. Paris. 970 et 1213.

Sunt qui male docti, et nescio quibus rationibus nixi autument, legem, qua feneratio interdicitur, servare, nullo modo necessarium esse, verum servantes eam mereri laudem, transgredientes reprehensionem non mereri. Primum, nullam legum antiquarum ita positam ac latam videas, ut eam volentibus proterere licitum sit, sed omnis transgressio et inobedientia mercedem suam acceperunt. Deinde feneratio inter crimina haud numeraretur, nec feneratores probris incesserentur, si ista ratione lucrum facere liceret; concessa enim nemo jure vituperet. Nunc autem David ipse factum istuc in crimine ponit, et in iis quæ sceleris arguuntur aperte numerat. Et partim quidem, dum flagitiosam civitatem reddit notam omnibus, in ejus accusatione et hoc non tacet : « Et labor, inquit, in medio ejus, et injustitia : et non defecit de plateis ejus usura et dolus [1] ; » partim dum super Salvatoris adventu lætum affert nuntium, et quantis genus humanum dignaturus sit bonis, quantis erepturus malis, explicat, usuram et malorum cumulum insectatur : « Ex usura, inquit, et iniquitate liberabit animas eorum [2]. » Et dum vituperat, et dum iniquitati, dolo et injustitiæ eam copulat, magnitudinem sceleris demonstrat.

Ad hæc videamus, quare in gente Hebræorum adeo magna et e tot tribubus commista, in qua multum erat vitiorum, parum probitatis, lex ista obtinuerit in omnes communiter, et usura, una cum cæde, furto, aliisque vitiis e republica pulsa sit. Si enim criminis expers erat, unde legi tanta potestas? Nec enim excelsitas quædam animi multitudinem sub legem subjiciebat, quoniam non om-

[1] Psal. LIV, 11, 12. [2] Psal LXXI, 14.

Εἰσὶ, οἳ φασι τὸν ἀναιροῦντα τὸν τόκον νόμον, μηδ' ἠντινοῦν ἀνάγκην εἶναι φυλάττειν· ἀλλ' οἷον τοῖς σώζουσι μὲν ἐν ἐπαίνῳ εἶναι, ὑπερβαίνειν δὲ βουλομένοις ἐξεῖναι · κακῶς εἰδότες, καὶ οὐκ οἶδα τίσι χρώμενοι λογισμοῖς. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐδένα τις ἂν ἴδοι τῶν παλαιῶν νόμων οὕτω κείμενον, ὥστε ἐξεῖναι τοῖς βουλομένοις πατεῖν, ἀλλὰ πᾶσα παράβασις καὶ παρανομὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν. Ἔπειτα μετὰ τῶν ἐγκλημάτων οὐκ ἂν ὁ τόκος ἐτάττετο, οὐδ' ἂν ἔδει διασύρειν εἴ τις ἐχρήσατο, εἴγε οὕτω κερδαίνειν ἐξῆν· περὶ γὰρ τῶν συγκεχωρημένων οὐδ' ἂν εἷς ἐγκαλοῖτο. Νῦν δὲ Δαβὶδ αὐτὸς ἔγκλημα τὸ πρᾶγμα ποιεῖται, καὶ μετὰ τῶν διαβαλλομένων τίθησι φανερῶς · καὶ τοῦτο μὲν τὴν πονηρὰν στηλιτεύων πόλιν, σὺν ἅπασιν, ὑπὲρ ων ἐλαύνει, καὶ τοῦτο μέμφεται· « Καὶ ἀνομία καὶ κόπος ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ ἀδικία, καὶ οὐκ ἐξέλιπεν ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς τόκος καὶ δόλος · » τοῦτο δ' ἐν οἷς τὴν Σωτῆρος εὐαγγελίζεται παρουσίαν, καὶ οἷων μὲν ἀξιώσει, οἷων δὲ ἀπαλλάξει τὸ γένος, τὸν τόκον τοῦ κύκλου γράφεται τῶν κακῶν, « Καὶ ἐκ τόκου, φησὶ, καὶ ἐξ ἀδικίας λυτρώσεται τὰς ψυχὰς αὐτῶν· » καὶ οἷς διασύρει, καὶ οἷς ἀνομίᾳ, καὶ δόλῳ, καὶ ἀδικίᾳ συντάττει, τὸ μέγεθος τῆς πονηρίας ἐκφαίνων.

Ἄλλως τε σκοπῶμεν, ἀνθ' ὅτου τῶν Ἑβραίων, γένους τοσούτου καὶ οὕτω συμμιγοῦς, ἐν οἷς πολὺ μὲν τὸ φαῦλον, ὀλίγον δὲ τὸ χρηστὸν, πάντων ὁ νόμος οὗτος ἐκράτει κοινῇ, καὶ τῆς πολιτείας ὁ τόκος ἀπελήλατο, μετὰ φόνου καὶ κλοπῆς καὶ τῶν ἀπειρημένων. Εἰ γὰρ ἀνεύθυνος ὁ τόκος ἦν, πόθεν τῷ νόμῳ τὸ κρατεῖν; Οὐ γὰρ δὴ μεγαλοψυχία τὸ πλῆθος ἦγεν ἐπὶ τὸν νόμον, ὅτι μὴ πάντας ἐλευθερίους εἶναι

δώσομεν καὶ μεγαλοψύχους, ὧν φειδωλία καὶ φιλαργυρία καὶ μικρολογία καὶ γλισχρότης ἐγκλήματα [*Isocr.* φειδωλίας κ. τ. λ. καὶ γλισχρότητος ἐγκλήματα] πανταχοῦ. Καίτοι μοιχείας μὲν καὶ φόνου καὶ τοῦ τοιχωρυχεῖν, καὶ εἰ μὴ δίκας ὁ νόμος ἐτίθει, κἂν ἀπῆγον οἱ κίνδυνοι, μεθ' ὧν ἀνάγκη τὰ τοιαῦτα τολμᾶσθαι· τόκου δὲ οὐδεὶς ἡγεῖται πόνος, οὐδὲ κινδύνων γέμει τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ δεῖ τοῦτ' αὐτὸ μόνον κερδαίνειν πραγματευσαμένους οὐδέν. Τί τοίνυν τὸ πεῖθον ἄνδρας ἀνελευθέρους, κέρδους οὕτω πραγμάτων ἀπηλλαγμένου καταφρονεῖν, εἰ μὴ σφόδρα τις ἔκειτο κόλασις; Ὅτι δὲ οὕτως ἠδοῦντο τὸν νόμον Ἑβραῖοι, δῆλον ἐξ ὧν καὶ νῦν ἔτι τὴν γνώμην σώζουσι, καὶ κοινῇ τιμῶσι τὸν νόμον, καίτοι πολλῶν ἕνεκα πολὺ τῶν παλαιῶν φαυλοτέρω; περὶ τὴν θρησκείαν διατεθέντες.

Ὅτε τοίνυν Ἑβραίοις τὸ χρῆσαι τόκων εὐθύνας εἶχεν, οἷς πολλὰ τῶν ἀπειρημένων συνεχωρεῖτο· Χριστιανοὶ τίνα τοῦ κέρδους τούτου δώσουσι δίκην, οἷς καὶ τὸ μεῖναι μέχρι τῶν παλαιῶν, ἔγκλημα, καὶ τὸ μὴ παρελθεῖν τὸ πρᾶγμα δικαιοσύνῃ, βασιλείας ἐστὶν ἐκπεσεῖν· καὶ γὰρ πορνεία μὲν ἐκείνοις οὐδὲν ἐδόκει δεινὸν, καὶ καθαρὸν ἦν εὐθύνης τοσοῦτον ἄγος· « Παρ' ἡμῖν μηδὲ ὀνομαζέσθω, » φησίν· ἀλλὰ καὶ ὀφθαλμῶν ἀκολάστων εἶσιν εὐθῦναι. Καὶ τοῖς μὲν ὀμνύναι καὶ νόμος ἦν· νῦν δὲ ὑποκριτῶν καὶ φαύλων καὶ τοιούτου κόμματος. Καὶ τοῖς μὲν ἐξῆν μισεῖν τὸν ἐχθρὸν, νῦν δὲ τοῦτ' αὐτὸ κολάζεται, καὶ οὕτω πέρα συγγνωμης, ὥστε ἐνισχημένου τῷ κακῷ, μηδὲ περὶ τῶν ἄλλως ἡμαρτημένων παραιτεῖσθαι τολμᾷν· ὡς οὐκ ἐνὸν τῆς συγγνώμης τυγχάνειν, μὴ πρὸς τοὺς λελυπηκότας διηλλαγμένους, κἂν μυριάκις περὶ αὐτῶν μεταγνῶμεν, κἂν ποταμοὺς δακρύων ἐκχέωμεν. Καὶ οὕτω τὸ μόνον τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν φάρμακον, ἐδυνήθη πρὸς τὴν νόσον ταύτην οὐδὲν, ἀλλὰ κρεῖττον μέν ἐστι τῆς πολυυμνήτου μετανοίας, καὶ τῶν κατ' αὐτὴν ἰδρώτων· κρεῖττον δὲ θυσιῶν ἱλαστηρίων· ἀπόνασθαι δὲ τῶν κατορθωμάτων οὐ συγχωρεῖ, κἂν ὑπερφυᾶ τινα τύχωσιν ὄντα, πόρρω καὶ τῆς ἐσχάτης τῶν ἐπαινουμένων μερίδος· ἀλλ' ὥσπερ φλὸξ ἢ ἀχλὺς ἐπιχεθεῖσα, πάντα διέφθειρεν, οὕτω τὸ μνησικακεῖν, ἔσχατον κακόν. Ἑβραίοις δὲ ἐξῆν, τὸ δὲ τόκον δανείζειν ἠλαύνετο. Ποῦ τοίνυν κακίας τὸν τόκον τάξομεν, ὅταν ἀτόπου πονηρίας χεῖρον ὁρῶμεν κακόν; Τὸ γὰρ, τὴν μὲν ἐπιτρέψαι, τὸ δὲ, κωλῦσαι, τί ἂν εἴη δεικνύοντος ἕτερον;

nes liberales et alta mente præditos fuisse certum est, inter quos tenacitas, avaritia, sordes passim vigebant. Porro ab adulterio, a cæde, a perfossione parietum, tametsi lex pœnam non sanciret, tamen pericula, cum quibus ejusmodi facinora necessario perpetrantur, inde avocarent; fenerari autem nullus putatur labor, nec est periculosum negotium, sed id solum augere quæstum nihil laborantibus oportet. Quid igitur homines minime ingenuos ad lucrum adeo molestiis vacuum contemnendum induceret, si tam grave supplicium propositum non esset? Hebræos autem hanc legem sic reveritos, ex eo patet, quod etiam hodie eadem sunt opinione ac sententia, et eam honore prosequuntur, tametsi in multis longe quam majores ipsorum ignavius religionis instituta colunt.

Quoniam igitur fenori dare Hebræis crimini fuit, quibus multa nobis vetita indulgebantur, quæ pœnæ ob istiusmodi lucrum Christianos manebunt, quibus et consistere in vetustis culpa est; et scriptam legem justitia non exsuperare, est regno cœlorum excidere? Etenim fornicatio illis non videbatur tam absurda, et istiusmodi flagitium dedecori non erat. Apud nos autem « nec nominetur, » inquit [3]. Quin etiam aspectus lascivus cum peccato conjunctus est. Atque illi quidem jurare etiam lege jubebantur, quod nunc hypocritarum, et improborum, et hujusmodi farinæ hominum est. Et illis quidem inimicum odisse permittebatur: nunc ipsum istuc punitur, adeoque non ignoscitur, ut hac noxa irretitus, nec aliorum peccatorum veniam rogare audeat; quod veniam nullo modo consequantur, qui a quibus læsi sunt, cum iis in gratiam non redierint, etsi millies illorum pœniteat, etsi flumina lacrymarum profundant. Atque ita quod unicum malorum humanorum remedium erat, ad morbum hunc depellendum nihil valet; sed laudatissima pœnitentia, et sudoribus ejus, et sacrificiis propitiatoriis est potentius. Fructum quoque bonorum operum capere non sinit, quantumvis eximia et summis digna laudibus fuerint: sed quemadmodum nebula superfusa omnia corrumpit, sic malignitas animi propter veterem injuriam malum terrimum omnia vitiat. Hebræis tamen licebat. Commodare autem fenus neutiquam licebat. Quo igitur loco inter piacula usuram constituemus, quando tam nefando scelere nihil videmus improbius? Nam illa permisisse, hoc vetuisse, quid aliud quam quod dixi ostendit?

Εἶτα τολμήσει τις εὐθύνης ἔτι καθαρὸν τιθέναι τὸν τόκον, οὗ μισανθρωπία καὶ ἀκολασία καὶ τὰ μέγιστα τῶν κακῶν ἀνεκτότερα δοκεῖ παρὰ Θεῷ νομοθέτῃ; καὶ τοῦτό ἐστι μαίνεσθαι, ἢ τὴν τοῦ καινοῦ νόμου παιδείαν χείρω νομίζειν τοῦ παλαιοῦ· καὶ τὸν Χριστὸν εἰς τὸν κόσμον ἐλθεῖν, οὐχ ἵν' ὧ πληρῶσαι τὸν νόμον, ἀλλ' ἵνα κενώσῃ. Εἰ δὲ τοῦτο περιφανὴς ἀθεότης, καὶ πλήρωμα τοῦ νόμου Χριστός· δεικνύτωσαν βέλτιον εἶναι καὶ φιλοσοφώτερον, πατεῖν τὸν

Et adhuc audebit quis usuram a crimine immunem statuere, qua odium in homines, et libido, et peccata maxima tolerabiliora apud Deum legislatorem judicantur? Et quid est insanire, nisi novæ legis disciplinam veteri inferiorem arbitrari, et Christum in mundum venisse, non ut legem impleret, sed ut evacuaret atque everteret? Quod si hæc est manifesta impietas, et plenitudo legis Christus est, doceant illi melius ac sapientius esse contemnere le-

[3] Ephes. v, 3.

gem quam servare, et usuram humanitatem admirabilem, et fraudatores istos compilatoresque humaniores esse iis qui gratis dant mutuum. Necesse est enim, qui hoc non possunt, in alterum e duobus incidere, aut cum Judæis novæ legi obsistere, eorumque insaniæ quasi quamdam hæreditatem adire; aut si hoc fugiunt, fundamentum quod a principio constitutum est, non convellere, et usuram extremo supplicio addicere; quod amplecterentur, si vel tantillum saperent.

Sic enim se res habet. Oportebat hominibus iegem contingere sapientiorem et meliorem : et aderat legislator (cui enim id potius committeretur?) litteram illam loco movens. Quoniam autem a charitate Dei et proximi universa lex pendet, homicidam morte multans, et adulterum, et furem, et falsum testem reum faciens, et usuram tollens, et odium adversus proximum propulsans, et tales quædam leges ad mutuam charitatem homines invitantes, solum poterant facere, ut bene meritus amaretur, et ut qui non incommodasset, ei vicissim nihil incommodaretur; in quorum neutro vera inest humanitas. Nam et non odisse, nondum est amare; bene meritum autem diligere, non hominem, sed beneficium amantis est. Cum hoc modo charitatem, quæ a veteribus illis litteris aberat, inducere oporteret (hoc enim erat impleri legem), quem alium huic provinciæ, quam ipsius legis consummatorem præponere æquum erat? Itaque induxit. Non enim testamentum aliquod tertium exspectamus, nec alium populi ductorem moderatoremque, qui meliores leges ferat. Proinde opus fuit legibus, non solum, «Non habebis odio proximum,» sed etiam, « Diliges proximum [4]. » Quod si diliges, etiam bene de illo mereberis non tantum ut remunereris, sed etiam ut beneficiis antevertas. Atque ita non solum non dabis fenori argentum tuum fratri tuo, id est, nihil ab illo lucraberis, sed quod his majus quiddam est, cum indigente tua facies communia. Hæc perfectissime præstanda sunt; quorum negligentes decantatam illam gehennam circa impedimentum experiuntur : « Hoc enim est mandatum meum, inquit, ut diligatis invicem [5]; » non unum de mandatis, sed ipsum mandatum. Ergo si hæc est universa lex Christi, hæc est quæ coronas habet; et propter eam nobis gehenna, et tenebræ, et mala omnium gravissima intentantur. Si enim totam legem violare non est nefas, nescio quorum tandem peccatorum pœnas simus luituri, aut quis vapulaturus sit multis.

Et quid his opus est, cum ipsam legislatoris sententiam legere, eaque propositum confirmare liceat? « Discedite a me, maledicti, inquit, in ignem æternum [6]; » non quia fenus accepistis, sed quia de vestris facultatibus his qui egebant nihil tribuistis. Audin'? Jam si sua non projicientes tam graviter multat, emunctores istos et compilatores

A νόμον, ἢ σώζειν· καὶ τόκον, φιλανθρωπίαν θαυμαστὴν, καὶ τοὺς ἀποστερητὰς τουτουσὶ καὶ λωποδύτας, φιλανθρωποτέρους τῶν προῖκα χρηστῶν. Ἀνάγκη γὰρ τοῦτο μὴ δυναμένους, ἑτέρῳ δυοῖν περιπίπτειν· ἢ μετὰ τῶν Ἰουδαίων κατὰ τοῦ καινοῦ στῆναι νόμου, καὶ τῆς ἐκείνων κληρονομῆσαι μανίας· ἢ τοῦτο φεύγοντας τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν σαφῶς εἰδέναι, καὶ δίκαις τὸν τόκον ταῖς ἐσχάταις ὑπαγαγεῖν, ὅπερ ἔλοιντ' ἂν ἦν ὁπωσοῦν σωφρονῶσιν.

Ἔχει γὰρ οὕτως. Ἔδειξε τοινυν ἐν ἀνθρώποις γενέσθαι φιλοσοφώτερον, καὶ καλλίω, καὶ παρὼν ὁ νομοθέτης. Τίς γὰρ ἂν ἐπιστεύετο τὰ γράμματα, ἢ ὁ ταῦτα δούς; Ἔπειτα δὲ, εἰ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ὁμοδούλους ἀγάπης ἐξήρτηται νόμος, ὁ τὸν B ἀνδροφόνον ἀποτιννὺς, καὶ τὸν μοιχὸν, καὶ τὸν τοιχωρύχον, καὶ τὴν ψευδῆ μαρτυρίαν ἐλαύνων, καὶ τὸν τόκον ἀναιρῶν, καὶ τὸ πρὸς τὸν πλησίον μῖσος ἐκβάλλων, καὶ τοιοῦτοι δή τινες νόμοι πρὸς τὴν εἰς ἀλλήλους ἀγάπην τοὺς ἀνθρώπους διατιθέντες, τοσοῦτον ἠδυνήθησαν μόνον, ὅσον τὸν μὲν εὐεργέτην ποιῆσαι φιλεῖν, δρᾶσαι δὲ μηδὲν κακὸν τὸν ἠδικηκότα μηδέν· ὧν οὐδέτερον ἀληθῶς φιλανθρωπία· τό τε γὰρ μὴ μισεῖν, οὔπω φιλεῖν ἐστι, τό τε τὸν πεποιηκότα φιλεῖν, οὐ τὸν ἄνθρωπόν ἐστι φιλοῦντος, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τὸ εὖ πεπονθέναι. Τοῦτον δὴ τὸν τρόπον τὴν ἀγάπην τῶν παλαιῶν γραμμάτων ἀποῦσαν δέον εἰσάγειν· τοῦτο γὰρ ἦν πληρωθῆναι τὸν νόμον· τίνα τῶν ἄλλων εἰσενεγκεῖν εἰκὸς ἦν, ἢ τὸν τοῦ νόμου τελειωτήν; οὐκοῦν εἰσήνεγκεν. Οὐ γὰρ δὴ διαθήκην C τρίτην τινὰ προσδοκῶμεν, οὐδὲ δημαγωγὸν ἕτερον, ὃς καλλίω νομοθετήσει. Καὶ τοίνυν ἀνάγκη νόμων οὐ μόνον *Οὐ μισήσεις*, ἀλλὰ καὶ, *Φιλήσεις τὸν ὅμοφυλον*. Εἰ δὲ φιλήσεις; καὶ εὖ ποιήσεις, οὐκ ἀμειβόμενος μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπάρχων χρηστός. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐχ ὅπως οὐκ ἐκτοκιεῖς τὸ ἀργύριόν σου τῷ ἀδελφῷ σου, ὅπερ ἐστὶν, οὐ τῶν ἐκείνου τι κερδανεῖς· ἀλλὰ καὶ τούτου πλέον τι τῶν σαυτοῦ κοινωνήσεις. Ταῦτα δὲ φυλάσσειν ἐκ παντὸς τρόπου, καὶ τοὺς περιορῶντας οὐδὲν κωλύει τῆς ὑμνουμένης ἂν πειραθῆναι γεέννης. « Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμὴ, φησὶν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους· » οὐ μία τῶν ἐντολῶν, ἀλλ' αὐτὴ ἡ ἐντολή. Εἰ δὲ τοῦτο πᾶς ὁ τοῦ Χριστοῦ νόμος, οὗτος μὲν ὁ τοὺς στεφάνους ἔχων, D ὑπὲρ τούτου δὲ γέεννα καὶ σκότος ἀπειλεῖται καὶ τὰ ἔσχατα τῶν κακῶν. Εἰ γὰρ τὸν ἅπαντα νόμον οὐδὲν δεινὸν ὑπερβαίνειν, οὐκ οἶδα τίνων ἁμαρτημάτων τίσομεν δίκας, ἢ τίς δαρήσεται πολλάς.

Καὶ τί δεῖ τούτων, ὅταν αὐτὴν ἐξῇ τὴν ψῆφον ἀναγνόντα τοῦ νομοθέτου διαδεῖξαι τὸ προκείμενον; « Πορεύεσθε, φησὶν, ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, » οὐχ ὅτι τόκους ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν ἐλάβετε, ἀλλ' ὅτι τῶν οἰκείων οὐ μετεδώκατε τοῖς δεηθεῖσιν. Ἀκούεις; εἰ δὲ τοὺς μὴ τὰ οἰκεῖα ῥίπτοντας τοσούτων τιμᾶται κακῶν, τοὺς ἀποστερητὰς τουτουσὶ καὶ

[4] Levit. xix, 17, 18; Matth. xxii, 39. [5] Joan. xiii, 34. [6] Matth. xxv, 41.

λωποδύτας; ποῦ παραπέμψει; Σὺ δὲ τόκους ἔχων, A νομίζεις τὴν γέενναν φυγεῖν ἄν; καὶ οἴει σωφρονεῖν; καὶ πῶς οὐ μᾶλλον ἀτοπώτερος εἶ, καὶ τοσοῦτον ἀξιώτερος τῶν ἐσχάτων, ὅσον οὐδ' ἔγνως οἷ κακῶν εἶ; οὐδ' αἰσχύνῃ πονηρὸς ὤν, οὐδ' ἐρυθριᾷς, οὐδὲ ζητεῖς βάραθρον, ἀλλ' ἐστῶσιν ὀφθαλμοῖς ὁρᾷς τὴν ἀκτῖνα;

Καὶ τί λέγω; τὸ γὰρ χείριστον ἁπάντων, ὅτι καὶ τῶν γενναίων τούτων ἐνίοις, καὶ ἐλεημοσύνη τὸ πρᾶγμα δοκεῖ, καὶ τῶν δανείων, ὡς δή τινων κατορθωμάτων μεμνημένοι σεμνύνονται, καὶ καταλέγουσιν, οἷς ἔχρησαν, ὧνπερ ἐκέρδαινον, ὡς εὖ πεπονθότας τῆς σκαιότητος. Σεμνὸς εἶ τοκογλυφῶν, δέον κατορύττεσθαι; καὶ διδοὺς ἐφ' ᾧ κερδαίνειν, ἐλεήμων; Οὐκοῦν καὶ τὸν γεωργὸν εἴποις ἂν τρέφειν τὴν γῆν, ὅτι ῥίπτει τὸν σῖτον, ἵνα κομίσηται πλείω· B μᾶλλον δὲ τὴν ἐστίασιν ἀνθρωποφάγου καλέσεις, οἶμαι, φιλοφροσύνην· ὃς εὖ καὶ καλῶς τρέφει τὸν ἄνθρωπον, ἵνα καταφάγῃ πίονα, καὶ σὺ τοίνυν δίδως, ἵνα τοὺς ἀλλοτρίους καρπωσάμενος πόνους, πλεῖον ποιήσῃς τὸ ἀργύριον· εἶτα ἐλεήμων εἶ; καὶ οὐκ αἰσχύνῃ, τῷ πάντων αἰσχίστῳ πράγματι τὸ κάλλιστον ὀνομάτων περιτιθείς;

Ἀλλὰ πολλοῖς ἔλυσα πενίαν, φησίν. Οὐ προῃρημένος, ἀλλ' οὕτω συμβάν. Σὺ μὲν γὰρ πρὸς τὸ κερδαίνειν μόνον ἐώρας, καὶ τοῦτ' αὐτὸ δανείζων ἐσκόπεις, ὅπως τὰ ὄντα τῷ πένητι πρὸς σεαυτὸν μεταστήσῃς, τῷ τῶν τόκων ὀνόματι. Εἰ δὲ τὸ δάνειον γεωργῶν ἐκεῖνος, καλλίω πεποίηκε τὴν οὐσίαν, καὶ C τὴν πενίαν τῆς οἰκίας ἐξέβαλεν, οὐ σὸν ἔργον. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο δώσομεν, δι' ὧν ἔχρησας, οὐ δι' ὧν ἀπεστέρησας. Νῦν δὲ ἡμῖν φεύγεις οὐ τῶν δανείων, οὐδ' ὅτι μὴ τῶν ἀρχαίων ἀπέστης, ἀλλ' ὅτι τόκους προσαπαιτεῖς. Τοῦτο δὲ οὐχ ὑπερόριον ποιεῖ τὴν πενίαν, ἀλλὰ κατάγει. Οὐδ' ἐξέβαλέ τι τῶν σῶν εἰς τὸν πένητα, τῶν ἐκείνου δὲ τὰς σὰς ἐνέπλησε χεῖρας. Καὶ σοὶ μὲν πλεῖον ἐποίησε ἀργύριον· ἐκείνῳ δὲ κενὴν τὴν οἰκίαν. Ταῦτα φιλανθρωπία καὶ πενήτων πρόνοια; καὶ τί κωλύει καὶ τὸ ἀποκτείνειν σώζειν οἴεσθαι, καὶ τὸ ἀποστερεῖν χορηγεῖν, καὶ τὸ λιμῷ πιέζειν τρέφειν, καὶ τὸ πληγὰς ἐκτείνειν φιλοφρονεῖσθαι; καὶ οὕτω πάντα συγκυκήσεις χρήματα. Γέλως ταῦτα καὶ λῆρος, καὶ οὐδὲν ὑγιές. Μᾶλλον δὲ, εἰ γέλως ἦν, ἀνεκτὸν ἂν ἦν· νῦν δὲ ὁ D κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων ὁ τῶν τόκων ἐστὶ καρπός, καὶ τὸ μετὰ δαιμόνων καὶ τούτου δὴ τοῦ δυστυχοῦς κύκλου κληρονομεῖν. « Πορεύεσθε γὰρ, φησὶν, ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. »

Ἀλλ' οὐδὲν πρός με ταῦτα, φησὶν, ὃς ἀργυρίου μετέδωκα τῷ πένητι, καὶ τραπέζης, καὶ ἱματίων· ἀλλ' οὐ τῶν οἰκείων, ἕως τόκους αἱ χεῖρες ἔχουσιν. Ὁ δὲ νόμος, Τῶν σαυτοῦ, φησὶ, μεταδώσεις, οὐδὲ εἰ μὲν τοὺς τόκους ἅπαντας εἰς τοὺς πένητας ῥίπτεις· ἔπειτα τί καὶ λαμβάνεις; καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ λύεις νόμον, τοσαύτην τόλμαν τολμῶν ὅθεν οὐκ ἔστι κερδαίνειν οὐδέν. Εἰ δ' ὧν λαμβάνεις ἐλάττω δίδως καὶ

quonam mittet? Tu autem cum quæstu tuo feneratitio te gehennam effugiturum censes? Et sanæ mentis esse putas? et quomodo non potius stolidior, et tanto extremis suppliciis dignior, quanto nec nosti ubi malorum sis: nec cum improbus sis, verecundaris, nec erubescis, nec vitare barathrum quæris, sed fixis oculis radium intueris?

Quid? quod pessimum est omnium, quibusdam virorum istorum insignium usura etiam eleemosyna videtur, et fenore velut quibusdam virtutibus initiati gloriantur, enumerantque tanquam beneficiis a se affectos, quibus commodarint, et a quibus eadem opera lucris aucti sint. Hem stultitiam! Tu honestus, qui tabulis nomina eorum, quibus pecunia fenori data est inscribis, quas humo oporteret obruere? Et qui das ut lucrere, es misericors? Ita et agricolam dixeris terram alere, quia serit frumentum, ut plus recipiat; vel potius epulationem anthropophagi vocabis, opinor, benevolentiam, quia bene et pulchre saginat hominem, ut eum pinguefactum devoret. Et tu igitur das, ut fructu ex alienis laboribus percepto, pecuniam tuam cumules. Itane vero misericors es? Et non te pudet rei omnium turpissimæ sceleratissimæque pulcherrimum nomen imponere?

Sed multas a paupertate vindicavi, inquit. Non quia tu id deliberares, sed ita evenit. Tu enim tantummodo compendia tua cogitabas, hoc ipsum mutuum dando spectabas, ut mutui nomine bona pauperis ad te transferres. Quod si ille mutuo bene collocato rem suam amplificavit, paupertatemque domo sua ejecit, non tuum hoc opus est. Quod si etiam isthuc dederimus, certe, quatenus commodasti, non quatenus eum fraudasti, profuisti. Nunc non accusaris a nobis quod das mutuum, nec quod sortem repetis, sed quod insuper usuram exigis. Hoc non profligat paupertatem, sed inducit; nec aliquid tuorum in pauperem confert, sed ejus rebus manus tuas implet; ac tibi quidem pecuniam exaggerat, illi domum exinanit. Hoccine humanitas et cura pauperum? Et quid obstat quin occidere putetur servare, et defraudare, suppeditare, et fame cruciare, pascere, et plagas inculere, favore prosequi? Sic res omnes permiscebis. Ridiculum, nugæ, nihil simplex hic et sincerum. Imo vero si ridiculum, sustineri posset: nunc ploratus et stridor dentium usurarum fructus est, et cum dæmonibus et damnatorum infelici turba perpeti atrocissima. Ait enim: « Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus. »

Nihil ad me ista, ait fenerator, qui pauperi argentum, et victum, et vestes commodavi. At non de propriis, quandiu in manibus est usura. Lex autem jubet de suis communicare. Si tu vero usuras omnes in pauperes effundas, primum nondum tua prodigis. Deinde cur accipis, tantaque audacia suscipienda, unde tibi nihil prodes, Dei legem violas? Quod si minus das, quam accepisti, neque tua

das, et adhuc aliena retinere deprehenderis, et tanto deterior es iis qui in gehennam mittantur, quanto tolerabilius est nec bene cuipiam, nec male facere, quam malefacere.

Sed lex, inquit, communi bono adversatur; oportet enim in civitatibus creditores esse. Atqui sublato fenore nulli sint necesse est qui dent mutuum. Deus quidem quod conducere censuit, hoc lege præscripsit. Tu legem antiquas, et meliorem ferendam putas, quam Deus tulerit, et communi hominum consulendum sapientius, prospiciendumque humanius. Sane si Athenis, progressus in medium, Solonis leges abrogandas suadere instituneres, moriendum tibi foret, antequam vocem ederes: nunc Dei legem accusans, et quidem injuriæ publicæ, non hanc temeritatem putas injuriam; non amentiam extremam, nec fulmen metuis. Quin imo non erant nobis verba facienda ad tam insipientes æque ac temerarios. Ne tamen existimentur aliquid dicere et quosdam in errorem deducant, omnium sæculorum respublicas bene temperatas consideremus, in quibus fenori exercendo locus nullus fuit.

Primum, Hebræi quo infeliciores fuerunt, quia legem servarunt? nonne felicissimi? nonne tropæis floruerunt? nonne hostium regiones occuparunt? Qui porro nunc Palæstinam habitant Barbari, et gens tam frequens Latinorum, tantum legem non adorantes, nonne bene habent? Solis nobis nescio quid intelligentibus sapiens hoc genus creditorum, novam quamdam reipublicæ salutem, iniquitatem scilicet invenit, et student persuadere hominibus, quæ primo homini primus impostor persuasit, mandatis Dei suam sententiam anteponere, et illa negligenda, suis autem adhærendum, ut omnium optimis; et violare leges, nihil esse piaculare, et insuper id audentibus, utile; quemadmodum veterator ille: « Non, inquit, morte moriemini, sed eritis sicut dii [7]. » An non tales sunt horum voces? Et hæc sentientes non contremiscunt, nec erubescunt: sed in quibus ipsi reipublicæ detrimentosi sunt, et propter quæ ultimis mactandi essent cruciatibus, horum legem divinam accusant. Deus enim utrumque præcepit, et creditores esse in urbibus, et usuras abesse ab urbibus. Hi vero, quia non liceat fenerari, ideo nec mutuum dandum putantes ipsi creditores ex urbibus tollunt, et ea de re legem reprehendunt.

Quanquam si mutuum non poterat purum esse ab usura, et natura aliter non sinebat, sed necessitate eveniebat, ut sublatis usuris neque creditores esse possent, æquum erat culpam tribuere legi, quæ non exegisset feneratores, induxisset autem per eos, quos necessario non exegisset. Quod si fenerandi necessitas nulla prorsus est, nec natura quidquam vetat gratis commodare, et testantur id omnes mortales, qui tuam sententiam despiciunt; tu

[7] Gen. III, 4, 5.

A πρός γε ἔτι τἀλλότρια κατέχων ἁλίσκῃ· καὶ τοσούτῳ χείρων εἶ τῶν εἰς τὴν γέενναν ἀποπεμπομένων, ὅσον ἀνεκτότερον, τὸ μήτε εὖ ποιῆσαι, μήτε κακῶς τοῦ δρᾶσαι κακῶς.

Ἀλλ' ὁ νόμος τῷ κοινῷ λυσιτελεῖ πολεμεῖ, φησί· δεῖ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι χρήστας εἶναι. Τόκων δὲ ἀναιρουμένων, ἀνάγκη χρήστας μὴ εἶναι. Καὶ ὁ μὲν Θεὸς, ὅ τι συμφέρειν ἐνόμισεν ἔθηκε· σὺ δὲ διαγράφεις, καὶ οἴει δὴ τοῦ Θεοῦ καλλίω νομοθετεῖν; καὶ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων προνοεῖσθαι μὲν σοφώτερον, κήδεσθαι δὲ φιλανθρωπότερον; Καὶ εἰ μὲν Σόλωνος ἢ Λυκούργου νόμον ἔλυες, Ἀθήνῃσι παρελθών, κἂν ἀπέθνησκες πρὶν ἀφεῖναι φωνήν· νῦν δὲ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον γραφόμενος, καὶ ταῦτα δημοσίων ἀδικημάτων, οὐ παράνοιαν ἡγῇ τὴν τόλμαν, οὐδὲ μανίαν
B τὴν ἐσχάτην, οὐδὲ σκηπτοὺς προσδοκᾷς; μᾶλλον δὲ ἔδει μὲν ἡμῖν οὐδενὸς ἥδη λόγου πρὸς τοὺς ἀνοήτους τούτους, οὐχ ἧττον ἢ τολμηρούς, Ὡς ἂν δὲ μὴ λέγειν τι δοκοῦντες, ἑνίους ἐξαπατῶσι, σκοπῶμεν τὰς ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος πολιτείας, αἳ καλῶς ἐπολίτευσαν, ὧν τόκος ἦν οὐδαμοῦ.

Καὶ πρῶτον Ἑβραῖοι τί χεῖρον ἔπραξαν, ὅτι τὸν νόμον ἔσωσαν; οὐ πάντα εὐτύχουν; οὐ τροπαίοις ἠνθησαν; οὐ τὴν πολεμίων ἐκαρπώσαντο γῆν; οἱ δὲ νῦν Παλαιστίνην οἰκοῦντες βάρβαροι, τοσαῦτα δὲ γένη Λατίνων, οὐ μόνον οὐ τὸν νόμον προσκυνοῦντες εὖ πράττουσι; Μόνοις δὲ ἡμῖν οὐκ οἶδ' ὅ τι μαθοῦσι, τὸ σοφὸν τοῦτο τῶν τοκογλύφων γένος, καινήν
C τινα σωτηρίαν τοῦ κοινοῦ, τὴν παρανομίαν ἐξεῦρε, καὶ ζητοῦσι πείθειν ἀνθρώπους, ἃ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ὁ πρῶτος ἔπεισε συκοφάντης, τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ τὴν αὐτῶν ἀλλάττεσθαι γνώμην, καὶ τὰς μὲν περιορᾷν, αὐτοῖς δὲ προστίθεσθαι δεῖν, ὡς δὴ τὰ βέλτιστα πάντων εἰσάγουσι, καὶ τὸ παρανομεῖν οὔτε δεινὸν οὐδὲν εἶναι, καὶ πρός γε τοῖς τολμῶσιν ὄφελος εἶναι, καθάπερ ὁ πονηρὸς ἐκεῖνος, « Οὐ θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, φησὶν, ἀλλ' ἔσεσθε, ὡς θεοί. » Οὐ τοιαῦτα γὰρ τῶν ἀνδρῶν τὰ ῥήματα; καὶ ταῦτα τιθέντες, οὔτε φρίττουσιν, οὔτε αἰσχύνονται, ἀλλὰ καὶ
D ὧν αὐτοὶ τῷ κοινῷ λυμαίνονται, καὶ ὑπὲρ ὧν ἂν τὰς ἐσχάτας ἔδοσαν δίκας, τούτων αἰτιῶνται τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον. Ὁ μὲν γὰρ ἅμφω κελεύει, καὶ χρήστας ἐν ταῖς πόλεσιν εἶναι, καὶ τόκους ἀπεῖναι. Οἱ δὲ, τῷ μὴ τοκίζειν ἐξεῖναι, μηδὲ δανείζειν ἀξιοῦντες, αὐτοὶ μὲν ἀναιροῦσι δήπου τὸ χρήστας ἐν ταῖς πόλεσιν εἶναι, τῷ νόμῳ δὲ τὸ πρᾶγμα μέμφονται.

Καίτοι, εἰ μὲν οὐκ ἐξῆν καθαρὸν εἶναι τόκων τὸ δάνειον, καὶ ἡ φύσις ἄλλως οὐ συνεχώρει, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης ἀπήντα, τόκων ἀναιρουμένων, μηδὲ δανειστὰς εἶναι δύνασθαι, κἂν εἰκὸς ἦν τὴν αἰτίαν ἄγειν ἐπὶ τὸν νόμον, ὃς οὐκ ἀπήλασε μὲν δανειστὰς, εἰσήνεγκε δὲ δι' ὧν ἐξ ἀνάγκης ἀπήλασεν. Εἰ δ' ἀνάγκη μὲν τοκίζειν οὐδ' ἡτισοῦν, ἥ τε φύσις; οὐδὲν ἐκώλυσε προῖκα γενέσθαι, καὶ μαρτυροῦσιν ἄνθρωποι πάντες, οἳ τὴν σὴν ἀτιμάζουσι ψῆφον, σὺ δὲ γνώμης μοχθη-

ρίᾳ κέρδους χωρὶς οὐ χρῆσαι τολμᾷς· τί τὴν προαί- A
ρεσιν ἀφεὶς τῆς αἰτίας, ὧν ἔδει κακῶν σαυτὸν, τὸν
νόμον ἐγκαλεῖς; καὶ δημοσίων ἀδικημάτων διώκεις,
ὧν αὐτὸς αἴτιος εἶ; Εἰ μὲν γὰρ ἄμαχόν τινα κεκώ-
λυκε χρήστην εἶναι καὶ πρὸς τοιούτους λόγους εἶχεν
ἀναχωρεῖν, ὅθεν ἂν ἐδείκνυς, οὐχ ἑκὼν ἁμαρτάνει-
, εἰκότως ἂν παρῆτου, μετατιθεὶς ἀπὸ σαυτοῦ τὴν
μέμψιν ἐτέρωσε. Νῦν δὲ τὴν προαίρεσιν προϊσχόμε-
νος, καὶ τὸ πρὸς κέρδος δανείζειν βούλεσθαι μὲν, οὐ
συγχωρεῖσθαι δὲ κομιδῇ γελοῖον, εἰ νομίζεις ἀπολο-
γεῖσθαι, τὰ ἐγκλήματα λύων αὐτοῖς τοῖς ἐγκλήμασι,
καὶ ὑπὲρ οὗ δώσῃ τοῦ γνώμῃ πονηρὸς εἶναι, τοῦθ'
ἡμῖν ἀντ' ἄλλης ἀπολογίας προβάλλεσθαι. Οὐ γὰρ,
ὅτι δανείζειν μὴ δύνασαι, λέγειν ἔχεις, ἀλλ' ὅτι μὴ
βούλει τόκου χωρίς. Οὕτω δὲ καὶ τὸν μοιχὸν ἐροῦ-
μεν, καὶ τὸν ἀνδροφόνον, ὅτι πονηρᾷ γνώμῃ τὰ B
τοιαῦτα τολμῶσι, καὶ οὐδεμία παραίτησις, τὸ μὴ
προῃρῆσθαι γενέσθαι χρηστόν.

Ἄλλως τε εἰ μὲν τῶν ἐπαινουμένων ὁ τόκος, ὁ
μὲν νόμος ἐν αἰτίαις, ἐκβάλλων δ τιθέναι ἐχρῆν·
σοὶ δ' οὐκ ἄν τις ἐπιτιμήσαι περιεχομένῳ χρηστοῦ
πράγματος. Εἰ δ' ἀπάνθρωπόν τι καὶ πονηρὸν, ὁ μὲν,
τῶν αἰσχρῶν ἀπάγων, κἂν ἐπαινοῖτο· σὺ δ' ἐκεῖθεν
ἐπ' ἄλλο τρέχων κακὸν, καὶ κακοῦ κακὸν ἀλλαττόμε-
νος, τοῦ τοκίζειν τὸ μὴ δανείζειν, δῆλος οἰκοθεν
καὶ παρὰ σαυτοῦ γίνῃ πονηρὸς ὤν. Εἰ γὰρ, ὅτι
τῶνδε τῶν κακῶν ἀποχρουσθεὶς ἐπ' ἄλλα μεταχω-
ρεῖς, τὸν ἐκκεκρουκότα τῶν προτέρων αἰτιᾷ τῶν
δευτέρων, κἀκεῖνο δὴ συγχωρήσεις, τῆς λωποδύτου C
καὶ τοιχωρύχου φαυλότητος τοὺς νόμους κληρονο-
μεῖν, οἳ φανερῶς αὐτοὺς οὐκ ἐῶντες ἐμφορεῖσθαι
τῶν ἀλλοτρίων, ἐπὶ τὴν νυκτερινὴν συνελαύνουσι
πονηρίαν. Καὶ λῃστὰ γὰρ οὐκ ἂν τὴν ἐσχατιὰν καὶ
τὰ ὄρη κατειληφότες τοῖς παριοῦσιν ἔθηξαν ξίφη,
εἴγε ἐξῆν αὐτοῖς τὰς πόλεις οἰκοῦσι καὶ τῇ γνώμῃ
χρωμένοις, κρείττουσιν εἶναι δικαστηρίων καὶ νό-
μων. Τὸν ἴσον τρόπον καὶ τυμβωρύχοις τί νυκτὸς
ἔδει καὶ τῆς κατὰ οἰχομένων μανίας, εἰ τοὺς ζῶντας
ὁ νόμος ἡμέρας ἐδίδου πολιορκεῖν, καὶ περιδύειν οὓς
ἠβούλοντο, μηδὲν δεδοικότας; Καὶ ὅλως οὐδένα ἂν
εὕροις τῶν ὀλέθρων τούτων καὶ πονηρῶν, ὃς οὐ τῶν
μὲν ἀνετράπη τῇ τῶν παρανόμων ἀνάγκῃ, τοῖς δὲ γνώ-
μῃ προσεχώρησε τῶν κακῶν [*an* καλῶν?]. Τί οὖν; τοὺς
μὲν ἀφῶμεν αἰτίας, τοὺς νόμους δὲ τἀκείνων μεμ- D
ψώμεθα; καὶ τοὺς μὲν κακῶν ἀπαθεῖς ἐῶμεν περι-
νοστεῖν, δικαστὰς δὲ καὶ νόμους καὶ δίκας, καὶ τὰ
βέλτιστα δὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις, ὡς ἄγη τῶν πόλεων
ἀπελάσομεν; Εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐδ' ἂν μανεὶς εἴποι
τις· ὅγε οὐδ' αὐτοῖς ἀρέσειεν ἄν, οἶμαι, τοῖς τῶν
κακῶν τολμηταῖς. Ἀλλ' οἱ μὲν νόμοι τοῖς ἀνθρώ-
ποις κακῶν ἀναίτιοι πανταχοῦ· οἳ δ' ὧν ἁμαρτά-
νουσιν ἀπολαύσουσιν ἃ προσῆκε, καὶ τὴν γιγνομένην
δώσουσι δίκην· τί σὺ σαυτὸν ἀπολογίας ἐξαιρεῖσθαι
νομίζεις, ὧν οὐδεὶς ἀπώνατο πονηρός; οὔτε τοίνυν
τοκίζων ἐκφεύξῃ τὴν δίκην, οὔτε τῷ μὴ τοκίζειν
ἐξεῖναι τὸ δανείζειν ἀρνούμενος, καὶ τὴν κοινωνίαν
ἀναιρῶν, ᾗ συνῴκησε τὸ γένος, καὶ ἧμερον ποιεῖ
τὸν ἄνθρωπον, καὶ ταύτῃ τὸ κοινὸν ἀδικῶν, ἀπολο-

autem pravitate animi absque spe lucri non andet dare mutuum; quid voluntatem tuam crimine absolvis, et quorum te ipsum debebas, eorum legem accusas, publicorumque malorum arcessis, quorum tu ipse reus es? Si enim aliquid inexpugnabile prohiberet creditorem esse, et eo posses confugere, unde ostenderes te non volentem peccare, merito veniam impetrares, et reprehensionem amolireris. Nunc voluntatem prætexens, et absque lucro velle te quidem dare mutuum profitens, non autem permitti, rem ridiculam admodum facis, si crimina criminibus tuendo te defendis, et in quo accusaris, quod animo sis improbo, id nobis pro responsione objici posse existimas. Non enim potes dicere, te non posse dare mutuum, sed non velle absque fenore. Sic porro et adulterum et homicidam appellabimus, quoniam perversa voluntate talia non reformidant, et quominus bonus esse velit, excusari nemo potest.

Adhæc, siquidem laudi danda esset feneratio, in vituperationem caderet lex, quæ, quod sancire oportebat, id rejiceret: ac te rem non malam complectentem haud quisquam in vitio poneret. Si autem quiddam ab humanitate alienum atque improbum est, qui a turpibus te abducit, laudem ferat etiam. Cæterum tu inde ad aliud facinus currens, malumque malo commutans, fenerari scilicet cum eo quod est non dare mutuum, a temetipso apertæ nequitiæ coargueris. Nam si, quod ab istis sceleribus depulsus es, ad alia transis, quique te a prioribus cohibuit, eum ut causam posteriorum accusas, etiam illud concedes, improbitatis, grassatorum, et effractariorum leges causam esse, quæ dum palam alienis facultatibus ditari non patiuntur, ad nocturnam pravitatem eos compellant. Neque enim latrones solitudinibus et montibus se credentes, gladium in viatores stringerent, si ipsis urbes habitantibus, et cupiditati indulgentibus, judicia et legum jura liceret contemnere. Consimili modo parietum perfossoribus quid nocte opus erat, et insania adversum mortuos, si vivos per diem obsidere, et quos liberet suis rebus citra metum exuere ac spoliare lex permitteret? Et plane nullum perniciosorum ac sceleratorum invenias, qui non lege coactus, ab illis maleficiis abstinuerit, ad hæc autem sponte ac volens aggressus sit. Quid ergo? illosne ut insontes dimittemus, in leges vero ab illis nefarie commissorum culpam conferemus? Et illos quidem pœnarum immunes vagari libere sinemus, judices autem, et leges, et jura, quibus nihil est in hominum vita salutarius, tanquam piacula e civitatibus expellemus? Quod si hoc nec mente captus dixerit, nec ipsismet talia audentibus, credo, placuerit; sed leges ubique gentium hominibus scelerate agendi causa non sunt, et qui peccant, præmia condigna referunt et conflatam sibi pœnam luunt, cur tu ejusmodi defensione innoxium te fore confidis, quæ nulli improbo unquam profuit? Neque igitur ad scenas fa-

ciendum incumbens supplicium effugies : neque propter interdictum fenus credere pecuniam recusans, et communionem dissipans (quæ genus humanum congregavit, et homines ad civilem cultum deduxit), atque ita reipublicæ damnum injungens, per leges tueri te poteris, verum utrumvis peccaveris, inhumanitatis convinceris. Nam quia proximum non amas, et hoc et illud audes.

Et quid labis habet, inquit, si a paupere nihil, a divite autem fenus exigamus? Multum profecto. Hoc enim est contra leges agere, pecuniam commodatam cum auctario recipere. Pauperem vero elidere, fame premere, vestibus spoliare, hoc jam non fenus, sed gravius quoddam scelus est : quandoquidem et fures delinquunt crudelius si egentem spoliaverint, et multo amplius, si ipsi copiosi fuerint; et scelestiores insuper censentur, si, a quibus beneficia acceperunt, in eos ipsos malefici exstiterint. Verum enim vero leviora crimina propter graviora pœnis non carebunt. Cum igitur lex in illa vindicet, sine dubitatione hæc infestius odit, et severius multat. Nam si in quacunque pravitate aliis tolerabilius, aliis sceleratius peccantibus, hos tantum deprehensos puniret legislator, videretur aliis patrata ignoscere. Quoniam autem judicum sententiæ et hos et illos damnant, patet, leges, secundum quas ad judicium et pœnas utrique rapiuntur, contra leviora item latas esse. Porro nec definitum est commissum grandius, nec datur, quo non detur majus. Quorsum igitur lex, cum non sit, in quo ponatur? Nam fure effractor utique pejor est. Itaque, si placet, hunc in crucem agamus, illum ut tolerabiliorem absolvamus? Sic lex semper procedens, sontem non inveniet. Sicut ergo lex, « Non occides, » non parricidam, nec fratricidam, aut quemcunque certum interfectorem, sed simpliciter homicidam persequitur : ita quoque et furem, et adulterum, et maleficum quemque. Eodem modo illud, « Non feneraberis fratri tuo[a], » non est usuram dividentis, et unam vetantis, alteram statuentis, sed omnem usuram exterminantis.

Atqui lex imperatoria (occurrit ille) hac via lucrum consectari permisit, quod nunquam fecisset, si in eo peccatum inesset. Quomodo non stultum est sic ratiocinari: Homines istuc permiserunt : et non cogitare potius, Deum hoc fugere jussisse, et non esse vitiosum hoc lucri genus ex lege humana conjicere, et cum Deus hoc ipso quod prohibuit, vitiosissimum esse testetur, nihilo tamen magis vitiosum arbitrari? Quanto melius judicares, juxta Dei judicium ferens sententiam, quam legibus hominum assentiens? Mihi vero et comparare quidquam legi divinæ extremæ videtur audaciæ, et egestas rationis: nedum laborare apud homines parum pios, ut eis persuadeas, utri legum potius obtemperent. Age enim, si discendum foret, num usura in peccatis ducenda, utrum tu magistrum eligeres? nonne Deum, si vel tactillum saperes? Jam si legibus ita pa-

[a] Deut. xxiii, 19.

Καὶ τί δεινὸν, φησὶν, ἂν πένητος μὲν οὐδὲν ἀπαιτῶμεν, πλουσίοις δὲ τόκου χρήσω; Πάνυ μὲν οὖν. Τοῦτο γὰρ ἐστι τὸ παρανομεῖν, τὸ χρήσαντας ἀργύριον, μετὰ προσθήκης ἀπολαβεῖν· τὸ δ' ἀπάγξαι πένητα, τὸ λιμῷ πιέσαι, τὸ περιδῦσαι, τοῦτ' ἤδη τόκος οὐκέτ' ἔστιν, ἀλλά τι μεῖζον κακόν· ἐπεὶ καὶ τοιχωρύχοις τὸ ἔγκλημα χεῖρον, ἂν πένης ὁ σεσυλημένος ᾖ, καὶ πολὺ μᾶλλον εἴγε πλουτοῦντες ἔτυχον αὐτοί. Καὶ ἔτι μιαρώτεροι καὶ κακίους, εἰ καὶ παρ' ὧν εὖ πεπόνθασι, τούτοις ἐγένοντο πονηροί. Ἀλλ' οὐδὲν μᾶλλον ἀπήλλακται δίκης διὰ τὰ χείρω, τὰ κουφότερα τῶν κακῶν. Τούτων μὲν οὖν ὁ νόμος τὰς δίκας εἰσπράττων, τοῖς χείροσι δῆλός ἐστι σφοδρότερον πολεμῶν, δι' ὧν ταῦτα κολάζει, μειζόνων ἐκεῖνα τιμώμενα. Εἰ γὰρ ἐπὶ πάσης ἡστινοσοῦν πονηρίας, τῶν μὲν ἀνεκτότερον, τῶν δὲ χεῖρον ἐχόντων, τοὺς χείρονας ἐκόλαζεν ὁ νομοθέτης ἀπολαβών, κἂν ἐδόκει τοὺς ἄλλους τὴν πονηρίαν ἐφεῖναι, ἐπεὶ δ' αἱ ψῆφοι τῶν δικαστῶν καὶ τούτους κἀκείνους ἀπάγουσι, δῆλοι καθεστᾶσιν οἱ τούτους ἄγοντες νόμοι, κατὰ κουφοτέρων κείμενοι· καὶ μὴν οὐδ' ὥρισται τὸ χεῖρον κακὸν, οὐδ' ἔστι λαβεῖν οὐδὲν περαιτέρω. Κατὰ τίνος τοίνυν ὁ νόμος, οὐκ ὄντος οὗ στήσεται; Τοῦ γὰρ νῦν κλοπῆς ἀλόντος, χείρω τοιχωρύχον ἔστι λαβεῖν, καὶ δὴ μεταστήσομεν ἐπ' ἐκεῖνον τὴν δίκην, καὶ τοῦτον ἀνεκτότερον ἑτέρου φανέντα, λύσομεν; Καὶ οὕτως ὁ νόμος ἀεὶ βαδίζων, οὐκ ἂν εὕροι τὸν ὑπεύθυνον. Καθάπερ τοίνυν τὸ, « Μὴ φονεύσεις, » οὐ τὸν πατροκτόνον, ἢ ἀδελφοκτόνον ἢ ὁντινοῦν τῶν μιαιφόνων, ἀλλ' ἁπλῶς τὸν ἀνδροφόνον ἐλαύνει, κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τὸν τοιχωρύχον καὶ τὸν μοιχὸν καὶ τῶν πονηρῶν ἕκαστον· τὸν ἴσον τρόπον, καὶ τὸ, « Μὴ ἐκτοκίσεις τῷ ἀδελφῷ σου τὸ ἀργύριον, » οὐ τόκον ἐστὶ διαιροῦντος, καὶ τὸν μὲν τιθέντος, τὸν δὲ ἀναιροῦντος, ἀλλὰ πάντα τόκον ἐκβάλλοντος.

Καὶ μὴν ὁ τῶν αὐτοκρατόρων οὕτω κερδαίνειν, φησὶν, ἐπέτρεψε νόμος, οὐκ ἂν εἰ πονηρὸν ἦν. Καὶ πῶς οὐ σκαιὸν, εἰ μὲν ἄνθρωποι ταῦτα συνεχώρησαν λογίζεσθαι, ὅτι δὲ φεύγειν ὁ Θεὸς ἐπέταξε μὴ σκοπεῖν; καὶ τοῦ μὲν μὴ πονηρὸν εἶναι τὸ κέρδος τὸν τῶν ἀνθρώπων νόμον ἱκανὸν ποιεῖσθαι σημεῖον, ἐπεὶ δὲ ὁ Θεὸς δι' ὧν ἀπεῖπε πολλὴν αὐτῷ φαυλότητα μαρτυρεῖ, οὐδὲν μᾶλλον νομίζειν εἶναι μοχθηρόν; καὶ πόσῳ βέλτιον ἔγνως ἂν ἀπὸ τῶν τῷ Θεῷ δοκούντων ἐκφέρων τὰς ψήφους ἢ τοῖς τῶν ἀνθρώπων νόμοις ἀκολουθῶν; Ἐμοὶ μὲν οὖν καὶ τὸ παραβάλλειν τῷ νόμῳ τόλμης εἶναι τῆς ἐσχάτης δοκεῖ, καὶ τὸ λόγου δεῖσθαί τινος μὴ ὅτι γε κάμνοντας πείθειν ποτέρῳ δεῖ χρῆσθαι τῶν νόμων μὴ πρὸς ἄνδρας οὐ μάλα εἰδότας εὐσεβεῖν. Φέρε γὰρ ἂν δέῃ μαθεῖν εἰ πονηρὸν οἱ τόκοι πρᾶγμα, πότερον ἂν εἶλου διδάσκαλον; οὐ τὸν Θεὸν, ἂν ὁπωσοῦν σωφρονῇς; Εἰ δ' οὕτω πολε-

μούντων ἀλλήλοις τῶν νόμων, σώζοντα τὸν ἕτερον ἀνάγκη θατέρου καταφρονεῖν, πότερον ὑπερβαίνων ἀπολογίαν ἕξεις τὸν ἕτερον, οὐ τὸν ἀνθρώπειον; Τοῦτο μὲν γὰρ ἀπολογία τῶν ἡττόνων, εἴ τις φαίη διὰ τοὺς κρείττους καταφορνεῖν, ὡς τό γε τοὺς χείρονας αἰδουμένους προδοῦναι τοὺς κρείττους, πῶς ἂν ἔχοι τοῖς παραιτουμένοις συγγνώμην, ὁπότε τὸ ἔγκλημα χεῖρον γίνεται; καθάπερ εἴτις βασιλέως ἐπιτάττοντος ὑπερεώρα, ὅτι τῶν στρατιωτῶν εἷς ἦ τῶν σκευοφόρων ἐκέλευσε. Πολλοῦ μὲν γὰρ ἂν ἐδέησε μὴ καὶ τῆς ἀπολογίας δίκας ὀφλήσειν, καὶ προσῆν τὸ δικαίας ὅτε μὴ ἀγνοήσας ἢ λήθης ἡττων γενόμενος, ἀλλ' οὕτω κρίνας καὶ τὸν σκευοφόρον τοῦ βασιλέως ἔμπροσθεν ἀγαγών· σὺ δὲ τίνων σαυτὸν ἀξιώσαις ἂν, εἰ τὰ δίκαια ποιήσεις, ἐπειδὴ « Πλέον Σολομῶντος ὧδε,» φησὶ, καὶ τοσοῦτο μὲν τοῦ Θεοῦ μᾶλλον ἐλάττων ἢ τοῦ σκευοφόρου βελτίων ὁ βασιλεὺς, ὅσον οὐδὲ ῥητὸν οὐδ' ἐπιστητὸν εἶναι τὸ μέσον, σὺ δὲ τοσοῦτον ἀδικεῖς μεῖζον ὅσον ἐκείνων τὸ μέσον, καὶ οὐκ αἰσχύνῃ μετὰ τῶν μιαρῶν Φαρισαίων τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ λύων, διὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, καίτοι οὐδὲ πᾶσι ταῦτα τοῖς νομοθέταις δοκεῖ, ἀλλ' οἱ μὲν τοὺς τόκους εἰσήνεγκαν, οἱ δ' ἐξέβαλον, ὥστε εἰ δεῖ τ' ἄλλα ἀφέντας περὶ τούτου σκέψασθαι, ἣν ἐντεῦθεν συγγνώμην ἔλαβες ἄν, ἐκεῖθεν ἀπώλεσας, καὶ οὐ διὰ τούτους λύῃ μᾶλλον, ἢ δι' ἐκείνους ὑπεύθυνος εἶ.

Ναὶ, φησὶν, ἀλλ' οἱ συγχωροῦντες παλαίτεροι, Μάλιστα μὲν ἄτοπον εἰ τοῦτο ἀπολογίαν ἠγῇ, καθάπερ φαυλοτέρων ὄντων ἀεὶ τῶν νεωτέρων. Ἔπειτα πῶς οὐ νοεῖς καὶ τούτων ἔτι νεώτερος ὢν αὐτὸς ὃς τοὺς μὲν ἐγκρίνεις, τοὺς δ' ἐκβάλλεις τῶν νομοθετῶν; Σκέψαι γὰρ ὡς ἀρχαιότερος μὲν τοῦ τιθέντος ὁ τοὺς τόκους ἐξαρχῆς ἀνελὼν νομοθέτης, σοῦ δὲ καὶ τῶν σῶν ψήφων. ὁ τῷ θείῳ νόμῳ συνηγορῶν, ὥστε εἰ δεῖ τι τῷ νόμῳ καὶ τὴν ἀρχαιότητα προστιθέναι νομίζειν αἰδοῦς, καὶ ταύτῃ δίκας ἂν ὀφείλοις τῶν ἀρχαιοτάτων καταφρονῶν.

Ἄλλως τε οὐδὲ τοὺς συγχωροῦντας αὐτοὺς εἴποι τις ἂν ἀκριβῶς σκοπῶν τῶν τόκων μὴ οὐ πολλὴν αἰσχρότητα καταγνῶναι, καὶ δὴ πολλοῖς τεκμηρίοις δῆλοι καθεστᾶσι τὸ πρᾶγμα φαῦλον ἡγούμενοι. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἐξεῖναί φησιν οὐδενὶ τῶν ἀρίστων οὐδὲ τῶν ἱερῶν, καὶ οἷς δὲ ἐπέτρεψαν τοῖς χείροσι μὲν πλείω, τοῖ, βελτίοσι δὲ ἐλάττω λαμβάνειν. Ἆρ' οὖν καλὸν ἡγοῦντο τοὺς τόκους; (al. νόμους) καὶ δίκαιον, ὅλως δὲ νόμον ἢ τῶν οὐ λίαν αἰσχρῶν ὧν ἀπάγουσι τῶν ἀνδρῶν τοὺς ἀγαθούς; νόμων γὰρ οἶμαι, καὶ εἴ τι σεμνὸν ἐν ταῖς πόλεσι μᾶλλον μὲν προσήκειν τῶν πολιτῶν τοῖς ἀρίστοις, ἧττον δὲ τοῖς χείροσι, καὶ τοῖς μὲν πρώτοις οἱ νομοθέται διαλέγονται, δευτέροις δὲ τοῖς ἐλάττοσι τῷ τοὺς μὲν ἡγεμόνας τοῦ δέοντος εἶναι, τοὺς δὲ ἑπομένους φυλάττειν, ἐνταῦθα δὲ τοὐναντίον ἅπαν ἐστὶ, καὶ τόκων ἠγήσαντο μὲν οἱ μοχθηρότατοι τῶν ἀνθρώπων, ἔπονται δὲ οἷς ἔνεστί τι τῶν τρόπων τούτων, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον ὅσῳ τῆς ἐσχάτης κακοηθείας εἰσὶν ἐγγυτέρω. Διὰ ταῦτα καὶ τοῖς νομοθέταις οὕτω γράψαι περὶ τούτων

gnantibus alteram servando necesse est alteram floccipendere, utram violans, per alteram te defendes? Ce te non per humanam. Est enim imbecilla defensio, si quis dicat, ideo se divinam legem contempsisse. Nam inferiores revereri, ut superiores prodas, quam veniam mereatur, quando crimen majus est? Perinde ut si quis mandatum regis posthabeat, quia miles aliquis, aut calo secus mandavit. Parum abest, quin talis etiam defensionis hujus suæ pœnas debeat. Et jure quidem, quia non ex ignorantia aut oblivione, sed consulto id fecit. At tu, si recte facias, quibus tesuppliciis dignum deputes, quandoquidem « Plus quam Salomon hic, inquit et tu tanto intervallo minor es Deo, quam rex calone nobilior, quantum dici aut credi nequit. Ac proinde tanto es injuriosior, quanto majus inter Deum ac regem discrimen. Cur te non pudet cum scelestis Pharisæis mandatum Dei solvere propter traditionem hominum? Et tamen non omnium legislatorum est idem hac in re judicium, idemque sensus. Sunt qui usuras introduxerunt; sunt qui profligarunt: ut si cætera eorum instituta omittentes istuc solum inspiciamus, veniam aliunde accipi, aliunde admitti, et non magis propter unos te crimine solvi, quam propter alteros astringi videamus.

Etiam, inquit. Sed qui permittunt, antiqui sunt. Hoc tu absurdissime ad patrocinium assumis, quasi minores seu posteri semper deteriores sint. Dein e quomodo non animadvertis, teipsum quoque juniorem illis esse, qui legislatorum alios seligis, alios repudias? Considera, amabo, quanto antiquior legislatore tuo ille legislator, qui a principio usuras interdixit, te vero tuisque calculis divinæ legi suffragator. Quare si legi addenda est antiquitas, et eam ad reverentiam illius pertinere existimandum, hoc quoque pœnam commeruisti, qui quod antiquissimum est, despicis.

Præterea qui penitius rem intuebitur, fatebitur eos ipsos qui usuram concedunt, eamdem ut longe probrosissimam condemnare. Multis sane indiciis et clare demonstrant, se de illa male sentire. Primum omnium non licere ait lex ulli optimatum, neque sacerdotum fenerari. Quibus autem permittatur, in his licere valioribus ac plebeis majorem usuram, melioribus et honoratioribus minorem accipere. An illi, obsecro, hanc legem omnino legem, et fenus bonum ac justum, an turpe potius credebant, a quo viros bonos excipiunt? Opinor enim leges, etsi quid honestum ac sanctum est in civitate, magis decere optimos civium, quam tæcem vulgi. Ac de illis quidem in primis legislatores loquuntur, de infimis secundo loco, quod illi nimirum in legibus servandis aliorum duces esse debeant, quos ipsorum vestigiis convenit insistere. Hic autem plane secus evenit, et in usura improbissimi mortalium præcedunt; sequuntur, quibus quiddam morum istorum adhæret, et tanto

magis, quanto supremæ pravitati sunt viciniores. Idcirco, cum legislatoribus visum sit ita decernere, rei perversitas inde apparet. Pessimis plurimum fenerari, optimis nequaquam aiunt convenire ; reliquis, quo sint meliores, eo a fenore magis temperare ; quo vitiosiores, eo se in id magis effundere. Quinam usuras quispiam strictius vetet, et e republica proscribat, quam istiusmodi legibus? Feneratores quippe per homines improbos quibus hanc licentiam impertiunt, dedecorant ; et hoc illis supplicium irrogatur apud eos qui patrocinari videntur. Etenim ignominia quoque criminibus nonnullis quondam pro pœna infligebatur, et ea Græci multos scelestissimos prosequebantur, ambulabantque infames, et quæ vel in rempublicam vel in privatum admisissent, tali animadversione piabant. Nec inepte infames reddunt, dum quæ melioribus interdicta sunt, eorum illis potestatem largiuntur. Paridem fabulæ narrant pomi adjudicatione dearum pulcherrimam offendisse : hi vero lucro impio permittendo, homines inhonestos atque improbos declarant. Et ut indumentum vile putridumque dives nullus aspexerit, mendicus contra illud accipiat, et eo se contegat : sic lucrum ex usura partum, velut e cordace (saltationis impudicæ genus est) aut e stuprorum perpessione, aut e re aliqua impura mercedem, boni malis dimittunt. Qua pœna quæ tandem acerbior, si vere homo sis, et quæ hominem decent appetis, et non in humana figura suem imitaris? Perspicuum est igitur usuram nec ipsos qui eam concedunt extra crimen ponere.

Quid ergo ita sanciunt? inquit. Improbitatem tuam terminis circumscribunt, ne ipsi sorti æquale, aut paulo minus accipias, sed discas, quanquam invitus, mediocriter esse nequam : quomodo item petulantibus feminæ meritoriæ permittuntur, nec urbibus exturbantur, ad majus malum cavendum videlicet, ne nuptarum pudicitia insidiose attentetur. Quod inde claret. Etenim concessi fenoris modum transilire vetuerunt, intra modum se tenere minime vetuerunt. Et danista plus quam constitutum est non accipiet, etiamsi syngrapham exhibeat, et obæratus id valde spoponderit. Idem hinc manifestius liquet, quod minus non est expressum, nec ut fenus maximum, ita etiam minimum est decretum : sed integrum est semper mutuum dare, quamvis debitor nihil se usuræ nomine daturum paciscatur, nec dedit. Quid paciscatur? Si cum silentio mutuatus fuerit, et creditor fenoris non meminerit, ac postea cum sorte id poposcerit, nugas aget.

Jamne perspicis legem istam super usuris non esse usuras volentium, sed usuras evertentium? Quod si id tam libere aperteque non faciunt, ut in sacrilegiis, aut latrociniis, nihil mirum, cum in multos præterea improbos, legislatores non animadvertant, a quibus tamen Deus pœnas reposcit acerbissimas. Tabulis eorum lectis, nemo invidum

A ἔδοξε δεῖν, δεικνῦσι τὴν πονηρίαν τοῦ πράγματος· καὶ τοῖς μὲν φαυλοτάτοις τῶν ἀνδρῶν πλεῖστα δὴ προσήκειν φασὶ τόκων, ἥκιστα δὲ τοῖς ἀρίστοις, τῶν δ' ἄλλων ὅσῳ μὲν χρηστότητος περίεστι τρόπων, τοσοῦτο καὶ τόκων ἀπεῖναι, ὅσῳ δὲ μέτεστι μοχθηρίας, τοσοῦτο καὶ τόκων μετεῖναι. Καὶ πῶς ἄν τις μᾶλλον ἀπεῖπε τόκους καὶ τῆς πολιτείας ἐξέβαλεν ἢ τοιαῦτα νομοθετῶν ; Δι' ὧν γὰρ φαύλων ἀνδρῶν τίθενται τὸ οὕτω κερδαίνειν τοὺς τοκιστὰς ἀτιμάζουσι (*al.* ἀτιμοῦσι) καὶ τοῦτο κόλασίς ἐστιν αὐτοῖς παρὰ τοῖς δοκοῦσι συνηγορεῖν· καὶ γὰρ καὶ ἀτιμία τὸ ἀρχαῖον ἐνίοις τῶν ἐγκλημάτων ἔκειτο δίκη, καὶ τούτου τῶν πονηροτάτων πολλοῖς ἐτίμησαν Ἕλληνες, καὶ περιῆσαν ἄτιμοι δίκην τοῦτ' αὐτὸ διδόντες, ὧν εἰς τὴν πόλιν ἢ τινα τῶν ἰδιωτῶν ἐξήμαρτον· καὶ τούτους
B γὰρ ἀτίμους ἐπιεικῶς ἀποφαίνουσι δι' ὧν ἃ τοῖς τιμίοις ἀπείρητο τῶν ἀνδρῶν αὐτοῖς συγχωροῦσι, καὶ τὸν μὲν Ἀλέξανδρον ὁ μῦθος εἶπε τῇ τοῦ μήλου δωρεᾷ δεῖξαι τὴν καλήν. Οἱ δὲ τοὺς αἰσχροὺς καὶ φαύλους τῷ κακῶς κερδαίνειν ἐφεῖναι, καὶ καθάπερ ἱμάτιον εὐτελὲς καὶ σαπρὸν τῶν μὲν εὐπόρων ἰδεῖν οὐδ' ἀνάσχοιτ' ἂν οὐδείς, πένητος δ' ἂν εἴη δυστυχοῦς καὶ ἀνελέσθαι καὶ περιβαλέσθαι. τὸν ἴσον τρόπον καὶ τὸ παρὰ τῶν τόκων κέρδος, ὥσπερ ἀπὸ κόρδακος ἢ μίσθωμα ἢ ἄλλο τι τῶν αἰσχρῶν τοῖς φαύλοις ἀπέρριψαν, καὶ τίς ἂν δίκη γένοιτο χείρων εἴ τις ὡς ἀληθῶς ἄνθρωπος καὶ τὰς ἀνθρώπῳ πρεπούσας ἐπιθυμίας ἔχει, καὶ μὴ πρὸς τὴν ὑῶν ἁρμονίαν ἥρμοσται ; Φανερὸν τοίνυν ὡς οὐδ' οἱ συγχωροῦντες αὐτοὶ τοὺς τό-
C κους αἰτίας ἀφιᾶσι.

Τί οὖν νομοθετοῦσι ; φησίν. Ὅρους τιθέντες τῇ πονηρίᾳ ἵνα σὺ μὴ τῶν ἀρχαίων ἴσους, ἢ μικρὸν ἐλάττους λαμβάνῃς, ἀλλ' εἰδῇς καὶ ἄκων μετρίως εἶναι μοχθηρός· καθάπερ καὶ τὰς ἑταίρας συγχωροῦσι τοῖς ἀκολάστοις, καὶ τῶν πόλεων οὐκ ἐκβάλλουσι τὸ χεῖρον φυλαττόμενοι κακὸν, ἵν' οἱ γάμοι μὴ πολεμῶνται. Δῆλον δέ· καὶ γὰρ τῶν τεθέντων τόκων, τὸ μέτρον ὑπερβαίνειν μὲν ἐκώλυσαν, εἴσω δὲ χωρεῖν, οὐδαμῶς, καὶ τῶν ὡρισμένων μείζω μὲν οὐκ ἂν λάβοι δανειστὴς, κἂν τὰ γραμματεῖα φέρῃ, κἂν σφόδρα καθομολογήσας ὁ χρησάμενος τύχῃ, ἐλάττω δὲ καὶ μάλα ἔξεστι καὶ συνθέσθαι δὴ καὶ λαβεῖν,
D καὶ τὸ φανερώτερον ἔτι· καὶ γὰρ οὐδ' ὥρισται τοὐλαττὸν, οὐδ' ὥσπερ μέγιστον τόκον οὕτω καὶ ἐλάχιστον ἔστιν εὑρεῖν, ἀλλ' ἔξεστιν ἀεὶ μειοῦν, κἂν σύνηται δοῦναι μηδὲν ὁ χρησάμενος οὐδὲν ἔδωκε. Καὶ τί λέγω συνθέμενον ; Καὶ γὰρ ἂν σιωπῇ δέξηται τὸ δάνειον, καὶ ὁ χρήσας ᾗ μνησθῇ τόκων, ὕστερον μετὰ τῶν ἀρχαίων ἂν τόκους ἀπαιτήσῃ, ληρήσει.

Ὁρᾷς ὡς ὁ περὶ τόκων οὗτοσὶν νόμος οὐκ ἔστι τόκους βουλομένων, ἀλλ' ἀναιρούντων ; Εἰ δὲ μὴ σαφῶς οὕτω, καθάπερ τοὺς ἱεροσύλους ἢ τοὺς λῃστὰς οὐ χρὴ θαυμάζειν, ἐπεὶ καὶ πολλοῖς ἑτέροις οὐκ ἐπιτιμῶσιν οἱ νομοθέται τῶν πονηρῶν, καὶ παρ' ὧν τὰς ἐσχάτας ὁ Θεὸς εἰσπράττεται δίκας, καὶ βάσανον οὐδεὶς ἂν εἰσαγαγὼν ἕλοι, τὰ γράμματα αὐτῶν ἀνα-

γνοὺς, καὶ τὸ μνησικακεῖν ἐνταῦθα πραγμάτων ἀπήλ-
λαχται καὶ πολλῶν ἄλλων κακῶν ἃ τὴν γέενναν αὐ-
τὴν προμνᾶται τοῖς τολμηταῖς παρὰ τοῖς νόμοις οὐκ
εἰσὶ δίκαι· τὸ δ' αἴτιον, ὅτι διττὸς μὲν ὁ βίος ἀνθρώ-
ποις, διττὸν δὲ δικαστήριον, οἱ δὲ οὐ τὴν μέλλουσαν
ἡμῖν καθιστᾶσι ζωὴν, οὐδὲ πρὸς τὸ δικαστήριον
ἐκεῖνο γράφουσιν, ἀλλὰ καθάπερ τοῖς κυβερ-
νήταις δήπου μέλει τῶν πλεόντων, ἕως ἔτι πλέ-
ουσι καὶ περαιτέρω τῶν λιμένων ὃ συνοίσει ζη-
τεῖν, οὐ πρὸς αὐτῶν ἐνόμισαν, οὐδ' ἂν αὐτοῖς περὶ
τῶν οἴκοι διαλεχθεῖεν οὐδὲν, τὸν ἴσον τρόπον καὶ
τοὺς νομοθέτας ἴδοι τις ἄν, τὸν μὲν ἐνταῦθα τῶν
ἀνθρώπων τάττοντας βίον, εἰς δὲ τὸ μέλλον ὅπως εὖ
πράξουσι, καὶ τὰς ἐκεῖ φυλάξονται δίκας λόγον ποι-
ουμένους οὐδ' ὀντινοῦν, ἀνθ' ὧν οὐδὲν ἐκώλυσε τοὺς
τὰ πολιτικὰ μόνον χρηστοὺς μυρίων κακῶν γέμον-
τας ἀπελθεῖν, καὶ δόξαν ἐπιεικείας ἐνταῦθα καὶ δι-
καιοσύνης λαβόντας εἰς τοὺς πονηροτάτους ἐκεῖ τε-
λέσαι καὶ τῶν χειρόνων ψήφων τυχεῖν.

Εἰ δ' οὕτω ταῦτα, καὶ χωρὶς μὲν αἱ παροῦσαι δί-
και, χωρὶς δὲ τὸ μέλλον ἐστὶ δικαστήριον, μὴ περὶ
τῶν μελλόντων ἀπὸ τῶν παρόντων τεκμαίρου, μηδ'
οἷου τοῦ Θεοῦ τυχεῖν ἂν εὐμενοῦς οὗ νομοθετοῦν-
τος ὑπερόπτης ἐφάνης, ὅτι παρὰ δικασταῖς τοῖς
ὁμοφύλοις εὐδοκιμεῖς, ἐκεῖνο πρός γε πολλοὺς ἄλλους
ἐνθυμηθείς, ὡς ἀνελευθεριότητος καὶ φιλαργυρίας
καὶ τῆς πρὸς τοὺς δεομένους ἀπανθρωπίας, οὐδενὶ
τῶν τὰ τοιαῦτα πονηρῶν οὐδεὶς ἐμέμψατο νομοθέτης,
κἂν τις γράψηται παρ' αὐτοῖς, χείρων ἔσται τοῦ φεύ-
γοντος καὶ τὴν ἐλάττω ψῆφον οἰχήσεται λαβών, τοῦ
Θεοῦ δὲ δικάζοντος περὶ τῶν αὐτῶν τούτων ἐγκλη-
μάτων ἡ γέεννα γίνεται δίκη. Καθάπερ τοίνυν βασκαί-
νων, καὶ μνησικακῶν. Καὶ μισῶν τὸν ὁμόφυλον, καὶ
μηδένα μηδὲν εὖ ποιῶν καὶ τὰ τοιαῦτα πονηρευόμε-
νος οὐδὲν ἂν ἐπίσης ἄμεινον, περὶ τῶν ἐξ οὐρανοῦ ψή-
φων, εἰ παρὰ τοῖς ἐν γῇ κριταῖς ἀνεύθυνος εἶ· τὸν
ἴσον τρόπον κἀπὶ τῶν τόκων λογίζου.

Πόθεν οὖν ὁ βίος ἡμῖν, φησὶ, μήτε τὰ γεωργῶν
εἰδόσι, μήτε ἐμπορεύεσθαι δυναμένοις, μήτε πρὸς
ἄλλην ἡντινοῦν ἔχουσι τέχνην; Τί δ' ἂν καὶ ἱερό-
συλοι τὰ αὐτὰ δὴ ταῦτα προῖσχωνται καὶ λῃσταί;
Συγχωρήσεις αὐτοῖς τὴν κακίαν; Οὐκοῦν τῶν διορυτ-
τόντων τὴν αἰκίαν ἀνέξῃ, κἂν λῃστὴς περιδύσῃ σε
κατασχὼν, καὶ πληγὰς ἐντείνῃ, δεινὸν οὐδὲν, κἂν
μαστρωπὸς πολιορκήσῃ τὸν γάμον, οὐδὲν ἠδίκησεν;
ἄλλην γὰρ οὐδ' ἡντινοῦν ἴσασι τέχνην. Ἆρ' οὖν ἡδέως
ἀπολαύσεις τῶν σαυτοῦ ψήφων; Ἀλλ', οἶμαι, δεῖ, μᾶλλον
δὲ πᾶσα ἀνάγκη μὴ μόνον ὧν τῷ βίῳ δεῖ τυγχάνειν
ζητεῖν, ἀλλὰ καὶ ὅθεν δεῖ λαμβάνειν ζητεῖν, ὡς ἐν-
ταῦθα πᾶσαν συνεστῶσαν τὴν ἐν ταῖς πόλεσι δικαιο-
σύνην. Εἰ γὰρ χρημάτων ἀλλήλοις καὶ κτημάτων
καὶ δόξης ἑκάστοτε καὶ τῶν τοιούτων ἀμφισβητοῦ-
μεν, τούτων δὲ οὐκ ἔστιν οὐδὲν ὃ μὴ παρ' ἑτέρων
ἡμῖν, ὅτι μηδὲν ἐξ ἀρχῆς εἰς τὸν βίον εἰσελήλυθόσι
συνεισελήλυθεν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀγρὸν λαβόντες ἔχομεν,
καὶ τὸ ἱμάτιον, καὶ τὸν ἵππον καὶ τῶν ὄντων ἕκαστον·
φανερὸν, τούτῳ διενέγκαι τοὺς δικαίους τῶν πονηρῶν,
τῷ τοὺς μὲν, παρ' ὧν ἔδει, τοὺς δὲ, παρ' ὧν οὐκ ἔδει,

A ad tribunal accersitum coarguet; et memores injuriarum per eos omni carent molestia: compluribus item sceleribus, quorum reis gehenna præmium est, legibus supplicia nulla decernuntur. Ideo nimirum, quia cum gemina vita sit hominibus, geminum similiter est judicium. Legislatores futuram vitam nobis non faciunt, nec apud judicem illum nos accusant: sed ut gubernatoribus in mari curæ sunt vectores, dum durat navigatio, ultra portum quid iis conducat, quærere, suarum partium non censent, nec de domesticis quidquam cum iis agitur; ita et conditores legum videas vitam hominum quæ hic degitur moderantes et constituentes, quid in futurum illis fiat, et qua ratione pœnis sempiternis elabantur, nihil pensi
B habere. Quamobrem nihil vetat in civili consuetudine tantummodo bonos, peccatis obrutos hinc emigrare: et hic clementiæ ac justitiæ opinionem adeptos, ibi referri inter scelestissimos, deterioremque calculum sortiri.

Quæ cum ita habeant, et aliud sint præsentes pœnæ, aliud quod nos manet judicium, noli præsentibus futura metiri; nec spera te Deo usurum benevolo, cujus leges despicere es ausus, etiamsi judices tuæ naturæ consortes non male de te existiment; illud inter multa cogitans, legislatorem neminem sordes et avaritiam, et adversus egentes inhumanitatem in quoquam horum reo persecutum, et qui quemquam horum apud illos accuset, deteriore
C loco ipso accusato futurum, et causa casurum; Deo autem de his ipsis criminibus judicium exercente, gehennam supplicium fore. Itaque ut invidus, et injuriarum non potis oblivisci, et odio proximi imbutus, et nulli quidquam benefaciens, et similia perpetrans, quanquam apud terrenos judices insons, meliorem e cœlo sententiam non habet cur exspectet: idem tu de fenératore cogitato.

Unde ergo victus nobis, inquit, qui nec agriculturam didicimus, nec mercaturam facere scimus, nec ad ullam artem quæstuariam sumus idonei? Quod si et sacrilegi, et latrones idem prætexant, num eis sceleris facultatem dabis? Igitur effractores patieris? et si latro captum te vestibus exuerit,
D et plagas imposuerit, nihil injuriæ intulit? et si lenno uxoris castitatem corruperit, nihil nocuit? nullam enim quamcunque artem norunt. Fructum ergo judicii tui capies. At enim puto oportere, imo tam est necessarium, quam quod maxime, non solum quibus vita indiget quærere, sed etiam circumspicere unde accipiendum sit, utpote tota civili justitia hic consistente. Si enim de pecuniis, possessionibus, gloria, similibusque semper controversamur, et horum nihil est, quod non ab aliis ad nos perveniat, quoniam a principio in vitam ingressi nihil horum nobiscum simul ingressum est, sed et agrum accepimus, et vestem, et equum, et quidquid facultatum habemus: clarum est, hoc distare justos ab improbis, quod illi a quibus opor-

tet, hi a quibus haud oportet, accipiunt. Si differentiam hanc sustuleris, et pecuniarum possessionumque dominos non justitia, sed vis et necessitas creaverit, actum est de justitia universe, nugabunturque judices, et legum tabulæ inanes erunt ac supervacaneæ, et tu potentiorum lucrum eris, et tu fortunis tuis a nullam artem scientibus, et suas ipsorum leges sequentibus spoliaberis. Ne ergo necessitate nitere, nec dicas opus esse: sed hoc ostende, te juste adeptum esse quod habes.

Cui vero injuriam inferimus, inquit, si a volentibus accipimus? Deo ipsi maxime, in quem, ejus legem frangens, contumeliosus reperiris: «Per prævaricationem enim legis Deum inhonoras,» ait Paulus [a]. Deinde ipsis quoque, quibus detrimento es, et qui te nihil offenderunt. Non enim consilio ac sponte argentum suum abjiciunt, sed eo abs te privari patiuntur, et jacturam jactura sarciunt, graviorem leviore. Quia enim chirographo eos obligasti, et ne, cum mutuo iterum egebunt, abs te repellantur, te ipsorum bona depascentem perferunt. Insuper et ipsi reipublicæ officis, et legem a Deo latam impugnas, cœlestemque vindictam provocas.

Ac ne tam gravem affirmationem meam vilipendas, testem dabo Basilium, quem submovere non audebis, cujus celebre est nomen apud omnes. Cum enim quodam tempore fames et siccitas regionem ejus obsiderent, quærens ille, unde calamitas, et quid faceret nubes tam steriles, terram tam infecundam, radicem et principium mali hujus apud feneratores invenit. Quod ut credas, en tibi verba ipsius: Scinde libellum æris alieni injustum, ut sic peccatum solvatur, dele gravissimorum fenorum nomina, ut terra solitum tibi fenus reddat. Ære namque, et auro, ac similibus fœcundis metallis præter naturam fœtus edentibus, jure germina quæ naturaliter pariunt, sterilia fiunt, et ad habitantium multam fructibus carent. Hæc ille.

Viden' quot malis urbes cumulas? Quid tantum incommodi importavit homicida, aut fur nocturnus, quos capite punimus, ut et terram corrumperet, et aerem vitiaret, et civitates communibus hominum utilitatibus spoliaret? Tantum abes, ut aut nullum injuste lædas, aut ignoscenda audeas, aut culpæ minutæ affinis sis. Tu interim et conventuum, et institutorum vitæ, et victus humani es particeps, hominum pernicies; credisque Salvatori, et ejus mysteriis ac legibus salutiferis, quibus leges fers contrarias. Quæso te; non pudet communicare illius mensæ, cui tantopere adversaris? nec, antequam cum eo in gratiam restitutus sis, horres te illi contubernalem jungere, et donis ita susceptis fructuose te accubuisse existimas? Atqui sanguis hic pretium redemptionis est; tu vero proximum in servitutem redigis. Et ille quidem, ut tu nihil debeas, effusus est; tu fratrem etiam reddentem

[a] Rom. II, 23.

A λαμβάνειν. Εἰ δὴ ταύτην ἀνέλοις τὴν διαφοράν, καὶ δεσπόταις χρημάτων καὶ κτημάτων οὐ τὸ δίκαιον, ἀλλὰ τὸ δεῖσθαι χειροτονήσεις, φροῦδα πάντα, καὶ ληρήσουσι μὲν δικασταὶ, μάτην δὲ τοῦ νόμου τὰ γράμματα, σὺ δὲ κέρδος ἔσῃ τῶν ἰσχυροτέρων, καὶ τῶν ὄντων ἐκστήσῃ τοὺς οὐδεμίαν εἰδότι τέχνην, τοῖς σαυτοῦ νόμοις ἀκολουθῶν. Ἀλλὰ ταῦτα ἄτοπα· μὴ τοίνυν ἰσχυρίζου τῇ χρείᾳ, μηδ' ὅτι δέοιο λέγῃς, ἀλλὰ τοῦτο δεῖξον, εἰ δικαίως ἔχεις, λαβών.

Καὶ τίνα, φησὶν, ἀδικοῦμεν, εἰ παρ' ἐκόντων λαμβάνομεν; Μάλιστα μὲν τὸν Θεὸν αὐτὸν, εἰς ὃν ὑβρίζεις παρανομῶν. «Διὰ τῆς παραβάσεως γὰρ, φησὶ, τοῦ νόμου, τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις.» Ἔπειτα καὶ αὐτοὺς, οἷς τὴν ζημίαν ἐπάγεις ἠδικηκόσιν οὐδέν. Οὐ γὰρ B ἀπὸ γνώμης ἐθελουσίου προΐενται τἀργύριον, ἀλλὰ φέρουσιν ἀποστερούμενοι καὶ ζημίας ἀλλάττονται ζημίαν, τῆς χείρονος τὴν κουφοτέραν. Ὅτι γὰρ γραμματείοις κατέδησας, καὶ ἵνα μὴ, χρήσασθαι δεηθέντος, αὖθις ἀποστραφῇς, καταβοσκομένου τὴν οὐσίαν ἀνέχονται· χωρὶς δὲ τούτων, αὐτὸ τὸ κοινὸν ἀδικεῖς, ᾧ τὸν Θεὸν, δι' ὧν τὸν ἐκεῖθεν νόμον ὑπερβαίνεις, ἐκπολεμεῖς, καὶ τὰς ἐξ οὐρανοῦ πληγὰς ἕλκεις.

Καὶ ὅπως μὴ καταγνῷς τῶν λόγων ὑπερβολὴν, καὶ γάρ σοι παρέξομαι μάρτυρα Βασίλειον, καὶ οὐ παραγράφεσθαι τὸν ἄνδρα τολμήσεις, οὗ μέγα παρὰ πᾶσιν ὄνομα. Λιμοῦ γὰρ καὶ αὐχμοῦ κατασχόντος ποτὲ τὴν αὐτοῦ, ζητῶν ὅθεν τὸ κακὸν, καὶ τί τὸ παρασκευάσαν ἀγόνους μὲν τὰς νεφέλας, ἄγονον δὲ C γενέσθαι τὴν γῆν, εὑρίσκει τὴν ῥίζαν τῆς ἀῤῥωστίας παρὰ τοῖς τοκογλύφοις ὑμῖν, καὶ τόκους αἰτεῖται τῶν συμφορῶν. Καὶ ἵνα πιστεύσῃς, αὐτοῦ τῶν ῥημάτων ἀκούοις ἄν· Ἐξάλειψον, φησὶ, βαρυτάτων τόκων ὁμολογίαν, ἵνα τέκῃ τὰ συνήθη ἡ γῆ. Χαλκοῦ γὰρ καὶ χρυσοῦ καὶ τῶν ἀγόνων παρὰ φύσιν γεννώντων ἡ κατὰ φύσιν τίκτουσα γίγνεται στεῖρα, καὶ πρὸς τὴν τιμωρίαν τῶν ἐνοικούντων κατεδικάσθη τὴν ἀκαρπίαν.

Ἔγνως, ὅσοις τὰς πόλεις περιβάλλεις κακοῖς; Τί τοσοῦτον ἠδίκησεν ἀνδροφόνος ἢ τοιχωρύχος, οὓς θανάτου τιμώμεθα, ὥστε καὶ τὴν γῆν διαφθεῖραι, καὶ τῷ ἀέρι λυμήνασθαι, καὶ τῶν κοινῶν τούτων ἀνθρώποις τὰς πόλεις ἀποστερεῖν; Τοσοῦτ' ἀπέχει; D ἢ μηδένα μηδὲν ἀδικεῖν, ἢ συγγνώμης ἄξια τολμᾷν ἢ μικρῶν ὑπεύθυνος εἶναι. Σὺ δὲ συλλόγων μὲν, καὶ διαίτης, καὶ βίου μετέχεις ἀνθρώπου, ἀνθρώπων ὄλεθρος ὤν. Πιστεύεις δὲ τῷ Σωτῆρι καὶ τοῖς ἐκείνου μυστηρίοις καὶ νόμοις τὴν σωτηρίαν, ἐναντία νομοθετῶν, καὶ οὔτε αἰσχύνῃ κοινωνῶν τραπέζης, ᾧ πολεμεῖς, οὔτε φρίττεις σαυτὸν αὐτῷ συνοικίζων πρὶν διηλλάχθαι, καὶ νομίζεις ἀπόνασθαι τῆς τραπέζης, οὕτω τὰ δῶρα δεξάμενος· καίτοι τὸ μὲν αἷμα τοῦτο λύτρον ἐστὶ, σὺ δὲ ἀνδραποδίζῃ τὸν ὁμόφυλον· καὶ τὸ μὲν ἵνα σὺ μηδὲν ὀφείλῃς, ἐχέθη· σὺ δὲ καὶ ἀποδιδόντα τὸ δάνειον τοῦ χρέους; οὔπω λύεις τὸν ἀδελφόν. Οὕτω τοίνυν ἐναντίως ἔχοντα, πόσων γέμει

κινδύνων, τῆς τραπέζης κατατολμᾷν ; « Ἢ παραζηλοῦμεν τὸν Κύριον ; φησὶ Παῦλος· μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν; »

Παρὰ πάντα δὲ ταῦτα προσῆκεν ἐκεῖνο λογισάμενον σκοπεῖν, ὅτι δέον ἀπολογεῖσθαι. Τοὺς γὰρ ὑπὸ τῷ Χριστῷ τεταγμένους ἀδικίας πάσης ἀπηλλάχθαι φησὶν ὁ Προφήτης, καὶ τῆς περὶ τὸν τόκον μανίας. « Ἐκ τόκου γὰρ, φησὶ, καὶ ἐξ ἀδικίας λυτρώσεται τὰς ψυχὰς αὐτῶν. » Σὲ δὲ μήπω λελυμένον, ἀλλ' ἔτι τὰ δεσμὰ φέροντα καὶ τόκων ἀνδράποδον ὄντα, ποῦ τάξομεν ; Ἀνάγκη γὰρ θάτερον, ἢ τὸν Προφήτην ἐν οἷς εὐαγγελίζεται διαπίπτειν, ἢ σὲ μὴ τούτων εἶναι τῶν ὑπὸ Χριστοῦ κοσμουμένων. Εἰ δὲ τὸ πρῶτον ἄτοπον συγχωρεῖν, σκέψαι σὺ περὶ τοῦ δευτέρου, καὶ εἴ σοι καλῶς ἔχει ταύτην κατὰ σαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐξενεγκεῖν. Εἰ δὲ Χριστιανὸς εἶ, καὶ τούτου γράφεις σαυτὸν τοῦ χοροῦ, ῥίψεις τοὺς τόκους, οὐχ ὑπὲρ οὕτω φαύλων λημμάτων τοὺς μὲν θείους καταπατήσεις νόμους, τὴν δὲ μετὰ τοῦ Χριστοῦ ζωὴν περιόψει, γεέννης δὲ καὶ σκότους καὶ κλαυθμοῦ καὶ βρυγμοῦ ὀδόντων, καὶ τῶν δεινοτάτων καταφρονήσεις.

Ἀλλὰ τὸν μὲν λόγον τοὺς προτεθεῖσιν ἀρκεῖν ἡγοῦμαι, καὶ οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ προσθεῖναι τοῖς εἰρημένοις. Σὺ δὲ, ἢ πεισθεὶς, τοὺς τρόπους μεταβαλεῖς, ἢ τοῦτο γοῦν ἀπὸ τῶν λόγων ἴσῃ μαθὼν, τὰ δεινότατα πάντων τολμῶν, καὶ Θεῷ καὶ τῷ κοινῷ τῶν ἀνθρώπων πολλῶν ὑπεύθυνος ὤν.

[10] I Cor. x, 22. [11] Psal. LXXI, 14.

A mutuum, nondum debito solvis. Adeo igitur adversantem Deo audere sacras inire epulas, quantis plenum est periculis ? « An æmulamur Dominum ? inquit Paulus, nunquid illo fortiores sumus [10] ? »

Post hæc omnia illud cogitando versare convenit, rationem reddere oportere ; sub rege enim Christo constitutos omni iniquitate et amentia fenoris liberatos esse testatur Propheta : « Ex usura, inquit, et iniquitate liberabit animas eorum [11]. » Te autem nondum solutum, sed etiamnum vinculis implicitum, et usuræ mancipium ubi collocabimus? Alterum siquidem necessarium est : aut Prophetæ bonum nuntium nullo effectu evanescere ; aut te unum de his non esse, qui a Christo cohonestantur. Quod si absurdum est prius concedere, tu de altero videris, et an ex re tua sententiam tuleris. Si vero Christianus es, et te isti populo annumeras, usuras abjicies, nec propter quæstum adeo infandum divinas leges aspernabere, vitamque cum Christo contemnes, nec gehennam, et vermem, et fletum, et stridorem dentium, et horribiles tenebras parvifacies.

Sed jam pro re proposita satis dictum opinor, nec video quid amplius dicendum sit. Tu, aut persuasus his mores immutabis, aut saltem ex hac oratione mea te omnium gravissima audendo, et Deo, et communi hominum de multis obnoxium esse cognosces.

DE SANCTA THEODORA VIDUA

SANCTIMONIALI THESSALONICENSI

DANIELIS PAPEBROCHII COMMÆNTARIUS PRÆVIUS.

(Acta SS., April. die 4, tom. I.)

1. Quod exstat Romæ Martyrologium Arabico-Ægyptiacum in collegio Maronitarum, atque a Gratia Simonio ex Arabica in linguam Latinam transferri nobis curavit Athanasius Kircherus noster, celebrat ad diem quintum Aprilis « memoriam sanctæ matris Theodoræ; » quæ verba in Menæis excusis et manuscriptis Græce sic efferuntur, Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῆς ὁσίας μητρὸς ἡμῶν Θεοδώρας, τῆς ἐν Θεσσαλονίκῃ : quæ scilicet Thessalonicæ, urbe Macedoniæ notissima, vixit : et illud additur distichon :

Εἰ καλοῖς πολλοῖς αὐχεῖς, Θεσσαλονίκη,
Ἔχεις καὶ σεπτὸν δῶρον τὴν Θεοδώραν.
Thessalonica, multa si jactas bona,
Hæc inter etiam possides Theodoram.

Dein vitæ ejus encomium illustre hujusmodi sequitur :

2. « Sancta hæc Theodora a tenera ætate Christum desideravit : et rebus mundanis abdicatis in cœnobium ingressa, in monacham est attonsa : et omnes virtutes amplexa simul ut unam, in iis consummata evasit. Adeo vero obedientiam et venerationem excoluit erga omnes cœnobii sorores, et præsertim antistitam, ut post mortem etiam ostenderet virtutem, quam exercuerat viva. Nam vitam suam adeo puram et ab omni prorsus macula intaminatam custodivit, ut eam pro viva imagine suis sororibus reliquerit. Post mortem vero, cum jam longo fuisset tempore sepulta, contigit etiam magistram

seu præsidem cœnobii ex hac vita ad Christum proficisci : et quia hæc admodum sancte, caste et religiose vixerat, factus est ad hujus funus concursus multorum hominum, inter quos erant illustres viri, religiosi monachi et laici complures. Cum ergo sacra carmina et hymni decantarentur ; et hypogeum, in quo S. Theodora jam pridem antea sita erat, ad antistitam illic collocandam aperiretur, admirandum accidit prodigium, quod spectatores præsentes quidem in stuporem dedit, auditores vero postea absentes ad salutarem peccatorum pœnitudinem commovit. Loco enim opportuno ad spectaculum præsentibus dato, videntibus cunctis, Theodora, quæ jam diu in tumulo jacuerat, sese in arctum contraxit, tanquam viva, Matri suæ religiosæ locum datura, honoremque debitum exhibitura. Quod ubi omnes, qui aderant, spectabant, attoniti exclamabant solemne illud, *Kyrie eleison*, *Domine, miserere*. A quo tempore huc usque multa Deus per hanc sanctam Theodoram miracula patravit : nam et insessos a dæmonibus liberavit, et captos oculis ad lumen reduxit, et ægros innumeros sanavit. »

3. Hæc Menæa, ex quibus eamdem narrationem edidit Maximus episcopus Cytherorum, ἐν βίοις ἁγίων sæpius excusis. Dedimus Kalendis Februarii Vitam S. Severi episcopi Ravennatis, qui, ut traditur n. 23, « corpusculo defunctæ longe ante conjugis suæ jussit, quatenus se dictu citius in latus declinaret, et filiæ spatium sepeliendi præberet, » quod et factum est. Similia plura in hoc opere nostro occurrunt. Plenam de vita hujus S. Theodoræ historiam aliquando exstitisse, satis utique est credibile: sed ejus nullum hactenus indicium reperimus. Leo Allatius in sua de Simeonum scriptis Diatriba, ea quæ vere Metaphrastis sunt, ab aliis certorum vel incertorum auctorum lucubrationibus secernens, pag. 88, primus nos docuit Nicolaum Cabasilam, circa ann. 1350 archiepiscopum Thessalonicensem, aliquod ejusdem sanctæ scripsisse encomium, quod ubique quærentes tandem reperimus in Cæsarea Viennensi Bibliotheca, et favore eruditissimi nobisque amicissimi viri Petri Lambecii, eidem Bibliothecæ nunc præfecti, descriptum accepimus, idque Latine redditum hic damus.

4. Est illud quidem, cum exaggeratione multa et facundiæ rhetoricæ affectatione scriptum, verbis quam rebus copiosius : multa tamen nos docuit ad historiam pertinentia, patriam scilicet Æginam; Antonium atque Chrysantham parentes, quorum constantiam hæresis Ecclesiam obscurans probarit; utique iconoclastica, iis temporibus grassata, quibus sub Michaele Balbo, circa annum imperii ejus 3, Christi 823, ipso « adversus rebellem Thomam occupato, et aliam omnem curam, » ut scribit Leo Grammaticus, « huic unice posthabente, Creta, Sicilia et insulæ vocatæ Cyclades (a quibus non longe distabat Ægina) a Romano imperio rescissæ sunt ab Afris et Arabibus. » Etenim hujus irruptionis occasione, sive vim ejus reipsa senserint Æginetæ, seu vicinum periculum eos coegerit suæ saluti consulere atque ad tutiora abire, Thessalonicam profugit non ita pridem juncta matrimonio Theodora; ibique, post oblatam Deo filiam, tandem sui juris effecta per mariti mortem, monasticum amplexa est institutum jam grandæva : in quo ad profundissimam usque senectutem perseverans, videtur usque ad sæculi IX annum circiter 80 pervenisse aut etiam ultra. Atque hæc omnia nobis ex hoc Cabasilæ encomio cognoscenda præbentur, una cum titulo Μυροβλύτιδος, Unguentifluæ, et testimonio salutiferi olei ex ejus sepulcro scaturientis, quemadmodum de sanctis Nicolao, Demetrio, Catharina legimus, et hoc nono sequentibusque sæculis invenimus factum, ad plurium aliarum sanctitate illustrium personarum venerationem in Ecclesiis Orientalibus comprobandam.

ΕΓΚΩΜΙΟΝ

ΕΙΣ

ΤΗΝ ΟΣΙΑΝ ΜΗΤΕΡΑ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΜΥΡΟΒΛΥΤΙΔΑ

ΘΕΟΔΩΡΑΝ.

—

LAUDATIO

SANCTÆ MATRIS NOSTRÆ ET MYROBLYTIDÆ

THEODORÆ

Auctore Nicolao Cabasila Thessalonicensi metropolita.

Ex ms. Cæsareo bibliothecæ Viennensis (*a*).

—

PROLOGUS.

α'. Ἐμοὶ δὲ, πολλῶν τὰ σὰ θαυμαζόντων, ὦ Μυροβλύτις, καὶ τοῦτο μὲν τὰ εἰκότα ἀποδιδόντων καὶ ἅπαντος μᾶλλον προσῆκε, τοῦτο δὲ καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐντεῦθεν κοσμούντων, ἀτὰρ ὑπὲρ σοῦ λόγος καὶ τοῖς λέγουσιν ἐν καιρῷ· εἰκός γε ἐδόκει, μὴ (*b*) μόνον ἐμὲ τῶν περὶ λόγους ἐχόντων σῶν σῶν χαρίτων ἀτέλεστον φανῆναι, ἀλλὰ τοῖς σοῖς ἐγκωμίοις ἐπιβαλόντα κοσμῆσαι μὲν ἐμαυτὸν, κοσμῆσαι δὲ καὶ λόγους αὐτούς· ἅμα δὲ καὶ οἷς πολλάκις εὐπεποίηκας ἐκ πολλῶν ὑπάρξας εἷς, μισθὸν (*c*) χαρίτων καὶ παντοδαπὸν χρέος οἷς ἔνεστιν ἀποδοῦναι. Ὁ μὲν οὖν παρὼν ἡμῖν ἀγὼν ὑπὲρ τούτων· ἐργώδη δὲ ὄντα καὶ χαλεπὸν διενέγκαι τίς ἀγνοεῖ; ἀλλὰ μάλιστα μὲν οὐ χρὴ δεδιέναι· τῆς μεγάλης οὐ μόνον μεγαλοψυχίαν κεχρημένης περὶ τοὺς λόγους, εἴ τις ἐλάττων γίνοιτο τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ τούτους εὖ μάλα συναιρομένης. Ἔπειτα εἰ καὶ πάντας τοὺς εἰπόντας ἑώρων, ἢ μηδὲν ἐλλείποντας τῶν γινομένων, ἢ τοῦτο γοῦν σπουδὴν ποιουμένους ὅπως ἂν ἐφίκοιντο· ἦν ἄν τι προὔργου, καὶ ἡμᾶς ἢ τὸ προσῆκον ἐν τοῖς λόγοις διώκειν, ἢ μὴ τοῦτο ποιοῦντας; ἡσυχίαν ἄγειν. Ἐπεὶ δ' οὐχ ὅσον ἐκείνοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν (*d*) ἁπλῶς τοῖς ἐν λόγοις ζῶσιν, ἐπιβαλοῦσι τοῖς ὑπὲρ τῆς Μυροβλύτιδος λόγοις, οὐκ ἂν ἐπέλθοι, μὴ μόνον οὐδὲν εἰπεῖν ἐγγὺς τῶν πραγμάτων, ἀλλ' οὐδ' ἐλπίσαι· περίεργον ἂν εἴη, μόνον ἐμὲ τῶν εἰπόντων ταῦτα περιεργάζεσθαι

1. Multis tua decora admirantibus, o Unguentiflua, et hinc quidem quæ maxime congrua rationi sunt atque in primis necessaria tibi reddentibus, inde vero seipsos hoc dum faciunt exornantibus, præcipue quando sermonem de te opportune instituunt; æquum mihi quoque videbatur, ne solus exsors apparerem tuarum gratiarum, eloquentiam omnem vincentium; sed et ipse tua ingressus encomia, meque et orationem meam iisdem exornarem; simul etiam, ut qui unus sum ex multis tuo sæpe beneficio fruitis, quam possum debitæ gratitudinis partem tibi exsolverem. In his igitur præsens nobis labor consistit: quem quidem gravem atque difficilem portatu esse quis non videt? nihil tamen formidandum est; quandoquidem magna hæc Sancta non solum magnanimitatem in dicendo præstare solet, si quis forte pertractandis rebus inferior fuerit, sed etiam per ipsas illas quam maxime auxiliari. Deinde licet videam omnes qui de illa disseruerunt, vel nihil prætermisisse eorum quæ gesta sunt, vel saltem in eo studium magnum posuisse ut ipsa assequerentur: operæ tamen pretium fuit, me quoque vel similem dicendo utilitatem sectari, vel saltem non omnino manere otiosum. Quoniam vero non solum illis, sed omnibus omnino oratoriam artem profitentibus, si sermonem

(*a*) Perplexam omnino oportet fuisse scripturam, vel mendosam admodum, unde tam imperfectum ad nos venit ecgraphum, ut pluribus locis conjectura opus fuerit ad versionem qualemcunque producendam: quod hic præfandum fuit, si quis forte in meliorem codicem incidat, unde hic edita emendari certius possint, quam per eam, qua non libenter utimur, conjectandi licentiam.

(*b*) Deerat in ecgrapho Viennensi negatio μὴ, quam addendam judicavi.

(*c*) Ecgraphum μᾶς τῶν.

(*d*) Idem παῦσιν.

de Unguentiflua hac instituere aggrediantur, necessario usuvenit, ut non modo non dicant quidquam quod ad rerum ipsarum accedat magnitudinem, sed nec dicturos se sperent; absurdum omnino fuerit, solum me ex omnibus qui hæc tractarunt, sollicitiorem esse circa illa omnia, si post illos me quoque sermo deficiat, nec possim tot certaminibus respondere.

παρὰ πάντα δὲ ταῦτα εἰ μετὰ τούτων δεήσει τῶν λογισμῶν, ἢ ἁπαντᾷν εἰς τοσούσδε τοὺς ἀγῶνας.

2. Equidem non ignoro quod oratoribus omnibus lex hæc sit posita, ut aut eloquentiam parem argumento afferant, aut silentium teneant; et quod res laudibus humanis majores omnemque comparationem transcendentes a seipsis habeant ut sibi congrua nunquam consequantur encomia, non ex insufficientia laudatoris; ideoque contingit illis veluti ænigma quoddam, ut propter quæ necesse est eas præ aliis admirari, propter eadem nullus ipsas dicendo tractet. Attamen veræ rationi magis congruum esse censeo, ut volentes de talibus rebus agere, quibus omnis sermo succumbat necesse est, serio profiteantur, scire se talia aggressos minime parem afferre dictionis excellentiam, nec indignari tamquam invidos eorum quæ sunt laudanda magnitudini, cum nihil præter suam opinionem accidat, siquidem non se, sed ipsas res voluerint prædicare. Imo vero potius convenit ea tractanda suscipere, quorum hoc ipso clarius elucescet dignitas, quod iis inferior nostra sit oratio. Quod si de omnibus istiusmodi rebus hæc necesse est dicere; manum mihi, sicut in aliis omnibus, hic quoque porrigat Theodora, neque permittat sermones multum inferiores videri iis, quos alii de ipsa protulere; quamvis omnino oporteat illos superari ab iis, quibus ipsa cumulata est, gratiis.

β'. Καὶ οὗτος ἀεὶ τοῖς λέγουσι κείσεται νόμος, ἢ παρέχεσθαι τὴν γλῶτταν τῶν ὑποθέσεων ἀξίαν (*e*), ἢ σιωπᾷν· τάχε μείζω τῶν ἐπαίνων καὶ πᾶσαν ἀντεξέτασιν ὑπερβάντα, ἐντεῦθεν οὐ τῶν εἰκότων τεύξονται, τοῦ ἐπαινοῦντος ἀποχρώντως οὐκ ὄντος· καὶ συμβήσεται καθάπερ αἴνιγμα τοῖς πράγμασιν· ἀνθ' ὧν γὰρ ἀνάγκη θαυμάζεσθαι τῶν ἄλλων διαφερόντως, ἀντὶ τούτων οὐδεὶς περὶ αὐτῶν ἐρεῖ· ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο λέγω παντὸς μᾶλλον ἀληθείας μετέχων, ὡς ἄρα οἷς ὑπὲρ τῶν πραγμάτων ἐστὶ, τὸ πάντας τοὺς ὑπὲρ τούτων λόγους κάτω πεσεῖν, ἀνάγκη πᾶσα τούτους, λέγειν ὡς ἀληθῶς, ὑπὲρ τούτων ἐπιχειροῦντας, καὶ συνήδεσθαι τῆς ἀξίας ἀποτυγχάνοντας, μὴ ὅτι γε δυσχεραίνειν τῷ μεγέθει τῶν ἐπαινομένων ὥσπερ φθονοῦντας· τὰ γὰρ παρὰ τῆς γνώμης συμπίπτει, εἴπερ οὐχ ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν πραγμάτων ὁ λόγος αὐτοῖς. Εἰ γὰρ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐκείνοις ἐγχειρεῖν μάλιστα τῶν ἄλλων προσήκει, ἅπερ ἂν ἡττωμένοις τοῖς λόγοις ἐξελέγξῃ φανερῶς. Ἐπεὶ δὲ οὕτω ταῦτα καὶ λέγειν διὰ πάντων ἀνάγκη, Θεοδώρα μὲν, καθάπερ ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις, οὕτως ἡμῖν κάνταῦθα χεῖρα ὀρέξοι, καὶ οὐκ ἐάσοι τοὺς λόγους ἥττους πολλῷ φανῆναι τῶν ἄλλων περὶ αὐτῆς εἰρημένων, κἂν εἰ τῶν· αὐτῆς ἡττηθῆναι πᾶσα ἀνάγκη.

CAPUT I.

Patria, natales, conjugium S. Theodoræ.

3. Juxta normam, laudationem aggredientibus tenendam, convenit ante omnia meminisse patriæ, ut inde nimirum exorsis, aptus deinde sit ad cætera progressus. Est igitur illa, earum quæ sunt in Græcia insularum (1) caput: nam magnitudine quidem, pulchritudine ac situ cæteras (2) omnes circumjectas exsuperat, et usque adeo mediocritatem excedit, ut videantur aliæ (tanquam nec conferri quidem cum Ægina valentes) eidem hilariter primas concedere: aeris vero annique temperie, et quæ hinc provenit commoditate, tanta fruitur, ut sola censeri possit tum omnis circa hæc felicitatis promptuarium esse, tum suppeditare cæteris unde ipsam habeant cum multa abundantia; quo fit ut urbes (3) in ea sint plurimæ. Si vero his amplius

γ'. Ἡμῖν δὲ, (κατὰ) νόμον πᾶσι κείμενον τοῖς ἐγκωμιάζειν ἐπιχειροῦσι, πατρίδος πρῶτα μνησθῆναι εἰκὸς ἂν εἴη, δήπουθεν ἐκεῖθεν ἀρξαμένοις, ἔπειτ' ἀκολούθως ἐπὶ τἄλλα προβαίνειν. Ἔστι τοίνυν αὕτη νῆσος ἧττων ἐν Ἑλλάδι κεφάλαιον, ὡς εἶνεκα μὲν μεγέθους καὶ κάλλους καὶ θέσεως μείζω καθάπαξ τῶν προσοίκων ἀναφανῆναι, καὶ οὕτω μεγίστῳ παραλλάττειν τῷ μέσῳ, ὡς καὶ δοκεῖν πάσας τὰς νήσους, ὥσπερ οὐκ ἀντείρειν ἐχούσας Αἰγίνῃ, μεθ' ἡδονῆς τῶν πρεσβείων παραχωρεῖν· ὡρῶν δὲ καὶ ἀέρων καὶ τοῦ κατ' ἀμφότερα γινομένου οὕτω τετυχηκέναι λαμπρῶς, ὥστε μόνην ταύτην δοκεῖν καὶ τῆς περὶ πάντα ταῦτα συμπάσης εὐδαιμονίας ὡσπερεὶ (*g*) πρυτανεῖον εἶναι ταῖς ἄλλαις, καὶ χορηγεῖν ἔχειν ἐντεῦθεν μετὰ πολλοῦ τοῦ περιόντος, δι' ὧν αἱ πόλεις

(*e*) Idem ἀνξίαν.

(*f*) Malim sic Latine legi: Sed res ..... a seipsis habent.

(*g*) Prytaneum proprie fuit locus urbis Atheniensis, ubi victus de publico præbebatur; unde hic pro promptuario publico usurpari videtur: sunt qui dici putent quasi πύρου ταμεῖον, quæ si non est vera etymologia, congrua est ad nomen allusio.

(1) Medium fere tenet Ægina ejus pelagi quod Atticam ab Achaia dividit, stadiorum circiter 50 in circuitu, de maris imperio olim contendere ausa: in sinus Saronici veluti umbelico.

(2) Versus Isthmum, Salamis, Pharmacusæ duæ, Atalanta et aliæ minores quædam: Belbina, in Æginam et littus Atticum; versus Archipelagum vero pleno mari, nullæ; sed circa utrumque littus, et ab Ægina remotiores, variæ.

(3) Nominantur in ea ipsa Ægina, insulæ nomen faciens, quod in *Engiam* vertit hodiernus usus: *Aphææ fanum, Jovis Panhellenii mons.*

ἀμείνους. Εἰ δὲ καὶ μεῖζον ὅτου τις ἂν εἴποι πρὸς A
ὀόξαν, καὶ τὸ κατὰ τοὺς πολίτας εὖ ἔχον κάντεῦθεν
μάλιστα πάσαις τὸ νικᾷν περιγίνεται, καὶ οὕτω τὸ
κατ' αὐτὴν δείκνυται προῦχον· ὅτῳ γὰρ πᾶσι τοῖς
ἄλλοις περιττῶς φιλοτιμουμένη, καὶ κατὰ πασῶν τὸ
κράτος ἔχουσα, καὶ τὴν νικῶσαν ἐν ἅπασι φερομένη,
μείζων εἰς δόξαν ἡ θαυμαστὴ τῶν οἰκούντων ἐπιτυ-
χία, καὶ τὸ διὰ πάντων ἐλθοῦσα, ὡς μηδενὸς ἐνδεῖν
ὧν γε πόλεσι μάλιστα δεῖ καὶ τοὺς πολίτας καταλλή-
λους κεκτῆσθαι· οὕτω γὰρ χρηστότητι τρόπων καὶ
ἠθῶν εὐκοσμίᾳ, καὶ πᾶσιν οἷς ἀνθρώπῳ πρὸς τρόπου
πάντας νικῶσιν ὡς ἐπιεικῶς τῇ πατρίδι προσήκοντας
καὶ τοῖς ἐκεῖθεν ἐπαίνοις ὡς οἰκείοις σεμνυνομένους,
οὕτως αὐτῇ συναύξειν εὖ μάλιστα τὰς εὐφημίας, ὡς
ἑκατέρου; ἀλλήλοις κοσμεῖν, καὶ δι' ἀλλήλων ἑκατέ- B
ρους εὐδαιμονεῖν.

aliquid addi possit ad gloriam, inde etiam accedit haud parum, quod optima incolarum complexione cunctis vel maxime sit superior, et ejus hac in parte prærogativa palam demonstretur. Id enim unde præ aliis singulariter gloriatur, tanquam imperium in omnes habens et primas in cunctis ferens, quodque revera est ad commendationem maximum, est prosperitas incolarum admirabilis et omnibus numeris tam absoluta, ut nihil eorum indigeat, quæ præcipue urbibus sunt necessaria, et cives inter se quamoptime habeat convenientes. Nam bonitate indolis morumque ornatu, et quibuscunque homini opus est ad vitæ honestatem, superant reliquos, veluti qui suæ patriæ apte congruant, et sicut illius laudibus tanquam propriis decorantur, sic ipsi commendationis addant plurimum, mutuoque se ornent et mutuam impleant felicitatem.

δ'. Τούτων δὲ τὸ μέγιστον μέρος οἱ θαυμαστοὶ τῆς μεγάλης πρόγονοι, καὶ οἱ αἴτιοι γεγονότες αὐτῇ τῆς εἰς τὸν βίον πρόοδου· τοσοῦτον γὰρ καὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ καὶ τῷ τοῦ γένους εὖ ἔχειν καὶ τρόποις χρηστοῖς καὶ τῷ Θεῷ φιλεῖς εἶναι, καὶ πᾶσιν ὡς εἰπεῖν τοῖς βελτίστοις παρὰ τῶν πολιτῶν τὸ συγχεχωρηκὸς ἔσχον, ὅσον οὗτοι καὶ τούτοις καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις τῶν ἄλλων ἐκράτησαν. Τίς οὐκ οἶδεν Ἀντώνιον, ὃς εἰς τοὺς ἱεράσθαι λαχόντας τελέσας, καὶ πάντας ἐν πᾶσιν ὑπερνικήσας, ἔδειξεν ἐναργῶς ὁποῖον εἶναι χρὴ κἀν τοῖς ἔργοις τὸν τοιαύτην ἐσχηκότα πρόσρησιν· ὃς γε τῶν αἱρετιζόντων ἐπικειμέ- C
νων καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἀχλύος ἐπισκοτούσης τῇ Ἐκκλησίᾳ, μόνος τῶν πάντων, ὥσπερ ἀετὸς ἐν νεφέλαις, τοῦ κλύδωνος ὑπερσχὼν, ἀνώτερος ὤφθη τῶν ἐκεῖθεν διαύλων; Καὶ μὲν καὶ Χρυσάνθην τίς οὐκ ἂν ἀγάσαιτο, οὐκ εὐσεβείας εἵνεκα μόνον καὶ ἧς εἶχε περὶ ταύτην σπουδῆς, ὥστε τοῦτο μὲν αὐτῇ πάντα παθεῖν ἔσχειν ἑτοίμως ἢ ταύτης καὶ μικρὸν ἀποστῆναι, τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὥσπερ τις κοινὸς μελεδωνὸς εὐσεβείας, καθίστασθαι, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν τρόπων μουσικῆς καὶ κατ' ἀρετὴν ἐργασίας· ἐξ ὧν γε προσήκειν εἶχεν Ἀντωνίῳ, καὶ τῆς μεγάλης ταυτησὶ συζυγίας ἀξιόχρεως εἶναι.

4. Horum autem pars non minima magnæ hujus sanctæ fuere admirandi parentes, per quos ingressum ipsa in hanc vitam habuit: adeo enim inter cives omnes excelluerunt opibus, gloria, claritate generis, morum præstantia, Dei dilectione, et rebus quibuscunque (ut verbo uno absolvam) optimis, quantum illi et his quæ dixi, et aliis bonis cunctis antestabant cæteris. Quis Antonium ignorat inter sacerdotes ordinatum, et ante cunctos in rebus omnibus ordini suo congruis excellentem? qui reipsa demonstrans qualem operibus esse oporteat ejusmodi sortitum vocationem, cum satores hæreseon Ecclesiæ incumberent, eamque offusa caligine obtenebrarent, tanquam aquila nubes procellosas transcendens, eorum concertationibus solus apparuit altior. Chrysantham porro quis non admiratur? Non tantum propter religionem ipsius, et tam insigne erga eamdem studium, ut ipsa quidem levius duceret omnia perpeti quam ab ea vel tantillum recedere, aliis vero tanquam communis curatrix pietatis præsideret; sed etiam propter compositionem suavissimam morum, et virtutum omnigenarum exercitationem, quarum causa merebatur frui Antonio, et magnæ hujus conjunctionis digna videri.

ε'. Οὕτω δὲ ἔχουσι, καὶ οὕτω πάντα τὰ βέλτιστα συνελοῦσι, τὸ πάντων μέγιστον καὶ οἱονεὶ κολοφὼν, καὶ μάλιστα πάντων ὧν εἶχον ἐκείνους κοσμοῦν, ἡ μεγάλη καὶ θαυμαστὴ Θεοδώρα, τεκμήριον ἐναργὲς ἀναφανεῖσα σφίσι θεόθεν τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτοὺς εὖ διακειμένου (h) καὶ ἔλεω, ὥσπερ ἐντεῦθεν ἐπιεικῶς ἐπιδειξαμένου, ὅσου τινὸς ἄγει τἀκείνων, καὶ ὡς ἀντ' ἄλλου τινὸς ἢ πρὸ παντὸς ἄλλου γέρως δέδωκέ σφισι τὴν παῖδα, ἐπὶ τοσοῦτον ἥκουσι καλοκαγαθίας καὶ τοῦ διὰ πάντων ἐλάσαι. Οὕτω διὰ γυναικῶν βελτίστη, διὰ πάντων τυγχάνει, καὶ πάντα καταλλήλως ἔσχης σαυτῇ, τήν τε πατρίδα, τούς τε τοκέας, ἵνα σοι πανταχόθεν εἴη τὸ εὐδαιμον καὶ διὰ πάντων νικῴης. Εἰ δὲ καὶ τούτων οὐ μόνον ἀξιόχρεως ἀνεφάνης αὐτῇ, D

essentiam dicit, illud quidem vitam, istud vero essentiæ virtutem, et aliunde scientiam sapientemque Dei potentiam, sive alia quæque Dei attributa proferens, per inæquales gradus Divinitatem recenset, promiscuum deorum genus, ut supra dixi, partitum, non partitum, opus, operarium, visibile, invisibile, ac deinde concurrentes etiam fundatores, attenuatorum quoque numero magni Dei præstantiorem naturam præbet, et hæc orbemque totum partim, præstantiora insuper Dei opera (heu, lamentabilis error!) in tot et tantos abyssos gurgitesque demersit! virum se natura haud imbecillem putans, seque jam supra modum extollens, D majora de se sentiens, quæ ex ipso patent, nec intra regulas inclusus manens, quibus, Dei placitis omnes diriguntur. Sic mentis error extra modos cogitare, ac Nosce teipsum non amplius corde recogitare, unde, per infinitam malorum seriem delapsus, se nec creatum, nec initium habentem dicit, quod sane soli superspirituales auderent. Ipse vero Palama vir mortalis quidem, tametsi nolit, impii erroris particeps effectus, quo miserandam hanc terram late premit, si quidem inferiores personas ex emanatione, minime vero ex substantia, procedere dicit, quas tamen essentiales Dei partes confitetur, tametsi harum substantiam sensibilem ducat, ipsisque supremæ naturæ virtutem minime tribuat. Hic vero, ipse seipsum aperte talem prædicans, increatum quidem ac veluti primam hominis sementem; et noctis fons, et mortis opus naturæ, et triste pabulum temporis edacis dentibus videtur, etsi immortalitatis donum sortitus sit, etsi superbire audeat mox dissolvendus, ultima vocante tuba. Quis talia dicens recte sapere videatur? Nonne ita hæc? Quare non ita? Quomodo? Ita cunctorum malorum in profundum devenit; imo, se non peccare putans ac dicens, Deum a se adorari minime indigere, tonitrua voce clamitare ausus est. Attamen divinis inspiratorum hominum sermonibus humiles spiritu madidos dicit, et horum etiam participes fieri, minime vero eodem modo quo primam naturam participem dicunt; ea enim minime particeps quoad humiles partes. Sin autem gratiarum dona generata dicunt, minime vero increatam Deitatem. Quare? Immota namque permanet non generata Deitas. Quo enim moveretur? Ubinam absit? Loquere. Non eadem sane dignitate præstat homo, qua creator ac omnium fundatrix potentia, etsi Palamæ scelestissimus error, rabiei impar illud asserere non erubuerit. Increatum enim lumen non tantum se cernere dicit, sed etiam ipsum esse et Deum juxta creaturam; si aliunde procedere, infraque defluere dicunt Dei verbum, supremum Dominum, sive virtutis spiri-

Καὶ πάντ' ἐνεργεῖν, ὡς μεθεκτὰς τοῖς κάτω
Ἔθηκε θειότητας ἐν πλήθει λέγων,
Ἴσας κατ' οὐδὲν τῇ παναιτίῳ φύσει,
Ἀπειράκις δ' ἄπειρον ἠλαττωμένας,
Τοῖς κτίσμασι δὲ συντεταγμένας κάτω.
(Οὕτω γὰρ οὖν ὕπεστιν ἔργον ἐργάτῃ,
Καὶ ῥεῖ παρ' ἡμᾶς οὐ ῥυτῆς ἐξουσίας.
Οὐ γὰρ παρεῖναι πανταχοῦ τὸν ἡρμένον,
Ὃς πάντα πληροῦν μαρτυρεῖ κατ' οὐσίαν.
Οὐδ' ἐγκατοικεῖν τοῖς θεουμένοις ὅλον,
Θεὸν θεοῖς ἄκτιστον, ἀλλ' ἐκτισμένοις.
Ἀλλ' ἀντ' ἐκείνου τοὺς ὑφειμένους ὄχλους
Θεοῖς ἀνάρχοις ἔργα τοῦ πρωτεργάτου.)
Οὕτω δὲ παμπόνηρόν ἐστιν ἡ πλάνη,
Ὡς ταῦτα κηρύττουσα λαμπρῶς ἐν λόγοις,
Καὶ πᾶσιν ἐξάγιστος ἐκφωνουμένη,
Δίκας τε δὴ τίσασα λαμπράς, οἷς ἔδει,
Τομὴν ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀγνῆς Ἐκκλησίας,
Εἰς ἣνπερ ἠσέβησε δογμάτων ὕβρει,
Σπουδαστικῶς ἔσχηκε τοῦ λεληθέναι,
Ὑπουλον ὡς νόσημα, καὶ χαμαιλέων.
Οὐκοῦν ὅταν μὲν τὰς ἀλωσίμους ἴδῃ,
Ἧττον καλύπτει τὴν πολύπλοκον πλάνην
Ὅταν δὲ τοὺς εἰδῆσιν ἠκριβωμένους,
Οὐδ' εὐαλώτους τοῖς προκειμένοις βρόχοις,
Μάλιστα κρύπτειν μηχανᾶται τὴν πλάνην,
Ἀρνούμενος μὲν τὰς προδήλους αἱρέσεις,
Ὧν θ' οἱ λόγοι γέμουσιν αὐτῶν ῥημάτων,
Κύκλους δὲ πάντας, καὶ περιδρόμους ὅλους
Στρέφων, ἑλαύνων πρὸς τὸν αὐτόν γε βρόχον.

A Καὶ γὰρ τελευτᾷ πρὸς θεῶν δῆμον πάλιν,
Καὶ πάντα τὰ πρὶν, ὡς ἔφην, εἰρημένα·
Μᾶλλον δὲ τῷ πρὶν δυσσεβεῖ τῶν δογμάτων
Ἀεὶ κακῷ πέφηνε χεῖρον συμπλέκων.
Ἅπαξ γὰρ εἴ τις ἐμπεσεῖταί που πλάνης,
Οὗς φαῦλος νοῦς ἔφυσεν ἐξ οἰδημάτων,
Ὥσπερ βαράθροις οὐκ ἐπισκοπουμένοις,
Τῷ τῶν ἁπάντων ἀκριβῶς ἐπισκόπῳ,
Οὐκ ἔστιν αὐτῷ τἀσφαλοῦς ἧφθαι πάλιν.
Οὐκ οὐσίας γὰρ, ἀλλ' ἐνεργείας λέγων,
Τὸ πλῆθος αὐτοῦ τῶν ὑφειμένων θεῶν,
Ἡ θειοτήτων· οὐ γὰρ ἧττον ἡ πλάνη,
Χάριν τε, καὶ φῶς. καὶ χαρισμάτων γένη,
Γνῶσιν Θεοῦ, μόρφωσιν, ἰσχὺν, ὡς ἔφην,
Ἧττον νομίζει δυσσεβεῖν ὁ γεννάδας,
B Πάλιν συνιστὰς πλῆθος, ὡς προὔφην ἄνω,
Ἑλληνικῶν τοι δεισιδαιμονημάτων.
Δέον γὰρ εἰς ἓν τἀγαθὸν μόνον βλέπειν,
Τριλαμπὲς, ἁπλοῦν, οὐ μεριστὸν, οὐ μίγμα,
Οὐδὲ σταθμητὸν, οὐ μετρητὸν βαθμίσιν,
Οὔτ' ἔνδον, οὔτ' ἔξωθεν ἐξηρτημένον,
Ἀνωμάλων ἄθροισμα τμημάτων πέριξ,
Οὐ θειοτήτων, οὐ θεῶν, οὐ συνδρόμων.
Οὐκ οὐσιωδῶν, οὐκ ἀνουσίων ὄχλον,
Οὐδ' ὠντινοῦν, ὡς ἅπαν εἰπεῖν ἔπος,
Ὥσπερ πεπαιδεύκασιν ἡμᾶς οἱ πάλαι
Ἄνδρες θεωροὶ τῶν ἀληθῶν δογμάτων·
Ὁ δ' εἰς ἐναντίωσιν ἐξηνεγμένος
Τούτων ὁρᾶται, καὶ σαφεστάτην μάχην,
C Μερισμὸν εἰς ἄτμητον εἰσάγων φύσιν,

tum, nec omnino recte nec stricte loquuntur, sed ex quadam apud nos consuetudine, qua sapientissime, cunctis nostris et aliunde creatis rebus, non creata etiam sermone componere solent. Si quidem, de hac suprema majestate nullo alio modo rite dicere valeamus : ita, omnino specie, tactu, aspectu, sermonisque doctrina, eam carere dicunt sapientes, mysteria de ea tractantes ; ac tamen eam undique sermonibus non ex parte tantum, sed totam, ubique præesse fatentur. Adeo nobis miranda Dei natura supra mentem, et cogitationes, et sermonem elata, magis silentio quam voce colitur. Quod si eam quis scrutari videatur, intelligi nequit, hujus enim scientia ignorantiæ cumulus, si intuitivam D Dei visionem aliquis scrutari conaretur ; nullum enim omnino vestigium præbet, quo eam scrutetur, qui scrutari volverit. Ille vero nunc novus imperitus, que divinorum interpres, ex ipsa ipsam cognosci dicit, videlicet ex ejus substantialibus, quod superbe vociferatur ; quæ vero ad ipsam spectant, cum mihi talia dicas, illa nobilia dicis, voceque confiteris, ista vero defluere riteque procedere, et cuncta agere, veluti mortalium participem deitatem statuisti, in vulgum spargens eam naturæ primariæ minime æqualem, multis etiam modis errori obnoxiam, creaturis vero infra commistam. Ita ergo opus operanti subjacet, atque apud nos ex potestate non subjecta procedit Non enim ubique præesse creatum, quod cuncta adimplere testatur secundum substantiam, nec cohabitare cum contemplantibus omnia, Deum non a Deis creatum, sed a creaturis, sed ejus loco submissas turbas diis æternis opera primi operantis. Adeo vero infandus ejus est error, ut hæc clare in sermonibus spargere, et scelesta quæque palam profiteri non erubuerit : justas autem, ut decebat, sceleris pœnas dedit, separationem dico ab ipsa impolluta Ecclesia, quam impiis dogmatibus tam indigne laceravit. Omni ope tamen errores celare studens, fallax veluti species, sive cameleonis arte, si viros deceptu faciles ipsi obviam occurrunt, callidum errorem minus velatum præbet, secus vero, si scientiæ peritiores adsint, qui paratis insidiis haud facile capiuntur, errorem tunc omnino velare conatur. Apertam sane hæresim palam non confitetur, etsi singulæ fere sermonis voces eam redoleant, at nonnisi cunctis sinibus, cunctisque recessibus perlustratis, deceptos in ipsas insidias demergit. Ad deorum pluralitatem igitur concludit, et ad cuncta prius relata, veluti dixi, imo vero, impiis dogmatibus supra emissis, tametsi infandis, pejora adhuc admiscere videtur. Cum aliquis enim errorem semel amplexus est, quo scelestæ mentis est superbia delapsus, veluti per inexploratos abyssos, omnium etiam exploratorum peritissimo abreptus, ipse se vinculis eruere non amplius valet ; etenim non jam substantias, sed

Καὶ συντιθεὶς πρόδηλα τὴν ἁπλουστάτην
Ἢ κτισμάτων ἔξωθεν ἀνειλημμένος,
Ἢ μᾶλλον ἄμφω ῥᾳδιουργῶν εἰσάπαξ,
Τὸ πλῆθος εἰσήνεγκε τῶν σεβασμάτων,
Ὑψιστικῶς Ἕλληνας ἐξαίρων πάλιν,
Ἄνω τὰ τῇδε, καὶ τὸ πᾶν ὕψος κάτω,
Ἄκτιστα ταῦτα, καὶ τὸ μὴ κτίσμα κτίσμα,
Καὶ δυσσεβεῖ πᾶς, φησὶν, ὃς ταῦτ' οὐ σέβει.
Οὐ δυσσεβεῖν μόνῳ δὲ τῷ λόγῳ λέγων,
Ἀρκεῖν νομίζει πρὸς τὸ τῆς μάχης κράτος·
Ἀλλ' ὥσπερ ὅπλοις καὶ ξιφῶν ἀκμαῖς ὅλαις
Δέον τελεῖσθαι τὰς ὑπὲρ τούτων κρίσεις.
Ὀχνῶ δ' ἀριθμεῖν τὰς ἀμυθήτους ὕδρεις.
Οὕτω συνεκρότησε δεινῶς τὴν μάχην
Πρὸς τοὺς ἀπειθεῖς τοῖς θεοῖς τῆς Ἑλλάδος
Οὕτως ἀναρχός ἐστι καὶ πάντων ἄνω,
Καὶ τὴν ἀνεικόνιστον ἀξίαν βλέπει
Αὐταῖς ἀληθῶς ταῖς ἀφαῖς τῶν ὀμμάτων.
Ὅθεν τὸν ὄχλον εἶδε τῶν σεβασμάτων
Ἐν τῇ ταπεινῇ τῶν ὑφειμένων βάσει.
Ὧν εἰς τὸ πλῆθος, ὡς δοκεῖ, βλέψας ὅδε,
Ἑνὸς κατεφρόνησε τοῦ πάντων κράτους.
Ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸν ὠφελήσει τὸ στέφος.
Ὅταν περ οἰκτρῶς ἐκ μιᾶς θεαρχίας
Τρισὶ μοναπλῶς συγκαταθλᾶται λίθοις,
Πρὸς κέντρα δὲ γνῷ τραυματουργὰ λακτίσας,
Καὶ κτιστὸν οὐκ ἄκτιστον αὐτὸν μανθάνῃ,

A Λαμπρὰν καθ' αὐτοῦ ψῆφον αὐτὸς ἐκφέρων,
Εἰς τὴν ἁπάντων ἐξηρνημένην φύσιν,
Ἧς πάντα δοῦλα, καὶ τὰ κρείττω βλεμμάτων,
Καὶ νοῦ πρὸς ἀκρίβειαν ἐπτερωμένου,
Ἀφεὶς κάτω πέπτωκεν ἐκ φαντασμάτων;
Εἰς νοῦ ματαιότητας εἰς ἔργων σέβας,
Ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, εἰς ἀνουσίων σέβας,
Τουτέστιν ἁπλῶς οὐδαμῶς Θεοῦ σέβας.
Οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν τῶν ἀνουσίων σέβας,
Ὅπουπερ οὐδὲ τῶν ὀφειμένων ὅλως,
Τῆς παντανάσσης καὶ τριπλῆς ἐναρχίας
Τελοῦμεν οὐδὲν δουλικόν τινι τρόπον
Πλὴν γ' ὡς ἐλάττους τὰς ὑπερτέρας φύσεις,
Ἢ τάξεις, ἃς ἔδωκεν ἀνδράσιν πόνος,
Καὶ τῶν ἐς ἡμᾶς συστικῶν συνεργάτας,
B Τιμῶμεν ὡς ἔνθεσμον ἐν συμμετρίαις,
Ἀλλ' οὐκ ἀνάρχους ὡς θεοὺς, καὶ δεσπότας.
Ὦ πῶς τοσαύτην εἰσιὼν τόλμαν μόνος,
Ἥκιστα νοῦν εἴληφας ἃ πράττειν θέλεις!
Κατὰ θρόνου σὺ τοῦ θεοδμήτου στόμα,
Ἐφ' οὗπερ αὐτὸς ἐγκαθήμενος θρόνου,
Κρινεῖν ἀπειλεῖ τοὺς βεβλασφημηκότας,
Πασῶν ἀπαιτῶν τὴν ὑπερτάτην δίκην,
Σὺ τοὺς ὄρους, ἄνθρωπε, τοὺς αἰωνίους,
Κινεῖν ἐπῆρθης, οὓς Θεὸς πήξας ἔχει;
Σὺ τοῦ θεμέθλου τὴν βαθύῤῥιζον πέτραν,
Ὡς ἐκμοχλεύσων συγκινεῖς πάντας λίθους;

virtutes sermone dicens, attenuatorum deorum sive deitatum numerum in infinitum statuit: minor enim non relinquitur errori locus. Et gratiam, et lumen, et chrismatum dona, Dei scientiam, formas, virtutem, veluti dixi, iterum inter se promiscua præbens, inquam, minori impietate qua superstitiosi Græci, vir ille ingenuus sese laborare prædicat. Unum tamen et solum optimum confiteri necesse est, triplici luce splendens, simplex, indivisibile, non mistum, nec ponderatum, nec gradibus mensuratum, nec intra, nec extra partibus conflatum, veluti quædam inæqualium sectionum coagulatio circum, nec deitatum, nec deorum, nec æmulatorum, nec substantialium, nec insubstantialium turbam, nec aliorum omnium, ut cuncta paucis absolvam, veluti nos olim docuerunt inspirati homines, verorum dogmatum ministri. Ipse vero in adversum surgere, evidentissimamque pugnam committere videtur, indivisibilem naturam partiri non erubescens, simplicissimum etiam sub composito aperte præbens, vel illud extra creaturas collocare ausus est, sive potius, duplicem semel nequitiam agens, venerandorum numerum in infinitum auxit, ac sic iterum Græcis longius progressus, quæ infra sunt desuper, quæ vero desuper infra, increata hæc, non creata vero, creata prædicat, impieque se gerere, dicit, qui illa non veneratur, nec si illum voce tantum impie se gerere dixerit ad certaminis victoriam satis esse putabit, sed veluti armis sive omni gladiorum strepitu, de his litem absolvi oporteret. Jam vero infinitas ejus stultitias an-

C numerare horresco: adeo funeste pugnæ strepitum resonare ausus est apud ipsos Græciæ numinis incredulos; adeo cunctorum desuper se præpotentem præbet, dignitatemque omnino figura nudatam ipso oculorum tractu vere contemplari contendit. Unde, humilem inter hunc attenuatorum numerum, infinita venerandorum multitudine agnita, ipse, ut mihi videtur, turbam contemplatus, unum tantum, cæterorum omnium virtutem, sprevit. At corona illi sane minime proderit, cum miserandum in modum, una suprema potestas, triplici lapide miserabiliter frangitur, se adversus calcar calcitrare noscat, ac tandem se creatum, non vero increatum discat, ipse clarum in se testimonium præfert, erga præstantissimam omnium naturam, cui omnia subsunt, et oculorum perspicaciores, et ad sublimiora

D mente magis elati, ipse enim terrena respuens ex phantasiis in mentis vanitates, in operum ad orationem, sive, ut accuratius dicam, in insubstantialium adorationem delapsus est, quod sane unquam Dei adoratio fuit. Nihil enim, nihil insubstantialium adoratio, nihil pariter, omnino nihil attenuatorum ejus cultus; supremæ enim ac triplicis majestatis debitos honores, nemini tribuendos merito putamus, nisi, veluti inferiores, præstantes naturas, sive ordines, quos viri labore meruerunt, sive domum apud nos salutis operarios, merito veneremur, servatis tamen servandis, eos enim præpotentes veluti Deos et Dominos, non colimus. Cum autem tali superbia tu solus accensus, quæ agere cupis tam repente statueris, tunc, juxta thronum Deo ere-

Σὺ τοῦ φυτουργοῦ τὸν φραγμὸν τῆς ἀμπέλου,
Τίνος φυτουργοῦ, καὶ τίνος τῆς ἀμπέλου ;
Τίνα φραγμὸν δὲ, καὶ τίς αὐτὸς ὢν φράσον
Ἀνεπτερώθης ὡς διασπάσων ὅλως ;
Ὀκνηρὸν οὐδὲν ἐμπροσθὲν πρὸς τὸ θράσος
Εἰ καὶ γὰρ ἡμεῖς ἐκ γένους κτηνοτρόφου,
Καὶ χωρικῶς ἔχοντος ὡς κτηνοτρόφου,
Ὡς λοιδορῶν σὺ καὶ καθυβρίζων λέγεις,
Ἡμῶν ὁ λαμπρὸς τὰς ἀφορμὰς τοῦ γένους,
Ὃ καὶ τὸν εἰς Αἴγυπτον ἐκ Παλαιστίνης
Ἐλθόντα τιμῶν εὐπρεπῶς κτηνοτρόφον,
Οὐκ ἀλλὰ καὶ πρὶν Ἀβραὰμ καὶ τὸν γόνον.
Ἀλλ' οὐδὲ Μωσῆς εὐκλεὴς κτήνη τρέφων,
Βόσκων, ἀμέλγων, ἐξάγων, καθειργνύων,
Καὶ πάνθ' ὁ ποιμὴν ἐκτελῶν τοῖς θρέμμασι
Δαυὶδ, Ἀμὼς τε σοὶ βδελυκτοὶ ποιμένες,
Ὡς οὐδὲ τοῖς Αἴγυπτον οἰκοῦσι πάλαι,
Οἱ ζῶντες ὡς ἦν χωρικῶς ἐκ θρεμμάτων.
Ταῦθ' ἡσυχαστὴς, καὶ παθῶν αὐτοκράτωρ,
Ὁ τῶν μεγίστων τοῦ Θεοῦ χαρισμάτων.
Τί ταῦτα φάσκων ἀγνοεῖν ἔοικά σε,
Ὁ τὴν ὑπὲρ νοῦν ἐμφανῶς δόξαν βλέπων ;
Τί δρῶ δὲ καὶ νῦν, ἀλλὰ μὴ λέγω τὸ πᾶν,
Ὡς ἂν φθονῶν σοι τοῦ Θεοῦ τῆς ἀξίας.
Ὁ μὴ γενητὸς, ὁ σπαρεὶς ὑπὲρ φύσιν,
Ἐξ οὗ φυγὼν γέννησιν εὑρέθης μόνος,
Ἢ μηδ' ὁπωσοῦν ἐκ σπορᾶς ὅλως ἔφυς ;
Ἢ πωποτοῦν ἄκτιστος εὑρέθης μόνος ;
Τοῦ γὰρ γενέσθαι μηδαμῶς φάσις τόδε.

A Πλὴν οὐδὲ τῶν σῶν εὐγενῶν οἶμαι σπόρων.
Ἢ μηδὲ τῆς σῆς δυστυχοῦς ἀκτισίας
Κινεῖν, διασπᾷν, εὐχερῶς ἀνατρέπειν
Τὸν θριγγὸν, ὃν χεὶρ ἡ παναλκὴς ἐν κύκλῳ
Ἔστησεν ἐξείργουσα θηρίων βλάβας,
Ἐκ τῶν ἐκλεκτῶν τοῦ Θεοῦ φυτευμάτων,
Ὃς ἃ προσάπτεις τῇ Θεοῦ φύσει μόνος,
Καὶ πάντας ἁπλῶς τοῦ Θεοῦ κινεῖς νόμους.
Ἐβουλόμην μὲν ἐμβαλεῖν εἰς εὐθύνας,
Ὡς ἄν με μηδεὶς τῶν κακῶν φύγῃ τόκων ·
Ἀλλ' οὐ γὰρ εὐχέρεια τοῦ πάντα γράφειν.
Καὶ γὰρ τὸ δεινὸν εἰς ἀπειρίαν τρέχει.
Φύσις γὰρ αὕτη τῷ κακῷ πάντως ἔφυ,
Ὃ μὴ φύσις πάρεστιν οὐσίας ἴχνος,
Συνεκτικόν γε τῆς κακῆς ἀπειρίας,
B Καὶ τμητικῆς μάλιστα τῶν ἡνωμένων.
Πρὸς ἓν τὸ τριττὸν τῆς θεαρχίας κράτος,
Εἰ γὰρ συνῆκτο, κἂν τέτακτο πρὸς λόγον
Τεταγμένον δὲ πᾶν πεφυκὸς τυγχάνει.
(Οὐκ ἔστι δ' οὐδὲν οὐ καλὸν φύσιν φέρον,
Ἄλλως τε καὶ πέφυκεν ἡ συνουσία
Ἰσχύς τις εἶναι τῶν ὅλων συνημμένων.
Ἀλλ' ἀδρανὲς πέφυκεν ἡ πονηρία,
Ἐπείπερ ἐστὶν οὐδαμῶς ἡνωμένον.
Οὕτω γὰρ οὕτως ἐστὶν ἐστερημένον,
Τῆς τοῦ καλοῦ τε κἀγαθοῦ μετουσίας.
Ἰσχὺς γὰρ εἴ τις τῷ κακῷ προσῆν ὅλως,
Αὐτῷ πρὸ παντὸς ἂν βοηθὸν εὑρέθη.)
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τῶν ἀναγκαίων πέρα.

C

ctum, juxta hunc thronum in quo ipse sedens, blasphematoribus pœnam, jam minaris, pœnam vero pœnarum omnium acerbissimam, tunc, inquam, vir mortalis, æternas leges, quas statuit Deus, mutare decrevisti ? Tunc fundamenti inconcussam petram, veluti vecte sublevando, cunctas lapides una movebis? Tu sepem vineæ cultoris, cujusnam vero cultoris, ac cujusnam vineæ ? Quamnam demum sepem, ac qualis ipse, veluti omnino avulsurus occurristi ? Responde mihi. Effrenatæ tandem tuæ audaciæ nihil obstare valet, si quidem nos ex genere pastorum gregis, ac rustice, veluti gregis pastores, nosmetipsos gerere injuriose ac ludibriter passim accusas, nobis vero claram originem tribuis, cum gregum pastorem ex Palæstina Ægyptum petentem digno honore prosequi didicimus : secus enim et Abraham et ejus posteri olim, secus Moyses clarus olim gregum pastor, armenta pascens, mulgens, deducens, sive ad stabula recludens, David, et Amos, gregibus omnia pastoris officia præbentes, fastidiosi pastores tibi videntur. Non ita visum est olim Ægypti incolis, qui gregum fructibus more agresti vescebantur, sic monachus, sic passionum Dominus, præstantissimum præstantiorum Dei donorum. Te vero illa dicente, in ignorantia sedere ac sane gloriam supra mentem prosequi mihi videris. Præsenti sermone aliquid sane egerim, etsi cuncta dicenda non dicam, etsi te Dei gloriæ invidere taceam, tu increatus, tu supra natu-

D ram sublatus, unde, generationis expers solus inveniris, sive nullo omnino genere ortus sis, sive aliquo modo increatus solus haberis. Illic enim de generatione nulla unquam vox habita est. Nihil quidem de clara tua origine, nihil de infelici tua generatione movere vel detrahere cogito, etsi munitionem istam perfacile eruere manus illa valeret, quæ prope stans, bestiarum morsus ab electis Dei plantis sæpius avertit. Tu solus Dei naturam aggredi ausus es ; tu solus cuncta Dei statuta omnino subvertis. Equidem rationem abs te poposcerim, namque prava omnia consilia aperte nosco ; mihi vero deest tempus, quo cuncta referam. Jamjam enim per infinitum ruina festinat. Natura enim ipsa omni malo infecta, heu! nullum jam substantiæ vestigium ipsa præbet, sed veluti quoddam totius nequitiæ commistum, quod imprimis ordinata quæque perturbat. In unum enim triplicem supremæ majestatis virtutem commiscuit, etsi ordines in ipsa ratione serventur, ac sic ordinata cuncta procreasse creJatur. Est enim, est sane bonum aliquod naturam procreans, secus, eam commistio produxit ; est aliqua totius ordinis virtus, secus, imbecillis nequitia produxit, nihil enim absque principio omnino ordinatum. Ita vero, ita honesti nec non boni coadunatione, omnia haud difficile componuntur. Quod si enim malo virtus quædam reipsa foret, in omnibus ipsi auxiliatrix saltem adesset. Et hæc quidem satis et ultra mihi videntur. Tu vero

Σὺ δ' ἐξελοῦ με τῆς Παλαμναίας πλάνης,
Κἀκεῖνον αὐτοῦ τῆς μεθ' αὑτοῦ, Χριστέ μου,
Τριὰς μονὰς πρόσου με σοῦ μόνης λάτρην,

de Palamæ errore educ me, Palamam ipsum, Christe mi, a nequitia erue. Trinitas in unitate salva

A Ἡ πᾶσα προσκύνησις ἐκ πάντων μόνῃ
Καὶ δόξα, καὶ λάτρευσις εἰς ἅπαν πρέπει

me, tui solius adoratorem : te solam omnis adoratio decet, et gloria, et adoratio in sæcula.

EX LEONIS ALLATII

DISSERTATIONE II

DE LIBRIS ECCLESIASTICIS GRÆCORUM.

Plura in hoc synodico notari poterant. Quia tamen omnia eo respiciunt, ut illius Ecclesiæ fautores contra Romanam Ecclesiam, tanquam viri probi, et orthodoxi omnibus Christi fidelibus, et laudandi, et imitandi proponantur, non est in illis recensendis diutius immorandum : eoque præcipue quod in hæc novem capita omnia referri possunt. Quare cætera prosequamur.

Sextus itaque error est, quem Philotheus patriarcha Constantinopolitanus, ut factionis suæ hominem laudando opinionibus quoque suis, ac hæresibus auctoritatem adderet, in Ecclesiam Græcorum intrusit. Ipse enim exemplo novo hominem hæreseon propugnatorem, propterea que accusatum etiam et condemnatum a plerisque, in Spiritum sanctum, ac Ecclesiam Latinam injurium, cum scriptis editis contra catholicos viros, illius ex Patre solo processionem defenderit, ut ex ejus ad Vecci inscriptiones confutationibus, quibus abunde satisfecit Bessario cardinalis, et aliis duabus Orationibus, quas ipse Ἀποδεικτικοὺς λόγους contra Latinos nuncupavit, Londini Græce publicatis, manifestum est, inter divos retulit, et ejus memoriam officio de novo conscripto, quod in Ecclesiis cani, quemadmodum et in aliorum sanctorum solemnitatibus voluit, celebravit, pag. 96 a. c. m. et ss. Palamæ vero laudes ita prosecutus est, ut jam Nazianzenus, Nyssenus, Basilius, Chrysostomus, Athanasius, cæteraque Ecclesiæ Græcæ culmina, quibus cum tantum scelus commiuit, nihil sint, nihil in Ecclesiæ utilitatem egerint. Pag. enim 96. et infra vocat eum θαυματουργὸν, miraculorum effectorem, θεολογίας σάλπιγγα, Theologiæ tubam, πυρίπνουν στόμα τῆς χάριτος ignem spirans os gratiæ, πνεύματος δοχεῖον, spiritus receptaculum, στῦλον τῆς Ἐκκλησίας ἀχράδαντον, columnam Ecclesiæ inconcussam, εὐσεβείας ὑπέρμαχον, καὶ ἀσεβείας ἀντίπαλον, pietatis propugnatorem, impietatis oppugnatorem, πίστεως προστάτην, fidei defensorem, μέγαν καθηγεμόνα καὶ διδάσκαλον, magnum ducem et magistrum, λύραν παναρμόνιον πνεύματος spiritus lyram omni harmoniarum genere compactam, πηγὴν βρύουσαν ἰαμάτων νάματα πιστοῖς fontem scaturientem sanitatum fluenta fidelibus, Ἐκκλησίας διδάσκαλον, Ecclesiæ magistrum, φωτὸς θείου κήρυκα, luminis divini buccinatorem, οὐρανομύστην τῆς Τριάδος, cœlestem Triadis mystem, φωστῆρα ὀρθοδοξίας, rectæ fidei splendorem, Ἐκκλησίας στήριγμα καὶ διδάσκαλον, Ecclesiæ fulcrum et magistrum, κήρυκα τῆς χάριτος, præconem gratiæ, στῦλον τῆς πίστεως, fidei columnam, καύχημα καὶ στήριγμα μέγιστον τῶν ὀρθοδόξων, gloriam et maximum orthodoxorum firmamentum, θεολόγον δεύτερον, Theologum secundum, τῶν διδασκάλων ἀκρότητα, Magistrorum apicem, θεολόγων τὸ στόμα, Theologorum os. Et quid non? omnia laudationis capita, quæ aliis Patribus divisim ab aliis tribuuntur, in hunc solum Philotheus iste congessit. Et ne videretur etiam divæ Virgini inferior, hymnum illi sacrum, et recitari solitum in officio Acathisti sic dicti, quod nunquam in eo sedeatur, ob reverentiam Deiparæ, cujus laudes pro beneficiis acceptis recitantur, pag. 158 b, c. 1, f. inde avulsum, et paucis immutatis, per parodiam, in hunc Palamam, non sine maxima temeritatis nota transvexit. Præterea in ejus Synaxario, ubi Palamæ vitam compendiose exsequitur, inter alia, dum ejus in hæresibus oppugnandis, ac fide catholica propaganda studium narrat, nihil aliud, nisi illius in Romanam Ecclesiam machinas, in Latinos odia, pro asserendis Græcorum erroribus, ac illis confirmandis, evertendis Latinorum veritatibus, et præcipue de processione Spiritus sancti ex Patre et Filio operam, etsi subdole nomina et circumstantias taceat, proponit pag. 98, per totam. Palamæ præterea, quæ ipse in Latinos de Spiritus sancti processionne effutiit, alias in Theologia hæreses et ineptias, easque quamplurimas ex ejus scriptis collectas late prosequitur libello de hac re edito Demetrius Cydonius. Quare hic plura referre supersedeo. Andreas etiam Colossensis Dialogo in Marci Ephesini epistolam, contra ritus Latinorum nonnullas hujusce Palamæ in unum collegit pravas et a fide catholica alienas sententias, quas hic trans-

cribam, quia liber non omnibus patet. « Præterea cum Patres tui te Ephesiis in præsulem præficere vellent, non prius pontificis dignitate ornaverunt, quam jurejurando pollicitus fueris, ut quæ Gregorius Palama in sua editione quam Tomon nominavit, edocet indubitata fide susciperes, ac defensares. Ille autem inter cæteras blasphemas differentias, quas essentiæ divinæ, et suis energiis fabricavit, has etiam addidit, ut divina essentia creaturæ minimæ appropinquet, quod energia facit. Nam si divina majestas, ut ait, creaturæ jungeretur, ipsam omnino absumeret. Energia vero proxime facta quoddam temperamentum facit, propterea et ipsam inhabitat, illuminat, docet, sanctificat, atque deificat, quæ a divina essentia, ut ipse fingit, proficisci minime possunt. Item energiam dicit, extremum hominis finem, hæreditatem Sanctorum, summamque felicitatem. Hæc a divina essentia prorsus adimit. Solum Deitatis nomen dicit ipsis esse commune. Si igitur illa summa Deitas ex se inter non entia numeratur : si omnem entitatem et excellentiam ab aliis accipit ; si creaturæ inaccessibilis, si propinquare nobis sine nostro interitu nequeat ; si non docet, nec illuminat, aut sanctificat, si finis non est, quem omnibus hominibus natura indixit, vana sunt igitur sacrificia, quæ illi offerimus, nil prosunt preces, nil lacrymæ, nullæ religiosæ observantiæ Christianis populis proficere possunt. Unde et aliam fidem quærere oportebit, et novam religionem videre. Quæ omnia etiam ipsos dæmones terrent, cum ipsi illum Deum unum et solum credant, et contremiscant. » Quomodo ergo hominem nefarium, impium, hæreticum, Turcicæ libidini expositum, infandaque passum, si vera nobis narrat Gregoras, et ab universali Græcorum Ecclesia, etiam dum viveret, frustra conantibus imperatoribus Constantinopolitanis, coacta synodo a patriarchis Antiocheno Ignatio, et Constantinopolitano Joanne, non propter in Latinos dicta, sed quamplurimos alios in fide errores anathemati et excommunicationi subjectum, adeo pium nobis illius sectatores proponunt. Tomum Ignatii in Palamam, quia prolixior est, prætereo : breviorem Joannis hic habeto : Τὸν Παλαμᾶν καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ ἀσεβῆ αὐτῶν δόγματα, οἰκειότερον δὲ εἰπεῖν παραληρήματα, τούς τε ἐκδικοῦντας, καὶ ἐκλαμβάνοντας, καὶ ἐκδεχομένους τὰ ἐν τῷ Τόμῳ κατὰ τὴν αὐτῶν ἐξήγησιν, μᾶλλον δὲ φλυαρίαν, καὶ οὐ κατ' ἔννοιαν θεοπρεπῆ, καὶ ὀρθόδοξον, καὶ καθὼς οἱ τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρες καὶ διδάσκαλοι, οἷς καὶ ἡμεῖς ἑπόμενοι, καὶ ἀκολουθοῦντες τὰ τῶν ἁγίων ῥητὰ ἐνεγράψαμεν ἐν τῷ Τόμῳ, καὶ πάντας τοὺς δι' αὐτὸ τοῦτο, ἤγουν ὅτι μὴ παραδεχόμεθα τὰ τοιαῦτα αὐτῶν παραληρήματα, ὧν τὰ μὲν ἀπεστάλησαν ἡμῖν παρ' αὐτῶν, τὰ δὲ καὶ παρ' ἑτέρων ἐνεφανίσθησαν, τολμήσαντας ἀκανονίστως καὶ ἀκρίτως ἀποκόψαι τὸ μνημόσυνόν μου, τῷ ἀπὸ τῆς ζωαρχικῆς καὶ ἁγίας Τριάδος δεσμῷ καθυποβάλλομεν, καὶ τῷ ἀναθέματι παραπέμπομεν. Ἡ ὑπογραφὴ Ἰωάννης ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης. « Palamam et illius sectatores, et omnia eorum impia dogmata, vel verius nugamenta, necnon defensores, propugnatores, exceptoresque eorum, quæ in tomo digeruntur, secundum eorum expositionem, imo vaniloquentiam, et non secundum sensum divinum, et orthodoxum, et ut Ecclesiæ lumina, et magistri, quorum nos vestigiis insistentes, et sententias sequentes, sanctorum dicta in tomo digessimus : et omnes propter hoc, quod eorum nugamenta non acceptamus, quorum partem ipsi nobis transmiserunt, pars ab aliis nuntiata est, qui ausi sunt contra canones, et sine judicio commemorationem meam exscindere, vivificæ, et divinæ Triadis vinculo subjicimus, et anathemate ferimus. Subscriptio : Joannes miseratione divina archiepiscopus Constantinopolitanus, novæ Romæ, et œcumenicus patriarcha. » Et hæc satis videri poterunt ad eos ipsos refellendos, qui adeo inverecunde Palamam inter sanctos collocant, et ejus laudes ab ejusdem notæ hominibus, summo fastu mendacioque conscriptas, in Ecclesia recitant. Cum vero ejus hæreses, quod illius et sectariorum libri præ manibus non sint, non omnibus pateant, ne nos tali viro injuste hæreses appingere videamur, earum partem, ex illius ævi scriptoribus, nondum editis, nec ita in promptu, hic apponemus. Nomina nondum reperi : acuti tamen sunt, et argumentis ad probandum firmissimis adversarium jugulant. Primus est : Διάλεξίς τινος λογίου καὶ φιλοσόφου ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν. Εἶδες τὴν ἀνταπόδοσιν τοῦ πολέμου, καὶ τῶν ἀγώνων. Εἶδες καὶ τὰς ὧδε γινομένας ἐμφάσεις ἐκ τῆς μακαρίας Τριάδος, οὐκ ἐκ τῆς ἐνεργείας. Αὕτη ἡ δόξα τῆς Ἐκκλησίας, αὕτη ἡ πίστις τῶν ὀρθοδόξων, τῶν ἀποστόλων τὸ κήρυγμα, τῶν Πατέρων τὰ δόγματα, τῶν μαρτύρων τὰ σφάγια, τῶν ὁσίων τὰ κατορθώματα, τῶν ἱερῶν ἡ εὐπρέπεια, τῶν διδασκάλων ἡ θεολογία. Κατέπεσε τῶν σῶν δογμάτων ὁ δρόφος. Συνετρίβη ἡ οἰκία. Ὁ θεμέλιος ἀνετράπη. Ὁ φραγμὸς κατεκαύθη. Ὡς χοὺς, ὡσκόνις ὑπὸ λαίλαπος τὰ σὰ γέγονε καταφύγια. Τὰ τείχη κατεχαλάσθησαν. Αἱ ἐπάλξεις ἠφανίσθησαν. Εἰς τέλος ἀπώλοντο. Τί λέγεις λοιπόν; Πείθομεν τοῖς λόγοις τούτοις, καὶ ταῖς ἐκ τῆς Γραφῆς μαρτυρίαις ; Εἰ μὲν πείθομεν, τῷ Θεῷ χάρις, τῷ τοὺς ἀπεγνωσμένους ἐκ πλάνης ἐπιστρέφοντι, καὶ μὴ βουλομένῳ τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. Εἰ δ' οὐ πείθομεν, ὅραλοιπὸν ἐν ὅσαις καὶ οἵαις ἐμπίπτεις αἱρέσεσιν, ὁ ψυχῶν προστάτης καὶ Ἐκκλησίας Θεοῦ γενόμενος κρίμασιν, οἷς οἶδεν ἐκεῖνος ὁ ἀπόῤῥητος, κἂν καὶ μὴ παριδόθῃ σοι διὰ πολλὴν αὐτοῦ μακροθυμίαν ἡ Ἐκκλησία, καὶ αἱ ψυχαί. Πᾶσαι μὲν οὖν αἱ αἱρέσεις παρὰ τῶν ἁγίων θανατωθεῖσαι, καὶ διαφθαρεῖσαι, ξηρὰ γεγόνασιν ὀστέα σαρκῶν ἄνευ, νεύρων, καὶ ἁρμονιῶν. Σὺ δὲ ταύτας ἀναγεννήσας, καὶ ἀναπλάσας, καὶ τὰ μάταια δόγματα, πνεῦμα, σάρξ, ἁρμονίαι, καὶ νεῦρα ταύταις γενόμενα ζῶν ἔμψυχον καὶ

κινούμενον ἐδημιούργησας σῶμα, ψυχὴν ἔχον τὴν πολυθεΐαν, καὶ πῦρ πνέον κατὰ τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας, ἧς θεμέλιος ὁ ἀῤῥαγὴς Χριστοῦ Πέτρος, καὶ μαθητὴς κορυφαῖος. Ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ἐπιλησθήσεται ὁ πτωχός. Πτωχοὶ γὰρ ἐγεννήθημεν καὶ τῆς θείας χάριτος ἐπιδεεῖς, εἴπερ ποτὲ διὰ τὰς πολλὰς ἡμῶν ἁμαρτίας. Ἄκουσον οὖν. α'. Ἐν τῷ λέγειν σὲ θεότητας ἀπείρους ἀπειράκις, κοινωνεῖς πᾶσι τοῖς Ἕλλησι. β'. Ἐν τῷ λέγειν σε δύο θεότητας, ὁρατὴν καὶ ἀόρατον, ληπτὴν καὶ ἄληπτον, κοινωνεῖς τῷ Πλάτωνι, τῷ λέγοντι δύο θεοὺς, ῥητὸν καὶ ἄῤῥητον, ὁρατὸν καὶ ἀόρατον. γ'. Ἐν τῷ λέγειν σε δύο θεότητας, μεθεκτὴν καὶ ἀμέθεκτον, κοινωνεῖς τοῖς Μανιχαίοις, τοῖς λέγουσι δύο θεότητας, ἀγαθὴν καὶ πονηράν. δ'. Ἐν τῷ λέγειν σε τέσσαρά τινα ἐπὶ τῆς θεότητος, Πατέρα, Υἱὸν, Πνεῦμα, ἐνέργειαν, κοινωνεῖς τῷ Πυθαγόρᾳ, τῷ λέγοντι καὶ δοξάζοντι Θεὸν τὰ τέσσαρα, καὶ τὴν τετρακτὺν παγὰν ἀενάου φύσεως λέγοντι. ε'. Ἐν τῷ λέγειν σε τὸν ἄνθρωπον ἄκτιστον, ἄναρχον, καὶ ἀτελεύτητον, κοινωνεῖς Ἀριστοτέλει, τῷ λέγοντι τὸν κόσμον ἄναρχον εἶναι, καὶ ἀτελεύτητον. ς'. Ἐν τῷ διαιρεῖν σε τὴν μίαν Θεότητα εἰς ὑπερκειμένην καὶ ὑφειμένην, κοινωνεῖς Ἀρείῳ τῷ ἄφρονι, τῷ λέγοντι τὴν ὁμότιμον ἀρχὴν τῆς μιᾶς καὶ ἰσοτίμου θεότητος εἰς διαιρέσεις ὑπερκειμένας καὶ ὑφειμένας. ζ'. Ἐν τῷ λαμβάνειν σε πάσας τὰς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας εἰς τὴν ἐνέργειαν τὴν ὑφειφέμην θεότητα, καὶ τὸ Πνεῦμα ποιεῖν ἀνενέργητον ὡς κτίσμα, κοινωνεῖς τῷ Πνευματομάχῳ Μακεδονίῳ, τῷ λέγοντι τὸ πανάγιον Πνεῦμα κτίσμα ἀνενέργητον δοῦλον, ἰσοδύναμον τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ. η'. Ἐν τῷ τὰ ἀνόμοια εἰσάγειν ἐν τῇ θεότητι, τῇ ἁπλῇ καὶ μιᾷ, καὶ ἐνιαίᾳ τὸ ἀόρατον, καὶ ὁρατὸν, τὸ ληπτὸν καὶ ἄληπτον, τὸ μεθεκτὸν καὶ ἀμέθεκτον, τὸ μεῖζον καὶ ἔλαττον, κοινωνεῖς Εὐνομίῳ, τῷ λέγοντι τὸν ἕνα τῆς Τριάδος Χριστὸν τὸν Κύριον ἀνόμοιον τῷ Πατρί. θ'. Ἐν τῷ συναιρεῖν, καὶ συναλείφειν τὰ τρία πρόσωπα τῆς θεότητος εἰς ἓν, καὶ λέγειν ἐξ αὐτῶν τὴν ἐνέργειαν, κοινωνεῖς τῷ Σαβελλίῳ, τῷ συναλείφοντι τὰ τρία πρόσωπα Πατρὸς, Υἱοῦ, καὶ Πνεύματος εἰς ἓν πρόσωπον ἀσεβῶς. ι'. Ἐν τῷ λέγειν μεῖζονα καὶ ἐλάττονα θεότητα πρώτην καὶ δευτέραν, κοινωνεῖς Ἀπολλιναρίῳ, τῷ καταριθμοῦντι τὴν ἀδιαίρετον καὶ ἀσύγχυτον εἰς πρῶτον, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον πρόσωπον μεῖζον, ἔλαττον, καὶ ἔτι ἔλαττον. ια'. Ἐν τῷ ποιεῖν σε τὸν Θεὸν σύνθετον, ἐξ ἐναντίων τινῶν ὁρατῶν, καὶ ἀοράτων, ληπτῶν καὶ ἀλήπτων, μεθεκτῶν καὶ ἀμεθέκτων, μειζόνων καὶ ἐλαττόνων, κοινωνεῖς Παύλῳ τῷ Σαμοσατεῖ, τῷ λέγοντι τὸν Θεὸν σύνθετον. ιβ'. Ἐν τῷ λέγειν σε μὴ λαβεῖν τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ἐπὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Χριστοῦ τελείαν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς θεολογίας, ἀλλὰ νῦν ἐπὶ σοῦ, κοινωνεῖς τῷ Μάνεντι, τῷ λέγοντι ἑαυτὸν παράκλητον. Εἰ γὰρ Χριστοῦ σαρκωθέντος οὐκ ἐλάβομεν δι' αὐτοῦ τελείαν τὴν γνῶσιν τῆς θεολογίας, ἀλλὰ νῦν ἐπὶ σοῦ, φαίνεται λοιπὸν τὸν ἕνα τῆς Τριάδος εἶναί σε τὸν παράκλητον, καὶ τὸ ἐλλεῖπον τῷ Υἱῷ ἀναπληρῶσαι. ιγ'. Ἐν τῷ λέγειν τὸν ἄνθρωπον ἄκτιστον, κοινωνεῖς τοῖς Μονοθελήταις. Εἰ γὰρ ἄκτιστος ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἄκτιστος ἡ σὰρξ τοῦ Κυρίου, καὶ κατ' ἀμφότερα ἄκτιστος καὶ τὸ αὐτὸ καὶ ἓν θέλημα. ιδ'. Ἐν τούτῳ κοινωνεῖς τοῖς Μονοφυσίταις. Εἰ γὰρ ἄκτιστος ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὁ Κύριος, ὡς ἄνθρωπος, ἄκτιστος, καὶ Θεὸς ἄκτιστος, καὶ κατ' ἀμφότερα μιᾶς φύσεως τῆς ἀκτίστου. ιε'. Ἐν τούτῳ κοινωνεῖς τοῖς Θεοπασχίταις. Εἰ γὰρ ἄκτιστος ὁ Κύριος ὡς ἄνθρωπος, καὶ μία φύσις ἐν αὐτῷ ἡ ἄκτιστος, ἡ αὐτὴ φύσις ἡ ἄκτιστος ἔπαθεν ἐν τῷ σταυρῷ. ις'. Ἐν τούτῳ κοινωνεῖς τοῖς Ἀφθαρτοδοκήταις. Εἰ γὰρ ἡ αὐτὴ φύσις καὶ μία ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡ ἄκτιστος καὶ ἄφθαρτος ἐπὶ τοῦ πάθους καὶ τοῦ σταυροῦ. ιζ'. Ἐν τούτῳ κοινωνεῖς τοῖς Εἰκονομάχοις. Εἰ γὰρ ἄκτιστος ὁ Κύριος, ὡς ἄνθρωπος καὶ ἀπερίγραπτος, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐν εἰκόνι δεῖ περιγράφεσθαι κατὰ σὲ, ἀπὸ τούτου καταλύεις καὶ τὴν τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκύνησιν. ιη'. Ἐν τούτῳ κοινωνεῖς τοῖς Μασσαλιανοῖς, τοῖς λέγουσιν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς ὅλην τὴν τοῦ Θεοῦ οὐσίαν. Εἰ γὰρ ἄκτιστος ὁ ἄνθρωπος καὶ πάντα κατὰ χάριν γίνεται τῷ ἀκτίστῳ ἑπόμενος, καὶ τῇ θείᾳ φύσει, καὶ κατὰ σὲ γίνεται οὐσία Θεοῦ. ιθ'. Ἐν τῷ λέγειν σε δύο αἴτια ἐπὶ τῆς Θεότητος καὶ δύο ἀρχὰς, αἴτιον μὲν τὸν Πατέρα Υἱοῦ καὶ Πνεύματος, καὶ ἀρχὴν, τὰ τρία δὲ αἴτιον καὶ ἀρχὴν τῆς ἐνεργείας, κοινωνεῖς τοῖς Λατίνοις, τοῖς λέγουσιν ἐπὶ τῆς Θεότητος δύο αἴτια, καὶ δύο ἀρχὰς, ἓν μὲν αἴτιον Υἱοῦ, καὶ Πνεύματος τὸν Πατέρα, ἀρχὴν, καὶ αἴτιον τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν. Τοιαῦτα τοίνυν δογματίζων, καὶ παῤῥησίᾳ διδάσκων, ταράττεις τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ὁ εἰρηνικὸς ἀρχιερεὺς, καὶ τοῦ εἰρηνικοῦ μαθητὴς, ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ἀναμοχλεύσεις αὐτήν. Πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος μηδὲ πύλαι ᾅδου κατισχύσειν αὐτῆς, μηδὲ τὰ τῶν αἱρετικῶν ἀπύλωτα στόματα. Μὴ ὀψούσθωσαν ἐν ἑαυτοῖς οἱ παραπικραίνοντες· τοὺς τῶν ἄλλων κακοὺς παιδευέσθωσαν, καὶ μὴ θανέτωσαν, ὁ Θεολόγος φησίν. Οὐδὲ γὰρ ἀνέξεται μὴ διακόψαι τὰς κεφαλὰς τῶν αἱρετικῶν ὄντων καὶ ταραττόντων τὴν τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίαν, καὶ τὴν ὀρθεῖαν δογματιζόντων, ἡ διακοπτομένη Θεότης, καὶ διαιρουμένη κακῶς εἴς τε τὸ μεῖζον καὶ ἔλαττον, τὸ ὁρατὸν καὶ ἀόρατον, τὸ μεθεκτὸν καὶ ἀμέθεκτον. Εἰ γὰρ καὶ παρεδόθημεν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, παρεδόθημεν γὰρ ὡς καὶ ἐν ἄλλοις· ἀλλ' οὖν οὐκ εἰς τέλος ἐγκαταλειφθήσεται ἡ νέα Σιὼν, ἡ νύμφη Χριστοῦ, ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, ἡ τῷ αἵματι τούτου φοινιχθεῖσα καὶ καθαρθεῖσα. « Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἐγὼ παρέδωκά σε, καὶ ἐγὼ βοηθήσω σοι. Ἐν θυμῷ μικρῷ ἐπάταξά σε, καὶ ἐν ἐλέῳ αἰωνίῳ δοξάσω σε. » Μεῖζον τὸ μέτρον τῆς φιλανθρωπίας ὑπὲρ τὸ μέτρον τῆς παιδαγωγίας. « Μέχρι γὰρ τίνος, φησὶ, κληρονομήσετε τὸ ὄρος, τὸ ἅγιόν μου; Μέχρι τίνος ἡ κιβωτὸς παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις, Νυνὶ δὲ μικρὸν ἐντρύφησον τοῖς ἀλλοτρίοις, καὶ τοῦ βούλεσθαι ἀπόλαυσον. Ὅτι ὃν τρόπον ἀπώσασθαί με ἐβουλεύσασθε, κἀγὼ ἀπώσομαι ὑμᾶς, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Περὶ μὲν οὖν τῶν σῶν δογμάτων καὶ τῆς σῆς ἱεραρχίας οὕτω γινώσκω, καὶ οὕτω, ἐλπίζω,

μάλιστα δὲ καὶ καλῶς οἶδα, καὶ τεθάρρηκα, καὶ πεπίστευκα, ταῖς τοῦ Σωτῆρος ἐπαγγελίαις πιστούμενος. Ἡμεῖς δὲ τῷ κηρύγματι τῶν ἀποστόλων, καὶ τοῖς δόγμασι τῶν Πατέρων ἑπόμενοι, καὶ πάντων ἁγίων, οὐ θεολογοῦμεν, ἀλλ' ἀνασκευάζοντες τὰ βδελυρὰ δόγματα, κηρύττομεν καὶ λέγομεν οὕτως· Πιστεύομεν εἰς Πατέρα, Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τρεῖς ἰδιότητας, μίαν Θεότητα, τρεῖς ὑποστάσεις, μίαν θεότητα, τρία πρόσωπα, μίαν θεότητα, μίαν οὐσίαν, μίαν φύσιν ἁπλῆν, ἴσην, ἀδιαίρετον, ἀσύγχυτον, ἐνιαίαν, Τριάδα ἐν μονάδι, καὶ μονάδα ἐν Τριάδι προσκυνουμένην. καὶ σεβομένην. Ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσομεν. Οὐδὲ γὰρ οἴδαμεν τὴν φωνὴν τῶν ἀλλοτρίων ἀκολουθεῖν· οὐδὲ σοὶ τῷ λῃστρικῶς ἀλλαχόθεν ἀναβαίνοντι, καὶ μὴ διὰ τῆς θύρας εἰς τὴν αὐλὴν εἰσερχομένῳ τῶν προβάτων. Οὕτω δὲ προσκυνοῦντες, οὕτω δοξάζοντες, καὶ οὕτω σεβόμενοι τὴν μίαν ἐν τρισὶ προσώποις Θεότητα, καὶ τὰς ἐπαγγελίας πιστὰς ἔχομεν, ὄψεσθαι ταύτην τελεώτερόν τε καὶ καθαρώτερον, οὐκ ἐν αἰνίγμασι, πρόσωπον δὲ πρὸς πρόσωπον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἀθανάτῳ βασιλείᾳ, καὶ ἀπολαύσει τῶν δικαίων, ἧς ὄψεως γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, καὶ σὲ μετανοήσαντα, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ τῷ μόνῳ αἰτίῳ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωογονῷ αὐτοῦ Πνεύματι, τῇ μιᾷ καὶ ἀδιαιρέτῳ Θεότητι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

« Disceptatio cujusdam viri eruditi, et philosophi e sacris litteris. Vidisti pugnæ ac certaminum remunerationem. Vidisti quæ hic factæ sunt ex beata Triade, non ex operatione demonstrationes. Hic est sensus Ecclesiæ, hæc recte sentientium fides, Apostolorum prædicatio, Patrum dogmata, martyrum cædes, confessorum facinora, sacerdotum decor, præceptorum de Deo scientia. Cecidit tuorum dogmatum culmen, domus collisa, fundamentum eversum, sepes exusta, veluti cinis, et pulvis a turbine tua subterfugia dissipata, muri disjecti, propugnacula abolita, funditusque convulsa sunt. Quid tu interimis? num verbis hisce, et divinæ Scripturæ testimoniis suaderis? si suademus, Deo gratiæ habendæ sunt, qui desperatos ab errore convertit, et non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat: si non suaderis, tuum erit animo volvere, in quot, et quantas hæreses incidas, qui animabus et Dei Ecclesiæ præesse institutus es, judiciis, quæ ineffabilis ille novit, licet propter illius nimiam tolerantiam, Ecclesia, animæque tibi concreditæ non sint. Omnes itaque hæreses per sanctos Patres morti traditæ, abolitæque, sicca ossa redditæ sunt, absque carnibus, nervis, reliquaque compage, ecce tu ipse regeneratis, instauratisque stultis tuis dogmatibus, spiritum, carnem, atque compaginem impertiens, vivens, animatum, et se movens corpus effecisti: pro anima deorum multitudinem habens, et ignem adversus Dei Ecclesiam spirans, cujus fundamentum A est infragilis Christi Petrus, et discipulorum apex; sed non obliviscetur in finem pauperis, pauperes enim facti sumus, et divinæ gratiæ, si usquam alias, propter nostra peccata, indigi. Audi itaque: 1. Cum dicis Deitates infinite infinitas, cum gentilibus omnibus consociaris. 2. Cum dicis, duas Deitates visibilem et invisibilem, comprehensibilem et incomprehensibilem Deum, in eadem cum Platone sententia es, qui asserit duos deos, fandum nefandumque, visibilem et invisibilem. 3. Cum dicis duas Deitates, communicabilem, et incommunicabilem, in eadem cum Manichæis opinione es, qui duas Deitates, bonam et malam adstruunt. 4. Cum in Divinitate quatuor ponas, Patrem, Filium, Spiritum, et operationem, cum Pythagora sentis, qui quatuor Deum B esse asseverat, enunciatque quaternionem perennis naturæ fontem. 5. Cum ais hominem increatum, et sine principio et fine, Aristotelem præ te fers, qui mundum statuit sine principio et fine. 6. Dum unam Deitatem in superiorem et inferiorem dividis, cum insensato Ario affirmas, compar principium unius, æqualisque Deitatis, in superius inferiusque discerpis. 7. Cum omnes Spiritus operationes, in operationem inferiorem, nempe Deitatem accipis, et Spiritum operatione, æque ac creaturam privas, non absimilis es Spiritus hosti Macedonio affirmanti, sanctissimum Spiritum sine operatione esse servum ejusdem cum Patre et Filio facultatis. 8. Cum dissimilia in simplici, una, ac sola Deitate C introducis, visibile et invisibile, comprehensibile et incomprehensibile, communicabile et incommunicabile, magis et minus, asseris cum Eunomio unum Triadis Christum Dominum Patri inæqualem. 9. Cum contrahis, et decurtas in unam tres Divinitatis personas, ab eisque asseris operationem, non alienus es a Sabellio qui tres Patris, Filii, et Spiritus sancti personas, in unam impie coarctat. 10. Cum majorem minoremque Deitatem, primam ac secundam profiteris, cum Apollinario es, qui inconfusam, atque incorruptibilem naturam, in primam, et secundam, et tertiam personam, majorem, minorem, et adhuc minorem subdividit. 11. Cum Deum ex contrariis quibusdam visibilibus et invisibilibus, comprehensibilibus et incomprehensibili- D bus, communicabilibus et incommunicabilibus, superioribus et inferioribus componis, cum Paulo Samosateno convenis, Deum compositum astruente. 12. Cum ais Dei Ecclesiam in Christi Incarnatione perfectam rerum theologicarum cognitionem non habuisse, sed nunc postmodum tua ætate, cum Manete concordas, seipsum Paracletum asserente; etenim si Christo incarnato per eum perfecte theologica non sumus assecuti, sed tuo hoc ævo, manifestum apparet unum Trinitatis te esse, Paracletum scilicet, et quæ deerant Filio adimplesse. 13. Cum hominem increatum esse contendis, eadem quæ et Monothelitæ dicis: siquidem si homo increatus est, et caro Domini increata, et secundum utrumque increatus, et eadem, et una voluntas.

14. In eo sane concorditer congruis cum Monophysitis; nam si homo increatus, et Dominus veluti homo increatus, et Deus increatus secundum utrumque unius naturæ increatæ. 15. In hoc ad sententiam Theopaschitarum accedis; nam si increatus Dominus ut homo, et una natura in eo increata, ipsa natura increata in cruce passa est. 16. Es et in Aphthartodocitarum hæresi; etenim si eadem natura, et una in Domino increata, et incorruptibilis in passione et cruce. 17. Neque in eo differs ab Iconoclastis; nam si increatus est Dominus, ut homo, et incircumscriptus, propterea que per te neque imagine exprimendus est, hoc venerandarum imaginum cultum destruis. 18. Facis cum Massalianis in seipsis universam Dei essentiam habere clamitantibus; etenim, si increatus est homo et quæcunque divinam naturam consequuntur, omnia per gratiam increato accedunt, fit et per te essentia Dei. 19. Cum in Deitate duas causas, et duo principia adstruas, causam quidem et principium Filii, et Spiritus Patrem, tria vero causam et principium operationis, non abhorres a Latinis, in Divinitate duas causas, et duo principia ponentibus; unam causam Filii, et Spiritus Patrem, et aliam causam Spiritus Patrem, et Filium causam et principium, Patrem, causam et principium Patrem et Filium. Hæc itaque veluti dogmata astruens, et palam edocens Dei Ecclesiam perturbas pacificus præsul et pacifici auditor: verumtamen fundítus non evertes. Fide enim dignus est, qui promisit, neque portas inferi prævalituras adversus eam, neque hæreticorum ora effrænata. Ne exaltentur in semetipsis, qui exasperant. Aliorum infortunis discant, nec mortem subeant, dictum est Gregorii Theologi; neque enim moras ponet ad abscindenda hæreticorum capita, Ecclesias Dei interturbantium, et unam Deitatem in duas dividentium, abscissa Deitas, pessimeque divisa in majus et minus, visibile et invisibile, communicabile et incommunicabile. Licet enim propter iniquitates nostras tradamur, namque quemadmodum rebus etiam in aliis traditi sumus, nihilominus non ad finem usque nova Sion deseretur, Christi sponsa, Dei Ecclesia, illius sanguine rubefacta, et expurgata: « Ecce enim, ait, ego tradidi te, et ego opem feram tibi: in parvo furore percusiste, et in sempiterna misericordia glorificabo te. » Incredibile est, quanto punitionis mensuram anteeat humanitas. « Modicum enim, ait, hæreditabitis montem sanctum meum; modicum apud alienigenas area: nunc paululum in aliena insolentius te gere, et placita exple; quemadmodum enim me ejicere conati estis, ita et ipse ejiciam vos, dicit Dominus omnipotens. » De tuis itaque dogmatibus, et summo occupato sacerdotio ita ipse sentio, et spes me tenet ita futurum. Quin imo apprime novi, et confido, et firmiter teneo, Salvatoris promissionibus indubie confirmatus. Nos vero apostolorum prædicationem, et dogmata Patrum, sanctorumque omnium sequentes, non de Deo decernimus, sed execranda dogma-

A ta refellentes, hunc in modum prædicamus, sed et profitemur. Credimus in Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, tres proprietates, unam Deitatem; tres hypostases, unam Deitatem; tres personas, unam Deitatem, unam essentiam, unam naturam, simplicem, æqualem, indivisam, inconfusam, unicam, Trinitatem in unitate, et unitatem in Trinitate adoratam, et cultam. Alieno vero non animum intendemus; neque enim vocem alienorum sequi novimus; neque te, qui prædonum instar aliunde intruderis, et non per portam in ovium caulam ingrederis. Sic porro adorantes, sic tenentes, et sic venerantes unicam in tribus personis Deitatem, promissis certis constabilimur, eam nos perfectius, et purius visuros, non in ænigmate, sed facie ad faciem, in B illo immortali regno, et justorum fruitione: cujus visionis utinam ipsi participes efficiamur, et te aliquando pœniteat, gratia, et misericordia, et humanitate Domini nostri Jesu Christi, cui addecet omnis gloria, honor, et adoratio, cum ejusdem sine principio Patre, sola causa, et sanctissimo, et bono, et vivifico illius Spiritu, uni et indivisæ Deitati, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. »

Alter est: Ἡ μὲν παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἁγίων μαθητῶν, καὶ ἀποστόλων αὐτοῦ, καὶ τῶν ἱερῶν προφητῶν, καὶ τῶν θείων συνόδων, καὶ πάντων τῶν θεοφόρων Πατέρων, καὶ διδασκάλων παραδοθεῖσα πίστις ἡμῖν καὶ εὐσέβεια πᾶσίν ἐστι πρόδηλος καὶ φανερὰ τοῖς μετέχουσιν αὐτῆς. Πανταχοῦ γὰρ ὁμολογεῖται εἷς Θεὸς τρισυπόστατος, C καὶ ποιητὴς ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων, ὡς ἐν τῷ ἁγίῳ τῆς πίστεως συμβόλῳ ὁμολογεῖται. Πατὴρ, Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, τρεῖς ὑποστάσεις, μία θεότης ἁπλῆ, ἀόρατος, ἀνείδεος, ἀσχημάτιστος, ἀμέριστος, ἀδιαίρετος, πανταχοῦ τε παροῦσα καὶ τὰ πάντα πληροῦσα, καὶ πάντα ἐνεργοῦσα. Οὐ μικρὸν ἐν ἐκείνῃ καὶ μέγα, οὐδὲ ἀνισότης καὶ ἀνομοιότης, ἀλλὰ πᾶσα ἰσότης καὶ ὁμοιότης. Αὕτη οὖν ἡ πίστις τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας διὰ μὲν τὸ τρισυπόστατον τῆς θεότητος τὸ φρόνημα τῶν Ἰουδαίων κατίδαλεν, οἵτινες πιστεύουσι καὶ ὁμολογοῦσι Θεὸν, οὐ τρισυπόστατον δὲ, ἀλλὰ μονοπρόσωπον· διὰ δὲ τὸ μοναδικὸν αὐτῆς καὶ ἀμέριστον τὴν τῶν Ἑλλήνων πολυθεΐαν ἀπήλασε, καὶ τὴν D Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου τῶν ἀθέων αἱρετικῶν κατατομὴν τῆς Θεότητος. Ὁ δὲ νῦν αἱρεσιάρχης ὁ λεγόμενος Παλαμᾶς πάντα τὰ δόγματα τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, καὶ πᾶσαν τὴν πίστιν ἡμῶν καταλύει τοῖς ἑαυτοῦ μιαροῖς καὶ ἀσεβεστάτοις δόγμασι καὶ διδάγμασι, καὶ πάντων ἐστὶν αἱρετικῶν ἀσεβέστατος. Ὡς ἀνεφάνη μὲν προδήλως ἐνταῦθα πάσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀπερρίφη πρὸ καιροῦ, ὡς μέλος σεσηπὸς, καὶ ἀνίατον ὑπ' αὐτῆς· ἐξεκίνησε δὲ νῦν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, μᾶλλον δὲ ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται, ὥς φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Μιᾶς γὰρ, ὡς εἴρηται, τρισυποστάτου Θεότητος ὁμολογουμένης ἡμῖν ἁπλῆς τε καὶ ἀμερίστου, αὐτὸς πολλὰς κηρύττει θεότητα, μικρὰς καὶ μεγάλας, καὶ διαιρεῖ τὴν μίαν ταύτην εἰς τὰς πολλάς.

inconsideratas, ex primo nostro genere juvenum. Peragunt vero hæc, ac si pastores urbi præessent, liceretque ipsis, quidquid libitum fuerit, committere. Verumtamen, qui tunc præerat patriarcha, primum quidem eos similia clam facere perspiciens, postea in lucem exserere, adhortatur, et consulit, ut sese contineant, absurda hæc esse dicens, et a canonico ordine aliena, et confusionis ac tumultuum causas Ecclesiæ communiter, et privatim omnibus. Cum vero enixe sæpiusque id repetens nullo modo homines in mentem redire intueretur, neque ab inita sibi inscientia removeri, nec de reditu ad propria monasteria, ubi comam detonsi permanere promiserant, cogitare, tanquam circulatores, et seditiosos, et dogmatum ac operum novatores, urbe pellere conatur. Sed hi persentiscentes, quæ erant perpessuri, ad magnum templum Dei Verbi Sapientiæ confugiunt, ubi parum abfuit quin lapidibus obruerentur; et obruti fuissent, nisi sacer ille locus conatus interrupisset. Ibi ad tempus, veluti in custodia, permanserunt, sed inde postea extracti, qui primas in novatione obtinebant carceri mancipantur; alii hac atque illac dissipantur. Deinceps professio fidei, tum ab ecclesiasticis, tum ab aliis qui in dignitate erant, exposcitur. Hi tantum a pietate asserenda refugerunt, quantum impietatem alii oderunt. Imo rursum et sæpius in hoc idem compulsi, cum de fastu non remitterent, ad tribunal vocantur, ut de iis quorum insimulantur, rationem reddant. Sed neque hac ratione obediunt, neque comparere audent. Quod itaque faciendum propterea erat Ecclesia cum spirituali auctoritate efficit, et primum statim, qui hypopsephius erat sanctissimæ metropoleos Monembasiæ, Isidorum, conantur a Palama et illius factionis dogmatibus avellere. Namque dicebatur et ipse unus esse ex iis qui eadem ac ille sentirent, licet imprudenter antistitum calculis obnoxius fuerit; verum, ubi eumdem prædurum et plane obstinatum invenissent, sancto bemate pellunt, præparatum jam ad sacrum cum patriarcha faciendum; tum in judicium vocant, qui palam enuntiat, nunquam se ea abnegaturum, sed animam potius traditurum cum Ecclesia, quam non cum Palama opinaturum. Si quis vim inferat, renuntiat præsulatui et Ecclesiæ, cujus electus fuerat episcopus. Propter id synodali sententia deponitur, et alius non multum post tempus illi Ecclesiæ præficitur. Auctor vero et propugnator blasphemiarum Palamas, simili et ipse calculo cum universa sua factione condemnatus; neque enim de contentione aliquid remittebat, neque in quoquam a temeraria illa loquacitate cedebat; ab Ecclesia Dei proscribitur, et sacerdotio spoliatur, ut Acta de hac re gesta commemorant, a patriarcha tunc temporis regnæ urbium obsignata, et ab Antiocheno, et omnibus antistitibus tum nunc hic præsentibus, tum in proprias sedes regressis. Et sic facta est eorum privatio et depositio, licet ipsi nihili facientes pœnam, sacerdotio inhærerent, audacter mystica sacrificia in latebris offerentes. Sed cum jam pacata esset Ecclesia, et res tranquillatæ, immanis quidam turbo exoritur, a Satanæ ventis excitatus, qui evertit omnia, immutatque in immanem procellam, et eos qui adeo blasphemi fuerunt, adeo veritatis hostes, ad prima gubernacula sedere facit, sacrorumque administratores, nefandorum operum opifices, et rebelles, dogmatum propugnatores, ac adversarios legum, animarum moderatores. Causa ea fuit: qui nunc imperio Græcorum potitur, Joannes Cantacuzenus, jam maxima urbium occupata, et imperio absolutius arrepto, cum patriarcha in magnum sacerdotum solium promovendus esset, quod, qui tum erat, e medio exesserat, nova res audetur, præter sanctiones ecclesiasticas, et leges alias, quas divini Apostoli et Ecclesiarum pastores, quasi stabiles quosdam terminos præfixerunt; namque, ad eligendum patriarcham vocati, a sæculari facultate impediebamur, ne eum promoveremus quem divina gratia una cum consensu fraterno elegisset, sed quem nobis proposuissent. Nos omnes hisce opponimur, et præter canones, et inconsideratæ jussioni, paucis assentatoribus exceptis, et more mancipiorum pertractis, adversamur. Ille, tanquam dogmati, sententiæ suæ insistit, nunc hunc, nunc illum in patriarchicam dignitatem immediate et insubide promovens. Et quid opus est plura de dissidio illo dicere? Tandem ad Palamam atque Isidorum, proscriptos atque ejectos, patriarchicam defert dignitatem. Et tempus in his consumebatur, eo quidem cum auctoritate rem pertractante, nobis contra pro viribus resistentibus, opponentibusque, injuriam fieri sanctionibus ecclesiasticis et legum sinceritati. Vicit tandem voluntas carnis et sanguinis, et, qualia solent esse judicia Dei, pluribus abscissis et separatis præsulibus, patriarcha fit, o Dei leges et tribunalia! Isidorus, omnibus patriarcharum et antistitum calculis depositus; et sedet in magno throno, qui nec pusilli cujusdam dignus judicatus est homo, quemadmodum qui bene eum et olim et nunc norunt, præ aliis stultior, vanus, mente nulla cum aliis consuescere nescius, non melius a pejori discernere, ut aliorum præfectos addecet: ita res pertractans, veluti et fornicas per terram repentes, ludicrus plane universis, qui de eo ludos facere cupiunt; et quod pejus est, neque obedientiæ legum gnarus, neque in cœnobio enutritus, sed in urbibus et rebus publicis commistus, et pædagogus, et puerorum pædotriba; hinc et separasse aiunt, ut diximus, mulierculam a consorte et filiis apud Thessalonicam, quemadmodum et apud Byzantium aliam, qualis fuerat Cydonii filia, qualis Tzyracæ; quantas vero easdem doceat in occultis colloquiis nefandas et absurdas doctrinas, relinquimus iis qui spiritualiter ea examinarunt, ne aerem ipsum blasphemiis impleamus. Quid enim recti docere poterit, qui penitus jejunii dies non discernit, et a cibis ac potibus abstinentias, cum opus fuerit, et

omnes dies indifferentes usurpat, ut facere amant, qui barbaram vitam ducunt. Non possumus verbo exprimere, quæcunque alii in medium afferunt, qui res illius traducunt. Sed super hoc putridum fundamentum, malum aliud exædificatur, et iniquitas additur iniquitati, secundum divinum David. Auctor improbitatis perditissimus Palamas ; Palamas, cujus vel sola recordatione animus simul et mens expl'anda est. Hic nequissimus hominum, Thessaliæ metropolis antistes creatur, qui prius depositus fuerat propter ea, quorum causa depositus est non multum ante, sacrilegii crimine in Periblepti monasterio obstrictus, cum imagines grassator exspoliasset, et sacra vasa, quæ oleum recipiebant, contrivisset, veluti Judas, argentum sibi comparans : cum neque his ter miser reveritus fuisset salutaris Passionis dies, maximæ jejuniorum hebdomadis, lavacris et alimentis et potibus corpus fovere, ad destructionem regulæ, offensionem et scandalum conscientiæ monachorum, et audientium quoque fortasse, nec non præsentium ac intuentium in Resurrectionis Christi Dei divino monasterio ; ibi enim suffocatoriis potius, quam expurgatoriis lavacris usus est. Hi itaque veluti impietatis fundamenta Christi Ecclesiæ submissi aut improbæ factionis Christi Ecclesiæ præpositi duces improbissimi introducunt eos qui olim eadem ac ipsi sentiebant, aut nunc sentire profitentur, in sacras Ecclesiæ sedes ; homines, quos neque unde originem trahant, neque quod vitæ institutum sectentur, complures norunt. Et impletur propterea Dei Ecclesia dedecore et infamia, cujus nec modum nec qualitatem dicere novimus. Et de his quidem res ita se habet. Nos vero semel ab eorum commercio separati, quiete egimus, et nisi nos impetentes in eorum unionem attraxerint, haud tolerandum esse ducunt. Quare, nunc legatos mittunt, et maxima spondent ; nunc, mutato instituto, quæ persecutorum sunt ac tyrannorum, efficiunt, et carceribus tutis includunt, ut neque videri neque visitari ab ullo possimus : quemadmodum latrones eos tractant, qui ad eorum manus pervenerint, et deprimunt, quantum possunt : nunc minantur augmenta inhumanitatis ; tum et litteras adversus nos malitiose componunt, crimen nobis opponentes, quod cum illis non communicamus nec aliud præterea. Præterea adimunt nobis ecclesias, et ad vitam sustinendam reditus, ut mors violenta abripiat. Nos porro, per aliquod tempus, eorum insaniam sustinentes, cum nihilo moderatiores factos videamus, facimus, quod, cum illi male agere cœperant, nos facere debebamus, et communem ad ipsos dirigimus admonitionem, partim rogantes, partim synodum cogi consiliantes, et si non omnium, saltem eorum qui aderant, præsulum, ut male constituta factaque examinarentur, sicque divinæ Ecclesiæ partes in unum coalescerent. Addidimus adhortationi, de iis quæ ipsi agerent, tractantes sacros divinosque canones, quibus nos A præpediti, ab eorum communione abstinemus ; id quoque protestantes, nisi exquisito judicio perop portunoque remedio rebus provisum fuisset, nunquam nos cum illis communicaturos, sed, juxta præscriptos canones apostolorum et sanctarum atque œcumenicarum synodorum, pœnis eosdem subjecturos, deponentes et excommunicantes, quemadmodum illi decernunt. Et nos ista pertentavimus. Illi vero, cum semel a recta via aberrassent, vi soli et potestati exteriori confidentes, leges respuunt et justitiam Dei, et armata manu adversus nos singulis diebus irrumpunt, omnia conantes, quæ illis ad injuriam et infamiam mens suggesserit ; nescientes miseri, qualis et cujus spiritus utrique simus, neque vix animo volventes justitiæ lances, B et ut in singulis mensurantur rerum gestarum hostimenta. Visum itaque nobis fuit, res eorumdem temerarias et sermones clarius proscribere. Quare, cum convenissent, qui in hac regia urbe aderant antistites, numero decem, et qui longe erant, per decreta ac litteras, viginti et amplius ; accepissentque depositionis sententiam prædictorum patriarcharum, et ante omnia apostolicas et paternas constitutiones, nempe de ordinatione contra canones facta, apostolorum tricesimum, Nicænæ primæ synodi quartum, et Nicænæ secundæ tertium ; de illis, qui, ab Ecclesia depositi, rursus audacter ad ministrandum manus imponunt, Antiochenæ quartum et sextum, sanctorum apostolorum vicesimum octavum et decimum : de non alienandis C propriis filiis a patribus, propter exercitationem, Gangrensis decimum quintum ; de nova dogmata inferentibus, nec non sacra vasa aliaque Deo dicata profanantibus, Nicænæ secundæ extremum decretum ; ad hæc, quas divini Patres pœnas imponunt iis qui præscripta jejunia impie violant, his sacris decretis, velut armatura valida, fulti, ita pronuntiamus cum sancto Spiritu, et ab eo edoctis sacris apostolis sacrisque synodis, Isidorum, cognomento Buchiram, qui indigne ad patriarchale solium ascendit, neque depositionem, adversus se a synodo, quod impia sentiret, prolatam, reveritus est, neque crimina, quibus sese immerserat, considravit, sed sæculari potentia armatus patriarchatum D occupavit, et postea depositionibus et pœnis et persecutionibus communionem sacerdotum, monachorum, nec non antistitum, per vim procurantem et depositiones, has quidem sine judicio et probatione intimantem, has vero machinantem ; hunc Christianis omnibus offendiculum factum, per quem communione mysteriorum Dei et sanctificatione, præsules, sacerdotes, monachi, et laici se privarunt, toto animo et conatu deponimus, et patriarchali potestate indigne a laicali potentia circumvestitum, spoliamus : simulque cum eo Palamam pravorum dogmatum auctorem, qui multas orationes ad putridos inanesque propriæ mentis fœtus corroborandos, et Dei Ecclesiam deitatibus supereminentibus et dejectis evertendam composuit,

et deos atque deitates effinxit visibiles et invisibiles et a sanctis Patribus, in Nicæa congregatis, sacrum fidei Christianorum symbolum obsignatum, in unum Deum et in unam Deitatem credere præcipiens, et alias œcumenicas synodos contempsit, et novam edidit theologiam ; et pro iis qui cum eo una sentiunt contra sacras imagines et sacra vasa, et reliquum Christianum ordinem, animis contraivit, ut post depositionem ipsam Missas celebrare ausus fuerit. Hunc exsecrabilem Palamam, et si quis alius est ejusdem cum eo farinæ, perfractæque conditionis, qui nunc præsulatum surripuerit, non eos tantummodo sacerdotio spoliamus, et perpetuæ depositioni subjicimus, sed et igne ferroque dignos censemus, tanquam filios vituperabiles, et generationem pravam et adulteram, et similia Deo retribuentem. Et hæc quidem legibus ac canonibus consona sancimus contra indignos animarum cura et pontificali dignitate, sacerrimos præsules ; quæ stabilia perseverabunt, canonicis et pontificalibus decretis suffulta, nunc et ab antiquo firmitatem habentia, nunquam a piis Christianis violanda. Nos porro, quod reliquum est, prævidentes, ne similes lupi clanculum irrepant in Christi gregem, et simplicium animas discerpant, hoc quasi necessarium non omittemus : et monemus omnes qui in Dominum nostrum Christum crediderunt, et unum Deum unamque confitentur deitatem, et ut modis omnibus similium commercium fugiant, et eas quas nefarie ad animarum perditionem doctrinas disseminant, nihil a pestifera lue differentes ; et ad germanos Ecclesiæ viros recurrant, qui, veluti a fonte, a Spiritu sancto irrigati, doctrinæ fluenta effundunt, quorum fructus pax est in præsenti, gaudium, et exsultatio, et in futuro luminis sempiterni participatio, superioris primogenitorum Ecclesiæ hæreditas, regni cœlorum possessio. Hæc paternas traditiones ad extremum usque spiritum servare contendentium præmia sunt : hæ hæreditates Patrum limites amovere detrectantium. Tomus hic scriptus est M. Jul. ind. 15. »

V. Est etiam patriarchàlis sermo, in quo de Barlaamo, Palama, et Isidoro Hypopsephio Thessalonicensi, historia brevissime recensetur, quem libet hic exscribere, ut futuris etiam temporibus ad Palamitarum os obstruendum conservetur : Πατριαρχικὸς λόγος, δι' οὗ ἀποκηρύττει τὸν Παλαμᾶν, καὶ τοὺς αὐτοῦ σπουδαστὰς καὶ ὁμόφρονας, καὶ τοὺς πειθομένους αὐτοῖς, καὶ ἀποκόπτει αὐτοὺς τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ὡς καινοτόμους τῆς πίστεως. Ἡ μετριότης ἡμῶν ἀναδεξαμένη παρὰ Θεοῦ τὴν οἰκονομίαν καὶ φροντίδα τῶν ὑμετέρων ψυχῶν, καὶ ὀφείλουσα ἐκ παντὸς τρόπου περιποιεῖσθαι ὑμῖν τὰ πρὸς σωτηρίαν, ἐπειδήπερ ἐγνώρισεν, ὡς θορυβοῦσί τινες ἐξ ὑμῶν οἱ τοῦ Παλαμᾶ ὀπαδοὶ, καὶ σπουδασταὶ, καὶ ὁμόφρονες, ἀναγκαῖον ἔκρινεν ἐγχαράξαι πρὸς ὑμᾶς τὰ παρόντα γράμματα, ὡς ἂν μὴ τοῦ ἀληθοῦς ἀγνοίᾳ συλαγωγήσωσί τινας ἀφ' ὑμῶν. Προσέχειν δὲ ἄξιον τοῖς ἠδη ῥηθησομένοις· πολὺ γὰρ ὑμῖν τὸ ἐντεῦθεν ὠφέλιμον. Τοῖς δὲ ἐπιβούλοις τούτοις, καὶ τὸ φρόνημα, καὶ τὸ σέβας ἀμφιβόλοις, ἔτι τε ἀνυποτάκτοις, καὶ ἀπειθέσι, καὶ ξένοις, διὰ τοῦτο καὶ ἀλλοτρίοις τῆς Ἐκκλησίας, « Ὁ μὴ ὢν γὰρ μεθ' ἡμῶν καθ' ἡμῶν ἐστι, » φησὶ, καὶ, « Ὁ μὴ συνάγων μεθ' ἡμῶν ἔοικε σκορπίζοντι · » τούτοις τοῖς οἰηματίαις, καὶ ἀλαζόσι, καὶ πάντα ἑαυτοῖς θαῤῥοῦσιν οὐκ εὐεπιχείρητα, σὺν Θεῷ εἰρήσθω, ἔσται τὰ καθ' ὑμᾶς. Ποιήσεται δὲ τὴν ἀρχὴν ἡμῖν ὁ λόγος ἀπ' αὐτοῦ τούτου, εἰς ὃν ἐρείδονται καὶ αὐτοὶ, καὶ ἐφ' ᾧ μέγα ἐγκαυχῶνται προβόλῳ καὶ προαγωνιστῇ τοῦ ἰδίου αὐτῶν συστήματος. Τούτου γὰρ κατασεισθέντος καὶ ταραχθέντος, πείσεται ταυτὰ καὶ τὸ τούτου πάντως σύστημα. Καὶ δὴ ἀκούετε. Ὁ Παλαμᾶς οὗτος καὶ ὁ Βαρλαὰμ ἀλλήλοις διαμαχόμενοι, καὶ ἀσεβείας ἔγκλημα ἐπιγράφοντες, ἐξετάσει συνοδικῇ παρεπέμφθησαν. Οἴδατε σχεδὸν ἁπαξάπαντες, καὶ οὐκ ἀγνοεῖτε τὴν μεγίστην ἐπ' ἐκκλησίας ἐκείνην συνέλευσιν, ἐν ᾗ προλάμπων ἦν φωστῆρος δίκην ὁ τῆς εὐσεβείας προαγωνιστὴς ἡμῶν βασιλεὺς, ὁ ἀοίδιμος καὶ μακαρίτης, πατὴρ τοῦ κρατίστου καὶ ἁγίου μου αὐτοκράτορος σύναμα τοῖς ἄρχουσι τῆς συγκλήτου. Καὶ πρῶτος μὲν ὁ Βαρλαὰμ καταψηφισθεὶς οἷα κακοδόξως καὶ φρονῶν καὶ λέγων περί τε τοῦ ἀπροσίτου φωτὸς τῆς μεταμορφώσεως, καὶ περὶ τῆς εὐχῆς, τῆς, « Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ἐλέησον ἡμᾶς, » ἐντεῦθεν καὶ εἰς κατηγορίαν ἄδεκτος ἐκρίθη κανονικῶς. Ἐπεὶ δὲ ἀμφιγνοοῦντες εὐθὺς ἦμεν ἡμεῖς, καὶ περὶ τοῦ Παλαμᾶ, ὡς ἐν ἄλλοις ἴσως καὶ αὐτοῦ ἁλισκομένου, πειθόμενοι κἀνταῦθα τοῖς ἱεροῖς καὶ θείοις κανόσι μὴ δεῖν ἄνευ κατηγόρου καὶ ἐλέγχου καταγινώσκειν τινὸς ὁρίζουσι, θεραπεῦσαι τρόπον ἕτερον ἐκρίναμεν τὰ τοῦ πράγματος. Καί γε τὴν μὲν περὶ αὐτοῦ ἐξέτασιν ὑπερεθέμεθα, πλὴν οὐχ ὥστε καὶ ἐλεύθερον εἶναι χρῆσθαι πάλιν τοῖς αὐτοῖς. Οὐδὲ γὰρ καλὸν οὐδὲ συμφέρον τοῦτ' ἐδόκει τῷ παντὶ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματι, ἐξεῖναι αὐτῷ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρεῖν, ἀμφιβαλλομένῳ καὶ μηδὲ παρὰ τῶν κανόνων κεκτημένῳ τὸ ἐνδόσιμον. Μόνοις γὰρ οὗτοι τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐφιᾶσι τὸν λαὸν τὰ τῆς θεοσεβείας ἐκδιδάσκειν, κἂν τις ἀνακινηθείη λόγος γραφικὸς, φασὶν, ὡς οἱ θεοφόροι Πατέρες τοῦτον σαφηνίζειν. Περὶ ὧν καὶ ὁ διὰ τοῦ ἐπὶ τούτοις ἐκτεθέντος Τόμου συνοδικῶς ἐξεφωνήθη ἀφορισμός. Οὗ καὶ αὐτοῦ καταφρονήσας ἐπέτεινε τοῦτο πλέον, γραφαῖς πάλιν ταῖς αὐταῖς καὶ διαλέξεσι χρώμενος, ὧν ὁποχὴν τελείαν ἔχειν παρηγγέλη. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν ἀμφιβόλοις ἔκτοτε ἦν. Προῖὼν μέντοι καὶ ἔτι πλέον ἀμφίβολος τὸ σέβας κατεφαίνετο, μηδὲ ὁμολογίαν, ἣν ἔγγραφον ἀπῃτεῖτο παρὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐπιδοῦναι θελήσας. Πῶς οὖν ἔμελλε παραθεωρηθῆναι τὰ παρ' αὐτοῦ ἰσχυρογνωμονοῦντος, καὶ μήτε τῶν τοιούτων συγγραμμάτων ἀποσχέσθαι θέλοντος, καὶ τοὺς πολλοὺς ἀνασείοντος, τοῖς διερμηνευομένοις παρ' αὐτοῦ προσέχειν πείθοντος, παρεμμηνεύοντος δὲ καὶ τοῦ Τόμου ἕνια, καὶ ἀνυποτάκτως πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν ἔχοντος ; Ἀμέλει οὐδὲ παρεθεωρήθη, ἀλλ' ὡς τὸ φρόνημα καὶ τὸ σέβας ἀμφι-

βολον, ὡς ὁμολογίαν ἐγγραφὸν δεδωκέναι μὴ θελήσαντα, ὡς ἀπειθῆ. καὶ ἀνυπότακτον τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, ὡς θορύβου καὶ ταραχῆς αὐτῇ αἰτιώτατον, ὡς νεοφανῆ καὶ ξένα δόγματα παρεισάγειν φιλονεικοῦντα, ἀπόβλητον διὰ ταῦτα ἑαυτῆς ἐποιήσατο ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ, δίκαια πάντως ποιοῦσα, τοὺς μὲν νεοφανεῖς δογματιστάς, μᾶλλον δὲ παρερμηνευτὰς καταισχύνουσα, ἑαυτῇ δὴ περιποιουμένη τὴν ἐν ταῖς ἀποστολικαῖς καὶ πατρικαῖς παραδόσεσι βαθεῖαν γαλήνην καὶ εὐστάθειαν, περὶ ἧς πολλὴ καὶ μεγάλη γέγονεν ἡ φροντὶς καὶ τῇ θεοστεφεῖ, κρατίστῃ καὶ ἁγίᾳ μου δεσποίνῃ, καὶ τῷ θεοδωρήτῳ καὶ κοσμοποθήτῳ ταύτης βλαστῷ, τῷ κρατίστῳ καὶ ἁγίῳ μου αὐτοκράτορι, ὡς καὶ σεπτὰ τούτου χάριν ἀπολυθῆναι προστάγματα τῆς ἁγίας βασιλείας αὐτῶν. Καὶ χάρις τῷ Θεῷ, τῷ τοιούτους ἡμῖν δωρησαμένῳ ὀρθοδόξους ἄνακτας, καὶ προμάχους, καὶ προασπιστὰς τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ. Τούτων καὶ ἡμεῖς τὸν θεοφιλῆ ζῆλον καὶ τὴν εὐσέβειαν εἰδότες, χεῖρας ἀεὶ πρὸς Θεὸν ἱκέτιδας αἴρομεν, καὶ εὐχόμεθα γαλήνιον αὐτοῖς καὶ εὔθυμον τὴν βασιλείαν χαρίσασθαι, ἐπὶ χρόνον μήκιστον. Λείπεται τοιγαροῦν αἰσχύνης καὶ ἐντροπῆς ἀναπίμπλασθαι αὐτόν τε καὶ τοὺς αὐτοῦ ὀπαδοὺς, καὶ σπουδαστὰς, καὶ ὁμόφρονας, ὡς δή τι σεμνὸν, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀναγκαῖον τὰς ἐκείνου συγγραφὰς καὶ φωνὰς, ἵνα μὴ λέγωμεν καινοφωνίας προβαλλομένους ἐπὶ τοῖς προσήκουσι λαχόντος τὴν δίκην ἐφ' ἑαυτὸν, καὶ τοῦ ὑποψηφίου Μονεμβασίας, ὡς τὰ αὐτὰ τῷ Παλαμᾷ καὶ τούτου φρονοῦντος ἐπὶ ταῖς γραφικαῖς παρεξηγήσεσι. καὶ καθαιρέσει καθυποβληθέντος, διὰ τὸ μὴ πείθεσθαι ἀποσχέσθαι τούτου, μηδὲ ὁμολογίαν δοῦναι, ἣν ἀπῃτεῖτο τοῦ οἰκείου φρονήματος καὶ σεβάσματος. Ἀλλ' ἐπειδήπερ οἷς ὅπως ἂν τηρηθεῖεν ἄτρωτοι τῷ ἀρχεκάκῳ δαίμονι μέλει, οὗτοι πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν ὀφείλουσι πανταχόθεν ἑαυτούς. Τρόπος δὲ οὗτος αὐτοῦ, καὶ ἀγὼν μέγιστος, ἐξεγείρειν ἀεὶ σκανδαλοποιοὺς ἀνθρώπους τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἀλλ' ὑμεῖς ὡς τῶν εὐαγγελικῶν, καὶ ἀποστολικῶν καὶ πατρικῶν παραδόσεων ἐθάδες καὶ τρόφιμοι, καὶ γνήσιοι τῆς Ἐκκλησίας υἱοὶ τῇ παντελεῖ τῶν ὁμοφρόνων τῷ Παλαμᾷ ἀποχῇ καὶ ἀνεπιμιξίᾳ, ἀβλαβεῖς ἑαυτοὺς τηρῆσαι σπουδάσατε. Τίς γὰρ καὶ χρεία τῆς αὐτῶν ὁμιλίας καὶ ἀκροάσεως; Τίνος δὲ καὶ χάριν οἱ φῶρες τῆς μὲν Ἐκκλησίας ἀφηνιάζουσιν, ἀρχιερατικῷ δὲ ἔργῳ ἐπιτίθενται, καὶ φιλοῦσι διδάσκειν, καὶ ἀναπείθειν φιλονεικοῦσιν, ὡς δὴ καλῶς παρ' αὐτῶν λεγόμενα; Ἡμῖν δὲ καὶ δακρῦσαι πολλάκις ἐπ' αὐτοῖς ἐγένετο, πιστεύσατε, ἐνθυμουμένοις οἷαν ἀρετῆς ὁδὸν λιπόντες, εἰς ὅσον ἐξεκυλίσθησαν βάραθρον φιλέριδι πάθει ἡττηθέντες, λιπόντες τε τὴν ἐν γαλήνῃ τῶν λογισμῶν κυβέρνησιν, καί γε θορύβου μὲν ἑαυτῶν τὴν καρδίαν, θυρύβου δὲ καὶ αὐτὴν ἔχοντες τὴν ψυχὴν, φιλέχθορως τε καὶ φιλονείκως διακείμενοι ἐπὶ τὸ συστῆσαι τὸ παριστάμενον αὐτοῖς. Καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο συνιδεῖν ἔχουσιν, ὡς οὐ καλὸν, οὐδὲ ὅσιον, ὅρια Πατέρων κινεῖν, καὶ ἀντιφέρεσθαι, καὶ μὴ ὑπείκειν, μηδὲ πειθαρχεῖν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπὶ τοῖς ὡδογμένοις αὐτῇ καλῶς Θεοῦ χάριτι καὶ κανονικῶς·

A ἀλλὰ καὶ αὐτονομίᾳ χρῶνται καὶ ἀνήκοντα ἑτέροις ἀνερυθριάστως πράττουσι, καὶ μοναχοὺς ἀποχειροῦσι, μηδὲν ὂν αὐτοῖς ἐνδεδομένον. Τετολμήκασι δὲ τοῦτο καὶ εἰς παῖδα εὐγενῆ πολλῇ τῇ πρὸς αὐτὸν ἀπάτῃ χρησάμενοι. Ἀπέχεσθε τοίνυν τῶν τοιούτων ἀπὸ ψυχῆς, ἐξεχόμενοι τῶν ὀρθοδόξων δογμάτων τῆς Ἐκκλησίας. Ἐπεὶ γὰρ διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας ἄδεκτός ἐστι προφανῶς καὶ ἀπόβλητος τῇ Ἐκκλησίᾳ ὁ Παλαμᾶς, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἀπόβλητοί εἰσιν αὐτῷ καὶ οἱ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες, καὶ οἱ τούτῳ πειθόμενοι, καὶ οὐκ ἔστι τοῖς τοιούτοις μερίς τις οὐδὲ κλῆρος, ἕως τῆς αὐτῆς ἔχονται γνώμης. Ἀπέχεσθε τοίνυν τούτων πειθαρχοῦντες τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ στέργοντες, καὶ ἐμμένοντες ἐν ταῖς εὐαγγελικαῖς καὶ ἀποστολικαῖς παραδόσεσιν. Ἐπεὶ γὰρ ὅτε B καὶ μὴ τοιοῦτοι ἦσαν τὸ σέβας, δηλονότι ἀμφίβολοι, καὶ προδήλως ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀπόβλητοι, οὐδ' οὕτως ἐπὶ τοῖς δόγμασι καὶ τῇ τῆς θεοσεβείας διδασκαλίᾳ ὑπακούειν αὐτῶν ὀφείλετε, ὡς τοῖς ἀρχιερεῦσι, καθὰ καὶ φθάσαντες εἴπομεν, τοῦ τοιούτου ἔργου ἀνήκοντος, οἷς καὶ ἀπαραιτήτως πειθαρχεῖν ὀφείλετε, καὶ μηδαμῶς ἀντιτείνειν. Οἷα παρὰ Θεοῦ οἰκονόμοις δεδομένοις ὑμῖν τῆς σωτηρίας καὶ λόγον ὑφέξειν ὑπὲρ ὑμῶν μέλουσι. Τίς ὁ λόγος δοχὴν τοὺς τοιούτους ἀμφιβόλους ἐν ὑμῖν εὑρίσκειν, καὶ κίνδυνον ὑμᾶς ἐντεῦθεν ἔχειν ψυχῆς καὶ ἀπώλειαν; Καί γε μηδεὶς οἰέσθω δι' ἄλλο τι τῶν ἁπάντων τόν τε Παλαμᾶν καὶ τοὺς τοῦ Παλαμᾶ τῆς Ἐκκλησίας ἀποβαλεῖν· τοῦ ἀκιδδήλου δὲ χάριν αὐτῆς τῶν δογμάτων, ἐπεὶ ἐάλωσαν οὗτοι καὶ ἐπ' ἐνίοις τῶν τοῦ Τόμου, ὡς ἤδη εἴρηται, παραχαράττοντες, καὶ μεθερμηνεύοντες αὐτὰ, καὶ εἴ γε τῆς ἑαυτῶν ὑμῖν μέλει ὠφελείας καὶ ἀσφαλείας, τελέως τούτων ἀπέχεσθε, εἰρηνικῶς καὶ ἀταράχως πρὸς ἑαυτοὺς καὶ πρὸς ἀλλήλους ἔχειν σπουδάζοντες, καὶ κατεργάζεσθαι τὰς πρὸς τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν· ἧς καὶ πάντας ὑμᾶς ἐπιτυχεῖν γένοιτο ἐν Χριστῷ, οὗ καὶ ἡ χάρις εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν.

« Sermo patriarchalis, quo proscribuntur Palamas, et illius fautores, concordes, auditores, et a sancta Dei Ecclesia, tanquam fidei innovatores, extruduntur. Mediocritas nostra, cui administratio ac cura animarum vestrarum a Deo concredita est, cum modis omnibus vestram salutem procurare debeat, et jam audiverit, nonnullos ex vobis perturbari a Palamæ sequacibus, fautoribus, et concordibus, necessarium esse duxit, has ad vos litteras exarare, ne veri ignoratione aliqui ex vobis abripiantur. Quare attendite, quæ dicemus : multa enim inde sequentur commoda ; et insidiatoribus hisce, et sententia et cultu ambiguis, nec non refractariis, contumacibus, et alienis propterea ab Ecclesia ; qui enim vobiscum non est, contra vos est ; et qui vobiscum non colligit, dispergenti similis est ; his inquam, insolentibus, ac superbis, et omnia sibi promittentibus, res vestræ, quod cum Deo dicatur, non ita invasu faciles erunt. Sermo ab hoc eodem ordietur, cui ipsi adhærent, et pro quo multa sibi jactant, propugnatorem proprii cœtus nacti : eo

namque concusso et perturbato, cadet omnino et universa illius congregatio. Et jam intelligite. Palamas hic atque Barlaam, mutuo decertantes, et ac impietatis crimine alius alium insimulantes, disquisitioni synodali demandati sunt. Nostis fere omnes, neque ignoratis maximum illum in Ecclesia congressum, in quo, stellæ instar, præfulgebat pietatis propugnator imperator noster, celebris ac beatæ memoriæ, pater potentissimi et sancti mei imperatoris, cum senatus principibus. Et primus quidem Barlaam, tanquam prava sentiens et eloquens, tum de inaccessibili Transfigurationis lumine, tum de oratione illa : « Domine Jesu Christe, Fili Dei, miserere nostri, » condemnatur, et sic secundum canones ad accusandum ineptus judicatur. Cum vero statim nos in varias etiam sententias dividéremur, de Palama, tanquam qui forte in aliis errasse quoque deprehenderetur, in hoc etiam sacras divinasque leges audientes, quæ sine accusatore et probatione neminem condemnare præcipiunt, alio modo rem esse dirigendam decrevimus. Quare illius examen in aliud tempus distulimus ; non ita tamen, ut ille liber esset, iisdemque uteretur ; neque enim probum neque utile universæ Ecclesiæ visum est, licere illi eadem aggredi, de quibus dubitabatur, cum neque a canonibus potestatem habuisset. Solis enim canones præsulibus illa, quæ pietatis sunt, populum instruere permittunt : etsi in Scripturæ verbis controversia quæpiam nata sit, quemadmodum a deiferis Patribus exponatur. Pro quibus, tomo digesto ex synodali sententia, excommunicatio lata est ; qua ille neglecta, malum adauxit, scriptiones rursus easdem et disputationes usurpans, a quibus, ut omnino abstineret, jussum fuerat. Propterea que ex eo tempore in ambiguo res erat, et succedente tempore magis ac magis circa pietatem Palamas ambiguus videbatur, cum nec professionem fidei inscriptis, ab Ecclesia postulatam, exhiberet. Quomodo itaque res illius negligi poterant, dum ille pervicacius inhæreret proposito, nec a similibus commentariis abstineret, et multos perturbans, ad expositiones suas amplectendas compelleret, male etiam Tomi nonnulla exponeret, neque Ecclesiæ se submitteret ? ideoque non neglectus est, sed ut sententia et pietate ambiguum, et professionem scriptam tradere renuentem, ut pervicacem et Ecclesiæ Dei subdi nescium, ut tumultus et contentionis potissimam causam, ut novorum peregrinorumque dogmatum assertorem, Dei Ecclesia virum a se ipsa proscripsit ; juste equidem, novorum dogmatum auctores, imo in alias atque alias sententias scripta Ecclesiæ detorquentes, contumelia probroque afficiens, et sibi ipsi in apostolicis et paternis traditionibus profundam tranquillitatem ac stabilitatem procurans. De qua magna et ingens sollicitudo invaserat, a Deo coronatam potentissimam et sanctam meam dominam, et a Deo datum ac mundo desiderabilem illius surculum, potentissimum et sanctum meum imperatorem ; ut et venerandæ propterea sancti eorum imperii sacræ expeditæ sint. Et gratiæ sint Deo, qui nobis imperatores orthodoxos, et Ecclesiæ propugnatores ac defensores, elargitur. Horum etiam nos divinum zelum et pietatem considerantes, manus semper ad Deum supplices tendimus, precamurque, quietum illis et pacatum imperium ad annos plurimos concedi. Reliquum itaque est, ut verecundia et confusione ipse et sequaces et fautores et concordes impleantur, qui tanquam venerandum quidpiam, et Ecclesiæ necessarium, illius, qui commeritis pœnis, et iis quas sibi ipsi antea indixerat, muletatus, et propter jam dicta in judicium vocatus fuerat una cum hypopsephio Monembasiæ, commentaria et voces, ne dicamus recens nata dogmata, aliis proponunt. Damnatus præterea est dictus Monembasiæ hypopsephius, qui eadem ac Palamas sentiebat in pravis divinorum Eloquiorum expositionibus, et quod ab eo se disjungere, et professionem propriæ sententiæ et cultus tradere nollet. Verumtamen, quibus id in animo est, ut malorum omnium auctoris dæmonis telis impenetrabiles fiant, omni studio se quacunque ex parte defendere debent. Modus quippe illius est, et ingens certamen, semper scandala serentes in Ecclesia homines excitare. Sed vos in evangelicis et apostolicis et paternis traditionibus assueti, et exculti, et legitimi Ecclesiæ filii, omnimoda ab iis qui Palamam sequuntur, separatione, immunes vosmetipsos conservare studete. Quis enim eorum commercii et auditorii usus ? Cujus vero gratiæ fures Ecclesiæ quidem imperium detrectant, archieratica vero opera aggrediuntur, amantque docere, et persuadere contendunt, bona esse quæ ab ipsis enuntiantur ? Nobis porro sæpius eos illacrymare contigit, mihi credite, considerantibus, quali veritatis via relicta, in quantum se barathrum præcipitarint, contentioni obnoxii, qui negligentes in tranquillitate cogitationum gubernationem, licet tumultu suum cor, tumultu suam animam oppletam obtineant, odiose atque contentiose, quod ipsi proponunt, confirmare satagunt, nec illud animo capere possunt, neque probum neque justum esse, Patrum terminos dimovere, et adversari, et non cedere neque obedire Ecclesiæ in iis quæ ab ipsa probe et secundum canones divina gratia decreta sunt ; sed et libertatem, ac si sui essent juris, usurpant quæ ad alios pertinent, ipsi inverecunde operantur, et cum facultatem nullam habeant, monachos detondent, idque etiam in juvenem nobilem, multis pellectum fraudibus, non sine audacia præstiterunt. Ab his itaque toto vos animo semovete, orthodoxis Ecclesiæ dogmatibus adhærentes. Cum itaque propter jam dictas causas proscriptus sit ab Ecclesia Palamas, eodem ac ille modo proscripti sunt omnes, qui æque ac ille sentiunt ; quippe illis credunt ; neque est similibus pars ulla sive hæreditas, quoad eamdem sententiam sectantur. Separate itaque vos ab istis, Ecclesiæ obedientes, acquiescentes perseverantes-

que in Evangelicis et apostolicis traditionibus. Etenim, licet non tales essent pietate, ambigui scilicet et palam hostes et adversarii, et ab Ecclesia ejecti, nihilominus neque hac ratione in dogmatibus et doctrina de pietate illis credere debetis, cum id ministerii, ut jam diximus, ad antistites pertineat, quibus sine ulla exceptione obedire debetis, nec ullo modo adversari ; cum sint a Deo tanquam œconomi vobis traditi salutis, et rationem pro vobis reddituri. Quæ ratio fuerit, hosce ambiguos locum apud vos possidere, quo periculum animæ subeatis et excidium ? Nemo interim existimet, propter aliam causam Palamam, illiusque socios ab Ecclesia ejectos, quam ob adulterata ipsius Ecclesiæ dogmata : cum et ipsi deprehensi sint in nonnullis, tomi verba, ut jam diximus, adulterantes, et in pravam expositionem trahentes. Quare, si nobis vestra utilitas et securitas cordi est, omnino eos vitate, pacifice et tranquille inter vos ipsos, nec non et alios, viventes, complete opera, quæ ad vestram salutem necessaria sunt : cujus utinam compotes fiatis in Christo, cujus gratia sit cum vobis omnibus. » Et hæc de Palama illiusque hæresibus in præsentia satis sint ; reliqua opportuniore tempore prosequemur. Palamas itaque Gregorius, ut vides, non proprias hæreses tantum, ob quas etiam ab ipsis Græcis, plurimarum synodorum calculo, damnatus est, fovit et propagavit ; sed Græcorum etiam errores adversus Latinos, scriptis editis, tutatus est. Editæ sunt Londini Orationes demonstrativæ duæ, *De processione Spiritus sancti* contra Latinos, Græce tantum. Scripsit etiam *Refutationes ad Joannis Vecci Epigraphas*, de eodem argumento, editas Græce et Latine, interprete Arcudio, cum Responsionibus Bessarionis. Alia quoque scripsisse non dubito hominem nugacissimum et procacissimum, qui semper scriptorum mole et multiloquentia, non argumentorum robore, adversarios opprimere conatur : nullas habet veneres, nullum ingenii acumen : satis illi est, si, quæ alii ante ipsum dixerant, lutulentiore calamo percurrat, et chartis illinat ; sub pietatis specie, ubique venenum spirat. Et tamen hunc improbissimum hominem, ac si unus et præcipuus ex sanctis et doctoribus foret, nonnulli ex Græcis inter sanctos collocarunt, et, hymnis ac aliis canticis editis, in Ecclesia celebrarunt, et nunc quoque celebrant. Quæ in Triodio de illo afferuntur, a Philotheo patriarcha Constantinopolitano male assuta, alibi examinavimus. Collectoris etiam, sive editoris incogitantia factum est, ut in Tomo IX *Bibliothecæ Patrum*, in duarum orationum titulo, quarum ipse auctor fuerat, *sanctissimus* nuncupetur. Quod maxime improbavit Gennadius patriarcha, Græcos alloquens pro concilio Florentino : « Vos, Græcos, quamvis flagitiosissimos et stultissimos, si solum adversus Latinos dicant, omnium sanctissimos arbitramini ; inter alios quidem multos, quemdam qui vocatur Palamas, et Ephesi Marcum, hominem nec satis mentis compotem, sed tumidum sapientiæ ostentatorem ; nulla virtute vel sanctitate subnixos, quia loquuntur et scribunt solum contra Latinos, extollitis et celebratis, eorumque imagines exornatis, festumque agentes diem colitis, et veluti sanctos adoratis. » Quod, pace tanti viri liceat dixisse, falsum est. Excepta enim Thessalonica, et nonnullis in monte Atho monasteriis, nullus ex Græcis hoc ævi, jam prædictos dignos tanta commemoratione existimat ; imo etiam decreto vetitum est, ne quis in posterum de iis officia in Ecclesia celebret, licet de Palama officium ab illius sectæ aliquo per summum nefas in Triodo editum fuerit.

DE EODEM PALAMA

Ex ejusdem Allatii opere *De Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis perpetua consensione*, lib. II, cap. 17, num. 2, pag. 828.

II. Sed cum videam, in harum rerum narratione non omnes convenire, neque, quid senserit Barlaamus, quid Acindynus, et quid denique Palamas, aperte dicere, sed veritatem mendaciis contaminare, immorandum est paululum referendo negotio, minime incurioso, nec omnibus obvio. Accessit itaque Byzantium Barlaamus Calaber, non rebus ecclesiasticis tantum, sed philosophicis etiam scientiis nobilis ; inquirit in monachorum, eorum potissimum, qui se Ἡσυχαστὰς a quiete, et animo imperturbato nuncupabant, vitam, instituta examinat, orandi etiam modum perpendit, et, cum quædam observasset, quæ ipsi non usque adeo placerent, scriptis etiam editis, eorum aliorumque plurimorum insimulat. Namque eos, ut Euchitas et Massalianos, veterum hæreticorum appellatione, et nova Ὀμφαλοψύχους, *Umbilicanimos*, condemnavit. Quid Euchitæ Massalianique fuerint, veterum scriptorum libri satis tibi suggerent. De Omphalopsychis, quod non ita se habet, aliquid dicemus. Neque enim ita eos vocavit Barlaamus, veluti ventri deditos, et quasi animam in ventre ferentes, eo modo quo olim Tertullianus, ad Montanum transgressus, appellare solebat orthodoxos *psychicos*, animales, voluptuarios, etc. ut ὀμφαλόψυχοι sint *gastrimargi*, et quod Apostolus ait, *Ventres pigri*. Licet enim Gregoras eos-

dem monachos veluti crapulæ et vinolentiæ deditos, ut Cantacuzenus, lib. IV, scribit, arguit ; non inde tamen id sibi nomen obtinuerunt; nam ita dicti sunt a modo, quo preces Deo effundebant, non tum recens nato, sed multa ante a Simeone Xerocerci monasterii abbate invento, et Hesychastis, scripto etiam, tradito. Is in opere, quod *De sobrietate et attentione scripsit*, hæc præcipit : Καθίσας ἐν μιᾷ γωνίᾳ κατὰ μόνας πρόσεξαι ποιῆσαι ὃ λέγω σοι. Κλεῖσον τὴν θύραν, καὶ ἔπαρον τὸν νοῦν σου ἀπὸ παντὸς ματαίου, ἤγουν προσκαίρου. Εἶτα ἐρείσας τῷ στήθει σὸν πώγωνα, κινῶν τὸν αἰσθητὸν ὀφθαλμὸν σὺν ὅλῳ νοῒ ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας, ἤγουν κατὰ τὸν ὀμφαλόν, ἄγξον καὶ τὴν τῆς ῥινὸς τοῦ πνεύματος ὀλκὴν, τοῦ μὴ ἀδεῶς πνεῖν. Ἐρεύνησον ἔνδον ἐν τοῖς ἐγκάτοις εὑρεῖν τὸν τόπον τῆς καρδίας, ἔνθα ἐμφιλοχωρεῖν πεφύκασι πᾶσαι αἱ ψυχικαὶ δυνάμεις. Καὶ πρῶτον μὲν σκότος εὑρήσεις, καὶ πάχος ἀνένδοτον· ἐπιμένοντος δὲ σοῦ, καὶ τούτου τοῦ ἔργου νυκτὸς καὶ ἡμέρας ποιουμένου, εὑρήσεις, ὦ τοῦ θαύματος ! ἄληκτον εὐφροσύνην. Ἅμα γὰρ εὗρῃ ὁ νοῦς τὸν τόπον τῆς καρδίας, βλέπει παρευθὺς ἃ οὐδέποτε ἠπίστατο. Βλέπει γὰρ τὴν μεταξὺ τῆς καρδίας ἀέρα, καὶ ἑαυτὸν φωτεινὸν ὅλον καὶ διακρίσεως ἔμπλεον. « Attende, ut facias quod tibi dico ; clausis foribus sedeas in uno aliquo angulo seorsim, mentemque tuam abstrahas ab omni vanitate, omni re fragili et caduca. Deinde mentum tuum pectori innexum inhæreat, moveasque sensibilem oculum cum tota mente tua in medio ventris, in umbilicum scilicet : quin etiam constringe attractionem spiritus narium, ut non facile spires; et inquire intus in visceribus, ut reperias locum cordis, ubi animi facultates morari solent. Et primum quidem invenies tenebras, et crassitudinem minime cedentem : ubi vero perstiteris, ac dies noctesque in hoc opere consumpseris, o rem admirandam ! percipies lætitiam, quæ nullo puncto temporis intermittit. Quam primum enim mens locum cordis repererit, statim aspicit, quæ nunquam sciebat. Siquidem viso aere, qui inter spatium cordis exstat, se ipsa totam lucidam et discernendam præbet. » Vides, eos in medium ventrem, umbilicum nempe, oculos dirigere, ibique facultates animæ commorantes intueri ? Id etiam Palamas plurimis locis confirmat ; ut adversus Palamam Demetrius Cydonius probat. Quare recte *Umbilicanimi* dicti sunt, quod in umbilico animam, illiusque facultates quærerent et invenirent, tum demum lumine implerentur. Si petas ab ipsis, lumen illud, quo ita dispositi homines circumfundebantur, quid esset, post multas verborum ambages respondent, esse gloriam deitatis increatam ; et eam tamen humano visui subjici. Ad quæ confirmanda, lumen, quod in Transfiguratione Domini apparuit, adducitur. Cum itaque Barlaamus Hesychastas ob hæc ipsa aliaque perstringeret, et præcipue lumen transfigurationis ; Byzantium accedens, rem defert patriarchæ et synodus indicitur.

Cum autem cernerent imperator et patriarcha, si de dogmate quæstio mota fuisset, multas inde turbas in Ecclesia excitatum iri, quæstiones similes prohibent, et Barlaamum, tanquam procacem, et monachis injurium condemnant, condemnaturi paulo post etiam Palamam, si mors ipsa Andronici judicium non interrupisset. Et mentitur palam Cantacuzenus, qui narrat, Barlaamum veniam ob stulte dicta petiisse, fassumque fuisse quod in Thabor lumen discipulis circumfulsit, gloriam Dei, principii expertem, et æternum esse lumen, rediisseque in gratiam Palamæ ; tacens, contra eumdem Palamam pœnas a synodo constitutas, ne etiam in posterum aliquid de dogmate pertractaret. Sed Cantacuzenus, dummodo suum tueatur Palamam, omnia invertit. Quod præsumebant, sed temere, Palamitæ ex condemnatione Barlaami, non tantum antea in publicum edita dogmata, sed etiam quæ post synodum ab ipsis de novo addita fuerant, ab eadem synodo approbata fuisse ; idque cum ad aures patriarchæ pervenisset, ne minus cauti fraudibus Palamitarum seducerentur, quid in ea synodo actum fuerat, ita declarat : Πατριάρχου περὶ τοῦ Τόμου. Ἔστι μὲν ἀπὸ τοῦ Τόμου καταφανὲς τῷ μὴ πρὸς ἀπέχθειαν κρίνειν ἐθέλοντι ὡς ἐπὶ μόνοις τοῖς δυσὶ κεφαλαίοις ἐγένετο ἡ κρίσις καὶ ἡ ἀπόφασις· τῷ περὶ τοῦ ἐν τῷ Θαβωρίῳ, λέγω, θείου φωτὸς, καὶ τῷ περὶ τῆς εὐχῆς, ὡς δηλώσομεν προϊόντες. Καὶ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς δυσὶ κεφαλαίοις κατεδικάσθη καὶ ἀπεπέμφθη ὁ Βαρλαάμ· καὶ τὸ ἐν τῷ Τόμῳ τεθὲν τοῦ ἐπιτιμίου βάρος ἐπὶ δεφενδεύσει τῶν μοναχῶν τῶν δύο τούτων ἕνεκα μόνων κεφαλαίων ἐτέθη. Ἀκούω δὲ νῦν, ὡς ἰσχυρίζονται λαχεῖν τὴν δικαίωσιν ἐπὶ πᾶσι τοῖς πρότερον καὶ ὕστερον δογματιζομένοις παρ' αὐτῶν. Τοῦτο ψεῦδός ἐστι προφανὲς, καὶ διαβολή. Πῶς γὰρ δεφενδεύειν καὶ διεκδικεῖν αὐτοὺς ἐμέλλομεν ἐπὶ τοῖς μήπω λαληθεῖσιν εἰς τὸ μέσον τῆς συνόδου, μηδὲ κριθεῖσιν; Ἐπὶ γὰρ τῇ συνοδικῇ τῆς ὑποθέσεως ἐξετάσει, εἰς ἣν καὶ ὁ ἀοίδιμος καὶ μακαρίτης βασιλεὺς παρουσιάσας εὐδόκησε πρόμαχος εἶναι καὶ προαγωνιστὴς τῆς Ἐκκλησίας Θεοῦ, ὡς ὀρθοδοξότατος καὶ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, ἀπηντήθη ὁ Βαρλαὰμ εἰπεῖν παῤῥησίᾳ περὶ τῶν μοναχῶν, ἐφ' οἷς αὐτῶν καθαπτόμενος ἦν. Ὃ δὲ ἑτέραν τραπεὶς προέτεινεν, ἃς δὴ καὶ προέτεινεν ἀπορίας περὶ δογμάτων, καὶ ἐζήτει λυθῆναι αὐτῷ παρ' ἡμῶν τὰς τοιαύτας αὐτοῦ ἀπορίας. Ἀπεκρούσθη δὲ οὐ μόνον ἐκεῖνος περὶ δογμάτων λέγειν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ Παλαμᾶς, προκομισθέντων καὶ ἀναγνωσθέντων ἐπὶ τούτῳ ἀπὸ τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων, ὅσοι δῆτα καὶ ἀνεγνώσθησαν. Μὴ πειθομένου δὲ μηδ' οὕτω τοῦ Βαρλαὰμ, προεκομίσθησαν καὶ ἀνεγνώσθησαν καὶ ἀπὸ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ τὸ περὶ τοῦ Φωτὸς, καὶ τὸ περὶ τῆς Εὐχῆς, καὶ κατεψηφίσθη ἀπ' αὐτοῦ τούτου τοῦ οἰκείου συγγράμματος, ἐλεγχθεὶς καὶ συγγνώμην αἰτήσας· ἀναγνωσθέντος καὶ τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ, καὶ τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου Κρήτης, οὓς ἐπὶ τῇ Δεσποτικῇ τῆς ἁγίας Μεταμορ-

φώσεως τοῦ Χριστοῦ ἑορτῇ συνεγράψαντο. Κἀντεῦθεν οὐδὲ παρεχωρήθη εἰπεῖν τι κατὰ τῶν μοναχῶν. Ἐφ' οἷς οὖν οὔτ' ἐκεῖνον κατήγορον ἐδεξάμεθα, οὔτε αὐτοὶ ἀπολογίαν ἠντινοῦν δεδώκασι, πῶς καθολικὴν ἔσχον τὴν δικαίωσιν; καὶ ταῦτα ἐπὶ τοῖς δογματισθεῖσι παρ' αὐτῶν, μαχομένων τῷ Βαρλαὰμ, καὶ ἐπὶ τοῖς ὕστερον μετὰ τὸν Τόμον περὶ αὐτῶν θρυλλουμένοις. Ἐπειράθησαν μὲν καὶ δευτέραν συγκροτηθῆναι σύνοδον, ποιούμενοι πρόφασιν τὸν Ἀκίνδυνον, ὥστε καὶ ἐχρήσαντο τῇ κοσμικῇ ἐξουσίᾳ, καὶ συνῆλθον εἰς τὰ κατηχουμενεῖα τοῦ οὐρανίου τεμένους τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου Σοφίας οἵ τε ἀρχιερεῖς καὶ οἱ τῆς συγκλήτου ἐπ' αὐτῷ τούτῳ παρὰ γνώμην ἡμετέραν ἐξ οἰκονομίας αὐτῶν· ἀλλ' οὐδαμῶς παρεχωρήθη παρ' ἡμῶν τοῦτο διὰ δύο ταῦτα, ἓν μὲν, διότι οὔτε πρότερον οὔτε ὕστερον, οὔτε ὅλως ποτὲ ἀποδοχὴ καὶ θέλησις ἦν ἡμῶν ζητήσεις δογματικὰς κινηθῆναι ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ διὰ τὸ ἐντεῦθεν ἐπισφαλὲς καὶ ἐπικίνδυνον. Θάτερον δὲ, διότι κατενοήσαμεν τὸν εἰς τοῦτο παρ' αὐτῶν προσκληθέντα, καὶ ἡμᾶς συνωθούμενον ἑαυτῷ ἐπιγράψασθαι βουλόμενον τὴν ἐντεῦθεν τιμήν· ὅπερ ὕφεσιν ἐκρίναμεν τῆς βασιλικῆς τιμῆς καὶ μεγαλειότητος. Διὸ οὐδὲ ἐδεξάμεθα, ἀλλ' ἀπεκρουσάμεθα τὸν τοιοῦτον αὐτοῦ σκοπὸν διὰ τὰς εἰρημένας δύο αἰτίας. Ἐζήτησε δὲ ἔπειτα καὶ ἠνάγκασεν, ἵνα ποιήσωμεν γράμμα τοῖς μοναχοῖς χάριν τῶν λαληθέντων πρότερον, καὶ ἐπενεύσαμεν εἰς τοῦτο. Ὅθεν καὶ ἐξετέθη ὁ Τόμος ἀρχὴν καὶ τέλος οὐδὲν ἄλλο ποιούμενος ἀλλ' ἢ μόνον τὸ ἐν αὐτῷ διαλαμβανόμενα δύο κεφάλαια τοῦ θείου λέγω φωτὸς τῆς Μεταμορφώσεως, καὶ τῆς Εὐχῆς, ὡς ἤδη ἡμῖν εἴρηται. Ὑπὲρ ὧν δὴ κεφαλαίων καὶ τὰ ῥητὰ τῶν ἁγίων ἐτέθησαν ἐπεξεργασίας πάσης χωρὶς καὶ ἐπεξηγήσεως, ὡς ἁγίων ῥητὰ, καὶ ἁγίως λεγόμενα καὶ νοούμενα τοῖς εὐσεβῶς αὐτὰ δεχομένοις. Ἐν τοῖς δυσὶ γοῦν τούτοις κεφαλαίοις τομὴν λαβούσης τῆς ὑποθέσεως, τὸ ἀτάραχον ἡμεῖς περιποιούμενοι τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ, βάρος ἐπανετεινάμεθα, καὶ κατὰ τῶν ἐπ' αὐτοῖς τοῦ λοιποῦ κατηγορῆσαι τῶν μοναχῶν πειρασθέντων, καὶ κατὰ τῶν λέγειν ἢ γράφειν τὸ ἀπ' ἐκείνου περὶ δογμάτων. Οἱ δὲ, ὡς ἀκούομεν, εἴ τις μὲν εἰς τὰ συγγραφέντα παρ' αὐτῶν μαχομένων τῷ Βαρλαὰμ, ἄτινα καὶ ζητηθέντα πολλάκις κρύπτονται, καὶ οὐ φανεροῦνται, καὶ εἰς τὰ ἐν ὑστέροις καὶ λεγόμενα καὶ γραφόμενα παρ' αὐτῶν ἀντιπίπτων εἴη καὶ ἀπελέγχων αὐτοὺς, εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ Τόμου δικαίωσιν καταφεύγουσι καὶ τὸ βάρος προβάλλονται, ὡσπερεὶ καὶ αὐτὰ ταῦτα πρότερον συγγραφέντα παρ' αὐτῶν, καὶ ἃ νῦν ἐκτίθενται, καὶ διακηρυκεύουσιν, εἰς ἐξέτασιν τότε τὴν συνοδικὴν προετέθη· τὸ ὅτι δὲ κωλύονται τῷ τοσούτῳ βάρει, ὡς μὴ φυλάξαντες τὸ ἐπίταγμα, ἀλλὰ τούτου οὔτε πρότερον οὔτε νῦν οὔτε αὐτοῖς τούτοις οὔτε τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν ἑλομένοις λέγειν ὅλως ἐμέλησεν. Ἡμεῖς μὲν οὖν μετὰ τὸ γενέσθαι τὸν Τόμον, συγγράμματα καὶ ἀπολογίας περὶ δογμάτων ἰδόντες τοῦ Παλαμᾶ, σχεδὸν ἀπίθανα ἡγησάμεθα. Διὸ καὶ διεμηνυσάμεθα διαφόρως ἐλθεῖν αὐτὸν ὡς ἡμᾶς, ἐφ' ᾧ, εἴ τι καὶ ἐπισυνέβη καὶ ἐγένετο τοιοῦτο, θεραπεῦσαι τοῦτο καὶ διορθώσασθαι. Ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο, ἀλλ' ἐξέφευγεν. Ὡς δὲ δῆλον ἡμῖν ἐγένετο δι' ἀναφορᾶς αὐτοῦ ὅτι ἐξ ἀνάγκης ἐκινήθη, καὶ λέγει, καὶ γράφει περὶ τοιούτων, ὡς ἔλεγε, καὶ ἐὰν κατασιγασθῶσιν οἱ κατηγοροῦντες, παύσεται καὶ αὐτὸς, μετεκαλεσάμεθα οὓς προεβάλλετο, καὶ εἴπομεν, καὶ ἐπετάξαμεν αὐτοῖς, ὅσα δῆτα καὶ ἐπετάξαμεν, καὶ κατεπείσθησαν, καὶ δεδώκασιν ὁμολογίαν, ὡς ἀπῃτήθησαν, δι' ἧς ὅσα ἠσφαλίσαντο ἔστι μαθεῖν ἐξ αὐτῆς. Ἆρ' οὖν κατεπείσθη ποσῶς καὶ ὁ Παλαμᾶς; Οὐδαμῶς· ἀλλ' ἔμεινε καὶ αὖθις ὁ αὐτός. Καὶ οὔτε πρὸς ἡμᾶς ἠθέλησεν ἐλθεῖν μεταχαλούμενος, οὔτε παύσασθαι τοῦ λέγειν περὶ δογμάτων. Κρατηθεὶς δὲ, ὡς ἐκρατήθη, οὐδ' οὕτως ἐπαύσατο, ἀλλ' ἔτι πλέον ἐκτίθεται τὰ τῆς οἰκείας δόξης, μικρὰ τοῦ ἐκφωνηθέντος βάρους φροντίζων. Ὥστε καὶ ἔστιν ἐξ ἁπάντων συνιδεῖν καὶ συλλογίσασθαι τὸν θέλοντα εἰδέναι τὸ ἀληθὲς, ὡς ἀρχῆθεν τὸ τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως, καὶ τὸ τῆς αὐτονομίας καὶ ἀπειθείας νόσημα, πάντολμός τις ἄνθρωπος ὤν, καὶ πολὺ τὸ ἐφ' ἑαυτοῦ φρονεῖν ἔχων εἰς τὰ τοιαῦτα διήγειρε. Καὶ οὐδὲ νῦν τῆς γνώμης ταύτης ἴσχει μεταβολὴν, ἀλλ' ἔχεται ἁπλῆς τῶν δεδογμένων ἐπισπᾶσθαι πρὸς ἑαυτὸν, καὶ μεθέλκειν πειρώμενος καὶ οὓς ἂν δυνηθείη ἐντὸς τοῦ τοιούτου αὐτοῦ φρονήματος λαβεῖν. Περὶ οὗ οὐ μέγα, εἰ ἄνθρωπος γνώμης τοιαύτης ἀνίατος διαμείνοι, ἀλλὰ μέγα καὶ τέρατι σχεδὸν ἐοικὸς, εἴ τις οὕτως, ἂν οὕτως ἔχῃ γνώμης, συνεργεῖν αὐτῷ βούλοιτο, καὶ ὁμοφρονεῖν ἀπ' ἐναντίας τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ. Ἡμεῖς γὰρ ὅπως ποτὲ ἔχῃ τὰ πρὸ τοῦ Τόμου συγγραφέντα παρ' αὐτοῦ μαχομένου τῷ Βαρλαὰμ, καὶ μετὰ τὸν Τόμον, ἐκτὸς τῶν ἐξετασθέντων δύο κεφαλαίων οὔτε βουλόμεθα, οὔτε ἀνεχόμεθα ἀκούειν αὐτῶν· ἀλλ' ἀρκούμεθα τοῖς παρὰ τῶν ἁγίων, ὡς κρατοῦνται καὶ δοξάζονται παρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ, δεδιότες τὰ σχίσματα, ὡς φιλεῖ γίνεσθαι ἐν τοῖς τοιούτοις. Εἴρηται ἡμῖν τοίνυν διὰ βραχέων τὸ ὅλον ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ὑποθέσει τῆς ἀληθείας· ὅτι τε ἐπὶ μόνοις τοῖς διαληφθεῖσι δύο κεφαλαίοις, καὶ ἐπ' οὐδενὶ ἑτέρῳ τὸ πέρας ἡ ἐξέτασις εἴληφεν ἡ συνοδικὴ, καὶ ὅτι ἐπ' αὐτοῖς τούτοις κατεδικήθη καὶ κατεδικάσθη ὁ ἀποπώτατος Βαρλαὰμ, καὶ τοσοῦτον βάρος ἐξεφωνήθη κατ' αὐτοῦ παρὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, αὐτοὺς δὲ τούτους καὶ τοὺς ἄλλους μετ' ἐμβριθείας καὶ ἐπιτιμήσεως καὶ αὐστηρίας πνευματικῆς ἐκωλύσαμεν κινεῖν ὅλως, καὶ λέγειν περὶ δογμάτων, καὶ ταραχὰς, καὶ θορύβους, καὶ σχίσματα προξενεῖν τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ. καὶ εἰς τὰ πρότερον δὲ συγγραφέντα παρ' αὐτῶν μαχομένων τῷ Βαρλαὰμ οὐδεμία τότε, ἢ καὶ μετὰ ταῦτα ἐξέτασις γέγονεν, ἀλλὰ καὶ ζητηθέντα κατὰ πολὺ τὰ τοιαῦτα, οὐ μόνον οὐκ ἐδόθησαν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα δογματίζειν μετὰ τὸν Τόμον ἀνερυθριάστως οὐκ ἐπαύσαντο. Τὰ μέντοι ῥητὰ τῶν ἁγίων ἡμῖν μὲν ὡς ἀνθρώπων ἐδείχθησαν εἰς σύστασιν τῶν τοιούτων δύο κεφαλαίων, καὶ χωρὶς ἐπεξεργασίας καὶ ἐξηγήσεως· εἰ δέ τις πρὸς τὸν οἰκεῖον ταῦτα σκοπὸν ἐθέλει βιάζεσθαι, καὶ διερμηνεύειν, καὶ ἐπ' αὐτοῖς ἐδράζεσθαι, καὶ ἐν ἄλλοις, ἐφ' οἷς εἴρηται, οὐ παρὰ τοῦτο πάντως κακοὶ οἱ

ταῦτα δεξάμενοι ἀπεριέργως. Τὰ γὰρ τῶν ἁγίων τοῖς ἁγίως μὲν καὶ εὐσεβῶς νοοῦσι καὶ δεχομένοις φῶς ἐστιν ἀληθείας πρὸς τὸν Θεὸν, τοῖς δ' ἑτέρως ἔλεγχος καὶ κατάκριμα. Πλὴν οὐδὲ ἰσχυρογνωμονοῦμεν, εἴ τι καὶ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ἁγίων ῥητοῖς εἰπεῖν ἔχει τις, ἅτινα ἁπλῶς καὶ ἀνεξετάστως ἐδεξάμεθα ὡς ἁγίων. Ἔν γάρ ἐστιν ἡμῖν τὸ ζητούμενον, ἵνα τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ τὰ οἰκεῖα δόγματα ἀκραιφνῆ διατηρηθῇ, καὶ καθὼς ἡμεῖς ἐν τούτοις διεδεξάμεθα αὐτὴν, οὕτω καὶ πρὸς τοὺς μεθ' ἡμᾶς παραπέμψωμεν, ἀμιγῆ παντὸς νόθου καὶ ἐκφύλου δόγματος. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ κατὰ τοῦ ὑποψηφίου Μονεμβασίας συνοδικὴ πρᾶξις ἀρκέσει τοῖς ἐνδοιάζουσι, κἀκεῖνα μετὰ τῶν ἄλλων τῶν ἐπὶ τῇ καταδίκῃ αὐτοῦ φέρουσα, ὅτι δύσνους περὶ τὸ βασίλειον ὕψος πεφώραται, καὶ ὅτι χαίρει καὶ πρόσκειται τοῖς, οἷς δογματίζει ὁ Παλαμᾶς μετὰ τὴν τοῦ Τόμου ἔκθεσιν καὶ τὴν δι' αὐτοῦ κατὰ τῶν τοιούτων ἐπιτίμησιν. «Patriarchæ de Tomo. Palam est ex ipso Tomo, nisi quis ex invidia atque odio res dijudicare velit, de duobus tamen capitulis judicium actum esse et determinationem; de divino lumine in monte Thaborio, et de oratione, ut infra exponemus; et pro duobus hisce capitulis condemnatum, ejectumque Barlaamum, pœnasque in Tomo appositas, ad defensionem monachorum ob hæc duo solummodo capita indictas esse. Nunc vero audio, contendere eos judicio se absolutos fuisse de omnibus, quæ et ante et postea decreverant. Hoc purum putum est mendacium et calumnia. Quanam autem ratione eos defendere et propugnare conarentur pro iis, quæ nondum erant enuntiata in synodo, neque examinata? Nam in synodali de hac re examine, in quo celeberrimus et beatæ memoriæ imperator sua præsentia voluit propugnator esse, atque advocatus Ecclesiæ Dei, tanquam rectorum dogmatum ante alios sectator et piissimus, missus est Barlaamus, ut publice de monachis ediceret ea omnia quorum eosdem insimulabat; ille aliam ingressus viam, proponebat, quæ sibi adhibebant, de dogmatibus quæstiones, quas sibi solvi a nobis poscebat, qui repulsam passus, non tantum ipse, sed et hic ipse Palamas, inhibitusque, ne de dogmatibus disseret, allatis lectisque de hoc ex sacris divinisque canonibus, quæcunque lecta sunt. Cum vero nec hisce cederet Barlaamus, ex ipsius Commentariis allata et lecta sunt, quæ de lumine et oratione pertractabat; et hac sua scriptione condemnatus est, in errore deprehensus, et veniam petiit. Lectæ fuere quoque oratio sancti Joannis Damasceni, et oratio sancti Andreæ Cretensis; quas illi in Dominicam sanctæ Christi Transfigurationis celebritatem composuerunt. Neque inde postea concessum est illi, ut aliquid adversus monachos diceret. De iis itaque pro quibus neque eum accusatorem admisimus, neque ipsi responsionem aliquam dederunt, quomodo universalem absolutionem consecuti sunt, et potissimum de iis quæ tanquam dogmata protulerunt, Barlaamo contraria, de iis etiam, quæ

A post Tomum editum circumferuntur? Conati sunt etiam secundam synodum cogere sub prætextu Acindyni, sæculari potestate suffulti, et convenerunt in catechumenia cœlestis templi Dei Verbi Sapientiæ præsules, et senatus pro hac re præter voluntatem nostram, ita illis procurantibus: sed nullo modo id est a nobis permissum: tum quod neque prius neque posterius neque unquam omnino consensus et voluntas nostra fuerit, quæstiones de dogmatibus moveri in Ecclesia Dei, propter quæ inde sequuntur discrimina et pericula; tum quod intellexerimus, eum qui ad hoc accitus fuerat, et in nos sese insinuabat, sibi vindicare, qui inde ortus fuisset, honorem, quod imminutionem imperialis gloriæ ac majestatis judicabamus. Ideoque B rem non admisimus, sed ob jam dictas duas causas conatus illius repressimus. Postulavit vero deinde et compulit, ut scriptum de iis quæ prius dicta fuerant, monachis concederemus, et morem gessimus. Quare editus est tomus, nullum aliud neque principium neque finem habens, nisi tantum duo illa, quæ in eo continentur, capita, divini inquam Transfigurationis luminis, et orationis, ut jam diximus. De quibus capitibus et dicta Patrum apposita sunt, nulla addita neque expositione neque enarratione, tanquam quæ sanctorum dicta sint, et sancte enuntiata ac intellecta ab iis qui pie ea excipiunt. Cum itaque in his duobus capitibus causæ finis impositus fuisset, nos quietem Ecclesiæ Dei C procurantes, gravioribus pœnis obstrinximus, tum eos qui in posterum monachos accusare niterentur, tum eos qui vel ore vel scripto de dogmatibus aliquid tradidissent. Hi vero, ut nos audimus, si quis ea, quæ ipsi cum Barlaamo decertantes serpserunt, et sæpius perquisita absconduntur, nec producuntur, ea quoque, quæ illi postea dixerunt, aut scripserunt, adversatus fuerit, et eos reprehenderit, ad Tomi judicium confugiunt, et pœnas proponunt, ac si hæc ipsa prius ab iisdem composita, et quæ nunc exponunt et publicant, in examine synodali proposita fuissent: ipsos vero prohiberi ab iisdem pœnis similia eloqui, et talibus pœnis fieri obnoxios, tanquam inobedientes, de quibus D neque prius, neque nunc, neque ipsis, neque eorum propugnatoribus curæ fuit. Nos ergo, post Tomum expeditum, scriptiones et responsiones de dogmatibus Palamæ cum vidissemus, vix induci potuimus, ut fidem adhiberemus. Quare pluribus modis eum ad nos accivimus, ut, si quid tale acciderat, aut factum fuerat, curaremus et corrigeremus. Ille non obtemperavit, sed mandata detrectavit. Ut vero nobis innotuit, ita eodem referente, necessitate coactum, ut ipse aiebat, et loqui et scribere similia; et, si accusatoribus silentium imponeretur, ipse quoque scribendi loquendique finem faceret; accersivimus quos ipse proposuerat, et imperavimus ipsis, quæcunque nobis visa sunt: et obedierunt, dederuntque professionem, uti postulatum fuerat; qua facile dignosci potest, quot ipsi sua sponsione

promiserant. An propterea etiam aliquo modo suaderi sibi passus est Palamas? Nequaquam. Sed idem, qui prius erat, permansit; neque ad nos accedere voluit, licet accersitus, neque de dogmatibus disserendi finem facere; detentus vero ea ratione, qua fieri potuit, nec ita quievit, sed adhuc magis ac magis proprias sententias promulgat de pœnis sibi injunctis parum sollicitus, ut ex omnibus conspici colligique potest a veritatis amatore, a principio, propriæ electionis et audaciæ et contumaciæ morbum, Palamam in similia excitasse cum omnia vir audeat, qui nedum sententiam permutarit, sed mordicus sibi visis adhærens, ad seipsum compellere trahereque conatur quoscunque hac sua opinione irretitos animadverterit. De quo nil mirum est, si homo talis pervicaciæ, sine ullo remedio, perseveret: sed magnum et fere ostento non dissimile, si quis, donec ille ita sentit, opem ferre voluerit, unaque ac ille sentire, Ecclesiæ Dei adversans. Nos enim, utut se habeant, quæ ab eodem cum Barlaamo decertante ante Tomum conscripta fuerant, et post Tomum, præter jam dicta duo capita examinata, neque volumus neque sustinemus audire, sed abunde nobis sufficiunt dicta Patrum, ut tenentur, et ab Ecclesia Dei exponuntur, schismata reveriti, qualia in similibus nasci consuescunt. Breviter ergo nos exposuimus summam in hac veritatis causa de duobus solummodo capitibus, nec de ullo alio synodale examen finitum, et propter hæc sola ejectum damnatumque absurdissimum Barlaamum, et tantam pœnam illi a De Ecclesia inflictam fuisse. Hos autem et alios cum vehementia, increpatione, et austeritate spirituali, impedivimus, ne quid omnino moverent, aut loquerentur de dogmatibus, et turbas ac tumultus, nec non schismata Dei Ecclesiæ conciliarent; et eorum quæ prius ab ipsis, dum cum Barlaamo disputarent, aut postea conscripserunt, nullum examen factum fuisse asserimus. Imo sedulo similia postulata, tantum abfuit, ut tradita fuerint, ut etiam post Tomum alia inverecunde sanciverint et decreverint. Dicta porro Patrum non adulterata ad dictorum duorum capitum firmitatem absque ulla enarratione et expositione amplexati sumus. Quod si quis ea ad proprium scopum attrahere voluerit, et interpretari, et super illis firmari, aliisque de quibus dictum est, non propterea omnino mali censendi sunt, qui ea ita sine alio examine acceperunt. Dicta enim sanctorum iis qui sancte et pie intelligunt et exosculantur, lumen sunt veritatis erga Deum; qui alio modo accipiunt, iis sunt reprehensio et condemnatio. Nec etiam obstinate prohibemus, ne super ipsis sanctorum dictis aliquid quispiam dicat, quæ simpliciter et sine prævio examine, tanquam sanctorum, amplectimur. Unum enim est, quod a nobis procuratur, Dei Ecclesiæ propria dogmata sarta tecta conservari, et, quemadmodum nos eam accepimus, ita et ad posteros ab omni adulterio et alieno dogmate immunem transmittere.

A Imo adversus Monembasiæ Hypopsephium synodalis actio hæsitantibus satis fuerit, illa etiam præter alia in condemnatione præferens, majestati imperiali infensum fuisse, et gaudere et addictissimum esse sententiis Palamæ post Tomum editum, et pœnas per eum contra hosce publicatas. » His, ut jam vides, lector, Barlaamus condemnatus asseritur de duobus capitibus. Palamas absolutus non est, tum Barlaamo tum Palamæ silentium de dogmatibus imponitur. Condemnatio illa quomodo se habuerit, non liquet. Quid ergo nobis Cantacuzenus tam de Barlaamo quam de Palama adeo diversa obtrudit, Nicephorus Gregoras, oculatus etiam ipse testis, refert, de dogmate nihil actum esse, ob præsentiam B imperitæ multitudinis; tum, ne theologiæ mysteria profanis vulgi auribus ingererentur; tum, ne Palamas, contra disputante Barlaamo, blasphemæ doctrinæ convinceretur; synodum vero, lumen in Thaborio, increatum, et ipsum naturale Dei lumen fuisse, difficile adducor ut credam, decrevisse, cum falsum omnino decrevisset. Quidquid enim adversarii asserant, quod corporeis oculis videtur, increatum non est: lumen Thaborium corporeis oculis a discipulis visum est: tum, quidquid corporeis oculis videtur creatum est, lumen Thaborium visum est, ergo creatum est, et nullo modo increatum. Plura Philotheus patriarcha, et alii de hoc lumine, pro Palamæ sententia, editis etiam libris, disseruerunt: sed neque dictis argumentis respondent; firmumque et incon- C cussum stat. Quidquid est, aut Deus est, aut creatura; si Deus, ergo non conspicitur oculis corporeis; si creatura, non ergo increatum. Et dicta Patrum, quæ pro Palamæ opinione agglomerant, Barlaam potius sententiam firmare, latissime probat Joannes Cyparissiata, cap. 4 et 5 Decadis sextæ. Quemadmodum ex alia parte Josephus Bryennius, orat. de Transfiguratione Domini, eorumdem dictis Palamæ sententiam corroborat. Quid ergo dicendum est? Patresne sibi invicem contraria tradidisse? Nequaquam. Quare, uti in rebus aliis, ita in hac quoque, media via progrediendum est, ne a veritate aberremus. Id cum non assecuti fuissent neque Barlaamus neque Palamas, in varios errores lapsi D sunt. Error itaque fuerit, asserere, lumen illud in monte Thaborio non fuisse deitatis illius gloriam, et lumen proprium, lumenque ab essentia divina emanans, quod unum et idem cum essentia divina erat nec aliud, ut asserunt apertissime Patres, Ephræm Syrus, Joannes Damascenus, Dionysius Areopagita, Andreas Cretensis, Cosmas Melodus, Maximus confessor, Cyrillus Alexandrinus, Joannes Chrysostomus, Gregorius Nazianzenus, Basilius Magnus et Athanasius Synadenus. Splendor enim ille, et lumen, ipsa Christi deitas beati fuit, quæ per miraculum ad illud tempus tecta, ne oculis humanis sua majestate officeret, eo die cessante dicto miraculo apparuit, et apostolorum oculos circumfulsit. Et argumentum de creato et increato nihil concludit. Verum enim est, oculis corporeis

increatum conspici non posse, at dum oculi in statu et conditione naturæ manent, sed si, diviniore vi corroborati, ad altiora eleventur, nil impedit, corporeis hisce oculis in eminentiorem statum sublevatis, deitatem ipsam, et gloriam deitatis, quæ una cum Deo est, videri. Idque expertissima ratione confirmatur. Nam beata Virgo, quam modo assumptam canit Ecclesia cum corpore ipso, Deum et divinitatem ipsissimis oculis corporeis, sublevatis tamen et divina vi confirmatis, intuetur. Et, post judicium universale, beati, resumptis corporibus, corporeis oculis gloriam deitatis deitatemque ipsam conspicient. Sic et die Transfigurationis duplex miraculum cernimus; alterum, cum cessat esse in corpore Christi; alterum, quod apostolorum oculos ad diviniorem aspectum excitat. De aliis divinis visionibus et splendoribus quid asserendum sit, alibi dicemus. Damnatus itaque est Barlaamus, quod lumen illud neque ex divina essentia neque divinam essentiam esse affirmabat, et præterea corporeos oculos per nullam diviniorem potentiam adeo elevari posse, ut deitatem conspiciant. Ex quo multa absurda sequi in doctrina ecclesiastica, manifestum est. Sic enim tolleretur visio beatifica post judicium, et aliorum sanctorum gloria, qui nunc in cœlo dicuntur degere, divinam Dei naturam corporeis oculis aspicientes. Damnatus est etiam ex alia parte, et jure merito, Palamas, dum lumen illud, et operationem Dei, diversum quid ab ipso Deo, quamvis increatum, constituerat; et, cum illi duo increata, et duæ deitates objicerentur, respondebat, id minime obstare; dari enim plura increata, et plures deitates, imo ἀπείρακις ἀπείρους, quasi diceres, *infinities infinitas*, modo superiores, modo inferiores, et quæ oculis conspicerentur; quod plane nugari est et ad gentilium ineptias, majori etiam mensura, in tanta veritatis luce, referri. Quare jure etiam ipse, tanquam hæreticus et deorum plurimorum cultum introducens, condemnatur. Qui vero media insistit via, ut supra diximus, cum Ecclesia et sanctis Patribus sentit. Sic enim deitas ipsa, illiusque lumen increatum, corporeis oculis, sublevatis tamen, videri poterit Idque cum ipsi non perciperent, non tantum Palamas ipse, sed alii præterea qui eum secuti sunt, dum seipsos a difficultate extricare conantur, in alios atque alios errores prolapsi sunt. Audiatur David monachus, in Relatione de dissidio Barlaami et Palamæ: Ὅτι θεῖον μὲν ἔστι καὶ ἄκτιστον τὸ φῶς ἐκεῖνο καὶ θεότης παρὰ τῶν ἁγίων ὀνομάζεται, οὐκ ἔστι καὶ οὐσία Θεοῦ, ἀλλ' ἐνέργεια, καὶ χάρις, καὶ δόξα, καὶ λαμπρότης ἐκ τῆς θείας οὐσίας εἰς τοὺς ἁγίους πεμπομένη. Οἱ γὰρ ἅγιοι πάντες καὶ ἄνθρωποι, καὶ ἄγγελοι δόξαν μὲν ἄχρονον ὁρῶσι τοῦ Θεοῦ, καὶ χάριν ἀΐδιον δέχονται, καὶ δωρεάν, οὐσίαν δὲ Θεοῦ οὐδεὶς ποτε ἀνθρώπος, οὔτε ἄγγελος, οὔτε εἶδε, οὔτε ἰδεῖν δύναται. « Et quidem lumen illud, divinum et increatum et deitas a sanctis nominatur, sed non est substantia Dei, sed operatio et gratia et gloria, et splendor ex divina substantia in sanctos missus. Omnes enim sancti, tam homines quam angeli, vident quidem Dei gloriam, temporis expertem, substantiam vero Dei nullus neque homo neque angelus vidit, aut videre potest.» Quis in tam paucis verbis tot errata, præter unum Palamam, congerere potuisset? Similia sunt, quæ narrant, Philotheus, patriarcha Constantinopolitanus, Callistus Angelicudes de spirituali participatione. Damascenus Thessalonicensis in fine concionis de Transfiguratione Domini. Et nota, Dei essentiam beatis non videri, sed nescio quam claritatem; errore antiquo Armenorum, cujus meminit sanctus Gregorius, lib. XVIII *Moralium*, cap. 37. Damnatur itaque Barlaamus, damnatur et Palamas. Ergo tunc temporis Græci alia via difficultatem evaserunt; neque enim approbare poterant quod condemnarant. Quare necesse est, eos definisse, divinam essentiam, licet increatam, et Deum, oculis corporeis, vi tamen divina sublevatis, ut jam diximus, videri posse; quod in montis Thaborii lumine accidit; illud enim increatum cum esset, visum tamen est ab apostolis. Hic immerito redarguuntur a nonnemine, ac si operationem Dei esse quid a substantia Dei diversum existimarsent. Neque enim considerandum est in ea natione, quid unus aut alter tenuerit, sed quid omnes uno ore profitcantur. Et sane profitentur nunc omnes, si Palamitas ab iis ipsis Græcis, veluti hæreticos damnatos, excipias, beatos, post judicium, Deum ipsum oculis corporeis visuros. Ideo multa in Prateolo corrigunt: Adversus Barlaamum et Acindynum nonum generale concilium coactum fuit, et celebratum in præsentia illius beati et celeberrimi imperatoris Michaelis Andronici, cognomento Palæologi, imperatoris Græcorum, et Joannis ejus filii.» Nullum ex dictis conciliis generale fuit; nullum sub Michaele habitum. Joannes Palæologus, qui subscripsit, non Michaelis Palæologi, sed Andronici junioris filius fuit: qui cum in schismate vixerit et obierit, frustra beatus nominatur. Prateolus: «Censebant isti, modo, nullum esse discrimen in divina natura, substantia, et efferta; sed idem esse, nec diversum: modo differentiam esse profitebantur, substantiam tamen increatam; ejus autem essentiales actiones, et naturales, sentiebant esse diversas, non tamen increatas, sed creatas.» Nihil horum Barlaamo et Acindyno in mentem venit, et aliud illos affirmasse, ex eorum Commentariis planum est. Quidquid tamen sit, pulso Joanne patriarcha, subrogatoque Isidoro, Palamitis addictissimo, favore etiam imperatoris Cantacuzeni, qui imperium administrabat, adeo Byzantii Palamitarum factio invaluit, ut nihil ad corroborandos proprios errores intentarum reliquerint, et coactis synodis, et Tomis editis, Barlaami et Acindyni omnia anathemati subjecerint, sua, uti pia et catholica, promulgarint, quæ postea etiam propugnarunt Callistus et Philotheus patriarchæ, ejusdem instituti cum Palama. Et hæc pro Barlaami, Acindyni, et Palamæ hæresi, satis sint.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΤΟΥ ΠΑΛΑΜΑ

ΘΕΟΦΑΝΗΣ

Η

ΠΕΡΙ ΘΕΟΤΗΤΟΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΚΑΤ' ΑΥΤΗΝ ΑΜΕΘΕΚΤΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΜΕΘΕΚΤΟΥ.

GREGORII PALAMÆ

THESSALONICENSIS ARCHIEPISCOPI

DIALOGUS QUI INSCRIBITUR

THEOPHANES

SIVE

DE DIVINITATIS ET RERUM DIVINARUM COMMUNICABILITATE ET INCOMMUNICABILITATE.

(Matthæi, *Lectiones Mosquenses*, t. II.)

Θεοφάνης. Ἐπεσκέψω κατὰ σεαυτὸν γενόμενος, ἀδελφὲ Θεότιμε, τὰ ὡμιλημένα ἔναγχος, ἢ καθάπερ τινὰ περιττὴν ἀδολεσχίαν ἀμελέτητον ἀφεὶς, καὶ λελησμένως ὑπεκπνεῖν κατὰ μικρὸν ἐάσας, τῶν τῆς σῆς ψυχῆς ἐξεφόρησας τελέως λογισμῶν;

Θεότιμος. Τί τοῦτ' ὃ λέγεις, ἀγαθὲ Θεόφανες;

A *Theophanes.* Considerastine tecum, frater Theotime, recens colloquium, an superfluæ instar nugationis neglectum et cita oblivione sopitum a mentis tuæ cogitationibus omnino abstulisti?

Theotimus. Quid dicis, optime Theophanes? Sic-

Hunc dialogum edidi ex cod. bibliothecæ SS. synodi in fol. num. 70. Ex eodem jam edidi ejusdem Gregorii aliquot homilias Mosquæ, 1776, in 8. Hic Dialogus legitur etiam in codd. ejusdem bibliothecæ 324, fol. 260 seqq. et 344, fol. 1 seqq. ex quibus alio tempore varietates adjiciam.

cine putas mea memoria excidisse bonum illud beneficentissimumque mihi colloquium quod me tanto liberavit errore? errore, inquam, quem peperit Italus iste Barlaam et propter quem periit in exsilio, et ipse illius nescio quomodo socius factus Acindynus, sibi suisque sectatoribus certissimum periculum (κίνδυνος).

Theoph. Scio te multis implicitum negotiis, et nuper illapsam omnibus perturbationem, propter quam tuos amicos nunc imprimis tua indigere scio prudentia : itaque huic illa accommodavi.

Theot. Verum ego cunctis negotiis, scito, tantarum rerum anteposui considerationem, ita ut illæ, ob assiduam meditationem, quasi characterem in anima mea imprimerent, nec me dormientem dimitterent, et expergefacto statim quales erant apparerent menti singulas examinanti, mihique viderer in quodam lucido veritatum divinarum contuitu firmiter stans, ubi sermonibus tuis constitutus eram, et unde velut ex aliquo prospectu aspiciebam infra jacentem profundum quemdam vorticem obscuramque abyssum caligine plenam, voraginosum scilicet errorem illorum qui, spem in mendacio reponentes, eo tantum delectantur tamque copiosam prodigunt fallaciam, ut sibimet mentiantur et seipsos decipiant. Modo enim deificam Spiritus gratiam, qua sancti participes Dei vel potius unus cum Deo spiritus fiunt, esse creatam audacter affirmant, et argumentis Scripturæque testimoniis omnes convincere maxima conantur industria; modo vero dicunt nos ipsius essentiæ Dei esse participes. Nonne sic in duas partes claudicant, et sibi suisque sermonibus contradicentes utrinque mentiuntur et semetipsos fallunt? Nam quomodo qui essentiæ divinæ (juxta ipsos) fit particeps, non increatum, sed creatum participat? Quomodo vero qui creata (juxta ipsos) gratia deificatur, divinæ particeps est essentiæ?

Theoph. Theotime, non dissonant eorum sermones cupiditati animæ istos parientis, ex quo in tam absurda elati sunt : talia enim invidis invidia suggerere solet. Illorum quidem loquela loquentibus contradicit, ostendens eos a quibus profertur non semiimprobos, sed nequissimos esse : qui enim omnino malus est, ne sibi quidem est bonus. Cæterum isti semet destruant. Tu vero, si nondum omni extricatus es difficultate, confidenter sciscitare quidquid volueris : nam cum eo qui non contentionis, sed veritatis studio percontatur, amo colloqui.

Theot. Dic mihi, quæso, ante omnia, Theophanes, quis absurdam hanc auspicatus sit doctrinam, qua deceptus Barlaam perpetuo se probrose multavit exsilio. Dicebat enim se quædam nactum esse scripta, e quibus selectos ostendebat multiplices textus, quos ægre a se animo ferri asserebat. Non ipse, aiebat, ullum subierat damnum; sed in

Οὕτως οἶει με ῥᾳδίως τῆς μνήμης ἐκβαλεῖν ὁμιλίαν ἐκείνην, τὴν καλὴν ἐμοὶ καὶ τῶν καλλίστων πρόξενον, δι' ἧς τοσαύτης πλάνης ἀπηλλάγην; πλάνης, ἣν ἔτεκε μὲν ὁ Ἰταλὸς ἐκεῖνος Βαρλαάμ, καὶ ὑφ' ἧς διόλωλε φυγαδευθείς, εἰσποιησάμενος δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως ὁ Ἀκίνδυνος κίνδυνος σαφὴς ἑαυτῷ καὶ τοῖς αὐτῷ πειθομένοις γέγονε μάλιστα ἀγύρταις.

Θεοφ. Οἶδα πολλοῖς περιστοιχιζόμενόν σε πράγμασι, καὶ τὸν περισχόντα θόρυβον ἀρτίως πάντας, δι' ὃν εἶπερ ποτὲ τοὺς φίλους δεῖσθαί σου τῆς ἀγχινοίας οἶμαι. Ταῦτ' ἄρα ταύτῃ ἠρόμην.

Θεότ. Ἀλλ' ἐγὼ καὶ ἀσχολίας ἁπάσης ὑπερτέραν, εὖ ἴσθι, πεποίημαι τὴν περὶ τηλικούτων σκέψιν, ὥστε μοι καὶ ἀπὸ τῆς συνεχοῦς μελέτης οἷόν τινα τύπον ἐνδῦναι εἰς τὴν ψυχὴν, καὶ μηδὲ καθεύδοντα ἀνιέναι, ἐξεγειρομένῳ τε εὐθὺς παρεῖναι ὡς ἑνὶ ἕκαστα βασανίζοντι τῷ λογισμῷ. Καί μοι ἐδόκει καθάπερ ἐπὶ σκοπιᾶς τινος ἀμφιφαοῦς τῆς ἀληθείας τῶν περὶ Θεοῦ δογμάτων ἑστηκότι βεβαίως, ἐφ' ἧν ἐτύγχανον ὑπὸ τῶν σῶν λόγων ἀναβιβασθείς, ἐκεῖθεν ὡς ἐξ ἀπόπτου τινὸς κάτω που διακειμένην φάραγγά τινα βαθεῖαν καὶ διασφάγα ἐπίσκιον διάπλεων ζόφου, δηλονότι ψεύδους ἀμφιλαφοῦς, τὰ ἐκείνων ὁρᾶν, οἳ ψεῦδος ἄντικρυς θέμενοι τὴν ἐλπίδα, τοσοῦτον ἐπεντρυφῶσιν αὐτῷ, καὶ τοσαύτην ἐπιδαψιλεύονται τὴν ἀπάτην, ὡς καὶ σφῶν αὐτῶν ἐθέλοντας καταψεύδεσθαι, καὶ ἐξαπατᾷν ἑαυτούς. Οἱ γὰρ νῦν μὲν τὴν θεοποιὸν δωρεὰν τοῦ Πνεύματος δι' ἧς μέτοχοι Θεοῦ, μᾶλλον δὲ ἓν πνεῦμα μετὰ τοῦ Θεοῦ γίνονται οἱ ἅγιοι, κτίσμα διαῤῥήδην λέγοντες καὶ δι' ἐπιχειρημάτων καὶ Γραφικῶν μαρτυριῶν πάντας πείθειν διὰ μεγίστης ποιούμενοι σπουδῆς, νῦν δ' αὖθις ὡς αὐτῆς τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ μέτοχοί ἐσμεν, ἄρ' οὐχὶ πρὸς τῶν κατ' ἀμφότερα ταυτί, καὶ καθ' ἑαυτῶν καὶ τῶν οἰκείων λόγων ἐφ' ἑκατέρου μέρους ψεύδονται, καὶ ὑφ' ἑαυτῶν ἀπατῶνται; Πῶς γὰρ ἂν ὁ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ μετέχων κατ' αὐτοὺς οὐκ ἀκτίστου ἀλλὰ κτιστοῦ μετέχων εἴη; Πῶς δ' αὖθις ὁ κτιστῇ κατ' αὐτοὺς χάριτι θεοποιούμενος τῆς οὐσίας μετέχει τοῦ Θεοῦ;

Θεοφ. Θεότιμε, οὐκ ἀπεικότως οἱ σφῶν λόγοι τῷ πάθει τῆς αὐτοὺς τικτούσης ἐοίκασι ψυχῆς, ἀφ' οὗ πρὸς τὴν λογολεσχίαν ταύτην ἐπῄρθησαν· σφίσι γὰρ ἐμποιεῖν τοῖς φθονοῦσιν ὁ φθόνος πέφυκε· καὶ οἱ τούτων λόγοι τοῖς λέγουσιν ἀντιλέγουσιν, οὐκ ἡμιμοχθήρους τινὰς τοὺς προῃρημένους, ἀλλὰ παμπονήρους δεικνύντες· ὁ γὰρ τελέως κακὸς οὐδ' ἑαυτῷ ἐστιν ἀγαθός. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἑαυτοὺς καταστρεφόντων· σὺ δ' εἰ μὴ τῶν ἀπορίων ἀπολέλυσαι τελέως, πυνθάνου ἀδεῶς, ὅπερ ἂν ᾖ σοι βουλομένῳ· τῷ γὰρ μὴ πρὸς ἔριν, ἀλλὰ πρὸς ἀλήθειαν ζητητικῷ διαφερόντως, εὖ ἴσθι, χαίρω διαλεγόμενος.

Θεότ. Τοῦτό μοι πρὸ Θεοῦ πρὸ τῶν ἄλλων φράσον, Θεόφανες, τίς ποτ' ἄρα τῆς ἀντιλογίας ταύτης ἦρξε, καθ' ἣν ἡττηθεὶς ὁ Βαρλαὰμ ἀεφυγίαν ὑπ' αἰσχύνης ἑαυτοῦ κατεψηφίσατο; Γράμμασι γὰρ ἐντυχεῖν ἔλεγεν ἐκείνος, ἀφ' ὧν καὶ πολυστίχους ὑπεδείκνυ ῥήσεις ἐκλεξάμενος, δι' ἃς παθεῖν διεβεβαιοῦτο τὴν ψυχὴν, οὐκ αὐτός τι βλάβος ὑποστάς· ἀλλὰ

κατὰ τῶν συγγραψαμένων ὑπόνοιαν δεξάμενος οὐκ ἀγαθὴν, μᾶλλον δὲ καὶ λίαν κακήν. Δυσσεβῆ γὰρ ἔχειν δόξαν ὑπέλαβεν αὐτοὺς, ἣν δὴ καὶ ἀνασκευάζων, ἀντιῤῥητικοὺς λόγους συνεγράψατο. Τοιγαροῦν οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν αὐτὸν τῆς ἀντιλογίας καταβαλέσθαι τὴν ἀρχήν.

Θεοφ. Καλῶς εἶπέ τι; τῶν παλαιῶν. Καισάρων, ὡς οὐχ ὑπέχειν ἄμφω δεῖ τὰ ὦτα τοῖς κατηγοροῦσιν, ἀλλὰ τῷ ἀπολογησομένῳ θάτερον ἀκήρατον φυλάττειν οὖς, ὥστε μηδαμῆ μηδὲν στέργειν μηδὲ ἀποφαίνεσθαι πρὶν ἂν διακούσῃ ἀμφοτέρων. Ταῦτα γὰρ αὐτὰ κἀπὶ τῆς συνόδου διεξῆλθε μικροῦ καὶ ἐπὶ λέξεως ὁ Βαρλαάμ· καὶ πολὺ τῶν ἐκείνου λόγων μεταξὺ τὸ, Τετραυμάτισμαι καὶ πέπονθα τὴν ψυχὴν, ὑφ' ὧν ἔφης συγγραμμάτων δηλαδή. Πρὸς ταῦτα δὲ ἡμῖν ὀλίγων ἐδέησε λόγων· εἴχομεν γὰρ τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἀνεξέλεκτον ἀντίθεσιν. Ἐξενεγκόντες γὰρ ὑπεδείξαμεν συγγράμματα ἐκείνου πολλῷ πρότερα τῶν ἡμετέρων, τείνοντα κἀκεῖνα πρὸς τὴν προκειμένην δίκην, πρὸς ἃ καὶ ἀντέκειτο τὰ ἡμέτερα. Ταῦτα δὲ ἐκεῖνος τῆς Θεσσαλονίκης ἀπαίρων ἀφανίσας, ὥς γε ᾤετο, καὶ τὰ μετ' ἐνιαυτὸν συγγεγραμμένα οἱ πρὸς τὰς ὑφ' ἡμῶν γεγονυίας ἀντιῤῥήσεις προδεικνὺς ἐνθάδε, τοὺς οὐκ εἰδότας, ὡς οὐκ ἦρξε, ῥᾷον ἔπεισεν. Ἀλλὰ γὰρ ἀναπεφηνότος οὕτω ῥᾷστα δολίου κατὰ τοῦτο καὶ ψευδοῦς, ἐπεὶ καὶ Θεσσαλονικεῖς ἄνδρες παρῆσαν οἱ συνειδότες ἐξεταζομένης τῆς ἀρχῆς ὅθεν ἀνεφάνη πρὸ ἐνιαυτῶν τεττάρων, ὅτε μηδὲ ᾔδει πως σχεδὸν, ποῦ γῆς ἡμεῖς ἐσμεν, μηδὲ διὰ γραμμάτων ἐτύγχανεν ὠμιληκὼς ἡμῖν, τότε πρὸ τοσούτου χρόνου πρός τινα τῶν ἐν ἁπλότητι μοναζόντων ὑπακοὴν αὐτὸν ὑποκρινάμενον, ἐκ τούτου τὰς λαβὰς εὑρίσθαι τῶν κατηγορημάτων, ὡς καὶ ὁ συνοδικὸς τόμος καταφανὲς τίθεται τοῖς βουλομένοις. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις τίς ὁ τῶν λόγων ἄρχων; οὐχ ὁ κατηγορῶν, οὐχ ὁ ἐγκαλῶν, ὃς ἦν φανερῶς αὐτός; Ἡμεῖς δ' οὐ μετὰ μῆνας ἥκομεν ἑπτὰ, πατριαρχικοῖς γράμμασι μετάπεμπτοι; Πῶς οὖν οὐ παντὸς μᾶλλον ἐκφανὲς, ὡς οὐχ ἡμεῖς οἱ τὴν ἀρχὴν τῆς πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίας καταβαλλόμενοι, οὐ μὴν ἀλλ' εἴτ' ἐκεῖνος ἦρξεν εἴθ' ἡμεῖς, ὁ δυσσεβῶς τρόπαιος, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς ὁ ἄρξας;

Θεότ. Εὖ λέγεις. Τοῦτο μὲν δὴ καὶ προὐργιαίτερον ἂν εἴη καὶ δυσχερέστερον μαθεῖν· ἐμοὶ δὲ οὐκέτ' ἀμφισβητήσιμον οὐδέν· καὶ γὰρ ἔγνων ἀκριβῶς τὴν τοῦ ἀνδρὸς κακοδοξίαν ὅση. Μακρᾶς δὲ οὔσης καὶ πολυσχιδοῦς καὶ ὑπὸ τῶν διαδεξαμένων αὐξηθείσης ἐς τὰ μάλιστα, μεθόδου τινὸς δέομαι, καθ' ὅσον οἷόντε συντετμημένης, οὐκ εἰς κατάληψιν, ἀλλ' εἰς διασάφησίν τε καὶ ἔλεγχον αὐτῆς· καὶ σοῦ δέομαι μὴ ἀνεῖναι κατὰ τὸ ἐγχωροῦν, ὁδὸν ὑφηγήσασθαι τοιαύτην, ὅπως δι' αὐτῆς ἡμεῖς ἰόντες, καὶ ὡς ὅπλῳ κυκλούμενοι τῇ ἀληθείᾳ, πιπτούσας ἐρῶμεν τὰς ἐκείνων λεσχηνείας, ψαλμικῶς εἰπεῖν, ἔκ τε τοῦ κλίτους καὶ ἐκ δεξιῶν, ἡμῖν δὲ μὴ ἐγγιζούσας.

Θεοφ. Οὐ μικρόν ἐστι τὸ αἴτημα, ὦ βέλτιστε, ἐγώ τε τοιαῦτα ἄττα οὔτε συνιδεῖν ὀξὺς οὔτε ἐξειπεῖν δεινός. Σὴν δ' ὅμως χάριν, ἐπεὶ καὶ τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἡ ἀγάπη πείθει, ἐγχειρεῖν, σχήσειν ἐλπίσας

A scriptores suspicionem conceperat non bonam, sed potius valde malam; suspicatus est enim eos impiam profiteri doctrinam, ad quam refellendum refutationem composuit. Itaque a nemine dici posset ipse disputationis fundamenta jecisse.

Theoph. Recte dixit quidam veterum Cæsarum non præbendas esse ambas aures accusatoribus, sed et se defensuro unam aurem integram esse servandam, ita ut nihil admittatur aut rejiciatur quin utraque pars audita fuerit. Non eadem fere ad verbum in synodo enarravit Barlaam; et dum loqueretur, multa saucio passus sum animo pro illis videlicet quæ dicebas scriptis. Sed ad refellendum quæ asserebat pauco nobis sermone opus fuit:

B nam res ipsæ irrefutabilem nobis suppeditabant refutationem. Produximus enim et ostendimus scripta illius nostris multo anteriora, quæ ad præsentem litem attinebant, et quibus nostra obluctabantur. Sed illis a Thessalonica ablatis et e conspectu, ut putabat, subductis, alia ibidem substituit quæ uno post anno contra refutationem nostram composuerat, et ignaris facile persuasit se controversiam non exorsum esse. Sed non minus facile detecta est fraus et fallacia, quia Thessalonicenses aderant viri scientes quæsitam originem patuisse quatuor ante annis, quando ille forsan nesciebat ubi nos essemus nec litteris unquam nobiscum collocutus erat: tunc enim, tam longe anterius, simulans se simplici cuidam monacho morem gerere, ea inchoavit quorum

C accusatur, ut in Actis synodi clare videbit quisquis voluerit. Præterea, quis controversiæ auctor? nonne accusator, nonne insimulator? quod ipse evidenter erat. Nos vero nonne post septem menses venimus, patriarchæ litteris accersiti? Nonne igitur clarissime ante omnia liquet non nobis tribuendum esse initium disputationis ad illum spectantis? Ceteroquin, sive ab eo, sive a nobis exorta sit, nonne ille magis inculpandus est vel potius exsecrandus qui impia loquitur quam qui duntaxat inchoavit?

λέγων μάλιστα μεμπτέος, μᾶλλον δὲ καὶ ἀπο-

D *Theot.* Bene loqueris. Id quidem melius esset ac difficilius discere; mihi vero minime dubium est: percalleo enim quantus sit istius viri error. Qui cum sit multus ac multiplex et a successoribus in deteriora auctus, methodo aliqua indigeo, quoad fieri potest præcisa, non ad hunc intelligendum quidem, sed elucidandum et refellendum; teque oro ut non omittas, quantum potes, talem ostendere viam, qua nos ambulantes, et quasi scuto veritatis circumdati, eorum deliria videamus, ut fert psalmus, cadentia a latere et a dextris, ad nos autem non appropinquantia.

Theoph. Haud parum est quod postulas, charissime, neque ego tam perspicax qui tanta conspiciam, neque tam disertus qui talia eloquar. Attamen, cum supra vires aggredi suadeat charitas,

sperans auxiliaturum mihi Deum charitatis, quemdam dogmatum indicem elaborare conabor quo vera a falsis discerni possint. Hic tibi tam conveniens erit, ut adducens quascunque volueris, non solum ex nuper agitatis, sed etiam ex fere omnis ævi quæstionibus, discas in omnibus veritatem. Haud parvum ille esset signum, vel potius demonstratio prædicatæ a nobis veritatis, et erroris quo detinentur qui nobis contradicere audent. Si enim hujusmodi canoni repugnare ostendantur sive veteres hæretici, sive qui nobis hodie contradicunt, consonare vero tum quæ omni tempore, tum quæ a nobis recenter pie dicta sunt, nonne igitur manifestum est in qua parte utrumque sit collocandum

Quæ enim sunt eadem eidem, sunt necessario eadem inter se: quæ autem dissimilia sunt alterutro horum, sunt et sibi invicem dissimilia. Non mirum autem quod, quæ dicturus sum, multis aliis extendam sermonibus; velut enim imam radicem et causam omnium quæ vera sunt vel falsa circa res divinas, nunc eloqui breviter volo.

Theot. Quam jucundum quod nuntias; ne amplius tardes: longum enim odit exordium qui vehementer optat discere.

Theoph. Incipio. Num intelligis res divinas aliqua esse per se credibiles, et aliqua discipuli animum excitantes ad examen et investigationem?

Theot. Eadem sunt credibilia et non? Haud intelligo quid dicas.

Theoph. Equidem quod dico elucidabo.

Theot. Explana, et tunc amplectar quod verum videbitur.

Theoph. Dixit Moyses a Deo edoctus: « Audi, Israel: Dominus Deus unus est; » nonne hoc per se est credibile?

Theot. Ita est, si dicis per se credibile quod sine demonstratione creditur. Itaque Moyses, postquam audire jussit, nullam addidit circa hoc demonstrationem.

Theoph. Bene quidem fecit. Ut enim sensus in sensibilibus rationali non indiget argumento, ita nec fides in hujusmodi indiget ratiocinio. Quare nonnisi adversus incredulos prolixi super illo textu proferrentur sermones. Sed idem Moyses, Deo pariter docente, ait: «Dominus pluit super Sodomam et Gomorrham ignem a Domino de cœlo[1]; » et cum simul ipsi Loth in Sodomis appareret Dominus, sic in duabus conspiciebatur personis. Fide igitur id pariter accipimus.

Theot. Cur non? Quid ergo?

Theoph. Credimus igitur unum et non unum esse Dominum. Non ergo ipsa fides nos cogit et omnibus præcipit poscere et dare rationem, si quis præcipue in his offendat quærendo quomodo unus sit et non

A συλλήπτορα τὸν τῆς ἀγάπης Θεὸν, γνώμονά τινα δογμάτων ἐξεργάσασθαι πειράσομαι, δι' οὗ τὰ εὖ ἔχοντα, καὶ μὴ διακριθείη ἄν. Ὡς μέντοι καὶ σοὶ συνδόξει οὕτως ἔχειν, ἵνα προσάγων ἅττα βούλοιο, μὴ μόνον τῶν ἄρτι κινηθέντων, ἀλλὰ μικροῦ καὶ τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος, μανθάνοις ἐν πᾶσι τἀληθές. Οὐ μικρὸν δ' ἂν εἴη καὶ τοῦτο τεκμήριον· μᾶλλον δὲ ἀπόδειξις τῆς τε ὑφ' ἡμῶν κηρυττομένης ἀληθείας καὶ τῆς ἐπιχωριαζούσης πλάνης τοῖς ἀντιλέγειν ἡμῖν προαιρουμένοις. Εἰ γὰρ ἀναδειχθείη τῷ ὁμοίως ἔχοντι κανόνι τά τε τῶν πάλαι κακοδόξων καὶ τὰ τῶν νῦν ἡμῖν ἀντιλεγόντων μηδαμῶς ἐναρμοζόμενα, ἐναρμόνια δὲ τὰ ἐξ αἰῶνος εὐσεβῆ καὶ τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα ἀρτίως, ἆρ' οὐκ εὔδηλον, ἐν ποίᾳ μοίρᾳ τετάξεται ἑκάτερα; Τὰ γὰρ τῷ B αὐτῷ τὰ αὐτὰ, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἀναγκαίως τὰ αὐτά· τὰ ὁποτέρῳ τούτων ἕτερα καὶ ἀμφοτέροις ἄρα. Οὐ θαυμαστὸν δὲ, εἰ τὰ μέλλοντα ῥηθήσεσθαι διὰ πάντων μοι τέταται τῶν ἄλλων λόγων· οἶονεὶ γὰρ τὴν ἐν τῷ βάθει ῥίζαν καὶ τὸ αἴτιον πάντων τῶν ἐχόντων εὖ τε καὶ μὴ περὶ Θεοῦ δογμάτων, νῦν ἐκφῆναι προῄρημαι συνεπτυγμένως.

Θεότ. Ὡς ἡράσμιον τὸ ἐπάγγελμα· μηκέτ' οὖν μέλλε· πολλῶν γὰρ ἀνέραστος πρυομίων ὁ σφόδρα τι ποθῶν μαθεῖν.

Θεοφ. Καὶ δὴ λέγω. Συνορᾷς ὡς τὰ τῆς θεολογίας ἔστι μὲν ὡς αὐτόπιστα ἔστι δ' ὡς παρακαλεῖ τὸν τοῦ διδασκομένου νοῦν εἰς ἐπίσκεψίν τε καὶ ἐξέτασιν;

Θεότ. Τὰ αὐτὰ καὶ πιστά ἐστι καὶ μή; Οὐ μανθάνω ὅ τι λέγεις. C

Θεοφ. Ἐγὼ ὃ λέγω ποιήσω φανερόν.

Θεότ. Ποίησον, καὶ τότε συνερῶ τῷ δοκοῦντι ἀληθεῖ.

Θεοφ. Ἔφη Μωϋσῆς, ὑπὸ Θεοῦ μαθών, « Ἄκουε, Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεός σου Κύριος εἷς ἐστιν· οὐκ αὐτόπιστόν ἐστι τοῦτο;

Θεότ. Ναί· εἴπερ φῂς αὐτόπιστον τὸ πιστευόμενον ἄνευ ἀποδείξεως. Διὸ καὶ Μωϋσῆς ἀκούειν ἐγκελευσάμενος, εἶτ' ἀποφηνάμενος οὐδὲν ἔπειτα περὶ αὐτοῦ προσέθηκε.

Θεοφ. Καλῶς γε ποιῶν. Ὡς γὰρ αἴσθησις ἐν τοῖς ὑπ' αἴσθησιν λογικῆς οὐ δεῖται δείξεως, οὕτως οὐδὲ πίστις ἐν τοῖς τοιούτοις ἀποδείξεως. Διὸ καὶ πρὸς τοὺς ἀπίστους μόνους ὑπὲρ τοῦ τοιούτου μακροὺς ἂν τις ἐξενέγκοι λόγους. Ἀλλ' ὁ αὐτὸς Μωϋσῆς καὶ τοῦτο μαθὼν ὑπὸ Θεοῦ φησιν ὡς « ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα παρὰ Κυρίου πῦρ ἔβρεξεν ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ, » καὶ ὁ τηνικαῦτα τῷ Λὼτ ἐπιφαινόμενος ἐν Σοδόμοις Κύριος ἐν δυσὶν ἐφαίνετο προσώποις. Πίστει οὖν καὶ τοῦτο δεχόμεθα ὁμοίως. D

Θεότ. Πῶς γὰρ οὔ; Τί μήν;

Θεοφ. Πιστεύομεν δὴ καὶ ὅτι εἷς καὶ ὅτι οὐχ εἷς ὁ Κύριος. Οὐκ αὐτὴ οὖν ἡ πίστις βιάζεται ἡμᾶς, καὶ παντάπασι διακελεύεται ζητεῖν καὶ δίδύναι λόγον, εἴ τις μάλιστα παρὰ τὰ τοιαῦτ' ἐπηρεάζει, πῶς εἷς

[1] Gen. VII, 4.

καὶ πῶς οὐχ εἷς, ἵνα μὴ ἄτοποί τινες ὦμεν καὶ ἡμῖν αὐτοῖς οὕτως ἀνακόλουθα δοξάζοντες καὶ φθεγγόμενοι. A

unus : ne stulti simus et nobismetipsis in sentiendo ac dicendo contraeuntes.

Θεότ. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐ γὰρ τοὺς περὶ ἀκαταλήπτου λόγους ἀνθυπενέγκαι τις ἂν τῶν εὖ φρονούντων τῷ πυνθανομένῳ πῶς τοῦτ' ἐστὶν ὁπότερον· ἐπεὶ μὴ τὴν ἑκατέρου πολυπραγμονεῖ αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως, ἀλλὰ τὴν θατέρου πρὸς θάτερον διαφοράν.

Theot. Optime. Non enim incomprehensibilibus verbis responderet aliquis benesanus interroganti quomodo illorum alterutrum sit, quippe non scisciatanti cur utrumque sit, sed in quo differat alterum ab altero.

Θεοφ. Ἄγαμαί σε τῆς συνέσεως. Ἐν γοῦν ταῖς τοιαύταις διπλόαις τῆς θεολογίας μικροῦ πᾶσαν πονηρὰν αἵρεσιν κινηθεῖσαν ἴδοις ἄν. Ἀλλ' ὁ μὲν ἀποδιδοὺς τὸν λόγον οὕτως, ὡς ἀμφότερα πιστὰ, μηδὲν ἧττον ἢ πρότερον σώζεσθαι τὰ μέρη, εὐσεβής· ὁ δὲ τῷ ἑτέρῳ κατὰ τοῦ ἑτέρου χρώμενος, ὁποιῳοῦν καὶ ὁπηδηποτοῦν, δυσσεβὴς ἢ καὶ ἀσεβὴς, κατὰ λόγον τῆς προκειμένης ἑκάστης ὑποθέσεως. B

Theoph. Miror tuam intelligentiam. In hujusmodi enim ambiguis fere omnem sitam esse hæresim videas. Sed qui rationem ita reddit, ut duorum credendorum utraque pars nec plus nec minus asservetur, pius est; qui vero unam contra alteram usurpat qualicunque et quolibet modo, irreligiosus est et impius respectu utriusque propositæ quæstionis.

Θεότ. Ποίησον καὶ τοῦθ' ὃ λέγεις, πρὸς Θεοῦ, σαφέστερον.

Theot. Quod ais, fac, quæso, clarius.

Θεοφ. Καὶ δὴ ποιῶ. Πᾶς μὲν ὁ τῶν ἁγίων ὅμιλος Πατέρων ἕνα εἶπον τὸν Θεὸν κατὰ τὴν οὐσίαν, τρεῖς τὸν ἕνα κατὰ τὰς ὑποστάσεις· ἄλλο μὲν οὐσης τῆς ὑποστάσεως, καὶ ἄλλο τῆς οὐσίας, ὡς ἄλλο καὶ ἄλλο σημαινούσης ἑκατέρας· ἀκτίστων δὲ καὶ ἀχωρίστων οὐσῶν ἀλλήλων ἀμφοτέρων καὶ τῶν ὑποστάσεων καὶ τῆς οὐσίας, οὕτω τηρήσαντες ἀσάλευτον καὶ τὴν εἰς Τριάδα καὶ τὴν εἰς μοναρχίαν πίστιν. Σαβέλλιος δὲ τριθεΐαν κατηγορήσας τῶν οὕτω δοξαζόντων, αὐτὸς εἰς ἓν τὰ τρία συναλείψας διὰ τοῦ ἑνιαίου τὸ τριαδικὸν ἀνεῖλε τῆς θεότητος· καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν C Γραφῶν τοὺς περὶ μονάδος λόγους συλλεξάμενος, οἷον « Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα λέγει Κύριος, καὶ τὸ παρ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἐν Εὐαγγελίοις εἰρημένον· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμεν, » καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια, προὐβάλλετο πρὸς μαρτυρίαν εἰς ἀναίρεσιν τοῦ τριαδικοῦ τῶν ὑποστάσεων. Οὐχ οὕτω ποιεῖ Σαβέλλιος καὶ ὅσοι κατ' αὐτόν;

Theoph. Facio. Universa sanctorum Patrum turba dixerunt Deum esse unum essentia, et tres in uno personas : cum aliud sit persona, aliud essentia, siquidem aliud et aliud utraque significat; quamquam increata et immensa sunt ambo, personæ videlicet ac essentia. Et sic inconcussam tenuerunt fidem in trinitatem fidemque in unitatem. Sabellius vero hanc Trinitatis doctrinam reprehendens, et tria in unum confundens, divinitatis trinitatem per unitatem abstulit; e Scripturisque sacris textus unitatem innuentes colligens, ut hunc : « Ego Deus primus, et ego post hæc et in æternum, dicit Dominus [1]; » et istud ipsius Domini in Evangeliis effatum : « Ego et Pater unum sumus; » et quælibet his similia objiciebat in testimonium ad auferendam personarum trinitatem. Nonne sic facit Sabellius et ejus sectatores?

Θεότ. Τοῦθ' οὕτω πάντες ἴσμεν.

Theot. Id omnes scimus.

Θεοφ. Κἀγὼ διὰ τὸ πᾶσιν εἶναι τοῦτο φανερὸν σαφηνείας ἕνεκα προήνεγκα. Σὺ γὰρ τοὺς αὐτοῦ τοιούτους λόγους προσαγαγὼν τῷ γνώμονι τῆς πίστεως, ὃς καὶ ἕνα καὶ τρία λέγει τὸν αὐτὸν Θεὸν, ἐξελέγξεις ἄπιστόν τε καὶ κακόδοξον, ὡς τὸ τριαδικὸν ἀναιροῦντα τοῦ ἑνὸς Θεοῦ, καὶ τοὺς ὑπ' ἐκείνου παρὰ τοῦτο πολυθέους λεγομένους ὡς εὐσεβεῖς ἀνακηρύξεις καὶ πιστούς. Ἄρειος δὲ καὶ αὐτὸς πολυθέους λέγων τοὺς τρία λέγοντας τὰ ἄκτιστα, ἓν ἄκτιστον εἶναι διεβεβαιοῦτο τὸν Πατέρα, τὰς ἄλλας ὑποστάσεις εἰς κτίσμα κατασπῶν, καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν Γραφῶν μαρτυρίαις, ὅσαι παριστᾶσι τὴν διαφορὰν τῶν ὑποστάσεων, οἷον « ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστι, » καὶ, « Ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός μου, ταῦτα λαλῶ, » καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια, διαστέλλοντα καὶ δεικνύντα τὴν μίαν τῆς θεότητος πηγὴν, ταύταις τοίνυν ἀπὸ τῶν ἱερῶν Γραφῶν ἐρανισάμενος ἐχρῆτο κατὰ τῶν εὐσεβῶς τὴν ἁγίαν Τριάδα προσκυνούντων. Σὺ οὖν καὶ τοὺς Ἀρείου λόγους τῷ αὐτῷ D

Theoph. Id equidem, utpote omnibus manifestum, claritatis causa protuli. Tu enim tales illius sermones conferens cum fidei indice, qui unum ac trinum dicit eumdem Deum, agnosces eum a fide sanaque doctrina esse alienum, quippe qui tollat Dei trinitatem, eos vero quos ideo polytheos vocat, pios et orthodoxos prædicabis. Arius autem et ipse polytheos dicens qui tres asserebant increatos, unum increatum esse affirmabat Patrem, alias personas creaturis annumerans; et Scripturarum testimonia distinctionem personarum statuentia, ut : « Pater meus major me est [2], » et : « Quæ audivi a Patre meo, hæc loquor [3], » et alia hujusmodi quæ unicum designant ostenduntque deitatis fontem, hæc, inquam, e sacris Scripturis emendicata usurpabat adversus pios sanctæ Trinitatis cultores. Tu igitur Arii quoque sermones indici fidei comparans qui unum trinumque dicit eumdem Deum, demonstrabis illum potius vere polytheum esse, qui eumdem

[1] Isa. XLI, 4. [2] Joan. XIV, 28. [3] Joan. XV, 15.

Deum creatum simul et increatum dicit, quæ ambo in unam convenire naturam repugnat.

Θεον ὡς ἀληθῶς, κτιστόν τε καὶ ἄκτιστον λέγοντα τὸν αὐτὸν Θεὸν, ἃ συμβῆναι πρὸς μίαν φύσιν ἀδύνατον.

Theol. Optima quidem regula : nec enim tantum demonstrat, sed quasi concidit ac repellit ambages. Possuntne vero tali regula refelli qui errant super Domini incarnatione ?

Theoph. Optime.

Theol. Quis igitur canon ?

Theoph. Hic est, Credimus in unum Jesum Christum, scilicet in unicum Dei Filium, hominem factum, eumdemque quasi duplicem. Si igitur dicat Nestorius alium esse de Patre genitum, et alium ex Matre Virgine natum ; si unam econtra Eutyches agnoscat naturam : tu eorum sermones fidei confer judici, qui unum duplicemque ut Hominem-Deum dicit eumdem Christum : et statim evincetur Eutyches duplicem negans naturam, et Nestorius tollens hypostaseon unitatem et naturæ dualitate unitatem personæ evertere aggrediens.

Theol. Ipsiusne Barlaam et eorum qui cum eo pene corruerunt, errores indigitare et eodem modo refellere possis?

Theoph. Profecto.

Theol. Ergo et hoc nobis amplius verbis explica.

Theoph. En explanabo. Et sicut primum illum indicem ex Mosaicis textibus deprompsi, ita hunc ex Patrum testimoniis eruam. Hi quidem omnes unum sunt, juxta Domini votum, et ex uno eorum eadem conficeretur regula ; pluribus tamen opus est ob nimiam adversariorum pertinaciam.

Theol. Dic, quæso, Theophanes, ea quæ asseris et quis locutus sit et ubi operum dixerit, ut possint qui voluerint in ipsis eorum libris singula legere.

Theoph. Sic faciam, et potissimum citabo utilissima ad propositum recenter finem. Basilius Magnus, quadragesimum quartum explicans Davidis psalmum, ait : « Pulchritudo Omnipotentis est intelligibilis ejus et visibilis divinitas. » —Gregorius Theologus, ad intelligentiam impellens divini baptismatis, dicit : « Lumen est divinitas quæ in monte apparuit paulo vividior visu. » Rursus ad Cledonium scribens : « Veniet quidem, ait, juxta meum sermonem, talis vero qualis apparuit et visus est discipulis, superante eminenter humanitatem divinitate. » —Macarius Magnus, spiritualem visionem, quoad fieri potest, explicans, et de lumine revelationis disserens : « Quia, inquit, omnis cogitatio per sensibilium quorumdam repræsentationem intrat in animam, hanc beatum divinitatis lumen tunc illustrat, quum eam illæ evacuarunt et informare desierunt : siquidem requiritur hæc omnium cogitationum privatio ut talis

γνώμονι τῆς πίστεως προσαγαγὼν, ὃς ἓν καὶ τρία λέγει τὸν αὐτὸν Θεὸν, ἐκεῖνον μᾶλλον δείξεις πολύ-

Θεότ. Ἄριστός γε ὁ κανών· οὐ γὰρ μόνον δείκνυσιν, ἀλλ' οἷον καὶ ἐκτέμνει καὶ ἀποδιοπομπεῖται τὰς στρεβλότητας. Ἔστι δ' ἄρα καὶ τοὺς σφαλλομένους περὶ τὴν Δεσποτικὴν οἰκονομίαν δι' ὁμοίου κανόνος ἐξελέγχειν ;

Θεοφ. Μάλιστα.

Θεότ. Τίς οὖν ὁ κανών ;

Θεοφ. Ὅτι πιστεύομεν εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τουτέστιν εἰς ἕνα Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἐνανθρωπήσαντα, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν διπλοῦν. Ἐὰν οὖν λέγῃ Νεστόριος ἄλλον τὸν ἐκ Θεοῦ, καὶ ἄλλον τὸν ἐκ τῆς Μητρὸς παρθένου, μίαν δὲ Χριστοῦ φύσιν ἀντιστρόφως ; ὁ Εὐτυχὴς, προσάγαγε σὺ τοὺς αὐτῶν λόγους τῷ γνώμονι τῆς πίστεως, ὃς ἕνα διπλοῦν ὡς θεάνθρωπον λέγει τὸν αὐτὸν Χριστόν· εὐθὺς γὰρ Εὐτυχὴς ἐξελεγχθήσεται, τὸ διπλοῦν ἀρνούμενος· ὁ δὲ Νεστόριος ἀθετῶν τὸ τῆς ὑποστάσεως μοναδικὸν, καὶ τῷ δυϊκῷ τῆς φύσεως ἀνατρέπειν τὸ ἑνιαῖον τοῦ προσώπου ἐγχειρῶν.

Θεότ. Ἡ μὴν καὶ τὰς τοῦ Βαρλαὰμ καὶ τῶν αὐτῷ κινδυνευσάντων προσρυῆναι δείξας τὸν αὐτὸν τρόπον ἀπελέγξαι σχοίης ἄν ;

Θεοφ. Πάνυ γε.

Θεότ. Σαφήνισον οὖν καὶ τοῦθ' ἡμῖν διὰ τῶν λόγων ἐπιπλέον.

Θεοφ. Καὶ δὴ σαφηνιῶ· καθάπερ τὸν πρῶτον ἐκεῖνον ἀπὸ τῶν Μωσαϊκῶν φωνῶν κατεσκεύασά σοι γνώμονα, οὕτω τοῦτον ἀπὸ τῶν πατρικῶν ἐξεργασάμενος· ἐν γὰρ οὗτοι πάντες κατὰ τὴν Δεσποτικὴν εὐχὴν, ἦν δ' ἂν καὶ ἐξ ἑνὸς αὐτῶν κατασκευάσαι τὸν αὐτόν. Πλειόνων μέντοι δεῖ διὰ τοὺς ἐπιεικῶς ἰσχυρογνώμονας.

Θεότ. Λέγε πρὸς Θεοῦ, Θεόφανες, ἐφ' ἑκάστου τῶν ὑπὸ σοῦ προβαλλομένων καὶ τὸν εἰρηκότα, καὶ οὗ τῶν λόγων εἶπεν, ἵν' εἴη τῷ βουλομένῳ ἐν ταῖς αὐτῶν ἐκείναις βίβλοις ἀναγινώσκειν ἕκαστα.

Θεοφ. Οὕτω δὴ ποιήσω μάλιστ' ἐπὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων πρὸς τὸ προκείμενον ἀρτίως σκέμμα. Βασίλειος οὖν ὁ Μέγας, τὸν τεσσαρακοστὸν τέταρτον διασαφῶν Δαβιτικὸν ψαλμὸν, « Κάλλος, φησὶ, τοῦ ὄντος δυνατοῦ, ἡ νοητὴ αὐτοῦ καὶ θεωρητὴ θεότης. » Γρηγόριος δὲ ὁ Θεολόγος, εἰς ἀνάληψιν τοῦ θείου προτρεπόμενος βαπτίσματος, « Φῶς, φησὶν, ἡ παραδειχθεῖσα θεότης ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῖς μαθηταῖς μικροῦ στερρότερα καὶ ὄψεως. » Καὶ αὖθις πρὸς Κληδόνιον γράφων, « Ἦξει μὲν, φησὶν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, τοιοῦτος δὲ οἷος ὤφθη τοῖς μαθηταῖς ἢ παρεδείχθη, ὑπερνικώσης τὸ σαρκίον τῆς θεότητος. » Μακάριος δὲ ὁ Μέγας, ὡς ἐνὸν τὴν πνευματικὴν θεωρίαν ἐκκαλύπτων, καὶ περὶ τοῦ τῆς ἀποκαλύψεως διατρανῶν φωτὸς, « Ἐπειδὴ, φησὶ, πᾶς λογισμὸς διὰ φαντασίας αἰσθητῶν τινων εἰσέρχεται ἐν τῇ καρδίᾳ, τότε αὐγάζει αὐτὴν τὸ μακάριον φῶς τῆς θεότητος, ὅταν πάντη εὐκαιρήσῃ ἀπὸ πάντων καὶ ἀσχημάτιστος ἐκ τούτων γένηται, εἴπερ ἡ λαμπρό-

της ἐκείνη κατὰ στέρησιν πάντων τῶν νοημάτων παραφαίνεται τῷ καθαρῷ νοΐ. » Μητροφάνης δὲ ὁ θεῖος, πρὸς μέλος συντιθεὶς τοὺς λόγους, « Ὁ κατ' οὐσίαν ἀθεώρητος Λόγος, ἄνθρωπος ὤφθης, τὸν ἄνθρωπον ἀνακαλούμενος πρὸς μετουσίαν τῆς σῆς θεότητος. » Γρηγόριος δὲ ὁ Νύσσης τὰ τῶν Πνευματομάχων ἀνατρέπων, « Οὐ τὴν φύσιν, φησὶν, ἀλλὰ τὴν θεατικὴν δύναμιν τοῦ Πνεύματος ἡ τῆς θεότητος προσηγορία παρίστησι. Εἴ τι γὰρ λέγεται περὶ αὐτῆς, τῶν περὶ αὐτήν τι ἀποσημαίνει. Αὐτὴ δὲ ἡ θεία φύσις ἄφραστός τε καὶ ἀνεκφώνητος μένει, ὑπερβαίνουσα πᾶσαν τὴν διὰ τῆς φωνῆς σημασίαν. » Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς πρὸς Ἀβλάβιον γράφων, « Θεὸς, φησὶν, ἐνεργοῦντα δηλοῖ, θεότης δὲ ἐνέργειαν· οὐδὲν δὲ τῶν τριῶν ἐνέργεια, ἀλλὰ μᾶλλον ἐνεργοῦν ἕκαστον αὐτῶν. « Ὁ δὲ μέγας Ἀθανάσιος κατὰ Μακεδονίου γράφων, « Τὸ Θεὸς εἶναι, φησὶ, δεύτερόν ἐστι τῆς φύσεώς· καὶ ἡμεῖς γὰρ θεοὶ μὲν γινόμεθα, τῆς δὲ αὐτῆς φύσεως γενέσθαι οὐ δυνάμεθα. » Ὁ δὲ μέγας αὖθις Βασίλειος πρὸς τὸν ἰατρὸν Εὐστάθιον γράφων, φησὶν, « Οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπὶ τὴν τῆς φύσεως ἔνδειξιν τὴν προσηγορίαν τῆς θεότητος φέρουσιν οἱ πάντα κατασκευάζοντες· ἐξουσίας γάρ τινος εἴτε ἐποπτικῆς εἴτε ἐνεργητικῆς ἔνδειξιν ἡ προσηγορία φέρει· ἡ δὲ θεία φύσις ἐν πᾶσι τοῖς ἐπινοουμένοις ὀνόμασι καθό ἐστι, μένει ἀσήμαντος, ὡς ὁ ἡμέτερος λόγος. Δι' αὐτῶν γὰρ ἐνεργειῶν διαφορὰς ἐδιδάχθημεν, τοῦ δὲ ἐνεργοῦντος τὴν φύσιν οὐδὲν μᾶλλον διὰ τῆς τῶν ἐνεργειῶν κατανοήσεως ἐπιγνῶναι δυνάμεθα. Ὅταν γὰρ ἀποδιδῷ τις λόγον ἑκάστου τούτων τῶν ὀνομάτων καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως περὶ ἣν τὰ ὀνόματα, οὐ τὸν αὐτὸν ἀμφοτέρων ἀποδώσει λόγον. Ὧν δὲ ὁ λόγος ἕτερος, τούτων καὶ ἡ φύσις διάφορος· οὐκοῦν ἄλλο μὲν ἔστιν ἡ οὐσία, ἧς οὕπω λόγος μηνυτὴς ἐξευρέθη. ἑτέρα δὲ τῶν περὶ αὐτὴν ὀνομάτων ἡ σημασία, ἐξ ἐνεργείας τινὸς ἢ ἀξίας ὀνομαζομένων. Τὸ μὲν οὖν ἐν ταῖς ἐνεργείαις μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν τῶν προσώπων ἐκ τῆς τῶν ὀνομάτων κοινωνίας εὑρίσκομεν· τῆς δὲ κατὰ τὴν φύσιν παραλλαγῆς οὐδεμίαν καταλαμβάνομεν ἐναργῆ τὴν ἀπόδειξιν, καθὼς εἴρηται τῆς τῶν ἐνεργειῶν ταυτότητος, τὸ κοινὸν τῆς φύσεως ὑποσημαινούσης. » Ὁ δὲ μέγας Διονύσιος τὴν θείαν καὶ ἀρχισυνάγωγον εἰρήνην ἐξυμνῶν, « Αὐτοθεότητα, φησὶ, φαμὲν ἀρχικῶς μὲν καὶ θεϊκῶς καὶ αἰτιατικῶς τὴν μίαν ὑπερούσιον καὶ ὑπεράρχιον ἀρχὴν καὶ αἰτίαν· μεθεκτικῶς δὲ τὴν ἐκδιδομένην ἐκ Θεοῦ τοῦ ἀμεθέκτου προνοητικὴν δύναμιν, τὴν αὐτοθέωσιν, ἧς τὰ ὄντα οἰκείως ἑαυτοῖς μετέχοντα, ἐνθεά ἐστί τε καὶ λέγεται. » Τὴν δὲ τοῦ ὄντος Θεωνυμίαν ἀναπτύσσων, « Οὐ γὰρ ἐκφράσαι, φησὶ, τὴν αὐτοϋπερούσιον ἀγαθότητα τῆς αὐτοϋπερουσίου θεότητος ὁ λόγος ἐπαγγέλλεται, τὴν ὑπὲρ πᾶσαν οὖσαν ἀγαθότητα καὶ θεότητα, καὶ ἐν ἀποκρύφοις, ὡς τὰ λόγια φησὶν, ὑπεριδρυμένην, ἀλλὰ τὴν ἐκπεφασμένην ἀγαθοποιὸν πρόνοιαν ὑπεροχικῶς ἀγαθότητα, καὶ πάντων ἀγαθῶν αἰτίαν ὑμνεῖ. » Γράφων δὲ πρὸς Γάϊον, « Εἰ θεότητα, φησὶ, νοήσαις τὸ χρῆμα τοῦ θεοποιοῦ δώρου, τῆς οὕτω λεγομένης θεότητος, ὡς θεαρχίας καὶ ἀγαθαρχίας ὁ πάσης

illuminatio puræ menti affulgeat. » —Divus Metrophanes, qui versibus sermones composuit, dicit: « O Verbum essentia invisibile, homo apparuisti, ut hominem revocares ad divinitatis tuæ participationem. » —Gregorius Nyssenus, Spiritus sancti adversarios refellens: « Non naturam, ait, sed divinam Spiritus virtutem designat divinitatis nomen: quidquid enim de hac dicitur, ea quæ ad ipsam spectant significat, ipsa vero naturâ divina ineffabilis est et inenarrabilis, omnem excedens vocis expressionem. » Rursus idem ad Ablavium scribens: « Deus, inquit, agentem indicat, deitas vero virtutem: porro nullus trium est virtus, sed potius unusquisque eorum agens est. » — Magnus Athanasius contra Macedonium scribens dicit: « Esse Deum est secundaria naturæ proprietas: nam et nos dii efficimur, ejusdem vero esse naturæ non possumus. » —Magnus iterum Basilius, ad medicum Eustathium scribens: « Nescio, ait, quomodo ad designandam naturam nomen divinitatis adhibeant qui omnia struunt: potentiam enim sive speculativam sive practicam hoc nomen significat; divinam vero naturam, quæcunque excogitentur nomina, quid sit definire nequit sermo noster. Ipsarum enim operationum discrimen cognoscimus, agentis autem naturam ne per operationum quidem notitiam scire possumus. Nam cum quis rationem dat cujusque illorum nominum, et naturæ ipsius quam hæc nomina designant, non eamdem utriusque reddet rationem: porro quorum diversa est ratio, horum et natura discrepat, proindeque aliud est natura cujus nondum reperta est definitio interpres, aliud significatio nominum eam ex operatione quadam vel dignitate designantium. Ergo inter personas nullum reperitur operationum discrimen, cum hæ communibus designentur nominibus, nec ulla delegitur et indicatur naturæ differentia, cum, ut dictum est, operationum identitas unitatem naturæ significet. » — Magnus Dionysius divinam cœlestis hierarchiæ felicitatem celebrans: « Divinitas, ait, quatenus in Deo ut principio et causa consideratur, unum designat supersubstantiale et absque initio principium et causam; quatenus vero ut participata spectatur, incommunicabile Dei Providentiæ effluvium dicimus deitatem: cujus factæ, prout sibi convenit, participes creaturæ divinæ sunt ac dicuntur. » Alibi, divina explicans Entis nomina, dicit: « Neque enim sermo exprimere valet supersubstantialem supersubstantialis divinitatis bonitatem, quæ est supra omnem bonitatem ac divinitatem, et in abscondito, ut ait Scriptura, sedet; sed manifestatam eminentem beneficæ Providentiæ bonitatem, quæ est omnium bonorum causa, celebrat. » Et scribens ad Caium, dicit: « Si per divinitatem intelligas deificam gratiam, divinitati sic spectatæ ut deitatis et bonitatis fonti præstat qui omne principium antecedit. » Idem adhuc de Deo disserens, postquam divinitatem dixit hanc divinitatem

quæ est omnino bonorum causa, ne ipse audientibus videatur putare hanc causam esse per se subsistentem, non vero providam virtutem et effusionem supersubstantialis absconditæque naturæ, et sic plures hujusmodi præter unicam admittere essentias, subdit : « Haud plura principia, nec plures dico divinitates, superiores et inferiores, sed varia ex uno Deo bonorum effluvia. » Magnus Basilius ad Eustathium medicum scribens, ait sibi displicere qui Dei naturæ nomen divinitatis imposuerunt. « Attamen, inquit, sive natura divina dicatur divinitas, una erit trium natura, sive operatio divinitas vocetur, una erit trium operatio. » Magnus item Gregorius Theologus : « Uno lumine, ait, illuminati estis, ob unitatem naturæ seu divinitatis. » Et in secundo sermone de Filio ait : « Essentiæ nomina sunt potissimum Ens et Deus, et ex his præcipue Eos : nam Deus, Θεὸς a θέειν, currere, vel ab αἴθειν, urere, derivatur, ac proinde est nomen relativum, non absolutum. » Et illustris Maximus : « Unus est Deus, quia una est divinitas simplex, indivisa, inseparabilis, invisibilis et inintelligibilis. » Et Sophronymus, qui patriarchalem nobilitavit Hierosolymorum cathedram: « Sicut unum Deum didicimus agnoscere, ita unam divinitatem confiteri edocti sumus. » —Nonne igitur unius Dei modo unam, modo non unam esse divinitatem a Patribus accepimus? Num tamen in eo situm est discrimen, quod aliqua sit increata, et aliqua creata? Quis enim eorum qui pii dicuntur, creatam asseret beneficam bonorumque omnium fontem Providentiam, interserens theologum Areopagi Dionysium de hac loqui, haud vero de prorsus ineffabili supersubstantialique Dei natura; vel divinam potentiam, eo quod, juxta magnum Basilium, hæc, non vero Dei essentia nomine divinitatis significatur; vel speculativam Spiritus virtutem, cum hanc superet Spiritus natura quatenus ineffabilis est et supra omne nomen, ut divus docuit Nyssæ antistes Gregorius? Nonne igitur unam et altero modo non unam docemur divinitatem?

ὑπερώνυμον ἡ τοῦ Πνεύματος φύσις, ὡς ὁ Νύσσης μίαν καὶ τρόπον ἕτερον οὐ μίαν τοῦ ἑνὸς δ.δασκόμεθα θεότητα;

Theot. Clarissime.

Theoph. Cur igitur non a Deo necessaria concedente quærimus quomodo illa sit una et non una, et quomodo licet unus sit Spiritus sanctus, Isaias septem spiritus prævideriit requieturos super Domini humanitate, quos et Zacharias ab angelo edoctus septem Domini oculos vocat?

Theot. Excellentius quam nos, ne nobismet contradicamus, arbitramur Patres idipsum sensisse de hoc utilissimo piæ doctrinæ puncto. Dic igitur quomodo una et non una sit ejusdem Dei divinitas.

Theoph. Dico et hoc sicut ipsis Patrum scriptis demonstratur. Cum enim pro nomine ineffabilis essentiæ nomen divinitatis usurpatur, una est Dei

οὐσίαν μόνην τῶν κτιστῶν ἐξαίροντες; ὥσπερ ἂν εἰ τῷ μὲν ἡλίῳ μετεῖναι διεβεβαιοῦντο τῆς λαμπρότητος, πλήρεις δ' εἶναι σκότους τὰς περὶ αὐτὸν ἀκτῖνας, ἢ πολλοὺς ἡλίους, ἐπεὶ φῶς εἰσι καὶ αὗται·

C

Θεότ. Δικαίως, ὦ Θεόφανες, ἐν μηδενὶ λόγῳ τιθέμενος τὸ ἀπαρέσκειν τοῖς πολλοῖς τοιαῦτα ὑπὲρ ἀληθείας οὐκ ἀνῆκας. Πρέπειν γάρ σοι τὸν ἔπαινον οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ, νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἔπειτα αἰῶνα, τῶν τοιούτων λόγων ἕνεκα.

Θεοφ. Τῷ Θεῷ πρέπει αἶνεσις, ἀδελφὲ Θεότιμε, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, τῷ δόντι λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ἡμῶν.

GREGORII PALAMÆ

ARCHIEPISCOPI THESSALONICENSIS

PROSOPOPŒIÆ,

ID EST

Ex habitis per fictionem personarum orationibus, stylo misto, dialogico et maxime judiciali, confirmatio, quid mens in judicio contra corpus contendens, coram judicibus dicere possit.

PROTHEORIA SEU PRÆMEDITATIO CAUSÆ.

Animi partis utentis ratione discrimen, quo a ratione carente et patibili differt, veterum aliter alii declararunt : quidam equorum ferocium bigis irascentem et concupiscentem animi partem simi-

lem facientes, aurigæ ratiocinantem : quidam venatori viro ratiocinantem, equo cui insidet concupiscentem, cani adjutori irascentem comparantes : quin etiam locorum discriminibus sejungentes, rationem ut principem in cerebro, tanquam in arce summa, e propinquo quasi satellitio sensuum munitam ac defensam : iram in corde, cupiditatem in jecinore collocant. Eximiæ vero sapientiæ Apostolus, evidentius animi partem rationis participem ab experte distinguens, illam spiritum et interiorem hominem, hanc carnem et exteriorem hominem appellat ; deinde contrarietatem earum patefaciens, « Cerno, inquit, alteram legem quæ in membris meis est, repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me sub legem peccati[1]. » Orationes autem quas corpus et mens seu ratione utens, et patiens animi pars, vicissim habuerunt, exiliter admodum stoicus Cleanthes est commentus, sic eas faciens loquentes : Quid, anime, vis factum tibi, mihi indica. Quidquid fieri, o ratio, desidero : id regium plane est. Quidam etiam Ecclesiæ sapientum doctorum, iamborum scriptor, ait alibi : Tibi quid exoptas fieri ; mentem meam soleo rogare ; visne Gygis res has et illas ? Nos vero in juveniliori quodam dicendi genere hujusmodi insistentes, ad judicialem formam dialogi rationem protendimus, et ut rei species honestior et æquior esset, judices assidentes constituimus, ac partes accusatoris animus rationis particeps, defensoris corpus tenet : hæc enim cum dicta quædam describenda sunt permittuntur. Nec quispiam novitatis crimen inferat orationi, haud nescius quo pacto, et ad imaginum, et ad personarum figmenta, sophistarum ac declamantium meditationes provectæ sunt. Quod autem assumptivus status sit, agnitu non est ei difficile qui in civilibus quæstionibus exercendis et meditandis aliquandiu versatus est ; potius intelligendum est, cum argumentum gravem sententiarum materiam suppeditaret (sæpe enim motum rerumque naturæ contemplationem attingit), nos tamen quoad licuit, via rationeque artificiosa, re ad civiliorem stilum revocata ad judicialium orationum speciem accommodasse. Quod si per omnia assumptivi generis capita hæ non procedant orationes, nihil mirum ; nam nec in omnibus aliis argumentis omnia incidant necesse est ; hæc quæ præmeditari oportuit, hoc modo præmeditata sint.

DECLARATIO ASSUMPTIVA.

Si apud alios qui non intelligerent accurate quam patior contumeliam ab hoc mecum conjugato corpore, hoc præsens certamen instituerem, mihi ipse facesserem, illisque conflarem negotia : nimirum ad rem pertinere ducens, si singulatim ea quibus me malis onerat hæc mihi contubernalis calamitas, exponerem. Verum cum apud vos, omnium virtutum cultores, mihi quantam passus sim injuriam divina Providentia ut id facerem concessum sit, qui hoc ipso quod cum eo luctati periculum fecistis, manifestum dicendorum argumentum præcepistis, non admodum mihi videor operosum aut alioqui molestum futurum vobis tale certamen aggressa. Satis enim est brevi quadam oratione percurrisse, et duntaxat in memoriam vobis revocasse, quas mihi solet vitiorum impressiones et occasiones exhibere, indeque ut suffragia feratis postulare. Itaque paululum vestro in rebus divinis contemplandis intermisso studio, audite me, per vestros vos obtestor, virtutis ergo et multos et magnos sudores, et jurene meum corpus reprehendam, necne, ut arbitri judices judicate, ne posthac inter nos dissideamus atque discordemus : sed intelligamus utrum nostrum alterum afficiat injuria. Nam, quod miserabilius est, præter convicia quibus insolentius in me debacchatur, etiam eorum quæ immerito indigneque patior, me auctorem causamque facere non veretur. Jam vero progressura ad ea oratione explicanda quæ contumeliose contra me audet, nihil incommodius factura mihi videor, si paulo altius initium sumam.

Ego, viri beatissimi, genere divina sum, et e superna illa nobili prosapia originem duxi, ut quæ sim Dei spiraculum et imago primaria, omniumque terrenorum regina ; non enim de me hæc magnifice prædicare verebor, tantum ne ostentare mea videar apud vos alioqui magniloqua, qui probe nostis ac in honore meam habuistis coluistisque dignitatum amplitudinem. Postquam enim illa quæ nostri primarium exemplar est bonitas, ad bene faciendum suo ingenio apta, mundum intelligentem et sub intelligentiam cadentem, hocque cœlum universum, et quorum capax cœlum est, procreavit, tandem in compendium contulit, in unamque temperationem et molitionem velut in craterem quemdam contraxit rem unam omni genere rerum mistam, et multipotentem, id nimirum quod et dicitur, et est homo. Hinc ego intelligens et immortalis cum sensili et mortali colligata sum, et cœlestis cum terreno copulata, et cum ancilla hera ; quibusnam rationibus ita Deo visum nescio ; fortassis ut ambo simul eodem ad officia virtutis exercenda jugo hærentia conspirantiaque, alterius alterum natura frueremur ; illud, ut præstantioris conspiratione nobilitatum, et communicatione cum immortali degustata, immortalitatem superindueret : ego hanc

[1] Rom. VII, 23.

cum deteriori copulatione, tanquam cippo reflexa, modice de me sentiendo, et gloriatione de imaginis dignitate cohibenda remittendaque, et non superbiendo, et a Deo, ut primus Lucifer, deficiendo, sed potius humiliter et demisse sub ejus manum validam me subjiciendo, ita Deo adhærerem ego, mihi corpus; neque pusillum quidem aut ego a vitam præstante causa, aut hoc a me animante abduceretur. Istas rationes opificis reputantes, non linum lino, sed semper se moventem cum aliunde moto, et simplicem cum juncto permiscent et implicant, quid enim ab illis innumerarum rerum potentibus connecti nequeat? Ac quæ ab ipso statim ortu incommoda subivi, non est hujus temporis de his tragœdias excitasse; tantum date mihi ut ea paucis deplorem.

Simul ac cum hoc mortali coalui, ac antequam fetus vitam accepit, in utero cum sepulto una sepelita, et velut in duplici spelunca. Saræ mortuæ cadaver Abraham sepelivit, ita et ipsa duplici monumento infodior; nam ex sapientum sententia, si corpus est meum sepulcrum, id vero in utero tumulatur, quidni duplici loculo, fetu quem embryon vocant, et utero consepelior? Talibus me complexu suo primum receptam et amplexatam amicum corpus excipit humanitatis officiis; talibus hospitiis et fœderibus prehensam accipit. Quæ vero posthac succedunt? germana, ut aiunt, et eodem colore contacta, ex eademque arte figlina, sive natura fingente. Illinc enim quasi e tumulo prodeuntes una sepulti, uterino quidem sepulcro defungimur: ego vero in corporeo etiamnum insisto hæreoque. Atque veluti ejusdem vitæ facta inter miseros coemptione, calamitosam vitam inchoamus; nec lætamur quasi a tenebris in lucem erumperimus, et auram vitalem trahamus, et almum solem amplexemur; neque circum genitricem exsultantes lascivimus, ut agni, vituli, hinnuli circum matres, sed illud, cum ex locis calentibus repente in aerem frigidum incurrat, ex commutatione angitur, et acriori dolore conflictatur: ego vero ægritudinum acerbarum consensu ipsa quoque crucior. Hinc et ejulatus natalitiis cantibus ex adverso respondentes, et undique devincientes fasciæ et cunabulorum vincula, sepulcralibus ligamentis cognata, et lectuli seu cunæ, evidens imago monumenti, ut hinc etiam mihi molestiæ conduplicentur, secundis his mihi post prima vinculis impositis; non enim a sapientibus illepide multis appellationibus et conjugatis id vocatur, sepulcrum, custodia, amictus, monumentum, δέμας παρὰ τὸν δεσμόν (a vinciendo), et tabernaculum; quod in eo tanquam in taberna de via diversetur: deinde sic illud colligatum, lacte nutritur, et sensim augetur; ego vero, tanquam fluvio fæculento cuidam illigata, huic invalido debilique, et fluxu perpetuo influenti atque effluenti, veluti submersa corripior, et in extremæ dementiæ fundum præceps devolvor, nec potis sum quidpiam mente dignum, mihique proprium efficere, humido gurgite immersa.

Verum enimvero hæc, tametsi alioqui misera, tolerabilia tamen, et qualia nemo jure reprehendat, ut quæ naturæ legibus, et originis immutabili serie connexioneque gubernentur: illud miserius, quod ex amentiæ fundo enatans aliquando, et lumine rationis inchoans circumfundi, corporeis membris ad perfectiorem statum procedentibus, neque tum plane pure dementia defungor: quemadmodum nec ex ebrietate, vel sopore gravi, vel veterno convalescentes vertigine, aut ob oculos offusis tenebris illinc natis in totum statim repurgantur. Cæterum hasce dementiæ malas sortes et tempus, et perceptio disciplinarum abradat a mente, et scientiam ac prudentiam insculpat, sed imperiosam altricem facultatem, et perpetua ciborum et potuum quotidianorum quasi tributorum pensa, quæque inde mihi adversæ facultates ab illa nutriuntur, concupiscentem et irascentem, quodnam tempus aut quæ doctrina omnino remittere evertereve possit? harum servitutem quis excussisse glorietur? Quis voracem inexplebilemque ventrem, et gulam furentem, jejunii lupato et freno continentiæ sine vobis cohibeat, qui naturæ contemptores insuita prudentia estis? et qui collatione cum angelis, mortalibus corpusculis induti, et jam divorum natura superiores vos palam præstantes, nihil novi est, si longe supra corpus evolaveritis: ut hac mihi sint oratione vestræ res eximendæ. Cæterorum autem qui nunc mortales vitam degunt, quis a cupiditatibus alioquin alienus irascentis animi fremitum compescat? quis vel sapientiæ sapientior ita sit, ut cupiditati nihilominus quam aspis, mortiferum venenum jaculanti, et ad præcantricem vocem obstinatius obsurdescenti medeatur? aut quasi vas illud electionis, ut viperam adhærescentem excutiat? quis evangelice progenitus et educatus, quemadmodum Azarias et socii puelli, non coluit corporearum voluptatum asseclam locupletem et pecuniosum, ut illi non coluerunt ex auro et argento, ære et ferro manufactum simulacrum? Quis, ut paucis absolvam, ventris ingluvici, scortationis, avaritiæ catenam divulsit, nec iis inter se funiculo triplici longoque, et cætera vitia contrahente nexis constrictus tenetur? Eæ sunt enim, opinor, apud Salomonem amatæ filiæ tres hirudinis sanguinariæ, id est carnis, quæ sugendo quidquid animale, quidquid in me vitale sit exhauriant. Horum corpus incuso, hæc criminor: horum nomine hanc accusationem factito, reum contumeliæ et injuriæ postulans: quia natura, ut nostrum genus conservaretur, moliente, permisceorque et alimento, et generis propagationi, voluptatem, ut hac tanquam esca pellectus homo, ad ciborum perceptionem, et legitimum cubilis muliebris usum conciliaretur vivus, et vita functus non periret: harum rerum nemini accusabilium, et naturalium, quasi legum non scriptarum, sed jam more

usitatarum captata facile occasione, corpus ad quarum voluptatum licentiam non effertur ? cujusnam satiandæ libidinis terminos non exsuperat ? Nunc esculentorum satietates exigit, nunc rursum suavissimis et magna difficultate parabilibus cibis infartum, facere non potest quin satietur, iterumque rebus quibus abundat obrutum deglutit ; et præsentia improbat, absentia desiderat ; neque vina quæ patria tulit, cordi sunt, sed ut aqua quæ vicinos agros alluit, nihili æstimatur, et peregrinorum sitis accenditur ; neque vestimenta quæ ad æstum et frigus arcendum sufficiant, solum quæruntur, sed quæ sint ex materia vix parabili, et arte supervacanea curiosius et delicatius elaborata, ad ea me vi cogit, ut per ancillas cibariorum, obsoniorum, et textilium administras sibi obsequar, et infinitis suis serviam libidinibus suppeditandis, et veluti tributis conferendis iis quæ præter necessarium usum exiguntur ; non ut ea decore, et in rem suam absumat, sed ad libidines voluptuosas præceps abutatur.

Quam igitur me vitam trahere putatis, viri Deo dicati, cum eo ita misere dementante oberrantem et subservientem ? aut quibus absurdis sceleribus turpissime non impingentem ? istane mediocria videntur ? aut ego frustra temereque alioqui indignor ? Nam si quotidiana, eaque sine quibus non constaret, exigeret, non quiritarer : si nuditatis operimentum simul et ab aeris immensis injuriis præsidium postularet, libens equidem præberem ; si vulgaribus abuteretur, si solum modicam et frugalem vitam rectam censeret, non injuriæ loco ducerem, talia suppeditare, neque actionem postularem, neque diem judicii dicerem, ut hoc certe tempore jure facio, quippe quod cum impetu suis cupiditatibus contra mandatum Apostoli, provideat ; semel enim a naturali necessitate commodissimam nactum occasionem, omnem pervagare nefandam voluptatem non desinit. Plane enim quod ait divus Paulus de peccato : Per legem scriptam peperit in me omnem cupiditatem ; captata enim per mandatum occasione, decepit me, et occidit : idem etiam in nos incurrit ; inventa enim occasione ex lege naturali, id est, alimenti et fermenti usu, mea caruncula, omnem in me excitavit cupiditatem, et propter rerum necessariarum indigentiam, primum me ad eorum legitimum usum trahit, deinde ab usu naturali ad alienum et contrarium naturæ abusum pertrahit, tum a continuo et frequenti abusu ad inguigitandi et deliciandi habitum : tandem me prorsus decipiens, interficit. Nam deliciis irretita sive femina est sive mens, vivens mortua est ; mea enim mors est, oblitam propriarum mihi actionum, in pecuariis voluptatibus corporis percipiendis versari : quando, ut alter apostolus scribit, attrahor et illecebror a carnis cupiditate ; cupiditas autem concipit et gignit peccatum, peccatum autem absolutum procreat mortem. Ab uberibus enim ipsis in more positum est, ut cum ad jucundum quidvis profundatur, ad id autem quod sensum exasperat, indignetur, iis exerceatur affectionibus quæ ex voluptate et dolore nascuntur. Hinc et ira vires et potentiam in corde, in jecinoreque voluptas exerret : qui principes affectus ita diuturna commentatione corroborantur, ut et mei partem rationis participem consentientem habeant, abducantque morigeram, una quadam ratione ; aut enim dolo, aut violentia trahunt. O quoties intelligentiam mihi voluptas suffurata est ! quoties, quæ faciam ego non sum malorum nescia, consilium at iratus meum impedit animus. Iracundiam quoque et voluptatem universa perturbationum turba consequitur. Equidem conor uni mihi principatum debitum asciscere ; verum ab hac popnlari dominatione avertor, idemque mihi accidit, ut si qua nobilis puella parentibus orba relinquatur : quæ cum multarum ancillarum domina sit, nondum autem imperare didicerit, contemnitur, aut etiam colludere docetur : at serius agnoscens quæ quibuscum corrumpatur, familiæ cepit imperium, et illas in ordinem servilem redegit et castigat ; illæ vero pristina licentia herili lasciviaque refertæ, erubescunt, et in heram insurgunt ; ut etiam quidam servi feruntur, heris peregre profectis morantibusque, et familiæ heri, et uxorum viri successisse ; deinde in reversos heros insurrexisse et armis decertasse ; quemadmodum item alii postea Roma fugitivi magnis prœliis cum persequentibus et fugitivariis dimicarunt. Tale quoddam contra me servile bellum concitat natura mihi servum corpus, aut etiam acrius, quod illorum partim armis, quanquam difficulter, tamen perierunt, una cum servitute vitam quoque posuerunt, partim interea pugnando restiterunt, dum heros ferro dimicantes viderunt, et in se pariter irruentes ; ubi autem illi deponenda censuerunt arma, et inermes flagra duntaxat tanquam servis incusserunt, itaque revocarunt in memoriam, qui quibuscum auderent gerere bellum, tum ad se denique redierunt, et pristinam dominationem agnoverunt. Hoc vero meum servile hostileque malum est indomabile, seditiosum, fugitivum, quod nullo pacto in servitutem adducas. Nec rationem ullam teneo, qua superior evadam ; nam neque jure belli, neque lege justæ servitutis expugnare possum, sed quoquo modo congrediar omnibus proverbiis obnoxia teneor, lapidem coquens, aerem verberans, Æthiopem dealbans, flammam cædens, in aquis scribens, ex arena funiculum nectens. O factum incredibile ! duarum rerum rationis expertium potestas meæ filei credita est : alterius mecum intrinsecus et e propinquo, alterius remotius et extrinsecus conjunctæ. Verum hæc exterior servitutem passa est et subjiciendi legibus acquievit ; nullum enim animantium ratione destitutorum, idoneum obsequium præstare recusat, sed jugum impositum cervici bos tollit, ac terræ crassitudinem aratro perfringit, idque facit, cervicibus cornuum acies quasi alteras hastas prætensas habens ; neque levipes equus ministerium fugit, sed celo se-

rox et petulans, ore tamen frena recipit, sessorem et pacem agitantem et pugnantem vehit. Paret asinus, licet natura tardus sit, ad onus portandum vocatus ; et quemadmodum ferocitate exsultantem equum coercui, itidem tardissimum asinum adhibito puello et fuste celeriorem feci. Quid hæc mansuefacta pecora et subjugalia dico? Non ursus, non pardalis, ferarum immitissimæ, non ipse elephantus, magnitudine aggeres terræ superans, non leo, rex agrestium animantium, nostrum detrectant imperium : sed et in urbibus per forum et theatra ducti, spectatoribus otiosis voluptatem cum stupore et miraculo præbent. Neque sublimibus avibus ad fugam satis fuit aeris ingens altitudo : ut neque piscibus ad latebras profundissimum maris fundum, ac hoc rationis expers, ferinum et belluinum, ita mansuefacimus ut res fert, et domamus : alterum vero genus domesticum et cui continenter insidere nobis præscriptum est idque moderari, nescimus quonam pacto mitigemus, et ad obediendum clementer adducamus ; et tamen genus illud natura prorsus ad rationem obsurdescit : hoc auscultat, et modo quodam ad eam convertitur, at quod a ratione alienum est omnino, rationi magis obsequitur, quam quod natura insignitur et ducitur ratione. Illud quoque suppeditat et labore suo parat corpori profutura : corpus vero auxilio mihi datum ad obeunda præclarissima virtutis munera, contrarium et magis renitens deprehenditur : potiusque ut secum aberrem a ratione, quam ut mecum ipsum una ratione utatur, vi cogit. Ac superius explicata causa est : quod cum esset mihi honorificus ortus, non intellexi primum, scilicet cum fatua caruncula una juveniliter desipiens, sive cum materiæ sordibus, ut Chaldæorum verbis utar, et quisquiliis simul demersa, et velut ostreato indumento circumdata, comparatione similitudineque pecudes et amentes naturas refero, serius tamen intelligere demens, et stolida aliquando sapere incipiens, adnitor mihi primordium conveniens vindicare, corpori ejusque membris imperare cum ratione, et ad munus cuique congruens revocare. Illa tamen ipsa sermonem etiam præoccupantia, plane factis proclamarunt quæ cives nobili viro, ut est in evangelica parabola, per legatos quos miserat, nuntiarunt : « Nolumus ut tu regnes in nobis; » ducunt enim citius quam ducuntur, renituntur que familiaribus et amicis potius quam asciscunt quæ sunt optima : magisque retrahunt quam trahuntur. Atque mihi considerate, quæso, primum aures et oculos : illæ, ut Ecclesiastæ verbis utar, audiendo, hi videndo non satiantur ; quoniam illis semper patentibus fores occludere non licet ; his quanquam palpebrarum tegumentum vallum est, et aversio, ex sententia magni Job, dispositione vana videant, quid tamen hæc ad eorum momentum promptissimum et celerrimum supra modum, et inexplebilem curiositatem? Deindeque linguam, indomabile malum, mundum iniquitatis, ut Jacobus frater Dei loquitur : quæ etiam prius quam rationi A liceat dicenda considerare, præceps ad nuntiandum sua sponte præsilit, foris effutiens, quæ non oportet : tametsi tot septis naturæ circumvallata sit. Quid vero gula canalis quidam omnium capax? quid insaniens furensque tangendi sensus ? rationine auscultare novit, et appetitioni modum constituere? Quid vero cor, cum effervescens et ad ultionem incitatum tumultuatur? quod quamobrem canino ritu latrans Homeri poema fecerit, ac non potius leonino more rugiens, admiror ; postremo animosa particula cupiendi cui rite comparari possit? Scyllæne, immortali perniciei, an renascenti hydræ? an Typhoni capitibus centum prædito ? Tot instrumentorum barathris, et artuum vallis, undique mea consepta est altius habitatio : in quibus absurdæ et B rationis expertes facultates, velut omnimodi serpentes in ferinis Libyæ speluncis, latitant : quas cicurare mansuefacereque pollicetur illa quidem dignitas imaginis ; at si qua sursum emergunt, deorsum una convolvuntur, nam illa magis ferociunt sæpeque numero efferantur. Quod vos quoque sub sentientes, et ne quid inde mali vobis accideret caventes, ex hominum omni consortio, ferarum altricibus lucis occupatis, vos adducendos censuistis, antra suis tegumentis munita, terræque penetralia solis radiis impervia subeuntes, per deserta vasta sub dio vagatis, ut corporis sensibus ad malorum ingressus obstructis, pars illa ratione carentis animi ferociens, alimentis destituta quiescat, et C rationis compotis pars intelligens, a rerum sub sensum cadentium perturbationibus vacans, otiosa rebus intelligentia sola percipiendis incumbat.

Esto sic sane : equidem his paucis demonstravi palam, quanta servile corpus in me juveniliter moliatur : quod tametsi talium injuriarum auctor manifeste revincatur, non tamen abstinebit quominus contra etiamnum dicat, qualia sæpenumero liberrime dicendo, non mutiendo ritu servorum, insolentius audet : ita nimirum omnibus in rebus, quasi natura hostile mihi renititur, factis dictisque repugnans, et omnino, nullum in pactum, nullum in fœdus coiens. Itaque quidquam eorum quorum nunc accusatur, ac in primis illos ciborum pereuntium malignos quæstus, et perpetuam exactionem se vel D agere vel pati negaturum est. Nam cum sit natura compositum et semper fluens, meatibus tum abditis, tum apertis, necessario respondentem inanitioni repletionem requirit, quam cum non aliter quam per cibos et potus natura molita sit, idcirco nihil se peccare dicet, naturæ legibus sequendis, et quæ statum conservent appetendis, si ad tempus legitimum sufficere, nec male habere, egere medico, omnino defessum concidere, jacturamque earum actionum facere quas mentis causa cum labore susceperit, velit. Hi vero, hi, inquam, beati judices usitati corpori meo prætextus sunt, si quando delabens aut irruens ad lasciviam freno vitæ durioris revocem. Ut enim lactantes infantes a mamma depulsi plorant, itidem et hoc ab iis quibus fami-

liariter assuetum erat, avulsum luget, et indignans A obstupescit, morbos et vinculi quo inter nos colligamur dissolutionem, excessum e vita injustum, et ab agendarum rerum studiis cessationem cogitans. Nam quod hæc manifesta ironia, dissimulantia, tergiversatio et versuta recusatio sit, vobis non est ignotum qui experiundo didicistis, et edocti estis, naturam corporis, in rebus honestis operam et laborem impendendo, in naturam impatibilem quasi ferrum et adamantem indurescere; quod vero non pro foribus hæc contentio sit, id quoque perspicuum tametsi est, argumentis revincam expositumque et planum faciam. Non sane prorsus quod nutriaris neque quod nutriendo læteris, o stupidum corpus, criminamur: ea criminamur quibus malis aut afficimur, aut deteriores fimus. Quis enim mente B præditus, et naturæ rationes vel mediocriter contemplatus, maledictis impetat cum alias facultates, tum maxime altrices? Alimenti abusum exlegem in deliciis et inexplebilitate reprehendimus. Non autem idem est τρυφὴ quod τροφή, deliciæ quod alimentum, sed alterum ab altero longioribus interstitiis differt quam Mysorum et Phrygum fines differunt, tametsi vicinitate nominum ea propemodum conveniant; tu vero aut stupidis, aut malignis moribus præditum, accusationem abusus ad naturalis usus calumniam traduxisti: idemque aut nescisti, aut te nescire versute simulasti, veluti nos adulterii vel ebrietatis accusantes quempiam, calumniareris quasi conviciis nuptias cupidas et sobrium vini C potum insectemur. Itaque neque te, o mea crux, in judicium vocamus, ob rerum necessariarum usum, sed quia tu hanc nactum speciosam occasionem, non desinis, ut iterum illud apostolicum usurpem, omnem in me cupiditatem efficere: primum quidem utens alimento sicco humidoque, deinde præter et contra quam par sit abutens, eo incumbens, ad universam omnemque voluptatis illecebram delabens et irruens, et una me corripiens, et exhibens negotia. Nam duplici et gulæ et ventris intemperantiæ flatu exagitatum, vel potius triplici (in satietatibus enim, aiunt, Venus est, prætereo enim tunc horum comitem malorum legionem), quid non mihi difficultatum et miseriarum infers? Nam dum es inane, repleri desideras; vix plenum es, denuo D laboras inanitate, ac iterum exquiris compleri; quando item fame divexaris, ad satietatem te cibis oblectas; cum exsaturatum es, voluptatis illecebras quæris; quin potius, et esuriens, et plenum, neque satietatis modum, neque voluptatis satietatem nosti; in quo ego misera sum, pari pœna damnata qua illæ fabulosæ Danaides, ut in infinitum, ut illæ, tibi exhauriam, dolio pertuso; aut etiam eadem patiens quæ divinus ille David, huic profundo cœno, in quo nusquam subsistas, illigata, ad imum perpetuo delabens fundique nescium, quod enim extremum profundum tuarum appetitionum inventum est, quod tandem postremum subsistat, et tuo ulterius progredienti obsistat impetui? non est aliud quidquam, nisi quis mortem malorum omnium domitricem dicat; miserior vero multo sum alioqui, quod imprudens nesciaque te malam bestiam in sinu foveam, et pullum petulantem meo malo pinguefaciam. Nonne nutritum et fotum malam mihi gratiam refers? mordens, ut serpens, calcitrosum, contumaciter ignominiam inurens, nec amplius domabile: non persuasionis blanditiis deliniris, non vi frenaris, non probitatis ergo labores attingis. Quid aio, labores non attingis? Præclare mecum ageretur, si contra non niterereris; si ad tibi grata charaque, mihi autem ingratissima inimicissimaque, non violenter tecum corriperes; si meam pulchritudinem amabilem luto, ut apud Salomonem illa sus auream inaurem, non obvolveres. Ne mihi, quæso, beate cœtus, succenseatis, si invehar in hanc indomitam malamque pecudem tam acerbe, cujus tyrannicam rebellionem, ille quoque tantus Paulus mundo crucifixus, non jam vivens, sed in se viventem et loquentem Christum gestans, circumspectius observabat, et indignans veluti deplorabat, miserum se vocans hominem, et anxius quærens a corpore mortis hujus liberatorem: in quod etiam tanquam generosus athleta, coronamque merens, vehementius irruens, non prius desiit ferire calcibus et crebris sugillationibus notare, quam in servitutem adduxerit, morigerumque fecerit.

Esto sane, inquit, at tibi licebat natura subdito mihi servitutem imponere, quæ notas inurere velles, apostolicam secuta formam, illudque sapiens præceptum: Asino fœnum et baculus, servo panis et flagra. O ludibrium! quibus me dissimulationibus deludit, nunc fateris te mihi subditum esse natura: nunc mihi verbis adblandiris, quod subjicere liceat, factis perpetuo repugnans. Ego vero quod tu velut asinus petulans, fustibus cædendum sis, et ut malus servus, verberibus lacerandum, intelligere ipsa sero cœpi. Verum agedum mihi percontanti responde: quando, quæso, quoque ætate mihi datur te subjiciendi potestas, cum nunquam cum Apostolo dicere possis, te legi Dei subjectum esse? utrumne puerili et adulta? At tum mentis impotentia desipiens, me ipsa non possum uti intelligereque quanto tibi præstem. An vero juvenili, an virili? At tum omne malum erupit, et inde bellum vehementius inchoatur, me jam meipsam agnoscente, et conveniens primordium asciscente, et alio vitæ victusque genere meliori utendum, et legi Dei acquiescendum esse censente: hoc autem se a grata et coæva consuetudine divelli non patiente, cum ab ortu ad vicesimum usque annum juventutem in omni libertate licentiaque contriverit, et ventris ingluviei studuerit, et solam voluptatem exercuerit; nec dictum facile est, quam robustis impetibus mihi quasi res novas molienti, et præter æquum dominanti, renitatur; ac mihi diuturnam consuetudinem, et naturalem legem quasi murum quemdam objicit; idque potissimum, quia recens socium opitulatorem ventris affectum

eo tempore vehementem nactum, et insuper avaritiam, ambitionem, et si quid aliud horum comes cum tali tantoque cœtu coit, mihi adversatur, astutia bellica fallit, et sub peccati legem captivam abducit, persuadetque ut et ipsa faciam, facientique consentiam, quod neque probo, neque volo. Ita parere didicit; ita leges obediendi colit. Hic operæ pretium fuerit, amici Dei judices, ut non cædam fustibus, ut asellum agaso solet, ita præter naturam superbiens, et effrenate lasciviens, et non amplius pecuario fastu tumescens, sed belluino fremitu rugiens, nec rebellans, et manifesto tyrannidem occupans, flagris et pugnis, ut heri solent mancipia, fœdem : sed ferro, quod aiunt, igneque animadvertam, et illustris semel pugnam conseram, cominus hostem aggressa, et aut ipsum honestam degens vitam exhibeam, aut idem quod generosus Samson faciam patiarque, convellam, inquam, quod injuriam faciat : et cum hoste cadente læta simul excedam. In me igitur illud quoque quadrabat, quod proverbio quiritatur. Ah! quam grave est id hominibus malum? cum quis bonis non utitur his quæ noverit. Nam ego certo sciens in tam rebelle non esse verberibus animadvertendum, sed ut hostile odio prosequendum, non tamen bono hoc animi consilio utor; ab innumeris enim affectionibus depulsa impedior. Quæ sunt hæ? non enim vos celabo. Pudor, parcitas, misericordia, metus non intrepidus, sed lethalis. Pudet me hujus, ut conservi, et ut aliquando me adjuvantis, si non hoc tempore, fortassis in futurum, et ut sodalis, amici, socii, coæqualis. Parco abstineoque tanquam ab ærumnoso, infelici, misero. Ac me vicem ejus graviter miseret, nescioque quonam modo cum afflicto condolesco, cum oppresso una molestiam capio, cum dolente cohæresco. Præterea caveo ne offensionibus acceptis imprudens ruat, et mihi causam earum rerum quas ipsum attentaverit, aut vinctis custodiam perfodientibus ac elabentibus aut servos corrumpentibus inquisitionibus et tormentis vehementioribus, attribuat. Quantum enim audax et temerarium est, quando lautius nutritur, tantum ab ærumna qualibet occurrente vexatum, commoritur; non modo enim morbo laborans, sed et frigore, vigiliis, esurie, sitique labascens ac deficiens humi provolvitur, concitatque ad misericordiam hostes, nedum me nascendi ac viviscendi, et profecto renascendi atque reviviscendi sociam et participem.

Me miseram! quid patiar aut faciam, cum tam multiplicibus malis prædito socio conjuncta, iisdemque affecta, cum quo a pueris in eumdem ignorationis fundum depellor, et cum quo juveniliter ad contumelias prolabenti corripior? cum ipsum membris viget suis, equidem indigne fero, cumque me ad nefanda facinora rapit; cum rursus affligitur misere, reflexa distorqueor, et mansuesco. Quo supplicio, qua pœna non est dignum tam vecors et ingratum, et in me contumeliosum, ita clementem et miserabili commiserescentem, ut ne liberorum quidem amans mater in sua ipsius viscera esset affecta? At ita sane adolescens, ita juvenescens et virilem ætatem attingens, me non solet auscultare. At senescens mite ductileque et tractabile est ad ea quæ decent instrumentum? Undenam? Quod certe membrorum vigore nexuque soluto, et ingenito calore exstincto, immobili torpore tabefactum veluti compeditum est, et veteris arboris exarescenti trunco simile, scilicet tale possit res aggredi serias et honestas, quod sustentantium et senescenti succurrentium indiget, præclare vero mecum ageretur, nisi etiam suas mihi calamitates inureret, et quibus abundat, senilibus malis me referciret, delirio inquam, errore et veterno. Nam si verum est, mentem Tithono consenescere, et bis pueros senes fieri, ad repuerascendum prope to ætatum conversione revertimur; ac corpus quidem videt et odit obtusius, ego vero senis delirantis lippitudine cæcitateque tanquam tenebris offundor, nec acutius jam cernere possum. Et illud cum aliarum rerum obliviscatur, alimenti tamen in perpetuum meminit, et genuinis non amplius dentibus in alveolis infixis, tamen maxillis molaribus destitutis molit ut potest, quas etiam proverbium quoddam ut et Scipionem, seni largitur : ego vero non jam disciplina et memoria utens, neque sane denuo ut didici, præcepta recordans, solum ingurgitor oblivionis poculo, itaque paulatim e sublimi ad puerilem regredior ætatem. Tametsi enim temperationibus adversis affecti sunt et pueri et decrepiti senes, quod illi humidi sint et calidi, hi sicci et frigidi, utraque tamen ætas sapientiæ usum ac prudentiæ mihi negat; nimirum, quando puerile corpus sub perhumido sincipite cerebrum gestat aquosum, ut nihil intelligens infans sapio : quando vera calvaria senio eminens paret, nihil ab uva passa, ut in proverbio est, absimilis, rursum ut infans reputor. Affectiones enim exsuperantes et corporum naturam, nec minus mei partem ratiocinantem labefactare vehementer possunt. Omitto reliqua recensere quæ has ætates, primam et postremam dico sorores germanas consequuntur excrementa superflua, calvam depilatam; accedit huc os salivosum et edentulum, lacrymosi et humentes oculi, nares mucosæ, pedes partim nondum, partim non amplius ad ingrediendum habiles et apti : membrorum item tremula inconstantia, et totius corporis conquassatio. Sed quousque recitare contendo corporis omnia tristia mala quibus affectum, aut me misere ad condolescendum attrahit, aut miserius ad collætandum corripit? Igitur multis prætermissis, ac morborum examinibus præteritis, a quibus, dum fovetur, riget, artubus torquetur, et, ut paucis absolvam, dum male habet, concrucior; summatim colligam infestiora mala quibus immerito afficior. Ut naturalibus facultati-

bus abusum ad vitiosam satietatem et delicias fuerit, demonstravi : utque mihi conanti providere, et ad moderatius vitæ genus revocare, restiterit et insurrexerit, liberam vivendi consuetudinem ut legem immobilem prætendens, et ut indomitus quispiam vitulus, jugum servitutis ignominiose despiciens et injuriam spirans, et taurino more sæviens : quodque gravius, ut naturæ fixas et certas leges transiliat. Nam cum statutum sit, ut me ducem, quæ rationis sum particeps, et ad imperandum habilior et aptior, sequatur, ipsum potius imperare mihi contendit, ut velim, nolim, ad una suppeditanda voluptatis efficientia pertrahar, et indecore me cum eo geram, veluti quadam duplici telo manu armata, violentissima captivitate, et impostura nihil non alliciente pertracta. Molestiarum etiam quas aspergit mihi, tum in puerili, tum in ætate senili, etsi natura inculpabilium, miseriam tamen multiplicantium, tragœdiam obiter attigi. Quasi enim non sufficerent ætatis vigentis et fervescentis ad res turpissimas mala, etiam quæ huic interjacent, suas quoque calamitates huc conferunt. Et omnibus in rebus quantas quotiesque mihi contumeliosas ærumnas hoc lene corpus infundat, leviter aperui. Ne posthac igitur tam inhoneste imago Dei ab hac lutea conjuge turpetur, et domina mancipati dominationi subjiciatur, vestrum est et reliquum, judices, suffragia ferre, injuriæque reo pœnam constituere, nec ut ego posthac injuriam patiar, permittere. Si enim evangelicus ille judex, neque Deum formidans, neque homines reveritus, vindicationem aggressus est, quanto magis vos vindicabitis me, qui et religione sancti estis, et rerum humanarum providi? Nam ei merito ne parcatur, si ejus naturæ quod est luctuosum et miserabile convertatur ad supplicandum : sed ab ejus seditione manifestaque tyrannide vos abhorrentes, a duobus alterum juste faciendum statuatis : aut ut mihi detur ita meo tractandum arbitrio, torquendum, flagris cædendum, inedia suffocandum, omni tormentorum genere cruciandum, ut a me gestorum ratio nulla reposcatur, etiam si mutilavero et omnino confecero : aut apostolica æmulatione, Satanæ communi, diro et publico tortori tradam. Quorum enim vasa feræ terrenæ incolent, ut est in oraculo (incolunt autem perturbationibus incidentibus) eorum et pœnæ sint mortalium suffocatrices. Ita verberatum, demens mentem feret seque tandem agnoscet, et a petulantia cessabit, ex eoque quod erat armatura injustitiæ, ad justitiæ commodum instrumentum convertetur. Itaque in posterum seditionibus non agitabimur, nec altero alterum jugo nitemur; sed concordi conspiratione et consensu junctas operas in rebus honestis et seriis collocabimus, et conjugatorem nostrum colemus, ac nobis ipsis promissam illam bealitudinem, intercedentibus vobis arbitris et legatis, comparaturi sumus.

ALTERA DECLAMATIO, QUÆ ET IPSA EST ASSUMPTIVA REFUTATIO.

Quibus verbis corpus contra mentem in judicio contendens coram judicibus uti possit.

In me quot convicia, quot contumelias, quanta cavilla congesta mens ista gravis effuderit, quasi comœdiam ageret in theatro, non accusaret in foro, audistis sane, divinissimi judices; soluta enim et libera lingua, ne quid plus dixerim, large effuseque usa est, non tanquam conservo, aut, ut ipsa loquitur, conjugato parcens, sed ut in mancipium argento redemptum invehens, et tantum non pugnos crebros impingens. Ego vero postquam vestra mihi æquitas dicendi locum dat, nihil sum levis momenti vitiosive dicturum; bona enim verba dicantur necesse est, sed quæ crimina intentavit mihi, ea ut potero dissolvere conabor, semel autem hoc tempore mihi concessa ex æquo dicendi facultate, vos orabo obtestaborque, ut meam dominam interea mitigetis, siquidem indigna se pati censens, irata meam audit orationem, idque aliam contumeliam interpretatur, quod initio sim ausum contradicere : utque vobis veniat in mentem quemadmodum neque Job ille divinus suorum ipsius famulorum de se judicium vilipendebat, ut alicubi ipse inquit; nec profecto mentitur; nam præter alia bona et honesta, etiam hominis veracis testimonium accepit. Neque certe Deus ab ipso Job in judicium vocatus, ut conviciatorem reprehendit. Quidni? qui apud divinum Isaiam, « Venite, inquit, et disceptemus cum viris delinquentibus; » et apud magnum Davidem inducitur justificatus, et vincens cum judicatur. Igitur et hæc quæ Dei refert imaginem, exemplis bonitatem illam imitetur, et magno prædita animo patienter hanc sive judicationem appellare, sive etiam disputationem oportet, sustineat, eisdemque rationibus animi quibus ille, fortitudinis adamantina aureaque statua, famulares contra se juris actiones ferebat. Utrumne, aiebat beatus ille, non sicut et ego in utero fui, illi quoque fuerint? Quod si forte perinde ratiocinari dicereque ac ille justus Job, recuset, ut ego saltem vice versa dicam, concedite, quanquam dissimiliter similia : qua illic herus erga famulos æquabili animo ute-

batur; hic erga dominam ego servum libertate utor. Nunquid non et ipsa manu Dei creata est, ut ego fictum? non enim se Dei creaturam negabit, tametsi fortassis figmentum, ut quæ divina sit inspiratio; neque male feriatis hominibus decepta persuadebit unquam, quod essentiæ divinæ defluvium sit, qui quidem quantum magnificare et extollere studuerunt eam, ejus lem cum Deo naturæ definientes, tantum imprudentes eamdem conviciis affecerunt, ad bestias, frutices et cucumeres deprimentes, nec ei solum immodicum honorem et infamiam, sed et supremæ illi naturæ contumelias intorquentes. Nam cum constituisset Deus hominem effingere (ad initium enim proprium mihi revocanda est oratio), non terræ, non aquis jussit, ut hunc quoque sicut et alia animantium genera B producerent, sed accepto pulvere ipse conformavit: et ut conformatio divinior est, ita et mea species antiquior, non enim quadrupedem et pronam fecit, non alvo capiteque in terram protensam et prostratam semper, sed rectam et totam sublimem, parvis quidem iisque duobus plantarum vestigiis terram leniter attingentem, sursum autem caput attollentem, aerem puriorem respirando carpentem, et cœlestes pulchritudines contemplantem: ac nativis quidem nudam indumentis, et ad se tuendam præsidiis inermem, manibus tamen communitam, proprio animi rationis participis, et industrio et versuto exercendis artibus instrumento: quarum opera tutius induitur contra incommoda C omnia, quam lanigeræ et longis pilis munitæ animantes; rectiusque, quam quotquot aut coriis aut squamis nativis obducuntur; et pulchrius, quam bene alatæ aves; armata est autem validius ad se defendendam, propugnaculis manu factis, quam eæ iis quæ vel ungulis vel cornibus pugnant, aut dentibus et unguibus. Ita vero mihi studiose artificioseque formato, Deus vitæ spiraculum inspiravit, et id ex ambobus temperatum, hominem et suam imaginem nominavit, et ut pedestribus, natatilibus et volatilibus imperaret, præcepit, et ego sine mente quidpiam agere nequirem, ut nec mens sine me. Statim enim quæ præcipua est imaginis nota, in animantes imperium exercere, quomodo mens corpore destituta, aut initio recte potuit, aut in eo D postea perseveravit? qua ratione consensus fuisset equus, nisi meæ manus frena fabricassent: qua ratione bos incidisset sulcos, nisi iisdem juga aratraque conficientibus? Quod si mentis excogitatione hæc reperta sunt, illud est quod nunc dicebam, alterius opera egere alterum; illa excogitat, ego quod est excogitatum, industria mea perficio. Ipsa rationes artificiosas videt et proponit, manus meæ materiam ductilem et tractatu facilem suppeditantes, ejus quod animo informatum est speciem conficiunt; et non jam servum, quanquam ut servum aut instrumentum hæc subministro, sed ut A particeps ejusdem dignitatis cum mente conficiente, imaginis exemplo, et honestarum actionum adjuvans causa sum. Nixum enim fretumque naturæ hominis ratione atque descriptione, confirmaverim, non mentem solam neque corpus solum hominem dici, sed utrumque simul, quem ad imaginem suam fecisse Deus dicitur. Nimirum, quemadmodum cum homine communico, ita et ab humana dignitate participo. At tale cum sim, me tamen optima mens e catalogo tantæ nobilitatis expungit, et veluti spurium abdicat, me servum, se divinam inspirationem, reginam et meam dominam appellans. Ac potuissem equidem operosius et efficacius hunc tractare locum, suadereque ne amplius servum vocaret me conservum et imperii consors, virtutisque particeps et vitæ tum præsentis, tum speratæ: sufficiant tamen quæ dixi hactenus apud vos, quibus ad obeunda certamina hæc generosa corpora exposita sunt, ut ne dum in hoc sæculo spiritalibus donis, ut socia et consortia laborum, fruantur, verum etiam in exspectata regeneratione, simul cum beatis suis spiritibus regnent, et ut sol colluceant. Cæterum non admodum hac de re contendam. Appellet ut sibi fas visum fuerit; potentia referciatur, suo quidvis arbitrio ferat, agat; utatur me quemadmodum volet, duntaxat ne vitio mihi vertat innoxia, neque me culpa vacans culpet. Audistis enim quibus de rebus accuset me, quod ali, quod indui velim animale manens adhuc, et dum ab animalibus facultatibus gubernor, necdum in spiritale transformatum. Aliam enim vitam id, aliamque victus rationem, ut in proverbio est, desiderat; nunc vero fluidum cum sim, et sine facultatibus appetentibus constare non possim, quidnam, quæso, delinquo, si naturæ instinctu ciborum et potuum cupiditate teneor? Quam sibi contumeliæ notam mens inurit, quæ hæc eadem mihi suppeditat? Quasi non audierit Apostolum clamantem: « Nemo suam carnem odit, sed enutrit et fovet[1]. » Quo pacto enim aut initio substitisset, aut postea constitisset, nisi sufficienter aleretur? Quippe statim ac in utero formor, quasi planta vel inter plantam et animal medium quid, per eas secundas quas appellant, sive per umbilicum, alor sanguine menstruali: illinc autem progressum lactis rivulo per mammam nutricor, adusque dentium ortum. Ubi vero animandi natura cupida mihi dentibus os acutis et latis instruxit, ut et secare et conficere facile cibum potuerim, tum denique mensam solidioribus esculentis exstruxit; ita sane naturis corporum congenitum est alimentum, eaque naturæ cognatio est, etsi non est eorum verbis fides habenda, qui lapidibus nonnullos ali aiunt, facto tamen credendum est, quod animatorum nullum careat alimento, ut arbores et herbæ et quidquid radicibus fultum terra parit, et omnimoda animantia. An vero dæmones et sidera libamentis illis et odoribus, exhalationibus terræ

[1] Ephes. v, 29.

hæc enutriantur, id Græcanicis ac profanis poetis et philosophis dicentibus, haud facile assentiar. Nam illi cœtum dæmonum opinabantur esse corporeum et materiæ voluptatisque avidum, et astris animos tribuebant. Itaque cum animatum corpus omne sit alimentarium, quidquid animatum est naturæ lege nutriatur et vivat necesse est: quod autem non nutritur neque vivit, id ne animatum quidem est. Quamobrem Servator noster non modo quos mortuos ad vitam revocavit edere jussit, sed et ipse mortuus ac jam reviviscens comedit et bibit, argumentum insolubile repetitæ vitæ alimenti perceptionem proponens. Et natura quidem servatrix ita corporis sanguinem procreans, sanguine materno fetus ore nondum præditos, infantes edentulos, lacte perfectos et absolutos, omni genere varietateque ciborum alit; nec, dum crescit, nutricatur et educit, adultum vero et jam inhabilem crescendo ætatem attingens dereliquit: sed ad senectutem et decrepitam ætatem usque, tanquam bona nutrix ducenti spiritum adest, nunquam discedens, non noctu, non interdiu. Dormientium etenim non quiescit altrix facultas, sed insomnis et pervigil bonæ nutricis instar, inspiranti præsto est, nunquid non bona faciens? ea certe quæ per os molita in ventrem demittuntur, concoquens ac digerens, primumque in succos convertens, deinde ad jecur attrahens et in sanguinem mutans; illincque per venas omnibus suam cuique portionem distribuens, et cuique congruum et proprium conglutinans; ac multam gratiam Providentiæ huic qua nos administramur, debemus, per quam quæ peperit initio, eadem et in posterum charitate complectitur, nec sinit disperdi dissiparique, alimentis excogitatis ac paratis.

Et natura quidem, ut dictum est, ita format, conformat, coagmentat. Mens autem rationis compos, et corpus incolens, naturæ contrarias leges constituit, ut alia quæpiam imperiosa domina: et quia quotidianum semper alimentum quæro, me gulosum et inexplebile dolium: quia nutrimento lætor, luxuriosum et voluptuosum nuncupat, deliciarum enim finibus alimentum metitur, quod iis quæ comedimus et bibimus natura dulcedinem junxerit, ut suavitate quadam ad gratius et avidius percipiendum cibum alliciamur, nec tristes quotidianis alimentis advehendis condolescamus. Novas enim leges, nova nomina fingit, aliena quædam et absurda, tum legibus ferendis, tum nominibus imponendis decernens, quasi nefas sit, ali cum voluptate, quod talis τροφὴ τρυφή, id est alimentum deliciæ sint. Ego vero quod natura naturæque legibus gubernor, ut alar mihi licere, ex omni necessitate consequentibus et animi hilaritate et voluptate, censeo: nec deliciæ criminabiles eæ sunt, sed charum alimentum et naturæ congruens. Quod si quis oppressus mœrore, vel pane vesci prorsus oblitus fuerit, vel cinerem tanquam panem comederit, et potum cum fletu miscuerit, alia ratio hæc A est, quæ ad propositam vobis quam planiorem agitamus, controversiam non pertinet. Si vero naturalem quæ nutriendo percipitur, voluptatem, luxuriam definit, multo prius quæ in procreandis liberis est, flagitiosam nominabit. At neque nuptialis, neque etiam altrix voluptas ullis mente præditis crimini datur, quin potius admirationi est. Nam illa de genere quod sensim effluit, successione; hæc corporis inanitatem, alimento supplet ac reparat; itaque neque divina mens a sua decidit ipsius dignitate, neque prorsus contumelia divexatur, ea concedens quæ a natura decreta sunt et sancita; et operam conferens, ac una suppeditans ea quæ sunt præcipua, et maxime corpori necessaria; etsi de talibus hæc erecta fremit, quibusque B criminibus aliorum taxat delicias, iisdem ipsa magis delicians revincitur. Considerate enim, quæso, quanta jactet; contumeliam et servitutem ignobilissimam censet quod initio mei curam gerat, et ad vivendum necessaria comparet; ac dissimulanter cavillatur se præstantioribus adhærescendi non esse compotem, et deterioris curam habere, idcirco cujusdam ancillæ opsonatricis et panificis speciem induit, quæ alioqui domina est, et suam studet inviolatam felicitatem conservare.

Atqui si hæc apud alios desidens sermonibus jactaret, fortassis his præstigiis imponeret; non vero cum apud vos nihil recti, nihil sani dissimulet, manifesto indecore facit. Vos etenim qui hic C sedetis tacentes, tergiversationes hujus perspicue revincetis, qui nobilitatis imaginis illius, si qui alii bonam vobis partem vindicastis, et absque perturbationibus ac veluti citra materiæ contagionem in corpusculis mortalibus vitam egistis: tamen et corporum ex parte curam geritis, apostolica æmulatione vobis ipsi comparantes et administrantes idonea; neque corporum talem aversionem tam indigne tulistis, quam animorum a statu meliori lapsum, neque verborum nexus et series vos tam ad commiserationem trahit, quam aureæ catenæ virtutum alia solutio, sed ut per omnia justi, juste, beatissimi judices, et corporum jura divino præcepto persecuti estis, nec ob id vos deteriores evasisse censuistis, nec ad conditionem coquorum et D mensæ structorum descendisse, ut ex mea mente nunc audistis. Etenim equidem, amici Dei judices, neque conspicio quænam ex mei cura menti contumeliæ nota inuratur. An vero hera curans ancillas, hac ratione fuerit ignominiosa? aut gubernator navem onerariam instruens, ex hoc periculosius navigabit; aut miles arma recudens et repurgans ac bellatorem alens equum, imperitiæ rei militaris idcirco damnabitur, aut inter milites desertores enumerabitur? Quid non ad hos respicis qui in corporibus sine corporis contagione vitam duxerunt, et corpora non oderunt, quin potius accurarunt quantum oportuit, o frustra corpus exosa, contentionisque vanæ ac inutilis amans? Quid non magni illius recordaris Apostoli, qui in para-

disum usque ad tertium cœlum raptus est, et verba quæ non licet eloqui hominibus audivit; et tamen usque denuo progressus, contumeliæ loco non putavit, suis ipsius manibus coriaceam artem exercere, et suis ac sociorum necessitatibus inserviendo subvenire. Oratione supergrediamur ipsum Paulum, et ejus tertium cœlum; num Deus in suo statu semper consistens ad sese reflectitur, et supra hanc universitatem erectus sedet? Utrumne rerum quæ post eum subjacent nulla cura, nulla providentia tangitur, neque etiam infirmarum rerum nostrarum procurationem habet? an vero accurans providenter, de sua ipsius ob id dignitate et gloria quidquam mittit? Quonam igitur modo corpori conjugata mens curam congeniti corporis, indignum se studium reputat, et hanc rebus secundis providentem solertiam repudiat, supra vos efferens sese, quorum etiamnum humi gradientium conversatio in cœlis est? supra jam cœlum corporibus appetentes apostolos: supra bonitatis ipsius exemplar illud, quod omni carni largitur alimentum: cujus ex similitudine nobilitatem magnifice jactans, non similiter ad inferiorum dignitate providentiam convertitur; et tamen summum illud bonum plusquam plenum et nullius omnino indigens, nullius opus usquam habet eorum quibus providet: hæc vero sæpenumero me et ut instrumento famulari eget, et ut adjuvante causa ac adminiculo, et quo absente nihil generosum in primis perficiet.

Sed fortassis ab his rationibus repressa, se non injuriam dicet ex necessariarum mihi rerum suppeditatione passam, sed quod longe supra necessitatem et usum partim insatiabili cupiditate, partim voluptatis aviditate progressum, hanc mecum corripiam, et invitam præcipitem; hoc enim fere dicebat, quando se voluptatibus absurdis mancipari, et meis decipi præstigiis asseverabat. Id vero refutare quoque facile est, ac docere audaxne facinus et temerarium sit, ita sive fastu, sive contendendi studio incitatam, ea in me accusare se nescire, quorum ipsa rea sit, cum oportuisset integere hæc: sed infaustum nihil dicam, admiratione vero dignum est, qui fiat ut sibi contraria loquatur imprudens. Numquid non sursum deorsum versans orationem, Christi famuli judices, primariam dignitatem prætendebat, quod imago divina atque totius rationis carentis naturæ regina esset, ac me famulum, se dominam nuncupabat? Quonam igitur modo derepente facta mutatione, sursum versus flumina procedunt fontes, ac ostendere conatur me veluti ducere ac circumducere imperiosius, se autem ut mancipium agi ferrique! et quidquid criminis amborbus delinquitur, id ad me ut auctorem primum rejicit? Quod si ipsa imperat, ego pareo, quantæ impudentiæ est alteri sui delicti et peccati notam inurere? Roganti enim mihi responde, o reprehendendi et accusandi libidine flagrans, tunc a domino constituta es quæ conservo mutuum præstes obsequium, quod est in evangelica parabola, quasi fidelis et prudens administra familiæ, ut des escam in tempore? Qui fit igitur ut non fideliter et prudenter assignatum munus administres, desque tempore et modo cibum, et ut fidelis increpes infidele, ut prudens castiges et emendes imprudens, et omnino potestatem in tibi credita administratione liberam exerceas, et ornes optime? At te corripi violentia tibi subditi dicis, et ad easdem ad quas ipsum ineptias te transversam agi. Talibusne prætextibus censes te, quam male suum munus obeunti minatus est ille, membrorum divulsionem evasuram? Atqui talis opinio vana est et inanis; a principatu enim omni eorum quæ subditi peccant pœnæ exiguntur: sive imperatorem, sive pædagogum, sive parentem, sive doctorem dicas, etsi alioqui probi sint, eorumdem criminum rei sunt, ut si vel imperator cum exercitu deserat aciem, aut pædagogus cum puero colludat, aut pater cum filio lasciviat, aut cum discipulo magister inertiæ et ótio indulgeat, duplici pœna, censeo, horum unusquisque punietur: altera, quod clanculum eum corrumpat, quem potius se meliorem redditurum pollicebatur; altera quod eorumdem reus quorum ille deprehendatur; ut vice versa duplici venia digni subditi censeri debent apud eos qui plus summo jure quam clementer rem dijudicant; altera propter eorum naturam quæ semper ducem et ad honestatem promoventem requirit; altera quod quem ad bonum præfectum acceperat, in contrarium depravantem et provocantem invenit. Nihil vero tam ad virtutem et vitium allicit, quam princeps ea faciens quæ ad alterutrum exhortantur, et exemplo suo ad similia perpetranda trahens; quemadmodum et chara mihi mens duplices dabit pœnas, ut quæ neque quod in homine fuerit inordinatum correxit, quæque collætata fuerit, et voluptatis illecebras simul excitarit. Si vero suffocant aquæ, aiunt, quid opus est adhibere? Mihi autem fortassis venia quæpiam dabitur, quod heram consequar, quæ ut ista delinquam me doceat. Qualis enim, aiunt, hera, talis et canis. Ut autem clarius demonstratum sit, quod a me non ipsa corripiatur ad turpissima quæque, sed ipsa magis ad voluptates abripiat, meque secum pertrahat, me quæso patienter audiatis, ab orationis cursu paulum digredientem, et ad tragœdiarum omnium causam, quam explicare mens erubescit, recurrentem.

Non sinceram, viri judices, intelligentem vitam, et a corporeo sensu ablegatam noster animus sortitus est, sed utrique vitæ ei subjectæ insidet, tum plantariæ, tum vitali, a quibus constitutio nostra corporea gubernata conservatur. Nam dolore et voluptate quasi gubernaculo temperamur; dolore cum inanitate laboramus, aut aliter angimur; voluptate, cum explemur, et nulla perturbatione vexamur, ex opificis naturæ providentia, affectionibus ejusmodi nobis ad salutem ingeneratis. Si enim dum defluimus et corrumpimur, non angeremur, neque dum satiamur lætaremur, ita ut neque con-

ficientia, neque conservantia sentiremus, subito periremus imprudentia. Nunc vero providâ naturâ quasi manibus duabus utens, fatigatione atque delectatione, illa pungens, hac inescans, ad edendum et bibendum exsuscitat fugientes esuriendi dolorem, et edendi voluptatem, quod est alimentum, persequentes : verum primario loco, ut qui ex esurie mœror nascitur, amoveatur; secundario, ut saturandi licentia detur. Animus autem rationis compos aliter se nutrire per se novit, et præstantiori quadam ambrosia frui. Verum cum, ut diximus, erga sibi subjectas facultates non intoleranter nec implacabiliter affectum sit, consensu quodam etiam iis patientibus condolescit, et sane cum anguntur simul angitur, et cum lætantur collætatur : vel potius, si rem accuratius definire placet, et ut aiunt artis medicinæ studiosi, primum ipsa rationis consensione patitur, propterea et prima ad amovendum dolorem exsurgit, sui causa maxime : deinde, ut est dictum, subditorum juvandorum gratia. In eo igitur sapientis naturæ providentia fuit, ne maxime principalis animus, supra mala positus emineret impatibilis, et sensibus nullas difficultates quæ secundis et inferioribus interveniunt, hauriret; ad eorum enim nulla prorsus curanda converteretur. Si enim ita stimulata, condolescens, et consensu laborans, videtis quomodo pigrescat, delicias faciat, et quæ revera communis est fortuna, ut infortunium deploret, multo minus profecto corpus respexisset, si corporis adversitates eam naturæ decreto non attigissent. Nunc vero, si quidem aliud quidpiam, et hoc quoque constitutum est optime, ut consensione dolorum agatur, et eo simul adducatur, ut, quemadmodum ait quispiam, vicissim et ex parte labores capessat, et molestiarum liberationem communiter conquirat. Quibus enim quorumlibet incommodorum communio est, iisdem communiter et ab iis liberatio curæ est.

His ita demonstratis, in eumdem locum iterum recidit oratio : ac superius expositæ memores estote parabolæ, in qua fidelem et prudentem dispensatorem suum dominus constituit, ut sibi obsequatur, dando suo tempore cibo, numquid non ad animi partem rationis participem accommodate fidelem et prudentem œconomum assumpsimus, ut quæ præclare possit ex abundanti prudentia gubernare patibilem et amentem vitam? quam etiam in eo munere constitutam dominus beatam prædicat, si prudenter et fideliter administret, ac plura se commissurum ejus fidei pollicetur : sin autem domini ut moram facientis oblita, conservos pulsare contumeliose, non providenter, cœperit, totamque se comedendo ac bibendo fruendis voluptatibus dederit, cum ebriosis, partes dico tum quæ alere, tum quæ ali possunt, quæ extrinsecus allapsis satietatibus semper referciuntur, utrumne, cum redierit dominus, qualia nunc coram vobis, prætexet, ac hujus insolentis contumeliæ causam in nos transferens, quasi decipiamus, et eos vi corripiamus, perversi servi supplicia defugiet? Nonne discerpetur, et sors ei cum hypocritis constituetur, ut quæ tanquam in theatro, hac vita, personam cujusdam matronæ sanctæ et divinæ induta fuerit, et omnem incuriam ac dementiam initio dissimularit, libere vero omnibus nefandis voluptatibus servierit, et ut intemperans ancilla, indecore se gesserit et turpius inebriarit? quod puto. Nam ei cunctis facultatibus præfectæ hæc cura demandata est, ut et sagaciter molestiam exhibentia provideret, et idoneam medicinam adhiberet, ut illinc perspicuum est : si quando enim mens in curandis rebus divinis excessu nimio, vel, me nescio, morbo corripiatur, qui cogitationis non movendas chordas moveat, nec esuriei, nec alimenti, nec alius voluptatis memor sit, tum ego quoque nullâ harum rerum curâ, nullâ sollicitudine tangor : quonam igitur modo primas ego partes teneo, et procurandi et dandi cibos, et tempus eorum ac modum definiendi munus sortientis voluptates præripio, deindeque ipsam, quod est magis ridiculum, ad eas corripio? Ita mollis ipsa est et delicata, ego vero robustum ac violentum.

Verum enimvero ne singulis partibus renitens defensio contentiosa videatur et pertinax, tua gratia concedo me primum voluptatibus inhiare et compleri, insuper te quoque ad voluptates frpendas a me corripi : tu postea domina, et rebus nostris imperans, cum oportet puniendo cohibere, et infensam esse ligurition, vehementiusque increpare, potius ad eamdem turpitudinem suscipiendam ut mancipium una provolveris, et illa gravi, sancta rigidaque dignitate humi prostrata, de qua gloriaris et magnifice sentis, mecum voluptati captiva servaque voluntariâ constringeris. Nec te pudet pati profitentem eadem, quæ fabulosus ille serpens, cujus caudam de capite aiunt conquestam esse, quod motionis repetitæ dux semper esset, ipsa totius molis se convolventis attraheretur extrema. Tandem vero ad persuadendum aggressam, ut in hoc serpendi munere principatus sibi deferretur : deinde per præcipitia saxaque cum cæca ferretur, ipsum caput et reliquum serpentem cum eo labefactatum fuisse. At quemadmodum illic, siquidem de cauda caput conquestum fuisset, eam accusans injuriæ, ridiculum et stolidum videretur : ita etiam tu quoque in hac causa, ut quæ animi parti rationis experti, caudam trahenti et cæcæ (nam mens, ait quispiam, videt), ductandi cedas imperium, et teipsam ejus fidei committas, quod ad perniciem pertrahat. Videntes enim cæcorum, non cæci videntium duces sunt; et bos currum, non bovem currus trahit, et lapis ad perpendiculum, non perpendiculum ad lapidem componitur. Quid vero puero, contra proverbii præceptum, gladium committis? quis venenum propinatum combibens, majus quippiam ad se excusandum vel defendendum habuit, quam mortis deprecationem? An primus

homo a muliere prima quæ de perniciosa gustaverat arbore, posterior accepto cibo comedens, veniam apud Deum meritus est : aut ut vi correptus mortem effugit ? Cupiditas enim et ira sub animum rationis participem subjectæ sunt ; non ut ad voluptatis suavitatem illa delabens, secum ipsa contrahat, hæc vero ad ferinam sævitiam erumpens, secum abducat, sed ut ad captandam et habendam honestatem conveniant et conspirent : cupiditas, ut equus frenis bene moderatus, sublimem efferens, et ad vere desiderabilia concitans ; ira, veluti generosus canis, una pro iis et adversus ea quæ oportet belligerans et propugnans ; utraque nimirum a ratione per diuturnam consuetudinem ad bene parendum et obediendum domita atque cicurata. Verum mens alioqui temulenta facta, et valde suæ strenuitatis negligens, effeminatur quasi vecors, et deteritur, ac quantum a constanti immobilique concentu decedit, tantumdem ad currum perturbationum accedit : quantumque paulatim ab imperando desciscit, tantum illa servituti mancipatur. Itaque nulla vi cogitur, nec ad peccandum et delinquendum invita rapitur, sed quod Herculem passum fuisse fecisseque Græci ac profani scriptores testantur (ferunt enim illum post belluas et sceleratos homines perdomitos, postea volentem Lydæ feminæ, Omphalæ nomine, serviisse), idem mihi videtur mentis ratio perpeti. Nam quæ sunt in homine bellulnæ malignæque perturbationes, cum eas sub suam potestatem subjicere posset, libens tamen voluptati animique appetitionibus servit : vel etiam ut alter primas, magnus ille Samson ab insidiatrice muliercula, eadem voluptate decepta, suum magnum robur ridicule prodit et nuda, ac non jam ipsum veluti comam jactans, facile a perturbationibus alienigenis captiva ducitur, et excæcatur oculis ad honestas res et bonas perspicacibus, pistrinoque illigatur, et circum eumdem voluptatum orbem, quorum initium est et veluti stimulus ventris ingluvies, innumeras ærumnas perpetiens convolvitur, et quasi lascivis pueris, cupiditati et iracundiæ ludibrio est. Ita mens sponte se malis immergens, ipsa sibi contumeliæ genus intorquet, et undique cooperta miseriis, indecore lascivit : deinde ob hoc voluntarium infortunium de se conquesta, suæque deploratione calamitatis defuncta, mihi crimen intentat et malorum causam attribuit, et, ut videtis, pœnas exigit ; ac conviciis aspergens, quid non in me cavillatur, quid non irridet ? Sepulcrum me vocat, catenam, fæcem imam, et ex Chaldaicis nugis, materiæ sordes et quisquilias, dolium pertusum, crucem. Atqui si vere sum ego monumentum, qui fit ut non huic persuadeam ad Dei similitudinem effictam mortem studiose meditari, sed ad delicias, quod ait, pertraham ? si catena, qui fit ut non comprimens a peccando cohibeam, sed ad nefandam inertiæ licentiam corripiam ? Quæ catena non arcet ab injuria et maleficio, sed eo vinctum vel invitum compellit ? Quod monumentum non membra quæ sunt super terram mortificat, et animæ vitam omni ex parte beatam largitur, sed potius vivificat et adversus animam exsuscitat ? Aut igitur ego neque sepulcrum, neque catena sum, siquidem ad delicias corripior, et una pertrahor : inconsiderate et inaniter talibus cavillis illudor ; aut monumentum revera et catena sim, ac magnæ hinc incontinentiæ seipsam mens ream facit, quod et illigata mihi et consepulta delicietur, et vivens mortua sit, ac supra modum extollitur, tametsi crux ego sim ei data ; hoc enim nomine me quoque libens appellat, ut etiam dolium pertusum, dissimulans quot et quantorum bonorum ego sim conceptaculum, ut non multo post de multis pauca degustans sum demonstraturum. Si vero pertusum quoque sum, at certe sensuum meatibus omnino specularibus, luciferis et nuntiis comprehensionis rerum, ut id etiam statim apparebit, quod per hos hauriens et sese referciens in me veluti temulentiæ pristinæ vomitum effundat, et turpissime debacchetur. Tu meos sensus, et eorum facultates maledictis vexas, speluncas et lustra ferina cognominans, quorum opera maximis affecta beneficiis ita ingrato et immemori animo es ? Nonne discendi artibus tanquam pontibus, ut ad res contemplandas quæ sub intelligentiam duntaxat cadunt trajiciaris, usa es ? Quonam pacto eas initio sine meis sensibus comparasses ? Arithmeticamne aut harmonicam disciplinam habuisses unquam, nisi auris exstitisset ; an numerorum proportiones, aut geometriam, aut astrologiam, nisi lumen oculorum eluxisset ? an doctrinam de pulsibus et medendi scientiam, nisi tangendi et gustandi sensus tibi viam patefecisset ? Meis igitur sensibus ablatis, tuis convulsis pontibus, quid tibi reliquum aliud supersit, quam humi, et inter res sensibiles volutari, vel ne has quidem in totum attingere, neque quantum terræ meditullium est, vita sentiendi compote frui, sed sola si res ita ferat, plantaria ; et tum vere sub monumentum carceremque cæcum defossa, materiæ sordibus submersa, et profundæ illigata fæci, cæcam talpæ aut cujuspiam plantaminis vitam trahas, me solum, ut ipsa comice perstringis, ostreato indumento circumdata ? Nunc vero te certe cæcutientem ab ortu ad cognoscendum oculatam feci, ad philosophiam admovi, et degustato lumine, per ipsum ut terræ concretionem, maris refusionem, cœli conglobationem, et omnia quæ sunt in cœlo miracula tanquam in speculo intuereris, concessi : utque partibus omnibus concordem concentum, qui ineffabilibus sonis opificem conclamat exaudieris, et ex rerum creatarum magnitudine, pulchritudine, concinna motione, movens illud immobile, et primum et ipsissimum bonum informavi, et ad cujus exemplaris primarii imaginem facta fueris, memoriam renotavi. Atqui hoc præclarius quid menti possit accidere, quam ex iis quæ meis sensibus hauriun-

tur, Deum reperire? Nec solum ita per me primum ad Deum ascendit, sed etiam a Deo delabens, eo per me rursum redit. Nam per me pœnitendi et veniam impetrandi locum invenit; si enim a me disjuncta et extra corpus fuerit, ne pœnitere quidem peccati primum potuerit, ut neque qui deciderunt angeli; nunc vero mea conjugatio hoc quoque bonum ei largita est. Quantas enim et quotcunque turpitudines asperserit, eæ meis sudoribus eluuntur, et nive candidius clarificantur; nam supra herbam omnem abluentium, et præter hyssopi quamvis aspersionem exstat ea quæ diffluit e meis, ut ipsa dixerit, speluncis, ut ego, fontibus pellucidis, lacryma, inedia, humi cubitus prædurus, flexis genibus deprecatio, in precibus defixa immobiliter constanterque intentio, pectoris percussio, e pectore prodiens gravis fumus, interioris inflammationis indicium, aliaque ex quibus multipotens pœnitendi miscetur medicamentum. Tot numero bonorum novi recondere thesauros ego, ex mentis meæ sententia pertusum, et nihil continens dolium.

Sed inepte fortassis et præter decorum apud vos quibus talia trita sunt, singula dicendo persequor: itaque summatim et paucis ostendendum, quod quæ mihi a mente vitio vertuntur, ea potius passus sim quam fecerim; quæ autem facio natura duce, quæque conficio hæc sunt. Philosophia enim per quam ad Deum attollimur, in contemplationem et actionem secta, siquidem contemplatricem ea vitam amplexetur, per me naturæ opera perspicit, et per disciplinarum pontes ad eas res quæ ratione intelliguntur transmittitur, et postremo, quod aiunt, ad ipsum theologiæ limen volando conquiescit: sin præ contemplandi pontibus, agendi scalam malit, hic etiam magis me laboribus propriis ædificans, omnes actionum gradus invenit. Dicam, quod omnibus eminet, per me ab angelis paululum diminutus homo, multum supra angelos excellit (quis enim angelorum possit quæ Deus passus est, et ut homo mortem imitari potuit?) per me utique cæsum, tortum, laniatum, et postremo morti traditum, et divino corpori Servatoris conformatum: in quo et peccatum condemnavit, ut in nobis Dei justitia compleretur. Quoniam autem et mens sciscitatur ex me, quando quaque ætate sibi subjectum esse possim, ego nihil cunctatum ita simpliciter respondebo: Ecquando non possum, quaque ætate sum inobsequens, ipsa sive bonum, sive pravum sit, me ducendo vocet? ut ex artibus perspicue liquet. Nactum litterarum studiosam et amantem honestatis mentem, pædagogos sequor, magistris pareo, in scholis et auditoriis assideo, et de liberalibus disciplinis et doctrinis quid inculcatum non exprimo? Rursus sum ego mentem exercendis artibus illiberalibus aptam sortitum? Doceor iterum ædificare, aut lapidibus struere, aut stans A subjectis incudibus obstrepentibus fabricare: aut gutturnis a terra exsudantibus collectis stagna conficere, aut contra sævos ventos, furentes fluctus obluctari, nonnunquam etiam in profundum deorsum verso capite, natans feror, et militariter disjectum et scissum ictibus omnibus obsto, ne dicam ad quas exercendas artes vanas et inanes vi coactum instituor, cum prælstigiatoribus exsecrandis subjicior, doceorque funem extremis pedibus scandere et ambulare, subjectis pugionibus tripudiare, capite demisso salire, lapillos et ferri particulas devorare; atque rerum ita difficilium atque miserabilium, et alioqui operosarum quam non a puero exercitationem conficio? Vigentem attingens ætatem me pertinax et ambitiosum B præsto; eam excedens ætatem, nihilo minori conatu elaboro; corroboratum et senescens, addiscere non cesso etiam quod excogitatu sapientius sit quam quæ juvenes moliuntur; et ut in universum dicam, nihil est quod arte parari, quod doctrina tradi possit, ad quod non adducar, nihil factis, nihil dictis menti volenti repugnans, ut neque animantium subjugalium et inanimatorum instrumentorum obsequentissima quæque. An etiam ad obeunda virtutis munia, illis longe jucundiora, facilia, naturæ congruentia, ineptum et adversarium, et veluti repugnans, seditiosum, hostiliter sum affectum? At id tibi dicenti non crederent egregii victores illi martyres et hi judices virtutum C cultores, qui corporum certaminibus incorporeorum naturas exsuperant. Verum tempus est, ut eorum quæ diximus summa capita recenseamus, et opportuniora congruentioraque percurramus.

Accusatrix mea mens convicta est, nihil sani vitio vertere, sed frustra insurgere mihi, et quæ inculpata sunt accusandi studio et calumniose, quæque mihi permittuntur a natura, culpare. Defensione mea comprobavi, nullam aut injuriam aut contumeliam me dominæ famulum, imperatrici obsequens, instrumentum ei quæ suo me arbitrio utatur, inferre potuisse: sed ipsam potius sua socordia torpescentem, et imbecillitate mollescentem, malam evadere; et cum oportuisset integere, hanc etiam pœnas exigere. O calamitosum et mi- D serum me! Quis parcet, quis miserebitur, cum etiam cognata mens et mecum conjugata non miseretur, neque meis afflictationibus referta satietur? sed præter ea quæ nunc patior, et in posterum patiar ejus opera, insuper aliud recentius excogitat, inquisitiones, lites et contentiones; tribunalia, diros tortores, quasi non ea quæ miserum patior ipsa peccante sufficiant. Dei æqualitatem fastuosa concupivit, et statim ego mortalitate sum interceptum, et ad pulverem matrem reversurum: ne quæ mediæ interveniunt calamitates et obscenitates memorem, nuditatem, ficulnea velamenta, et coriacea indumenta, aculeatarum spinarum et tribulorum acies. Invidia rursus conflagravit, et mihi tabe liquefactus vultus concidit: ubi vero

fratrem exosa fratrem est ausa trucidare, ego statim tremulum et queribundum ac imposito signo notatum et convictum vagabar. Impegit mens in legislationem, vel prophetiam, vel sacerdotii dignitatem, et mihi maledicentiæ supplicia firmiter inhibentur, ac statim leprosum efficior. Ipsa angelo fausta nuntianti diffidit, et mea lingua silentio compeditur ; hæc astu feminæ malæ decepta est, et ego excæcor, et in pistrinum detrudor. In pauca multa contraham : aut sum cum mente colligatum humili ac illiberali, et nocte dieque sustineo continuos labores, ad quotidianum cibum eumque parcum et tenuem, ad lænam, vel substrictam quamdam et brevem tunicam, vel tegendis humeris penulam comparandam : aut cum vitam voluptuosam amplexante, et multo deterioribus malis affligor, dum singulis horis inexplebiliter in ventrem infercior, et immodicis cibis, potibus, rebus venereis distendor et rumpor ; hincque quot morborum agminibus obluctor ! Aut enim ad lectum decumbens, aut ut attonita quædam ruina languesco, aut febre colliquesco, aut articularibus morbis pedum et manuum torqueor : tum et carnificibus medicis mercenariis curandum medicamentis et laniandum, nonnunquam etiam tortoribus inhumanis dæmonibus, exponor. Mecum hanc vitiorum tragœdiam agat ille vocalissimus Apostolus, quæ, mente omnes habenas et frena laxante, in me peccando conferunt scortatores immanes, et quotquot contra naturales usus accenduntur, ut me ignominia notent insolenti : quoque modo pessime corrumpendi, me templum Dei corrumpunt, meaque membra quæ sunt Christi membra, scortorum membra faciunt. Cæterum non his mens nullorum non malorum memor contenta est, sed vos supplex rogat et obtestatur, ut sibi licentiam detis utendi me suo arbitrio, torquendi, famæ necandi, in exitium Satanæ tradendi. Nescit enim sapiens, se plane desipientem in ea incidere quæ sunt in proverbio : Capram ferre non possum, mihi bovem imponite. Nam si quæ in nobis ex inordinata materia ægritudines adnascuntur, eas ut decet philosophum non fert, indignatur, et gravia se pati censet, quid non esset passa, si mecum ira divina calamitates illatas accepisset, in fastu inflata superbit. Verum hæc ex vestro dependent arbitrio, et quidquid visum vobis fuerit, in eo tanquam in divina sententia, tum quæ facienda, tum quæ non facienda sint definiente, nos quoque acquiescemus.

JUDICUM SENTENTIA.

Vestras utriusque vicissim cum orationes audiverimus, tuam, mens rationis particeps, quod tibi subditum est, ut intemperatum et inobediens accusantis : tuam rursus, pars animi ratione carens, defendentis te nihil delinquere ut animus intelligens temere calumniatur : nobis autem de utriusque orationibus arbitria facienda sunt, et controversiæ sedandæ, ne frustra nostram et contemplandi studio debitam vitam interruperimus, hic sedentes, jam dicimus quæ ex longis experimentis et a divinis Scripturis accurate didicimus. Hanc itaque sententiam ferimus : Si carnis sensum, o mens, accuses, ut rebus honestis ac virtuti consentaneis adversarium, et tibi obediendi impotem, imprudens in Manichæorum opinionem delaberis ; existimarunt enim exsecrandi illi, intelligentem animum opificium esse boni, rationis expertem, mali : et idcirco neque virtutem capessere, aut grata et opificio bono convenientia sentire posse. Sin ipsa hoc non ais, sed effrenem et obsequentem ejus intemperantiam accusas, ut ne teipsam quasi non insipienter modereris, sed divino tibi munere concessum administrum perpetuo criminareris, culpas quod merito culpandum non est. An non imperator doctor, magister cujuscunque is fuerit, ipsi rationem reddunt, et pœnas luunt eorum quæ, qui ab ipsis ducuntur, magistrorum incuria atque negligentia peccant ? Id ne sapientes quidem exteros latuit : siquidem philosophorum apud illos quidam, adolescentem conspicatus lascivientem et flagitiosum, nullum in eum maledictum contulit, sed pædagogum percussit, inquiens : Quid enim talia doces ? Sin autem dicas, magnum illum Paulum, in Epistola quam ad Romanos scripsit, carnem accusare, audi quid velit, et ad quid hæc Apostolus loquatur. Nam ante Domini adventum et mors terribilis erat, terribilis, et mortis imperium habens : propterea et apud Isaiam aiebant : « Edamus et bibamus, cras enim moriemur [3]. »

[3] Isa. xxii, 13.

VITA SANCTI PETRI

ANACHORETÆ IN MONTE ATHO

AUCTORE GREGORIO THESSALONICENSI.

C. JANNINGI COMMENTARIUS PRÆVIUS.

(*Acta SS. Bolland.* Junii, t. II, die 12.)

§ 1. *Cultus sacer. Palæstra. Mons Athos. Tempus in eo actum. Iter Romanum.*

1. Egimus hoc ipso die 12 de sancto Onuphrio, qui in quadam solitudine Ægypti vitam solus et ignotus omnibus diutissime protraxit, paulo ante mortem a non nemine divinitus inventus, et post mortem sepultus, cum inventori suo seriem rerum a se gestarum antea retulisset. Typicum Sancti Sabæ, Venetiis anno 1602 impressum, Onuphrio conjungit eodem die (crediderim ob similitudinem anachoreseos) Petrum, a monte Atho, quem longissimo incolnit tempore, Athonitam appellatum : conjungit autem utrumque his verbis : Εἰς τὰς ιβ' τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ὀνουφρίου, καὶ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Πέτρου τοῦ Ἀθωνίτου. *Die* 12 *Junii, sancti Patris nostri Onuphrii, et sancti Patris nostri Petri Athonitæ.* Consentit Horologium Græcum, quod eadem totidem verbis refert; et Molanus, unicus quod sciam apud Latinos martyrologus, qui ejus mentionem facit. Cum autem hic eadem omnino Latine proferat, quæ Menæa et Horologium Græce, ex alterutro illorum sua transtulerit. Martyrologium quoque Moscorum Onuphrii simul et Petri meminit, eodemque die et in una tabella utrumque proponit, figuratum eodem prorsus modo, id est erecte stantes, capillis non admodum promissis, barba ampla per pectus defluente crurum tenus, circum verenda frondibus cinctos, cæterum nudos : uti videre est in Kalendario Moscorum, ante tomum primum Maii. Adde, templo a fidelibus structo honoratum, annuo festo ac populi concursu celebratum, nec non miraculis in vita atque post mortem clarum fuisse Petrum, uti constat ex Vita num. 49.

2. Hisce permoti, proponimus et nos hoc ipso die Petrum, et quidem Onuphrio (quamvis illo multo junior esse debeat) proxime conjunctum : quia dum nihil certi de tempore quo vixerit, nobis constat : cui potius eum conjungamus, quam cui instituto vitæ perquam similis, ac propterea abs ritualibus libris conjunctus etiam, ut vidimus, fuit? Ex hac tamen similitudine vitæ et conjunctione Actorum nemini suspicio debet oriri, quasi par etiam fides utriusque Actis adhibenda sit. Nam argumenta cur A minus omni ex parte nobis probari Acta Onuphrii diximus, pleraque hic non obtinent. Notus est enim auctor Vitæ Petri, vir eruditus atque archiepiscopus, qui et aliam olim scriptam Vitam testatur se vidisse et habuisse : notus locus anachoreseos, mons Athos, nihil in Vita audacius aut insolentius dictum scriptumve : nihil insolitum aut inauditum : nihil ex variis consarcinatum : nihil alteri contrarium, nisi forte in numero per errorem tale quid reperiatur. Convenit quidem Vita hæc cum Vita sancti Onuphrii, de quo modo, et sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, de qua 11 Aprilis egimus ; quod omnes nitantur unius duntaxat hominis auctoritate ac relatione. Sed Onuphriana aliis duabus fide multum cedit ; quod certiores circumstantias, certioresque auctores hæ habeant quam illa. Quod Maria et Petrus bis inventi fuerint diversis temporibus, semel vivi, iterum mortui, et Petrus quidem jam mortuus a testibus quatuor; non item Onuphrius. Quod illorum reliquiæ legantur antiquitus translatæ, ac certis locis honorifice reconditæ fuisse : quod de Onuphrianis minus constat

3. Celeberrimus et olim fuit et nunc est mons Athos, palæstra viri sancti, in finibus Macedoniæ situs, ubi inter sinum Strymonicum ad aquilonem, et Singiticum ad meridiem, « non promontorio, ut alii, verum totus exstat, totoque longe dorso procedit in pelagus, » ut Mela loquitur, paucorum stadiorum isthmo continenti junctus ; quo etiam a Xerxe, bellum Græcis inferente, olim perfosso ; *velificatus Athos*, uti canit Juvenalis, et mons ex peninsula, insula tantisper factus fuit. Describitur idem Athos in Menæis die 5 Julii, ubi de sancto Athanasio, Ὄρος ὑψηλόν τε καὶ ἐπίμηκες, ἐπὶ πολὺ τῆς θαλάσσης διῆκον, ὡς αὐχήν τις ὑπόστενος. *Mons altus et prægrandis, longo spatio in mare exporrectus, veluti angustum collum*, qua parte scilicet continenti committitur.

4. De eodem monte religiosisque ejus incolis multa laudabiliter memorat sub initium sæculi XIII Innocentius III papa, scribens ad Sancti Athanasii (cujus nominis præcipuum illic monasterium est) cæterosque abbates et monachos Montis sancti sive Athi, eosque sub beati Petri et sua protectione

suscipiens ac privilegia confirmans. Sic enim ait epistola 168 libri XVI : « Relatione illustrium et magnorum virorum nostro est apostolatui declaratum, quod ille qui est mons domus Domini, præparatus in vertice montium, ut ad eum confluant omnes gentes, Sanctus videlicet sanctorum, qui Ecclesiæ fundamenta in sanctis montibus collocavit; montem vestrum, super mare situm, ad inhabitandum suis fidelibus prælegit, qui effectum sui nominis et numinis in se habens, licet aridus sit et asper, et fertilitatis gratia destitutus, est tamen inter alios mundi montes maxima spiritualium ubertate mirabiliter fecundatus. Nam cum trecentis monasteriis et gloriosa religiosorum virorum multitudine, arctam et pauperem vitam ducentium, decoratur; tanta usque modo refloruit excellentia honestatis, tanta religionis eximiæ claritate refulsit, ut de ipso cum Jacob recte possit quis dicere admirando. Vere sanctus est iste locus, quia hic est domus Dei, et quædam quodammodo porta cœli; ubi multitudo cœlestis exercitus, tanquam castrorum acies ordinata et parata suscitare Leviathan, victoriose pugnat jugiter cum dracone, psallens Domino sapienter. Propter quod jam dudum fama vestri nominis, quæ fuerat effusa sicut oleum circumquaque, multos populos ad se traxerit in odorem unguentorum vestrorum, ipsos currere faciens a remotis; Ecclesiarum prælati et imperatores Constantinopolitani pluresque principes sæculares, per privilegia sua multa, olim tantæ libertatis præeminentia vos dotarunt, ut post Deum, cui volebant vos libere famulari, nullius unquam essetis jurisdictioni subjecti. » Ita pontifex, alia deinde prosequens de violento prædone, qui monachorum quietem turbavit, expilavit ecclesias, quosdam crudeliter etiam interemit; nec non suscipiens tum monachos, tum montem ipsum sub sua et sancti Petri protectione.

5. Alia subinde montis facies exstitit secutis temporibus, monasteriorum præsertim numero, forte in schismatis pœnam, incredibiliter imminuto. Nam qui sæculo superiori montem perambulavit, accurate lustrans omnia pluribusque describens Petrus Bellonius, ait libro suo I, cap. 10, trium dierum itinere in longitudinem, dimidii vero in latitudinem patere : a solis Calogeris (sunt ii monachi cœlibes apud Græcos) inhabitari : viginti tria vel quatuor non amplius monasteria, variis locis sita, numerari. Monasteria ipsa habere in adjunctis sibi templis sacras reliquias, ad easque frequentem fieri concursum. Templa quoque ipsa egregie ornata et exstructa esse, atque inibi Calogeros singulis diebus liturgias canere, omnia Græco sermone proferentes. Sed de Calogeris, qui illic ad sex millia dicuntur degere, uti et de aliis huc pertinentibus videsis Bellonium ipsum, et quæ Joannes Langus ad lib. XI Nicephori, cap. 38, sic notat : « Hodie in Atho monte 22 insignia sunt monasteria Græcorum monachorum ordinis sancti Basilii, quæ tributi A nomine Turcarum tyranno quotannis ex vinetis et olivetis suis pendunt VI millia obolorum Turcicorum. Mons is a Christianis Ἅγιον ὄρος, hoc est Mons sanctus dicitur, a Rutenis Suvata [Sviata] hora. »

6. Prædictum nomen Ἅγιον ὄρος ab illo virorum religiosorum cœtu et sanctis exercitationibus adhæsisse Atho putat Bellonius; cum potius sanctitati Petri ascribendum, ab ipsaque Deipara ei inditum sit, uti num. 11 in Vita legitur. Quando autem sic cœperit appellari tum constare poterit, quando de tempore, quo conversus est Petrus, constabit. Floruit in eo monte, præter Petrum nostrum, notus nobis sanctimonia vitæ Athanasius quidam, patria Trapezuntius, Constantinopoli litteris probe eruditus, montis Cyminæ in Asia primum, deinde Athi in B Macedonia sacer ascetes : qui in hujus interiora ex divina revelatione tandem secessit, « ibidemque, rogatus a Nicephoro Phoca, militiæ pariter ac domi in palatio imperatoris claro, ipsique sancto jam ante familiariter noto et amicitiæ vinculo conjuncto, Dei Matri magnificum sane templum condidit, cellasque plurimas et maximas ad usum ac habitationem fratrum a fundamentis excitavit, et lauram denique multorum capacem molitus, migravit ad Dominum, » uti Menæa loquuntur ad diem 5 Julii.

7. Conficies porro ex ætate Nicephori prædicti, anno 963 imperium suum orsi, Athanasium istum sub annum 950 floruisse in monte Atho; atque adeo jam antea ibidem alios vitam duxisse solitariam, cum et ipse legatur in Menæis loco citato, seniori Anachoretæ illic se discipulum tradidisse. Potest C tamen ab Athanasii temporibus celebrior factus et magis frequentatus fuisse mons iste, tum propter sanctitatem ipsius Athanasii, tum propter auctoritatem Nicephori, viri opulenti, deinde imperatoris, tum etiam propter monasterium et lauram utriusque ope constructam. Quam lauram si dixero etiamnum exstare, eamdemque esse quam Bellonius describit, lib. I, cap. 37, fortassis erit, qui consideratis Bellonii verbis mihi assentiatur. « Monasterium, inquit ille, Agia Laura nuncupatum, inter reliqua totius montis monasteria facile principatum obtinet, atque ad radices celsissimi jugi (quod verus mons Athos est) situm est, qua parte Lemnon D spectat. » Gerit enim monasterium hoc, solum inter omnia a Bellonio enumerata, nomen Laura : cui additum deinde potest fuisse Ἁγία seu *sancta*, vel a fundatoris Athanasii sanctitate, vel a sanctitate ipsius monasterii, quod et situ particulari venerabilius est aliis, et cui alia forte omnia originem suam atque adeo etiam veneration̄em debeant. Est præterea monasterium hoc, uti illud Athanasianum, in montis parte interiori et magis alta quam reliqua, fere in littoribus sitæ aut parum inde remota, uti testatur Bellonius.

8. Sed redeamus ad Petrum, qui omnino prior Athanasio Athum incoluisse debet. Quo enim pacto per annos fere quinquaginta, quos illic exegisse dicitur, latere omnium omnino oculos potuisset, si

tam frequens habitatoribus tunc fuisset mons, quam esse post Athanasium cœpit? Quid etiam sibi vult, quod primus athleta illic degerit Petrus, uti Prologus; et quod Deipara locum illum Petro constituerit, ut sibi electum pro instituto monastico, uti Vita ipsa num. 11 narrat? Sane isthæc aperte docent, priorem Athanasio Athum incoluisse Petrum: atque utinam tempus quoque intermedium docerent! Sed illud hinc sperandum non est, nullum indicium præbentibus Actis, unde in notitiam sæculi, quo floruit Petrus, veniri possit. Imo nec sciri satis certo, quandiu in Atho vixerit, ex Actis potest, aliter atque aliter subinde loquentibus. Nam num. 5 assignant anachoresi ejus in monte annos amplius quinquaginta, qui num. 42 extenduntur ad annos 53: at num. 36, annis 46 duntaxat in eremo transactis, dicitur inventus fuisse a venatore, vivus; et anno post uno, mortuus, sic ut 47 illic tantum expleverit. Verum cum duo priores numeri non male inter se concordent, cedere illis posteriorem unicum par est, dicique debebit, aut errorem in numerum irrepsisse, aut longius quam anni spatium (quod tamen Acta negant) inter abitum venatoris e monte ac reditum effluxisse. Posset fortassis etiam sustineri, quod Sanctus annos 47 determinate vixerit in monte: sex vero, qui superadduntur, intelligendos esse, ex mente primi Vitæ scriptoris, de annis illis qui ab initio conversionis in itu, mora redituque Romano, usque ad initium habitationis montanæ, effluxerint; sic ut totum melioris vitæ spatium anni 53 numerandi sint.

9. Nihilo certiora nobis de Petri loco natali tradunt Acta, quam de sæculo quo vixerit. Num. 6 legitur excitatum in patria ejus bellum fuisse contra Arabes; quod indicio quidem esse possit, in illorum confiniis natum alicubi fuisse Petrum; sed quibus? Occidentalibusne an septentrionalibus, an aliis? Est Arabiæ contermina Palæstina: parte sui eamdem attingit Syria: Arabum incursiones subinde et Asia minor sensit. Suspicemur igitur ex aliqua istarum regionum, ac præcipue ex alterutra duarum primarum, oriundum fuisse Petrum, donec aliunde clarior fortasse lux affulgeat aliquando. Excitato (ut diximus) bello, in campum cum aliis processit Petrus, captusque in Arabiam abducitur, et carceri mancipatur. Inde vero divinitus ereptus, Romam iter instituit; eamque ingressus, a pontifice monasticum induitur habitum et docetur institutum. Utinam hic auctor pontificis nomen expressisset! Certiora inde temporis indicia nacti fuissemus, ac certius distinxissemus, Romamne novam, an veterem profectus fuerit Petrus. Quamvis sine illo indicio ausim asserere, Romam hic intelligendam esse veterem, idque ex ipso navigationis cursu ostendo.

10. Nam ubi Roma discessum meditatur, inquisiturus locum, proposito sibi instituto opportunum; « Incidit in nautas, jam paratos discedere ex urbe, nec multo post e portu soluturos, atque per Creta tam in Asiam vela facturos, » uti narratur num. 10. Ut commode isthæc verba intelligantur, separandus hic est portus ab urbe, ac spatium inter utrumque aliquod interjectum concipi debet: quod Romæ novæ seu Constantinopoli, ubi portus pars urbis est, convenire non potest; potest autem Romæ veteri, cujus portus duodecim fere mille passus ab urbe semotus est, sive per illum Ostia Tiberina, sive Portus Augusti, etiam Romanus appellatus, intelligatur. Rursum, hinc solventibus in Asiam, iter per Cretam institui recta potest; non item solventibus Constantinopoli, ab Asia solo Bosporo Thracico dirempta. Denique num. 15, cum navis cursum relicta Creta prosequeretur, atque ex improviso immobilis consisteret, jubetur sinistrorsum flecti versus Athum montem. Est autem Athus Roma in Asiam navigantibus a parte sinistra, cum eodem navigantibus Constantinopoli necessario relinquatur a dextra.

§ II. *Vitæ auctor, inventor, nova versio nostra.*

11. Ex eo quod Romam veterem profectus sit Petrus, uti vidimus, ibique habitum acceperit monasticum, omni schismatis suspicione, quam aliquis objicere posset, eximitur; tametsi schismaticus atque hæreticus fuerit is, qui Vitam quam edimus sua paraphrasi ornavit. Est autem is Gregorius Palamas, archiepiscopus Thessalonicensis, scriptione sua, quam contra Beccum patriarcham CP. Spiritum sanctum a Patre atque Filio simul procedere, cum Latinis fortiter tuentem, publicavit, sæculo XIV famosus; nec non famosior illa, qua confutatus ipse postea fuit a cardinali Bessarione. Becci atque catholicæ doctrinæ de Spiritus sancti processione egregio defensore. Incoluisse autem et ipse Palamas videtur montem Athum, priusquam archiepiscopus crearetur; ibique Vitam hanc scripsisse, et pro concione ad monachos ibidem habitantes dixisse. Colligitur id ex Prologo, ubi Athum, hunccce montem, et Petrum, nostratem atque indigenam appellat, qui hic terrarum, nempe in monte hoc Atho, habitavit atque ibidem primum tropæum de victo dæmone erexit. Ut vero magis eximatur suspicione schismatis Petrus, notandum est, ipsum Roma profectum, in Creta miracula operatum esse, nec cum ullo exinde, præter vectores, collocutum fuisse usque ad penultimum vitæ suæ annum; adeoque cum nemine egisse, qui eum ad schisma pertrahere potuerit. Ut nihil dicam, quod incolæ ejusdem montis monachi, uniti fuerint adhuc Romanæ Ecclesiæ sæculo XIII; quando humiliter supplicarunt Innocentio III papæ ut libertates sibi suas confirmaret, seque sub beati Petri ac sua ipsius papæ protectione suscipere dignaretur: uti et factum est per rescriptum ejusdem pontificis, Epistolarum ejus libro XVI, epist. 168 insertum. Quod si deinde schismatici facti sunt monachi illi, uti fuit ipse Palamas, quid id faciat, ut etiam schismaticus judicetur fuisse Petrus, tanto prius mortuus, cum nihil omnino quod schisma sapiat

in hujusce Vita reperiatur? imo cum reperiantur A etiam quæ schismati plane adversentur, uti sunt, iter Romanum, reverentia erga pontificem summum atque universalem, habitus monasticus ab eo susceptus, miracula patrata. Ut non dicam, quod non primus auctor vitæ sit Palamas; sed pridem a Catholico (ut persuadere Acta possint) paucis scriptæ, ornator atque amplificator tantum, uti colligitur ex num. 4.

12. Ipsa Vita, quæ Græce exstabat in bibliotheca Emin. Card. Mazarini, pridem Latine submissa fuit decessoribus nostris a P. Francisco Combefisio, libris editis notissimo. Eamdem deinde Græce poscentibus nobis benigne subministravit Combefisii successor, P. Jacobus Quetif: ex qua novam versionem ipsi concinnavimus, eamdem cum textu Græco mox edituri, posteaquam titulum Vitæ, et epistolam Combefisii, anno 1655 die 10 Julii Parisiis datam ad PP. Bollandum atque Henschenium proposuerimus. Titulus Vitæ præfixus hic est: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου, ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, λόγος εἰς τὸν θαυμαστὸν καὶ ἰσάγγελον βίον τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Πέτρου, τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει τῷ Ἄθῳ ἀσκήσαντος· *Sancti Patris nostri Gregorii, archiepiscopi Thessalonicensis, Oratio in admirabilem et angelicæ parem vitam sancti ac divini Patris nostri Petri, qui in sancto monte Atho anachoretam egit.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΘΑΥΜΑΣΤΟΝ ΚΑΙ ΙΣΑΓΓΕΛΟΝ ΒΙΟΝ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΦΟΡΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΠΕΤΡΟΥ

ΤΟΥ ΕΝ ΤΩ ΑΓΙΩ ΟΡΕΙ ΤΩ ΑΘΩ ΑΣΚΗΣΑΝΤΟΣ.

—

S. P. N. GREGORII

ARCHIEPISCOPI THESSALONICENSIS

ORATIO IN ADMIRABILEM ET ANGELICÆ PAREM VITAM SANCTI AC DIVINI PATRIS NOSTRI

PETRI

QUI IN SANCTO MONTE ATHO ANACHORETAM EGIT.

(Interprete Conrado Janningo.

—

PROLOGUS.

1. Haud equidem, ut mea fert sententia, par est, A illos qui alibi terrarum quidpiam memoria dignum gessere, a nobis magnifice laudari, cum eorum audimus scripta, accurate pariter ac eleganter edita, summumque animæ ad amplexandam virtutem ingerentia ardorem; illud vero, quod domi nostræ habemus, omnis honestatis exemplar, vitam videlicet Petri, rerum gestarum laude nulli antiquorum, omnibus retro sæculis virtutum fama celebrium cedentis, negligenter curari. Nostis omnes, quem velim; nisi cuipiam fortassis ignotus sit hicce clarissimus Athos, et qui inde cognomen nactus est Petrus. Petrus, inquam, ille nostras, indigena, primus athleta, qui hic terrarum degens, omnium

α'. Οὐ δίκαιόν ἐστιν, ὡς γέ μοι δοκεῖ, τοὺς μὲν ἀλλαχοῦ γῆς ἄξιόν τι μνήμης εἰργασμένους, φιλοτίμως εὐφημεῖσθαι παρ' ἡμῶν, τῶν ὑπὲρ αὐτῶν ἀκροωμένων συγγραμμάτων πρὸς ἀκρίβειαν ὁμοῦ καὶ κάλλος ἐξενηνεγμένων, καὶ μεγίστην ἐμποιούντων τῇ ψυχῇ παράκλησιν πρὸς ἀρετῆς ἀνάληψιν· ὃ δὲ οἴκοθεν ἔχομεν παράδειγμα παντὸς καλοῦ, τὸν Πέτρου δηλονότι βίον, περὶ τοῦτον ἀμελῶς πως ἔχειν, καὶ ταῦτα μηδενὸς ἀποδέοντα σχεδὸν τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐπ' ἀρετῇ περιβεβοημένων. Ἴστε πάντες ὃν λέγω, εἰ μὴ τὸν περιώνυμον τοῦτον Ἄθω τις ἀγνοεῖ, καὶ τὸν ἐπώνυμον αὐτοῦ Πέτρον, τὸν ἡμέδαπὸν καὶ αὐτόχθονα καὶ πρωταγωνιστὴν, τὸν ἐνταῦθα γῆς, τὸν πάσης γῆς ἀντίπαλον

καταπαλαίσαντα, καὶ τρόπαιον ἐνταυθοῖ πρῶτον τῆς ἐκείνου καθ' ἡμῶν στήσαντα μανίας, καὶ τὸν τοῦ καλοῦ σπόρον εἰς καιρὸν ἄρα καταβαλόμενον, ἐπεὶ καὶ ἀνεφύη καὶ τέθραπται καὶ εὐφόρησεν, ὡς νῦν ἐκ τῶν ὁρωμένων ἔξεστι παντὶ συνορᾷν.

A terrarum adversarium profligavit, ejusque furore quo in nos bacchabatur frenato, primum ibidem de illo tropæum erexit, ac virtutum semina tempore opportuno terræ mandavit : quandoquidem et enata sint, et adoleverint, et uberes protulerint fructus ; uti nunc cuivis ex iis quæ oculis usurpat, manifestum est.

β'. Ὡς μὲν οὖν τὸν τηλικοῦτον ἀρχηγὸν καὶ ἡμῖν πρὸς τὰ τοιαῦτα ὁδηγὸν, τῆς ἐκ τῶν ἐπαίνων γιγνομένης ἀμοιβῆς δίκαιόν ἐστιν εἴπερ τινὰ τυγχάνειν, πάντες ἂν συμφαίεν· ἐμοὶ δὲ πάντα τε ἐξειπεῖν τὰ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὰ πρὸς ἀξίαν ἑκάστῳ τούτων ἀποδοῦναι ᾗ ἐγγὺς τῶν πάντ' ἀδυνάτων. Ἀγὼν γὰρ ὡς ἔοικεν ἐκείνῳ γέγονε, προεισενεγκεῖν ταῖς πρὸς Θεοῦ τοῖς δικαίοις ἐπαγγελμέναις ἀμοιβαῖς, οἷόν τινα βίου σύμμετρον ὑπερβολὴν, B χρείττω δηλαδὴ καὶ λόγου καὶ ἀκροάσεως. Ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτ' ἀποστατέον εἶναί μοι δοκεῖ, σιωπὴν ἐπὶ πάντων ἠσκηκότι. Καὶ γὰρ οὐδὲ τῶν τῆς γῆς τε καὶ θαλάττης ἐν οἷς τελεῖν τε καὶ βαδίζειν ἔχομεν ἀφιστάμεθα μερῶν, ὅτι μὴ πλώϊμος ἢ πορεύσιμος ἐξωτέρω διὰ πάντων ἐστίν· οὐδὲ τοῖς περὶ αὐτῶν ἱστορηκόσιν, ὅτι μὴ πάντα δι' ἀκριβείας εἶχον ἐξειπεῖν, ἅπαντα παρεῖται· διεξηγητέον δὲ κἀκείνοις ἔδοξεν εἰκότως, ὅσα τε τούτων καὶ ἐφ' ὅσον ἦν.

2. Quamobrem consenserint, puto, omnes et æquum judicarint, ut tantus vir, qui nos ad tam sublimia ducit, præmium quod ex laudatione promanat, si quis alius, consequatur. Ego vero ut cuncta quæ ipsum commendant, prosequar, eaque prout merentur singula proferam, fieri vix aut ne vix quidem poterit (nam contentio ejus illuc, uti par est, omnis tendebat, ut antequam promissum justis a Deo præmium consequeretur, quamdam veluti convenientem vitæ præstantiam, illamque majorem, quam ut quis eloqui verbis aut percipere auditu possit, eo conferret) ; non continuo tamen laudatione mihi abstinendum puto, aut omnia silentio involvenda. Etenim neque ea terrarum marisque spatia, in quibus incedimus ac navigamus, non adeunda putamus, propterea quod terra non ubique permeabilis, mare non ubique navigabile sit : neque ii, qui talia describere instituerunt, propterea quod non omnia accuratissime valeant edisserere, omnia prætermittunt ; sed operæ pretium ducunt enarrare, quantum per vires et ingenium licuerit.

γ'. Τὸν ἴσον τοίνυν τρόπον κἀμοὶ νῦν ἐγχειρητέον, ἀλλ' οὐ παροπτέον, ὅτι τὰ τῆς ὑποθέσεως ἀνυπέρβλητα τῷ λόγῳ· καὶ οὐχ ὅπως ἔμοιγε, C προσέτι δὲ καὶ πᾶσιν ὅσοις λόγου μέτεστιν· οὕτω γὰρ ἐκ πάντων γένοιτ' ἂν ἴσως ἔρανος, προσήκων τῇ τῆς ὑποθέσεως μεγέθει. Καὶ τοῦθ' οὕτως ἔχον, ὅσοι τοῦ καταλόγου τῶν ἐλλογίμων ἐπὶ νοῦν βαλλόμενοι, συγγνώμην νεμοῦνται εὐχερῶς ἐμοί· δεήσονται γὰρ δήπου ταύτης καὶ αὐτοὶ, κοινοῦ τοῦ χρέους ὄντος, καὶ κοινῇ καθ' ἕνα πάντων ἀπολειπομένων. Ἐγὼ δ', ὦ θέατρον ἱερὸν, καὶ παντὸς οὐτινοσοῦν, καὶ τὴν ἐξ ὑμῶν δι' εὐχῶν τεθάρρηκα βοήθειαν. Εἰ γὰρ καὶ δυσχερῆ; ὁ προκείμενος ἀγὼν, ἀλλὰ ταῖς ὑμῶν ἐπικλήσεσιν ἵλεως ἡμῖν ἄνωθεν ἀρτίως ἐποπτεύσας, ὁ καὶ τῷ προκειμένῳ πρὸς τὸν ὑπερφυᾶ βίον συναράμενος Θεὸς, πᾶν σκῶλον ἐκποδὼν καταστῆσαι, καὶ συνδιαθέντα λόγῳ πόρον ἐν ἀπόροις διδοὺς. D

3. Pari modo hocce mihi nunc aggrediendum est opus ; non autem omnino negligendum, propterea quod argumenti excellentia, non modo a me, verum etiam a disertissimo quovis, explicari oratione non possit : ita enim fortassis fiet, ut ex omnibus collectio conficiatur, argumenti conveniens magnitudini. Ilis itaque sic se habentibus, quotquot seriem præclare gestorum ejus in animum revocaverint, facile veniam dabunt tenuitati nostræ, qua utique et ipsi indigerent ; cum hoc commune sit debitum, et communiter ad unum omnes hic deficiamus. Ego vero, o sacri auditores, rem aggredior, tum cujusvis alterius, tum vestra ope ac orationibus fretus. Si enim periculosæ me commit o palæstræ, vestris supplicationibus motus, jam nobis e cœlo propitius respiciens Deus, qui et virum quo de agemus ad tam sublimem vitæ sanctitatem perduxit, omne impedimentum procul amovebit, atque orationi nostræ viam per invia pandet.

CAPUT

Petri patria, militia, captivitas, votum, liberatio.

δ'. Γονέας μὲν οὖν καὶ τὴν ἐκ παιδὸς πατρίδα τοῦ μεγάλου τούτου καὶ θαυμασίου Πατρὸς, καὶ οὐ πρέπουσα πατρὶς ἡ τῶν ἐπουρανίων σκηνὴ, καλῶς ποιῶν ὁ χρόνος ἀβύσσῳ λήθης καθῆκεν. Ἃ γὰρ ἔτι ζῶντι τῷ γενναίῳ παρῶπται, ὡς ἄρα τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἀνάξια, τούτων εἰκότως οὐδὲ οἱ τὴν ἀρχὴν τὰ κατ' αὐτὸν συγγεγραφότες δεῖν ᾠήθησαν μεμνῆσθαι. Εἰς ὃ δὲ φέρων ἑαυτὸν, μᾶλλον δὲ ὑπὸ Θεοῦ φερόμενος κατῴκισται, καὶ οὗ τοὺς θείους

4. Quos parentes, quam patriam infans habuerit magnus hic et admirabilis Pater, cui patriam conveniebat esse tabernaculum cœleste, alta oblivionis abysso tempus non incongrue sepelivit. Quæ enim vivens ille, ut digna virtute sua, despiciebat, eadem neque commemoranda sibi esse, merito existimarunt ii, qui res ab illo gestas primum litteris mandaverunt. At vero, in quem habitationis locum ipse transivit, aut potius divino nutu

translatus est, ubi certamina sua Deo digne certavit, ac unde tamen in cœlos avolavit; hunc, inquam, celeberrimum venerandumque locum; hunc, virtutum sedem; hunc omnis honestatis domicilium; hunc, cœlestium simile, non manufactum tabernaculum; hunc, omnis celeris purum, omni exsecrabili affectione animi superiorem, a sanctitate sua congrue cognominatum montem; hunc, in parte patriæ habuit vir ille: cujus nulla mentio fit uspiam, nisi et montis fiat; nulla gesta audiuntur, nisi et mons intelligatur; ex quo videlicet ipse dignoscitur, ab aliisque ejusdem nominis distinguitur, cum Athonites merito appellatur.

ἄθλου; ἤνυσε, καὶ ὅθεν ἀνέπτη πρὸς οὐρανὸν, τὸν περιφανῆ τουτονὶ λέγω καὶ σεβάσμιον χῶρον, τὴν τῶν ἀρετῶν ἑστίαν, τὸ καλοῦ παντὸς ἐνδιαίτημα, τὴν τῶν ἐπουρανίων ἀντίτυπόν τε καὶ ἀχειροποίητον σκηνὴν, τὸ παντὸς ἄγους ἐλεύθερον καὶ παντὸς πάθους ἐναγοῦς ἀνώτερον, τὸ τῆς ἁγιωτύνης φερωνύμως ἐπώνυμον ὄρος· τοῦτό ἐστιν ἐν πατρίδος μοίρᾳ τῷ προκειμένῳ, καὶ τούτῳ συλλαλεῖται καὶ συνακούεται, κἀντεῦθεν οὗτος ἐπιγινώσκεται, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ὁμωνύμους φέρει διαστολὴν Ἀθωνίτης δικαίως ὠνομασμένος.

5. Si enim Athenis lege receptum fuit, ut advenæ post trienii moram, pro patria sua haberent urbem, in illamque ascripti censerentur; quomodo non merito hunc sibi montem vindicet, ut suum, vir sanctus, ubi annos amplius quinquaginta exegit, idque in tanta virtutis acquirendæ contentione? Præterea si illa cuique patria habenda sit, ubi felicem quis agit vitam (quemadmodum gentilium quidam sapiens pronuntiavit), quis, quæso, uspiam aut felicius egit aliquando, aut inposterum acturus est quam hic vir in hocce monte? ubi cum Deo frequenter conferebat, ac divina visione dignabatur; imo (ut totum compendio dicam) ubi humanam trangressus naturam, inque vere divinam commutatus (quæ vero eloquentiæ vis tantum eloquatur miraculum!) excellentiam plus quam naturalem, Altissimi cooperante dextera, acquisivit. Spreta igitur patria sua, in hunc montem, commodum ad cœlestem patriam comparandam, conscendit, ibique et multorum annorum ætatem duxit, et institutum vivendi, quod oculos humanos lateret, secutus est.

ε'. Εἰ γὰρ ἐν Ἀθήναις, μετὰ τριετῆ προσεδρίαν, ἀντὶ πατρίδος χρῆσθαι τῇ πόλει τοὺς προσηλύτους νομιζόμενον ἦν, πῶς οὐ δικαίως ἀντιποιεῖται τοῦ ὄρους ὁ ἅγιος, πλεῖον ἢ πεντήκοντα περιόδους ἐτῶν ἐνταῦθ' ἀνύσας, καὶ ταῦθ' οὕτω; ἀναγωνίως; Εἰ δὲ καὶ πατρὶς ἑκάστῳ καθ' ἣν ἄν τις εὐτυχῇ (καθάπερ τις τῶν ἔξωθεν ἀπεφήνατο σοφῶν), τίς ἄν που τῶν ἁπάντων βέλτιον ἢ πράξειεν, ἢ μέλλει πράξειν, τῆς ὧδε τοῦ ἀνδρὸς εὐκληρίας· οὗ θεῷ συνῆλθε καὶ θείας θέας ἐπέτυχε, μᾶλλον δὲ, ἵνα τὸ πᾶν εἴπω συνελὼν, οὗ τὴν ἀνθρωπείαν ὑπεραναβὰς φύσιν, καὶ τὴν θείαν ὄντως ἠλλοιωμένος ἀλλοίωσιν (τίς ἂν ἀπσχρήσηται λόγος παραστῆσαι τὸ θαῦμα;) πρὸς τὸ τῆς ἀξίας ὑπερφυὲς, τῇ τοῦ Ὑψίστου δεξιᾷ μετερρύθμηται; Ἀλλ' ὅμως τῆς πατρίδος μὲν ὑπερεῖδε, τῷ δὲ τῆς ἄνω προξένῳ πατρίδος ὄρει τούτῳ προσέδραμεν, οὗ δὴ καὶ τὸν πολυετῆ βίον, καὶ τὴν ἀόρατον ἀνθρώποις δίαιταν ἤνυσε.

6. Equidem considerare vos velim incomprehensibilem sapientiæ divinæ præstantiam, ejusdem erga homines providentiæ excessum, et salutem eorum promovendi desiderium insatiabile. Excitatur in patria admirabilis hujusce Patris bellum adversus Arabes. Ipse, bellicæ artis, ut videtur, non omnino rudis, cum suis gentilibus in campum procedit; capitur ab hostibus, et procul a patria captivus abducitur; alienæ, ejusque hostilis terræ interiora coactus adit, arcto carceri mancipatur, cippi pedibus injiciuntur, ipse cibi inedia maceratur, intolerabilia multa patitur, despondet animum, vitam desperat; denique ad Deum confugit, eique soli imposterum se victurum promittit, si modo liberiorem aera conspicere aliquando, ac mala quibus premitur evadere contingat. Quid igitur hic, celer ad exaudiendum, et providus ad consulendum rebus miseris Deus? Moras tantisper nectit, et cunctando miserias ejus longiuscule protendi permittit; idque prudentissime, ut videlicet sic magis tuta foret supplicanti libertas; quandoquidem ita cum hominibus comparatum sit, ut posteaquam liberati sunt iis quibus premebantur adversis, vota prius facta facile negligant, ni ea probe confirmaverint.

ς'. Καὶ σκοπεῖτε τὸ τῆς θείας σοφίας ἀμήχανον, καὶ τὴν πρὸς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας ὑπερβολὴν, καὶ τὴν ὑπὲρ τὸ σώζειν ἀνυπέρβλητον ἔφεσιν. Ἀναῤῥιπίζεται πόλεμος τῇ τοῦ θαυμασίου τούτου Πατρὸς πατρίδι πρὸς Ἄραβας· ὁ δὲ, συστρατιωτικῆς (ὡς ἔοικεν) οὐκ ἀμελέτητος ὤν, συμπολεμεῖ τοῖς ὁμοφύλοις· ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων ἁλίσκεται· πόῤῥω τῆς ἐνεγκούσης αἰχμάλωτος ἀποικίζεται· τῆς ἀλλοτρίας ἐνδοτέρω καὶ πολεμίας ποτὶν ἀδούλητος προβαίνει· φρουρίοις ἀφύκτοις καθείργνυται· τῷ ποδὶ πέδαις δεσμεῖται, τροφῆς ἐνδείᾳ πιέζεται, πολλὰ πάσχει τῶν ἀφορήτων, ἐξαπορεῖται, τὴν οἰκείαν ζωὴν ἀπολέγεται, τέλος ἐπὶ Θεὸν καταφεύγει, τούτῳ μόνῳ ζώσειν ἐπαγγέλλεται, μόνον εἰ φῶς ἐλεύθερον ἴδοι, καὶ τῶν συνεχόντων ἀπαλλάξῃ δεινῶν. Τί οὖν ὁ ταχὺς ὁμοῦ καὶ προμηθὴς Θεός; Ἀναβάλλεται τέως τὴν ταχύτητα, καὶ τῷ μέλλειν τὰς ὀδύνας ἐπιτείνεσθαι συγχωρεῖ· προμηθούμενος δήπου τὸν ἱκέτην ἀσφαλέστερον ἔξειν, ἐπειδὴ πεφύκασιν ἄνθρωποι μετὰ τὴν τοῦ πιέζοντος ἀπαλλαγὴν, τῶν ἐν αὐτῷ συνθηκῶν ὑπερφρονεῖν ῥᾳδίως, ἂν μὴ ταύτας ἀκριβῶς ἰσχυρίσωνται.

7. Quid porro? Per quietem promissa ejus rata

ζ'. Τί τὸ ἐντεῦθεν; Δι' ὀνείρων αὐτῷ τὰ τῆς

ὑποχέσεως ἐμπεδοῖ, καὶ αὐτὸν ὄναρ ἐπιπέμπει τούτῳ, τὸν μέγαν ἐν ἱεράρχαις καὶ Πατράσιν ἁγίοις Νικόλαον, ὃν καὶ αὐτὸς ἐπεδοᾶτο θερμότερον, ἅ τε τῆς πρὸς Θεὸν αὐτοῦ παῤῥησίας πεπειραμένος, καὶ διὰ θαύματος αὐτὸν ἄγων, πολλοῖς καὶ πρότερον κεχρημένος ὑπὲρ αὐτοῦ θαύμασιν. Ὃς δὴ καὶ φανεὶς οὐχ ἅπαξ, ἀλλ' ἤδη καὶ ὅλῃ, πολὺ κατερέμψετο τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀδουλίαν, πολλάκις μὲν δὴ καὶ πρότερον εὐξαμένου τὴν ἀπὸ τοῦ κόσμου φυγὴν, ὡρμημένου δὲ μηδ' ὅπως οὖν ἔργῳ τὴν εὐχὴν ἀποδοῦναι. Ταύτῃ τοι δικαίως ἀρτίως ἔφασκεν, οὔτ' αὐτὸς εἰσακούῃ κἀγὼ πείθειν ἥκιστα δύναμαι, πρεσβείαν ὑπὲρ τῶν σοι συνοίσειν μελλόντων πρὸς Θεὸν ποιούμενος. Ἀλλὰ γὰρ, εἴ μοι πείθῃ, καὶ ἄλλον δή τινα τῶν μέγα παρὰ Θεῷ δυναμένων ἐπικέκλησο βοηθὸν, ὥστε μοι συμβαλέσθαι σπουδὴν, ὅτι πλείστην ὑπὲρ σοῦ ποιουμένῳ. A habet Deus, objecta visione, quæ ipsi repræsentet magnum episcopum et Patrem, sanctum Nicolaum; quem etiam ferventer invocabat, utpote ejus apud Deum intercessionem expertus; eumdemque jam pridem plura in se mirabilia operatum, miraculi loco habebat. Neque vero semel tantum, sed et iterum se viro videndum præbuit sanctus, multum increpans temeritatem ejus, quod jam pridem sæpe vovisset fugam a sæculo, et nihildum voti sui opere ipso complere curasset. Quamobrem, inquiebat, merito neque tu nunc exaudiris, neque ego, qui pro rebus tibi profuturis apud Deum intercedo, impetrare queo. Verumtamen, si me audis, alium quoque ex eorum numero, qui multum apud Deum valent, adjutorem ac patronum invoca, ut B illo operam suam meæ adjungente, amplius tibi proficiam.

η'. Πέτρου δὲ ἀνθυπενεγκόντος· Καὶ τίς ἄρα μεῖζον ἢ σὺ δύναται; Συμεώνης, τὸν εἰπεῖν· Συμεώνης ἐκεῖνος, ὃς εὖ μάλα πρεσβυτικὰς πάλαι ποθ' ὑπανῆκε χεῖρας, καὶ τεσσαρακονθήμερον ὑπανέσχε τὸν πρὸ τῶν ἀνθρώπων Θεόν. Ἀλλ' ὁ μὲν, μετὰ τὴν εἰσήγησιν, ἀπιὼν ᾤχετο. Πέτρου δὲ παραυτὰ τὸν ὕπνον ἀποσεισαμένου, πολὺς ἐπὶ στόμα Συμεώνης ἦν· καὶ βοῶν οὐκ ἀνῆκεν, ἀντιβολῶν οὐκ ἐνέδωκεν, ἕως ἔπεισε· τῇ γὰρ ὑστεραίᾳ πάλιν ἐφίσταται ὁ Νικόλαος, καὶ ἀνατείναι πρὸς Συμεώνην ἐπιτάττει τὰς ὄψεις. Ὁ δὲ ταχὺς, ἐπεστραμμένος, ἐπιτερπὲς ὁρᾷ θέαμα· σεμνὸν ὅτι μάλιστα καὶ πολιὸν ἄνδρα, C κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος ἀρχιερατικῶς ἐσταλμένον, χρυσοῦ τε ῥάβδῳ κοσμίως ἐπερειδόμενον, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐπίχαρί τι καὶ προσηνὲς ἐνορῶντα, καὶ τὴν ἄφεσιν εὐαγγελιζόμενον, εἴπερ ἄρα καὶ τὰς πρὸς Θεὸν συνθήκας εἰς ἔργον ἀγαγεῖν προθυμεῖται. Τοῦ δὲ Πέτρου συνθεμένου προθύμως, ἐκεῖνος ὅποι δὴ βούλοιτο βαδίζειν ἀδέως ὑπαγορεύει, ἐξιόντα τῆς εἱρκτῆς. Τοῦ δὲ τὸν περὶ τοὺς πόδας αὖθις ἐπιδεικνύντος δεσμὸν, καὶ τὸ ἐπίταγμα τῶν ἀδυνάτων εἶναι διατεινομένου παντάπασιν, ῥᾳδίως μετεωρίσας ὁ Θεοδόχος, τὴν καλὸν ἀπαστράπτουσαν ἐκείνην ῥάβδον ἄκρᾳ ταύτῃ ψαύει τῶν δεσμῶν, καὶ χρυσῷ τὸν σίδηρον ὡς ἀράχνης (ὥς φασιν) ἱστὸν, ἀπονητὶ διατέμνει· καὶ ὁ Πέτρος, εὐθὺς, οὐχ ὅπως τῶν πεδῶν ἐκείνων, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἐκτὸς περιτειχίσματος (ὦ τοῦ θαύματος!) ἐν ἀκαρεῖ χρόνου γίνεται, καὶ Νικόλαον μόνον συμπαρομαρτοῦντά οἱ βλέπει, καὶ πείθοντα μηκέτ' ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ εἶναι τὴν ζεδομένην ἐλευθερίαν· πρὸς δὲ καὶ πόρον ἐφοδίων ὑποδεικνύντα, κῆπον δή τινα πολυειδέσι τεθηλότα δένδροις, καὶ πολλοῖς τῶν ἐδωδίμων βρίθουσιν. Ἐν τούτοις, ὁ μὲν συλᾷν εὐλαβούμενος, οὐδ' ἄκρῳ δακτύλῳ, τὸ τοῦ λόγου, ψαύειν τῶν καρπῶν ἐκείνων ἠνείχετο. Νικόλαος δὲ τοῦτον αὖθις θαῤῥύνει, καὶ ἀδεῶς ἐγκελεύεται δρέπεσθαι· εἶτ' ἐξενεγκὼν ἐπὶ τὴν φίλην ὁδοιπορίαν, καὶ τῶν ὑπεσχημένων ὑπομνήσας ἐκείνων, ἐξ ὀφθαλμῶν γίνεται τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἀπολιπὼν ἔδοξε τοῦτον, κἂν ἀοράτως, ἀεὶ συνῆν. 8. Opponente autem Petro: Ecquis, amabo, potentius opitulari quam tu, potest? Simeon, ait sanctus. Videlicet iste Simeon, qui seniles admodum lacertos olim aliquando submisit, iisque dies quadraginta natum, eumdem, qui ante conditos homines exsistit, Deum suscepit. Et Nicolaus quidem hisce dictis recedens evanuit. Petrus vero mox excusso somno Simeonem frequens ore versabat, ac indesinenter inclamabat, nec instare cessavit, donec quod petebat impetraret. Postera namque die denuo ei astans Nicolaus, intendere in Simeonem oculos jubet. Ipse vero mox eo conversus, jucundum conspicatur spectaculum, nempe senem quam maxime venerandum et canum, instar pontificis more antiquorum vestitum, aureo decenter innitentem baculo, in ipsumque gratioso ac blando vultu intuentem, ac nuntiantem, fore ut brevi libertatem consequatur, dummodo quæ Deo voverat prompto animo effecta daret: et promptissime. se daturum, annuenti Petro suaviter imperat, quocumque velit, carcere egressus abeat. Cumque ille denuo, quibus vinctus erat, catenas monstrans, quod jubebatur fieri omnino non posse, diceret; sanctus, Dei hominis susceptor, Simeon, leniter attollens quem tenebat pulchre radiantem baculum, D extremo ejus contingit vincula; et auro ferrum, quemadmodum aranei telam, quod dici solet, nullo negotio dissecat: et continuo Petrus, non modo vinculis solutum, sed etiam extra sepia (o miraculum!) momento temporis plane eductum se miratur, solumque videt Nicolaum sibi comitem adesse, ac facile persuadentem, non jam per somnium, sed reipsa concessam esse libertatem. Ad hæc etiam iter ei ostendit opportunum, pomarium scilicet varii generis arboribus, interque eas multis, esui humano aptos fructus ferentibus, consitum. Sed inter hæc omnia Petrus non modo decerpere quidpiam illorum verebatur, sed ne extremo quidem, quod aiunt, digito fructus illos contingere audebat. Nicolaus vero animos ei denuo addens posito metu carpere fructus imperat; tum ad desideratam ipsum

educens viam, renovata promissorum factorum memoria, oculis ejus se subtraxit; atque sic illum dereliquisse visus est, quamvis invisibili modo constanter adesset eunti.

CAPUT II.

Iter Romam, inde in Cretam. Miracula ibidem patrata.

9. Etenim, cum hoc modo Petrus præter exspe- A ctationem liberum aspexisset cœlum, continuo oculos in magnum Paulum, tanquam in imaginem, convertens, neque ipse sibi committendum putavit, ut carni et sanguini acquiesceret; sed meliora sequens, Deo, cujus meliori providentia res suæ ita dispositæ fuerant, se totum addicit, ipsumque a quo tam mirabiliter vocabatur, mirabili promptitudine pone sequitur, ne modicum quidem ab ipso separari, aut a vestigiis ejus declinare sustinens. Quemadmodum enim, si quis solem fixis intuitus est oculis, simul atque eos deflexerit ad inferiora, omnia obscura ac tenebrosa conspicit; ita ille, B cum animæ oculum, intellectum, inquam, irretortum intendisset in cœlos, non invitus despexit cuncta alia, domum, patriam, parentes, propinquos ac familiares quoscunque, ac omnibus vale dicto, aut potius ne dicto quidem, in id unum incubuit, ut secundum Deum vitam institueret, illamque cæteris occupationibus potiorem duceret, qua meditetur omnimodam divinæ voluntatis executionem, sicque omnia Christo fiat, ac pro omnibus Christum habeat, juxta divinam Apostoli sententiam.

10 Ita divini amoris sagitta vulneratus Petrus, continuo Romam versus iter arripit; illic victurus C vitam perfectiorem, sub veste monastica, etiam palam ferenda, sicque vota sua soluturus. Interea magnus Nicolaus, denuo iter ei præit invisibili modo; ipsumque antevertens, prior ad urbem accedit, ac Dominum papam intelligibili alloquitur voce: sedebat enim, ut tunc temporis moris erat, in sublimi throno, et ipse sublimibus vir dotibus effulgens, ac spiritualium visionum non insuetus. Huic itaque Petrum, nondum oculis ab eo usurpatum, commendat sanctus; serieque rerum ejus enarrata, imperat ut cum advenerit, ei præstet quidquid hominibus, qui cælibem vitam elegerint, præstari consuevit: et vero signa addit, unde dignoscere queat designatum virum ac nomen indicat. Hisce colloquio dum finem imponit Nicolaus; ingressus D erat urbem Petrus, nihil quidquam eorum quæ a sancto patrono acta fuerant, sciens; et continuo adeundam sibi metropolim putavit. Cumque jam sacris portis appropinquaret, ac positis genibus divinas adoraret imagines; nec opinato accersitur a papa, monasticum docetur institutum, et congruentem instituto vestem induitur. Hinc, attonito similis rei novitate (quid enim potius?) gratias persolvit Deo, elatisque sublime manibus, voces emittit gratitudinis indices. Neque hic finis: verum etiam intendit laudabilem pulchramque alacritatem suam; et æstuante sancti Spiritus amore flagrans, in locum inquirit, sancto propositi faventem. Descendens igitur ad littus maris, incidit, Deo videlicet ita provide disponente, in nautas, jam para-

θ'. Ἀλλὰ γὰρ οὕτω φῶς ἐλεύθερον ὁ Πέτρος παρὰ δόξαν τεθεαμένος, Παῦλον εὐθὺς τὸν μέγαν ὡς πρὸς ἀρχέτυπον βλέπων, οὐδ' αὐτὸς ἔγνω προσαναθέσθαι σαρκὶ καὶ αἵματι· εὖ δὲ ποιῶν, ὅλος γίνεται τοῦ προνοίᾳ μείζονι τὰ κατ' αὐτὸν διῳκηκότος Θεοῦ, καὶ τοῦ θαυμασίως οὕτως καλέσαντος, σὺν θαυμαστῇ προθυμίᾳ κατόπιν ἕπεται, μηδὲ προσβραχὺ διαστῆναι, μηδ' ἀποσχέσθαι τῶν ἰχνῶν ἀνεχόμενος. Ὡς γὰρ εἴ τις ἡλίῳ τὰς ὄψεις ἀτενῶς ἐπιβαλὼν, εἶτ' ἐνορῴη τοῖς κάτω, πάντα σκότος ἀτεχνῶς ὁρᾷ· οὕτως ἐκεῖνος, τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα τὸν νοῦν ἀκλινὲς εἰς οὐρανὸν ἐδράσας, πάντα παρεῖδε ῥᾳδίως, οἶκον, πατρίδα, γονέας, τοὺς καθ' αἷμα προσφκειωμένους, τοὺς καθ' ἑταιρίαν ἥντινα οὖν· καὶ πᾶσι χαίρειν φράσας, μᾶλλον δ' οὐδὲ χαίρειν φράσας, ἑνὸς γίνεται τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας, καὶ ἓν πάσης ἀσχολίας ὑπέρτερον αὐτῷ μελέτεμα, τοῦ θείου θελήματος ἀπρὶξ ἔχεσθαι, καὶ οὕτω πάντα γενέσθαι Χριστῷ, καὶ ἀντὶ πάντων ἐσχηκέναι Χριστὸν, κατὰ τὴν θεσπεσίαν ἐκείνου ψῆφον.

ι'. Οὕτω δὲ θείῳ βέλει τετρωμένος, τῆς πρὸς Ῥώμην φερούσης ἥψατο, μηδὲν ὑπερθέμενος· ἐκεῖ τελεσθησόμενος τελεώτερον, καὶ τὸ κατὰ μοναχοὺς κἀπὶ τοῦ φανεροῦ σχῆμα περιθησόμενος, καὶ τὴν εὐχὴν ἀποδώσων. Νικόλαος δὲ ὁ μέγας αὖθις ἀφανῶς προϋπεμπε· καὶ δὴ προφθάσας, καὶ προεπιστὰς τῇ πόλει, νοερῶς συντυγχάνει τῷ πάπᾳ· καθῆστο γὰρ ἐπὶ τὸν ὑψηλὸν, ὡς ἔοικε τὸ τηνικαῦτα, θρόνον ἐκεῖνος ὑψηλὸς, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀνὴρ καὶ νοερῶν θεαμάτων οὐκ ἄμοιρος. Συνίστησι τοιγαροῦν αὐτῷ, καὶ πρὸ τῆς θέας τὸν Πέτρον, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν διηγεῖται, καὶ προστάσσει τελέσειν ἐπ' αὐτὸν ἀφιγμένον, ὅσα τοὺς τὸν ἄζυγον βίον ἑλομένους ἐναγελέσθαι νομίζεται· σημειά τε προσθεὶς, ὅθεν ἂν ἐπιγνοίη τὸν εἰρημένον, καὶ τοὔνομα ἐπεπών. Ὁ μὲν τῇ συντυχίᾳ δίδωσι πέρας· Πέτρος δὲ ἤδη τὴν πόλιν εἰσῄει, μηδὲν τῶν παρὰ τοῦ προστατοῦντος ὑπηργμένων εἰδώς, καὶ τῆς μητροπόλεως εὐθὺ χωρεῖν δόξων. Ὁ μὲν ταῖς ἱεραῖς ἤδη προσέβαινε πύλαις, κἀπὶ γόνυ κλιθεὶς, ταῖς θείαις εἰκόσι τὴν προσκύνησιν διετέλει νέμων. Ὁ δὲ πάπας εὐθὺς αὐτὸν μεταπέμπεται, καὶ μυεῖ τούτῳ τὴν μονήρη δίαιταν, καὶ μεταμφιέννυσι τὴν τῇ διαίτῃ προσήκουσαν στολήν· καὶ ὡς ἐκπλαγεὶς τῷ γεγενημένῳ (πῶς γὰρ οὔ;) χάριν ἀνομολόγει Θεῷ, καὶ χεῖρας ἀνασχὼν εὐχαριστήριος ἀνῄει φωνάς. Οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τῇ καλῇ κἀγαθῇ προθυμίᾳ προσεπετίθει, καὶ ζέοντι Πνεύματι τόπον ἐζήτει βοηθήσοντα τῇ προθέσει. Καταβὰς οὖν ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, ἐντυγχάνει πλωτῆρσι Θεοῦ δηλαδὴ προνοίᾳ, τῆς πόλεως ἤδη παρεσκευασμένοις ἀπαίρειν, καὶ μετ' οὐ πολὺ τοῦ λιμένος ἀνάγεσθαι μέλλουσι, καὶ διὰ

τῆς Κρήτης πρὸς Ἀσίαν ἀποπλεῖν ἠρημένοις. Τούτοις τοίνυν καὶ αὐτὸς συνεπαίρει, τῶν κατὰ νοῦν ἴσως ἐπιτευξόμενος που, διὰ τοῦ μακροῦ τοὐδε πλοῦ· μᾶλλον δὲ Θεῷ κἀν τούτῳ πιστεύσας, ὃς πᾶν ὅτι λυσιτελὲς ἀνθρώποις ἀνύει μόνος.

ια'. Οὕτω τοίνυν ἔχων ἐλπίδος, ὄναρ ὁρᾷ τὴν ἀειπαρθένον Μητέρα Θεοῦ· ταύτῃ δὲ τὸν ἑαυτοῦ προμηθέα Νικόλαον ἐν οἰκέτου σχήματι παριστῶτα, καὶ, Ποῦ καταλύσει Πέτρος, ὦ Δέσποινα; πρὸς αὐτὴν ἠρεμαίᾳ φωνῇ φθεγγόμενον· τὴν δ' ὑπολαβοῦσαν φαιδρῶς τε καὶ κοσμίως ἀποκριναμένην· Ἔστιν ὄρος ἐπ' Εὐρώπης, κάλλιστον ὁμοῦ καὶ μέγιστον, πρὸς Λιβύην τετραμμένον, ἐπὶ πολύ τε τῆς θαλάττης εἴσω προϊόν· τοῦτο τῆς γῆς ἁπάσης ἀπολεξάμενον, τῷ μοναχικῷ πρέπον καταγώγιον προσκληρῶσαι διέγνων ἔγωγε· ταῦτ' ἄρα καὶ ἰδιαίτατον ἐνδιαίτημα τοῦτ' ἀφιέρωσα ἐμαυτῇ, καὶ Ἅγιον τοὐντεῦθεν καλήσεται· καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῦ τε τὸν πρὸς τὸν κοινὸν ἀνθρώποις πολέμιον ἐπαναιρομένων ἀγῶνα, προπολεμήσω διὰ βίου παντὸς, καὶ πάντως ἔσομαι τούτοις ἅμαχος σύμμαχος· τῶν πρακτέων ὑφηγητής, τῶν μὴ πρακτέων ἑρμηνευτής, κηδεμών, ἰατρὸς, τροφεὺς, ἣν ἄρα βούλει τροφήν τε καὶ ἰατρείαν, ὅση τε πρὸς σῶμα τείνει, καὶ τοῦτο συνιστᾷ τε καὶ λυσιτελεῖ, καὶ ὅση τὸ πνεῦμα διανιστᾷ τε καὶ ῥώννυσι, καὶ μὴ τοῦ καλοῦ διαπεσεῖν συγχωρεῖ· συστήσω δὲ ἄρα καὶ τῷ Υἱῷ καὶ Θεῷ μου, οἷς ἂν γένοιτο καλῶς καταλῦσαι τῇδε τὸν βίον, τῶν αὐτοῖς ἡμαρτημένων τελείαν ἐξαιτησαμένη παρ' αὐτοῦ τὴν ἄφεσιν.

ιβ'. Οἶδ' ὅτι πᾶσιν ἐνῆκεν ἡδονὴν ὁ λόγος εἰκότως, ὅτι τὴν περισπούδαστον ἡμῖν τε καὶ τοῖς εὐφρονοῦσιν ἅπασι κατὰ ψυχὴν σωτηρίαν ἀναμφιλέκτως ἐπαγγελλόμενος· ὅταν γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ Μήτηρ, ἥ καὶ τὰ ἀδύνατα δυνατὰ καθέστηκεν, ὑπισχνεῖται βοηθεῖν, καὶ οὐκ ἐνταυθοῖ μόνον, οὐδὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος, πρὸς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ οὐκ ἐπὶ σμικροῖς, ἀπαλλαγὴν δὲ προξενοῦσα τῶν ἀῤῥήτων ἐκείνων εὐθυνῶν, καὶ τῶν ἀκηράτων ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν, τίς οὐκ οὖν ὑπερβαλλόντως ἥδοιτο νοῦν ἔχων; Ἀλλ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς ἰτέον· ταῦτα τῆς Θεοτόκου περὶ τοῦ ὄρους διειλεγμένης, καὶ τέλος ἐπειπούσης, ὡς καὶ Πέτρος ἐκεῖ βιώσεται, τοῦ καθεύδειν οὔτος ἀνεῖται, καὶ πρὸς εὐχὴν χαρίεις εἴπερ ποτὲ διανίσταται, καὶ τὴν ψυχὴν ὥσπερ ἐπτερωμένος οἷα τὸν τοιούτων μὲν θεαμάτων, τοιούτων δὲ ἀκροαμάτων ἠξιωμένον εἰκός.

ιγ. Μικρὸν ὅσον, καὶ τῆς νεὼς τῇ Κρήτῃ παραπλεούσης, οἷς ἔδει σίτων τε καὶ πομάτων (οὐδὲ γὰρ ἐκείνῳ, τὴν σάρκα τηναρχὴν εὐθὺς ὑπόσποδον καταστῆσαι προνοουμένῳ, καὶ διημερεύοντι μὲν ἀποσίτῳ, πίνοντι δὲ τῆς θαλάττης, καὶ ταύτης μετριωτάτης) οἷς οὖν ἔδει τῶν ἐπιτηδείων, δεῖν ἔγνωσαν τῷ λιμένι προσοκεῖλαι· καὶ ἀποβάντες, ἐπ' ἀλφίτων τε καὶ ποτίμων ὑδάτων κομιδῇ πονεῖσθαι·

A los discedere ex urbe, nec multo post e portu soluturos, atque per Cretam in Asiam vela facturos. Cum hisce igitur et ipse solvit, visurus, si forte in tam longinqua navigatione occurreret alicubi locus, qui ex animi ejus sententia foret : magis vero in hoc quoque fidebat Deo, qui solus, quidquid utile est hominibus, perficit.

11. Hac spe fretus, spectabilem in somnis habet Matrem Dei semper virginem, eique astantem famulantis specie sanctum Nicolaum, providum suum curatorem ; qui ad Deiparam leni voce : Ubi tandem, o Domina, commorabitur Petrus? Et ipsa, blande ac modeste respondens, subjicit : Est in Europa pulcherrimus juxta atque summus mons, qui versus Libyam longe in mare procurrit. Hunc B ego e toto terrarum orbe elegi, atque decoram et aptam monastico instituto habitationem fieri decrevi; quinimo ipsum mihi proprium consecravi domicilium, atque imposterum vocabitur Sanctus. Quotquot istic adversus communem hominum hostem susceperint certamen, propugnabo ego quoad vixerint, ac omnino me illis præstabo invincibilem adjutricem ; quid agendum sit, docebo; quid omittendum, exponam ; agam eorum curatricem, medicam, nutricem; provisura ipsis de quovis cibo ac medicina, sive illa ad corpus attineat ipsumque consolidet corroboretque ; sive illa spiritum excitet, ac confirmet, impediatque ne virtute spolietur. Commendabo illos insuper Filio ac Deo meo, quibus illic contigerit finem vitæ imponere ; ab eoque C omnimodam illis exorabo delictorum suorum remissionem.

12 Oratio isthæc ; scio, voluptatem attulit omnibus, nec immerito ; cum maximopere expetendam, non nobis solum, sed cunctis recte sentientibus, animæ salutem citra ambiguitatem promittat. Quando enim Dei Mater, quæ quod fieri non potest effectum dat, suam addicit operam ; neque nunc solum et in præsenti sæculo, sed etiam in futuro, et non tantum in rebus parvis præstat, sed arcanis quoque illis pœnis liberat suos, atque æternorum bonorum voluptate donat ; quis, quæso, mentis compos non gaudeat supra modum? At vero ad ea quæ supersunt procedendum est. Cum talia de D monte prolocuta esset Deipara, ac tandem subjunxisset, fore ut et Petrus istic loci vitam ageret ; expergiscit hic e somno, atque ad orationem, lætus si unquam alias, se confert, totaque anima (diceres alas ei additas esse) advolat : quemadmodum par est illum facere, qui talia videre spectacula talesque audire sermones promeruit.

13. Interea navis Cretæ appropinquabat, atque vectores illi, quibus cibo potuque opus erat (neque enim Petrus, qui statim a principio carnem rationi prudenter subjecerat, diesque totos sine cibo transigebat, marinam vero eamque modicam potabat, illis indigebat) illi, inquam, vectores judicarunt portum sibi intrandum, ac descendentibus in terram victum atque potabilem aquam studiose

comparandam esse. Cum igitur ita faciendum judicassent ac re ipsa fecissent, gubernator quoque, qui aliquem istis sibi admodum familiarem habebat, eumque non procul a portu habentem, ut eumdem conveniret, e navi et ipse descendit. Ecce autem inopinato conspicatur amicum suum e morbo decumbentem, non uxore, non filiis lecto a sidentibus, aut solatium ægro pro virili sua afferentibus; quin potius ipsi quoque cum longa ægritudine luctantes, et prope ab illo decumbentes, dolores ejus augebant. Quamobrem Petri rationem vivendi animo recolens gubernator (erat nempe idoneus qui ex modica conversatione virtutem viri conjiceret) alloquitur infirmum, et : Inveni, inquit, amicorum dilectissime, remedium, quo quod te tuosque premit malum dispellam. Moxque domo egressus, quanta poterat celeritate navim repetit; ac Petrum, omnibus Christi causa obsequentissimum, se ut sequatur, rogat. Is vero statim obedit, a Deo interiori metu stimulatus.

A καὶ τοίνυν οὕτω δόξαν τε καὶ γεγενημένον, ἐπεὶ τῶν τις ἐγχωρίων ἐς τὰ μάλιστα τῷ κυβερνήτῃ συνήθης ἦν, αὐτοῦ που πρὸς τῷ λιμένι καὶ μὴ πόρρω κατῳκισμένου, ὡς αὐτὸν ἅπῃει καὶ αὐτὸς ἀποβάς· ὃς κλινοπετῆ τὸν ἑταῖρον ἐξ ἀπροσδοκήτου τεθεαμένος, τήν τε σύζυγον αὐτῷ καὶ τοὺς παῖδας, οὐ παρακαθημένους, καὶ μηχανωμένους παραψυχὴν ὅση δύναμις τῷ νοσοῦντι, μακρᾷ δὲ καὶ αὐτοὺς προσπαλαίοντας νόσῳ, καὶ τῷ παρακεῖσθαι τὸ δεινὸν ἐπιτείνοντας, τὴν Πέτρου πολιτείαν ἐπὶ νοῦν ἀναλαβὼν (δεινὸς γὰρ ἦν, ὡς ἔοικεν, ἐξ ὀλίγου συμβαλεῖν ἀνδρὸς ἀρετήν)· Εὕρηταί μοι τοῦ πανοικὶ σε πιέζοντος φάρμακον, ὦ φίλε ἑταῖρε, προσεχώνησε τῷ νοσοῦντι· καὶ τῆς οἰκίας εὐθὺς αὖθις ἀπεπήδησεν. Ἡ δὲ ποδῶν εἶχεν εἰς τὴν ναῦν ἐπανήκων, B ἔπεσθαί οἱ τὸν διὰ Χριστὸν καταπειθῆ πᾶσι Πέτρον αἰτεῖται· καὶ ὃς εὐθὺς ὑπακούει, καὶ τοῦ Θεοῦ δή που νοερῶς παρορμήσαντος.

14. Confert se igitur ad domum illam, incolarum suorum infirmitate afflictam, eamque dicto citius erigit roboratque. Ubi enim pater familias, gravi morbo detentus, primum conspexit admirabilem hunccce Patrem; continuo mitius habuit, ad se reversus est, surrexit, ad pedes medici sui procidit, ac sanus exstitit; mox inde quam citissime surgens, deduxit Petrum ad liberos atque uxorem; quibus omnibus sanitatem, ac si illam revera manibus ferret, integerrime restituit. Illico namque C cuncti, morbo ac doloribus quos patiebantur liberati, incolumes surrexerunt, nescii quid facerent, quidve loquerentur Petro, quo tantum beneficium sufficienter compensarent. At ille, quam alienissimus a laude sua reditum urgebat, nihilque omnino motus ad eorum plausus, quidquid gestum erat, Deo auctori referebat acceptum. Cumque etiam pecuniam reverso jam ad navim sancto afferrent, nihil quidquam admisit : Æquum non esse, inquiens, ut pro beneficiis, a Deo sibi collatis, homini gratias agant; sed ipsi Deo casta ac temperanti vita probatisque moribus adhæreant, secundum Deum vitam instituant, nihil eorum quæ fieri vult contemnant, nihil quod ei displicet uspiam patrent. Ita namque futurum est, inquit, ut juvante D Deo non amplius, uti paulo ante medicina indigeatis, imo nec in morbum denuo incidatis.

ιδ'. Ἐπὶ τὴν ὑπ' ἀῤῥωστίας τοιγαροῦν ἀνατετριμμένην ἐκείνην ἀφικνεῖται οἰκίαν, καὶ θᾶττον ἢ λόγος ἀνεγείρει ταύτην καὶ ἐπιῤῥώννυσιν. Ὡς γὰρ μόνον εἰς θέαν ἦλθε τοῦ θαυμασίου τοῦδε Πατρὸς, ὁ βαρείᾳ νόσῳ κατεσχημένος ἐκεῖνος, ῥᾴων τε ἦν, καὶ ἀνέφερε, καὶ ἀνίστατο, καὶ τοῖς ποσὶ προσπίπτων τοῦ τεθεραπευκότος, ἐῤῥωμένος ἐτύγχανεν· εἶθ' οὕτω ταχὺς ἐκεῖθεν διαναστὰς, ἐπὶ τοὺς παῖδάς τε καὶ τὴν σύζυγον διεκίνει τὸν Πέτρον, καὶ τὴν ὑγίειαν ὥσπερ αὐτόχρημα ταῖν χεροῖν φέρων, πᾶσι δαψιλῶς ἐνεμεν. Ἐκ τοῦ εὐθέως γὰρ ἅπαντες ἐξάντεις τῆς νόσου, καὶ τῶν συνεχόντων δεινῶν κρείττονες ἀνηγείροντο, καὶ οὐχ ὅ τι δράσειαν εἶχον, οὐχ ὅ τι λέξειαν Πέτρῳ, πρὸς τὸ τῆς εὐεργεσίας ἀποχρὸν μέγεθος· ὃν δὴ καὶ τὸ λίαν ἀφιλόδοξον, πρὸς τὴν ἐπάνοδον ἠπείγε, πρὸς τὸν ὑπ' ἐκείνων κρότον ἀνεπίστροφον παντάπασιν ὄντα, καὶ πρὸς Θεὸν ἀναφέροντα τὴν τῶν γενομένων αἰτίαν· ᾧ δὴ καὶ χρήματα τούτων προσενεγκόντων, μετὰ τὴν πρὸς ναῦν ἐπανάλυσιν, αὐτὸς οὐ προσήκατο, Μὴ δεῖν, αὐτοῖς λέγων, ὑπὲρ τῶν ὑπὸ Θεοῦ τούτοις ἀγαθῶν ὑπηργμένων, ἀνθρώπῳ τὴν χάριν ὁμολογεῖν, ἀλλ' ἐκείνῳ διὰ καθαροῦ τε βίου καὶ σώφρονος, καὶ τρόπων προσανέχειν ἐλευθερίων, καὶ κατὰ Θεὸν ζῆν, μηδὲν ὑπερορῶντας τῶν αὐτοῦ θελημάτων, μηδὲ τῶν ἀπαρεσκόντων ὅλως ἐκείνῳ ποτὲ γινομένους· οὕτω γὰρ ὑμεῖς, φησὶν, οὐδὲ ἰατρείας ἔτι σὺν Θεῷ δεήσεσθε ἅτε τὴν ἀρχὴν, μηδὲ νόσῳ περιπεσόντες.

CAPUT III.

Iter in montem Athum, et vita illic dure sancteque acta.

15. Cum talibus Petrus dictis animum quoque hominum istorum recte composuisset, jussit illos domum reverti; ipse vero e portu solvit cum reliquis vectoribus, qui et felicem navigationem suam viri sancti virtutibus referebant acceptam. Toto quippe eatenus tempore, diu noctuque, vento secundo navigaverant; ac eumdem imposterum quo-

ιε'. Οὕτως ἐκεῖνος καὶ τὸν ἐντὸς αὐτοῖς ἄνθρωπον εὖ διατιθέμενος, τοὺς μὲν οἴκαδε ἐπέτρεπεν ἐπανιέναι, τοῖς συμπλέουσι δὲ αὐτὸς συνανήγετο, οἱ καὶ τῆς σφῶν εὐπλοΐας, τάνδρὸς ἠτιῶντο τὴν ἀρετὴν, ἐξ οὐρίας· καὶ γὰρ διὰ πάσης ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς, τὸν μέχρι τοῦδε πλοῦν ἤνυσαν, καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος ὑπῆρχον θαῤῥοῦντες. Ἀλλὰ γὰρ οὕτως

ἐχόντων τε καὶ διανοουμένων, ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου παντάπασιν, ἔτ' ὄντος τοῦ πνεύματος ἐπιφόρου, καὶ λαμπροῦ κατὰ πρύμναν προσβάλλοντος, τοῦ πρόσω προβαίνειν ἡ ναῦς ἀφεῖται, καὶ ἀκίνητος ἔμενε. Πάντα δὲ κάλων ἐκείνων κινούντων, ὡς καὶ ἡ παροιμία φησὶ, τὰ τῆς ἀκινησίας οὐδαμῶς ἐνεδίδου. Καὶ δὴ τῶν ναυτῶν ἐξηπορημένων, καὶ μικροῦ τῆς ἴσης μετασχόντων ἀκινησίας, τοῦτο μὲν ὑπ' ἐκπλήξεως, τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ μηδὲν ἔχειν πράττειν. Οὕτως ἐκ τόπου τοῦ πράγματος ὄντος, ὁ θεῖος Πέτρος τῆς ἡσυχίου καθέδρας ἐξαναστὰς, καὶ περιβλεψάμενος, τὸ τοῦ διαφαινομένου ὄρους ὄνομα ἐρωτᾷ· ὁ δὴ τὸν Ἄθω πυθόμενος εἶναι, συνῆκέ τε καὶ ἀπαγγέλλει τὸ κατέχον ἀτρεμῆ τὴν ναῦν. Ἐν τούτῳ, φησὶν, ἔνι τῷ Θεῷ βουλομένῳ, τὸν ὑπόλυπον διανῦσαί με βίον· καὶ τῷ τῶν οἰάκων ἐπικαθεζομένῳ, τῆς γῆς εὐθὺς πρὸς τὸ εὐώνυμον ἰθῦναι τὴν ναῦν ἐγκελεύεται· καὶ ὃς, ὡς οὐδὲν μελλήσας τὸ κελευσθὲν ἤνυσεν, ἡ ναῦς τῶν δεσμῶν ἀνεῖται, κἀπὶ τὸ εὐκίνητον εὐθέως μᾶλα μετέβαλεν.

ις'. Ἆρ' οὐκ ἔκπληξις ἐπὶ τούτοις πᾶσιν ἐγγίνεται; Πῶς ἡ πλώϊμος φύσις, ἡ τῆς θαλάττης εὐδιάῤῥυτος ἰδιότης, ποῖ μὲν ὑποχωρεῖ καὶ πάροδον δίδωσι τῇ νηΐ, τῇ προσβολῇ τῶν πνευμάτων ἐλαυνομένῃ· ποῖ δ' ἀρνησαμένη τὴν φύσιν, τὴν ἀντιτυπίαν μεταλαμβάνει, καὶ χέρσου δίκην ἐπὶ χώραν παρακατέχει τὴν ναῦν; Πῶς δὲ καὶ τὸ τοῦ πνεύματος εὐδιάχυτον ἐν μέρει συστέλλεται, καὶ μὴ συναρπάζει ταύτην τῷ περιφανεῖ τῆς ῥύμης, μηδενὸς ἐπιτειχίζοντος σφοδροτέρου σώματος; Τῷ γὰρ εὐκινήτῳ τῶν ὑδάτων τὸ πνεῦμα πλεονεκτεῖ. Καὶ τοῦ φανῆναι τὴν ἐν τῷ πυθμένι τῆς θαλάττης ἤπειρον ταύτης διαστάσης, τὸ θαλάττης ῥυτὴν ἐπιφάνειαν, στερέμνιον ὅσα καὶ ἤπειρον γενέσθαι, θαύματος οὐκ ἐλάττω φέρεται δόξαν· οὐκοῦν προσθετέον τοῦτο τοῖς παλαιοῖς θαυμασίοις, καὶ διηγητέον οὐχ ἧττον ἐκείνων, καὶ ὑμνητέον ἐπὶ τούτῳ Θεὸν, ᾧ μηδὲν ὧν ἂν βούλοιτο, τὸ παράπαν ἀνήνυτον.

ιζ'. Ἀλλ' οὕτως ὁ τῷ Πέτρῳ σύμπλους ὅμιλος τῇ γῇ προσελάσαντες, πρὸς τὴν ὑπώρειαν ἀποβιβάζουσιν οὐκ ἀδακρυτὶ τὸν γενάδα· ὃς καὶ ἀνέλαβεν ἤδη καταπεπτωκότας ὑπ' ἀνοίας αὐτοὺς, προειπὼν αὐτοῖς τόν τε πλοῦν ἀκίνδυνον, καὶ τὴν πρόθεσιν ἀνύσιμον ἕξειν. Οἱ μὲν οὖν ἐστέλλοντο μετ' ἀγαθῶν τῶν ἐλπίδων· ὁ δὲ βίᾳ μὲν, ἐπέβαινε δὲ ὅμως τῶν ἀβάτων, καὶ ἀνέβη τὸ ὄρος, καὶ εἰσέδυ τὰ ἄδυτα, Θεῷ μόνῳ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐπιτρέψας, ᾧ καὶ μόνῳ προεθυμήθη τε καὶ ὑπέστη ζήσειν, ὃ καὶ εἰς τέλος ἀγαγεῖν ἐσπούδασεν, οὐ μόνον ἀπόσιτος ὢν σχεδὸν, τῶν ὅσα πέφυκεν ἀνθρώπων συνέχειν φύσιν, καὶ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένος τοῦτι τὸ μέρος, ἀλλὰ καὶ ψύχει καὶ καύσωνι καὶ παγετοῖς καὶ χιόσι καὶ ὄμβροις, γυμνός τε καὶ ὕπαιθρος, ὦ τῆς καρτερίας! ταλαιπωρούμενος. Ἀνὴρ γὰρ ἐκεῖνος, εἴπερ τις, νοῦν ἔχων, καὶ συνιεὶς τὴν τοῦ γηΐου τοῦδε συγκρίματος φύσιν, ὡς καὶ αὐτὸν βρίθει τὸν νοῦν, καὶ πρὸς γῆν κατασπῶσα,

que afflaturum fidenter sperabant. Verum taliter iis animatis et cogitantibus, ecce nec opinato plane eventu, secundo etiam perseverante vento et vehementer in puppim incumbente, desiit navigium porro progredi, et immobile in loco stetit. Ipsis autem omnem, quod dicitur, rudentem moventibus, nihil quidquam profectum est; nautæ vero mentis inopes, pari ferè cum navi immobilitate hærebant, partim præ stupore animi, partim quod nescirent quid consilii caperent. Cum loco tam malo res esset, divinus Petrus e sede ubi quiescebat surgens, oculosque circumferens, montis qui forte sub aspectum cadebat', sciscitatur nomen: quem ubi Athum appellari didicit, simul intellexit atque alios docuit causam, cur ita moveri nescia consisteret navis. In hocce, inquit, monte Deo volente reliquum meæ vitæ transigendum mihi est: et clavum tenenti imperat, ut sinistrorsum navim ad terram recta dirigat: quod ubi is, nihil cunctatus, effectum dedit, illico navis, solutis vinculis facillime ut prius moveri cœpit.

16. Nonne hinc admiratio cunctis vectoribus suborta fuerit; quo pacto navigabile elementum, fluida maris proprietas, modo cedat iterque præbeat navi, impetu ventorum impulsæ; modo naturam quodammodo suam exuta, contrariam assumat, ac terræ instar affixam navim eodem loco detineat? Quo pacto item fluidissimæ naturæ ventus parte sui contrahatur, ac navim manifesto impetu suo non abripiat, nullo ipsi validiore corpore obsistente; ventus enim facilitate motus aquam antecedit. Neque vero minoris miraculi gloriam habet, quod fluida maris superficies, firma adinstar continentis facta sit; quam quod divisis aquis, in fundo maris, continens apparuerit aliquando. Quamobrem hocce etiam antiquis annumerandum, nec minus quam illa divulgandum venit miraculum: in eoque Deus, qui quidquid libuerit tam facile perficit, laudari præcipue debet.

17. Itaque qui cum Petro navigabant vectores, navi terræ admota, ad radicem montis generosum virum non sine lacrymis dimiserunt: quos ipse, præ tristitia animis concidentes, blande erexit; prædicens fore ut imposterum secure navigent, atque ad terminum feliciter perveniant. Illi igitur, spe bona pleni, cœptum iter prosequuntur: ipse vero, magno quidem labore, sed tamen contendit per invia locorum, conscendit montem, inaccessa penetrat, soli Deo se suaque committens; cui pariter soli vivere magnopere cupiebat, ac victurum pollicitus fuerat. Hoc autem ipsum studiose ad exitum perduxit, non modo abstinens ab omnibus fere cibis, qui humanam sustentare naturam consueverunt, factus hac parte paulo inferior angelis; verum etiam frigus, æstum, glaciem, nives ac imbres nudus, sub dio (o tolerantiam!) constanter tulit. Vir quippe erat, si quis alius, perspicax; atque intelligebat, quomodo terrenæ hujus concretionis na-

tura animum aggravet, eumque in terram depri- A mens, suam in cœlo conservationem habere non sinat. Hæc, inquam, probe intelligens, tum aliis modis, tum moderato admodum usu obviarum herbarum, mirifice macerabat corpusculum, vigorem animo præclarum afferebat, atque cor suum vere divinum vehiculum, et alterum cœlum, imo et charius cœlo habitaculum Deo, diligenti quietis conservandæ studio, efficiebat. Hoc vero, ut compendio dicam, consistit in propensione animi et conversione ejus in se ipsum, aut potius in omnium animæ facultatum (etsi dictum mirabile sit) conversione in mentem, atque in constanti eorum, quæ ratio Deusque dictant, exsecutione.

τὸ πολίτευμα ἔχειν ἐν οὐρανοῖς οὐκ ἐᾷ, διὰ πάντων· καὶ τῶν ἐνόντων βοτανῶν πάνυ μετρίων μεταλαμβάνων, δεινῶς συνέτηξε τὸ σαρκίον· καὶ τῷ νῷ τόνον ἀξιόλογον ἐνειργάσατο, καὶ θεῖον ἀτεχνῶς ὄχημα τὴν καρδίαν, καὶ οὐρανὸν ἄλλον, καὶ τοῦ οὐρανοῦ φίλτερον ἐνδιαίτημα τῷ Θεῷ, τῇ καθ' ἡσυχίαν ἀκριβεῖ σχολῇ συνέστησε· τοῦτο δέ ἐστιν, ὡς συνελόντα φάναι, τοῦ νοῦ πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστροφὴ καὶ σύνεσις· μᾶλλον δὲ, πασῶν τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, εἰ καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν, πρὸς τὸν νοῦν ἐπιστροφὴ, καὶ ἡ κατ' αὐτόν τε καὶ Θεὸν ἐνέργεια.

18. Quæ porro hic ab illo gesta sunt, pro merito B suo explicari omnino non possunt. Quando enim mens omnibus sub sensum cadentibus superior evaserit; ac turbationum, quas talia afferre solent, pelago emerserit, atque interiorem hominem probe perspexerit, considerata prius turpi larva qua mortalium errata obtegi consueverunt, hanc doloris adminiculo tollere festinat: posteaquam vero abstulerit fœdum hocce tegumentum; tum plane cum anima variis affectionibus non amplius indecorum in modum distrahitur, vix tandem consequitur pacem, veramque attingit quietem, et Deum propter quem exsistit, quantum fieri potest cognoscit. Tunc etiam superat naturam propriam, ac participatione quadam divinam induit, semperque ad meliora progreditur, si modo omni ex parte probe muniatur, et C ex nulla aditum quemcunque præbeat veteri malorum artifici, qua irrepat; animamque scopis mundatam inveniens, ibidem cum asseclis suis habitet, pessimæque suæ legioni, heu! castra metetur; atque ita secundum sententiam illam evangelicam, « Novissima hominis istius pejora prioribus fiant [1]. »

ιη'. Τὰ δὲ ἐντεῦθεν πρὸς ἀκρίβειαν ἐξειπεῖν, ἀδύνατον. Ὅταν γὰρ ὁ νοῦς αἰσθητοῦ παντὸς ἀπαναστῇ, καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τῆς περὶ ταῦτα τύρβης ἀνακύψῃ, καὶ κατοπτεύσῃ τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον, τέως μὲν ἐνιδὼν τὸ προσγενόμενον εἰδεχθὲς, προσωπεῖον ἐκ τῆς κάτω περιπλανήσεως, τοῦτο διὰ πένθους ἀπονίψασθαι σπεύδει· κἀπειδὰν περιέλῃ τὸ δυσειδὲς, τοῦτο κάλυμμα, τότε δὴ, τότε μὴ ποικίλαις σχέσεσι τῆς ψυχῆς ἀγεννῶς διασπωμένης, μόγις εἰρήνην ἄγει, καὶ τῆς ὄντως ἡσυχίας ἅπτεται, καὶ [γινώσκει] καθ' ὅσον ἐγχωρεῖ, τὸν Θεὸν, δι' ὃν ἐστιν. Ὅ τε καὶ τὴν ἰδίαν ὑπερβάλλει φύσιν, καὶ θεοῦται τῇ μετουσίᾳ, προκόπτων ἐπὶ τὸν κρεῖττον ἀεὶ, μόνον εἰ φράττοιτο πανταχόθεν εὐφυῶς, καὶ μηδαμόθεν ἔχει πάροδον, ἡντινοῦν ὁ τῆς κακίας ἀρχῆθεν ἀσκητὴς, ἵνα μὴ παρεισδύῃ, καὶ σεσαρωμένον εὑρὼν, μετὰ τῶν ὀπαδῶν τῇ ψυχῇ παραμείνῃ, καὶ τῆς οἰκείας πονηρᾶς φάλαγγος στρατόπεδον, φεῦ! αὐτὴν ἀπεργάσηται, καὶ « γένηται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων, » κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν ἐκείνην φωνήν.

19. Sed hoc quidem omnino absit ab illo. Quando vero mens, uti jam explicare cœpit oratio, omnes animæ insidentes affectus eliminaverit, in eamque tranquillitatem summam induxerit, jamque non solum ipsa se, sed alias etiam facultates animæ ex integro in se converterit, et quidquid larvatum est a se amoverit, prius quidem quidquid deterioris C notæ est, deinde progrediens ad id quod perfectius, imo quod perfectissimum est, atque ad superiorem animæ partem attinet, non modo duas materiales potentias transiens, sed etiam ad spirituales atque illusionis expertes intelligentias transcendens, omniaque pie simul ac religiose in Deum referens, surda et muta, prout scriptum est, Deo astiterit: tunc conditionem materiæ coercet, exprimitque in se formam cœlestem summa cum tranquillitate, utpote nullo pulsata pravo affectu, tota vero per infusam gratiam in melius commutata. Talibus igitur dotata mens, transmittit etiam ad conjun-

ιθ'. Ἀλλὰ μὲν τοῦτο μὲν ἀπείη πάντως. Ὅταν δὲ ὁ νοῦς, ὡς ἤδη φθάσας ἐδήλωσεν ὁ λόγος, ἅπαν ἔνοικον πάθος ἀπολέσας, τὴν ἀπροσπάθειαν περιποιήσῃ τῇ ψυχῇ, καὶ μὴ μόνον αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἄλλας τῆς ψυχῆς δυνάμεις ὁλοκλήρως ἐπιστρέψας, ἅπαν ἐπίκτητον ἐκ μέσου ποιήσηται, τέως μὲν ὅ τί ποτε τοῦ πονηροῦ κόμματος, προῖὼν δὲ ἐπὶ τὸ τελειώτερον, μᾶλλον δὲ τὸ τελειώτατον, καὶ τὰ τῆς χρηστοτέρας μερίδος, οὐχ ὅπως τὴν ὑλικὴν δυάδα διαβὰς, πρὸς δὲ καὶ νοητῶν καὶ τῶν οὐκ ἀφαντάστων νοημάτων ὑπεραναβὰς, καὶ πάντα θεοφιλῶς ὁμοῦ καὶ φιλοθέως ἀποθέμενος, κωφός τε καὶ ἄλαλος, κατὰ τὸ γεγραμμένον, παραστῇ Θεῷ, τηνικαῦτα λόγον ὕλης ἴσχει, καὶ πλάττεται τὴν ἄνω πλάσιν ἐπὶ πάσης ἀδείας, ἅτε μηδενὸς θορυκοποῦντος τῶν παθῶν, τῆς ἐκτὸς χάριτος ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταῤῥυθμιζούσης ὅλον· ὁ μέντοι τούτων εὐμοιρήσας νοῦς, καὶ πρὸς τὸ συνημμένον σῶμα πολλὰ διαπορθμεύει τοῦ θείου κάλλους τεκμήρια·

[1] Matth. XII, 45.

γάριτί τε θείᾳ καὶ σαρκὸς παχύτητι μεσιτεύων, καὶ δύναμιν τῶν ὀδυνάτων ἐντιθείς.

κ'. Ἐντεῦθεν ἡ κατ' ἀρετὴν θεοειδὴς καὶ ἀπαράμιλλος ἕξις, καὶ τὸ πρὸς κακίαν ὅλως οὐ κινητὸν ἢ δυσκίνητον αἵ τε θαυματοποιαὶ, καὶ τὸ διορᾶν τε καὶ προορᾶν, καὶ περὶ τῶν πόῤῥω που συμβαινόντων, ὡς ὑπ' ὀφθαλμοὺς διαλέγεσθαι· καὶ τὸ δὴ μέγιστον, ὡς οὐδὲ περὶ ταῦθ' ὁ σκοπὸς τείνει τῶν μακαρίων ἐκείνων, ἀλλ' ὥσπερ εἴ τις ὁρᾴη πρὸς ἡλιακὴν ἀκτῖνα, καὶ τῶν ἐναερίων ἀτόμων αἰσθάνεται· κἂν μὴ τοῦτο τῷ προσορῶντι σκοπός· οὕτως ἐκείναις ταῖς θείαις ἀκτῖσι καθαρῶς ὁμιλοῦσιν, αἷς φύσει πρόσεστιν ἡ πάντων ἀποκάλυψις, οὐχὶ τῶν ὄντων μόνον ἢ καὶ γεγενημένων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔπειτ' ἐσομένων, ὁδοῦ πάρεργον ὡς ἀληθῶς ἡ τούτων προσγίνεται γνῶσις. Σκοπὸς δὲ αὐτοῖς, ἡ κατὰ μοναχοὺς ὑπερτελὴς τελειότης, ἡ ἀληθὴς ἡσυχία, μᾶλλον δὲ ὁ τῆς ἀληθοῦς ἡσυχίας, ὃν ἔφημεν, καρπός· τὸ δυστέκμαρτον καὶ δυσεκλάλητον καὶ δυσεπίτευκτον χρῆμα, κἂν ἡμᾶς τὸ τῆς ὑποθέσεως ὑπερβάλλον, καὶ περὶ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἐπῆρε διὰ βραχέων ὑποσημῆναι τανῦν.

A clum sibi corpus indicia pulchritudinis divinæ, inter gratiam ejus et carnis molem interposita, et tribuit ei facultatem efficiendi quæ fieri alias non possunt.

20. Hinc fit ut quidem divinus et sine repugnantia operans virtutis habitus nascatur; ut animus in malum aut nullo prorsus modo, aut non facile inclinetur; ut miracula patrandi virtus acquiratur; ut quis præsentia perspiciat, et prospiciat futura; atque de rebus, quæ locis procul remotis contingunt, non aliter quam si sub oculis fierent, sermocinetur; et, quod præcipuum est, in illa aciem suam non intendant beati illi; sed veluti si quis in solares radios obtutum converterit, etiam aereos atomos delegit, tametsi id non intenderit is qui intuetur; ita illi, qui divinis radiis, natura sua revelantibus omnia, clare illustrari consueverint, rerum non modo quæ nunc sunt quæque fuerunt, sed etiam quæ futuræ sunt, cognitionem pro quisquiliis, ut vere sunt, reputent: habeant vero pro scopo suo absolutam monastici status perfectionem, id est, veram animi quietem, aut potius ipsum veræ quietis, quem diximus, fructum; rem utique difficilem captu, difficiliorem dictu, difficillimam acquisitu; licet nos excellentia argumenti ex eitaverit, ad prodendum nunc paucis, etiam illa quæ vires nostras excedunt.

CAPUT IV.

Semel atque iterum tentatus a dæmone per orationem superior evadit.

κα'. Ὁ μέντοι μεγαλόνους ὄντως οὗτος Πέτρος, ἐφ' ὃ προσεκλήθη συνείς, ὅλῳ, κατὰ τὴν παροιμίαν, προσεχώρει ποδί· τοῦτο δὲ ἦν, οὐχ ὁ τῶν χαρισμάτων ὄγκος· ἄπαγε! οὐδὲ γὰρ ἐδελεάσθη ποτὲ λιχνείᾳ τούτων ὁ μέγας, ἐπεὶ μηδὲ προῦργου τοῦτ' εἶναι τοῖς ὑπελθεῖν ἐγνωκόσι τὴν ἡσύχιον ἀγωγὴν, ὁ λόγος ἔχει δηλώσας· ἀλλ' ὥστε τῇ χάριτι δυνηθῆναι δοῦναι χώραν, ἐπισκευάσαι τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον, καὶ πρὸς τὸ πρωτότυπον εὐδιαθεῖναι τὸ ἀρχαῖον ἐκεῖνο καὶ ἀμήχανον ἐπανθῆσαι κάλλος. Ἀλλ' ὁ μὲν οὕτως ὡρμημένος, ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ, κατὰ τὸν Ψαλμῳδὸν εἰπεῖν, διέθετο. Τί δ' ὁ τοῦ φθόνου πατὴρ, τὸ τοῦ δόλου πλήρωμα, ὁ κακοῦ παντὸς ἐργάτης ἢ προστάτης, μᾶλλον δὲ τὸ συναμφότερον· ὁ πρῶτος ἀποστάτης, καὶ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἀποστήσας τοῦ Θεοῦ, τί συσκευάζει; Καὶ πῶς; ἑαυτῷ χρῆται κατὰ τῆς τοῦ δικαίου ψυχῆς; Κακούργως μὲν, ἐπιεικῶς δ' ὅρως, ἀξίως ἑαυτοῦ. Ὁρῶν γὰρ ἔξω βελῶν, ὅ φασι, γεγονότα τὸν μέγαν, τῇ τοῦ κόσμου καὶ τῶν κατ' αὐτὸν ἡδέων φυγῇ, δι' ὧν ἐκεῖνος συλᾷν εἴωθε τὰς ἀγενεστέρους ψυχὰς, κἀντεῦθεν οὐχ ὕναρ μόνον διὰ τοῦ φανταστικοῦ πνεύματος, ὃ νοερᾶς ὄχημα ψυχῆς ἡ φιλοσοφία φησὶ, θειοτέρων θεαμάτων ἠξιωμένον καὶ προηγμένον ἐπὶ τὸ βέλτιον, ἀλλ' ἤδη καὶ τῆς φαντασίας αὐτῆς ὑπερκύψαντα, καὶ τῇ τῶν ἀΰλων ἐπαφῇ καθαρῶς προσχωροῦντα, καὶ θαυμαστῶς φωτιζόμενον, ὃ φησι Δαβὶδ ἀπὸ ὀρέων

C

21. Vere igitur magnanimus hicce Petrus, quo vocatus esset intelligens, manibus pedibusque, ut proverbium habet, eo festinavit. Id vero erat, non amplitudo donorum; absit, horum namque cupidine nunquam captus fuit magnus ille vir; quoniam talia iliis qui solitariam vitam statuerunt aggredi, haud magni facienda esse, nihil attinet declarari oratione nostra: verum eo festinavit ut gratiæ præberet locum, ut interiorem poliret hominem, ut juxta prototypon suum rite efformaret antiquum illud et vix reparabile animi decus. Enimvero sic ille incitatus, ascensiones, secundum Psalmistæ dictum [1], in corde suo disponebat. At vero quid parens invidiæ, plenus doli, omnis boni ultroneus desertor, omnis mali artifex aut patronus, imo

D

utrumque simul: ille primus Dei desertor, quique primo homini, ut et ipse Deum desereret, auctor fuit; quid ille machinatur? Quomodo se gerit adversus animam justi? Maligne quidem; sed tamen moderatione se digna usus. Conspiciens namque virum extra teli jactum, ut loquimur, positum per fugam qua mundum et quæ in mundo sunt voluptates, quibus malignus ille enervare consuevit degeneres animas, dereliquerat; atque hinc non modo in somnis per imaginarios spiritus (quos philosophia animæ rationalis vehiculum vocat) divinis visionibus dignatum, iisque ad præclaram virtutem progressum esse; verum jam ipsam quo-

[1] Psal. LXXXIII, 6

que imaginandi facultatem supergressum, ad claram eorum, quæ materia nulla constant, intelligentiam pervenisse; ac mirabiliter a montibus æternis, quod ait David [a], illuminatum, huic etiam monti splendorem luminis impertivisse, depulsis inde, quod prius ipse fuerat, tenebris; hæc, inquam, conspiciens malignus dæmon, ferre non potuit, intolerabile ducens, eo Petrum, etiamnum corporis sarcina gravatum, ex imo elevatum esse; unde ipse consilii sui malignitate exciderat: Petrum supernam ac meliorem partem adeptum esse sibi vero ne infimam quidem permitti.

22. Taliter ille invidia æstuans, terrere atque loco pellere sanctum violenter aggreditur. Ac primus quidem insultus, quam ridiculus, imo quam ineptus! In virum quippe unum, eumque non tantum armis, sed necessariis quoque vestimentis destitutum, diutina confectum inedia, perque varias afflictationes membris omnibus miserabiliter contabescentem; in unum, inquam, nudum, inermem, debilem, ipse ducis formam atque habitum indutus, sagittariorum turmam secum trahere visus, inconditis vociferationibus clamoribusque personans, ferox impetum facit; inque specum, ubi tunc temporis habitabat Sanctus, sese infert, ac ipsum ad conserendas secum manus provocat: foris autem larvata sociorum cohors omnia late complebant fragore, prægrandia quæ circum jacebant saxa inter se collidebant; arbores quoque, alias quidem radicitus evellebant, alias vero confringebant; omnia denique veluti adversus speluncam machinabantur.

23. Ubi vero magnus ille vir, talibus pavefactus, per orationem se ad Deum ex animo convertit, mentisque oculos ad eum fixos intendit; ne momento quidem amplius persistere illic valens nequam iste, continuo disparuit. Non tamen diu post, in serpentes denuo se ipse cum toto exercitu suo convertit; iisque ipse, reptando præcedens, ducem præstabat se, neutiquam similis aliis, aut re ipsa exsistens, aut apparens, sed magnitudine immensus visuque terribilis (referebat enim omni ex parte draconem) insurgebat de terra; ac sublime erigens collum, videbatur ex oculis scintillas vibrare, inflatis vero buccis passim flammas spirabat, cruentam movens linguam, longe ultra mentum extensam, præsentique veneno aut scatentem aut scatere visam. Quando vero cum Petro congredi parabat, eminus minitabatur, fore, ut spiritus sui impetu impavidum virum abriperet sibi in prædam.

24. Interea Petrus ne quidem aspectu dignabatur adversarium; manibusque indefesse in cœlum elevatis, spiritualem Amelech denuo superavit atque expulit, velocius recedentem quam accesserat. Capiebat etiam pœnitudo scelestissimum caput, cum omnia secus evenirent, atque ipse meditatus fuerat. Semper enim pugilis generosi acta considerans, ejusque intensum ac sublimem orandi modum

[a] Ps. LXXV, 5.

αἰωνίων, καὶ τῷ ὄρει τούτῳ τῆς αἴγλης μεταδιδόντα τοῦ φωτὸς, καὶ οὕτω ποιοῦντα τὸ σκότος ὑπερόριον, ὅπερ ἦν ἀντικρὺς αὐτὸς, οὐχ οἷός τε φέρειν ἐτύγχανεν ὢν· τῶν ἀνυποίστων ἡγούμενος· ὅθεν αὐτὸς ἀπερρύη κακοβουλίᾳ, τὸν Πέτρον κάτωθεν ἀνηγμένον, ἔτι καὶ τὸ τοῦ σώματος ἐφόλκιον ἐπαγόμενον, τοῦτον μὲν τῆς ἄνω καὶ κρείττονος ἐπειλῆφθαι μερίδος, ἐκείνῳ δὲ, μηδὲ γοῦν τῆς κάτω παραχωρεῖν.

κβ'. Οὕτω δὲ τῇ βασκανίᾳ διατεθεὶς, δεδίττεσθαί τε καὶ ἐξωθεῖν τοῦτον ἐπεχείρει ταῖς ἐπηρείαις. Καὶ ἡ πρώτη τῶν ἐπηρειῶν, ὡς γελοῖον, μᾶλλον δὲ καταγέλαστον; Πρὸς ἕνα γὰρ, καὶ τοῦτον οὐχ ὅπως ὅπλων, ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν ἀναγκαίων περικαλυμμάτων ἐστερημένον, καὶ τῷ μακρῷ τῆς ἀσιτίας κατειργασμένον, καὶ δεινήν τινα σύντηξιν ταῖς ποικίλαις ταλαιπωρίαις κατὰ πᾶν ὑποστάντα μέλος, πρὸς ἕνα γυμνὸν, ἄοπλον, ἐκνενευρισμένον, στρατηγοῦ μορφὴν αὐτὸς καὶ σχῆμα περιβαλλόμενος, καὶ τοξοτῶν ὥσπερ ἐπισυρόμενος πλῆθος, παρακελεύμασί τε καὶ βοαῖς χρώμενος, θρασὺς ἐπῄει· καὶ τὸ σπήλαιον, ὃ τηνικαῦτα τὸν ἅγιον ἐνῳκισμένον εἶχεν, εἰσῄει, πρὸς συμπλοκὴν ἐκκαλούμενος· τὰ δὲ ἐκτὸς πάντα πατάγῳ περιηχοῦντες, καὶ τοὺς εὐμεγέθεις τῶν παρακειμένων λίθων ἀλλήλοις προσαράσσαντες, δένδρων τε τὰ μὲν ἀνασπῶντες, τὰ δὲ διακλῶντες, πάνθ' ὥσπερ ἐπὶ τὸ σπήλαιον ἡ τῶν ὀπαδῶν ματαία ἐκείνη συνεκίνει φάλαγξ.

κγ'. Ὡς δ' ὁ μέγας ἐκεῖνος ὑποδειλιάσας, ἐκ ψυχῆς δι' εὐχῆς τῷ Θεῷ προσέδραμε, καὶ νοερὸν ἀτενὲς ἀνέσχε πρὸς αὐτὸν ὄμμα· μηδὲ πρὸς μικρὸν παραμένειν ἔτ' ἔχων ὁ πονηρὸς, ἀφανὴς εὐθὺς ἐγεγόνει. Μετ' οὐ πολὺ δ' αὖθις, εἰς ὄφεις πανστρατεὶ μεταβαλὼν, ἡγεῖτο προέρπων αὐτὸς, οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους ὢν ἢ φαινόμενος, ἀλλ' ὑπερφυὴς τὸ μέγεθος καὶ φοβερὸς ἰδεῖν (δράκοντι γὰρ ἀτεχνῶς ἐῴκει) διανίστατό τε δῆθεν, καὶ μετέωρον αὐχένα φέρων, ἀποσπινθηριάζειν ἐδόκει τῷ ὀφθαλμῷ, γνάθους δὲ φυσῶν πῦρ ἄντικρυς ἔπνει, καὶ φόνιον ἐκίνει γλῶτταν τῶν γενείων πολὺ προχεομένην, καὶ μεστὴν οὖσαν ἢ δοκοῦσαν ἰοῦ θανατοφόρου· ὁμόσε δὲ κατὰ τοῦ Πέτρου χωρῶν, πόρρωθεν ὥσπερ τῇ τοῦ πνεύματος ἠπείλει ῥύμῃ, τὸν ἀπτόητον ἐκεῖνον ἁναρπάσειν τε καὶ λαφύρεσθαι.

κδ'. Τοῦ δὲ μηδὲ πρὸς θέαν γοῦν ὅλως ἐπιστράφεσθαι ἀξιοῦντος, ἀκλινῶς δὲ πρὸς οὐρανὸν τὰς χεῖρας ἀνατεταμένας ἔχοντος, ὁ νοητὸς πάλιν Ἀμαλὴκ ἡττᾶτο καὶ συνηλαύνετο, καὶ ταχύτερος ἦν ἀποχωρῶν ἢ προσάγων· ἐλάμβανε δὲ ἄρα καὶ μετάμελος τὸν ἀλάστορα, τοὐναντίον ἅπαν ἢ διενοεῖτο διαπραττόμενον· τὸ γὰρ ἀεὶ σύννους τοῦ γενναίου, καὶ τὸ τῇ εὐχῇ σύντονόν τε καὶ μετάρσιον χαλάσαι πει-

ρώμενος, καὶ λαβεῖν ἐντεῦθεν ἡντινοῦν λαβὴν, αὐτὸς ἀκμαιοτέραν ἐνεποίει τούτῳ τὴν σπουδὴν, καὶ καλλίστους ἄκων προὐξένει τοὺς στεφάνους. Ὡς ἔμοιγε τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἔνστασιν ἀναλογιζομένῳ νῦν, οὐδὲ τῶν μαρτυρικοὺς ἆθλους ὑπελθόντων ἀποδεῖν ἡγεῖσθαι τοῦτον ἔπεισεν. Οἱ μὲν γὰρ, ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸ πρὸς Θεὸν σέβας ἐξομόσασθαι, πάντα ἐξ ἀνάγκης ἔφερον· ὁ δὲ, τὴν καρτερίαν ἐκείνων οὐκ ἐλάττων οὗτος, ὑπὲρ τοῦ μηδὲ πρὸς βραχὺ τὸν νοῦν ἀποστῆσαι τοῦ Θεοῦ, πᾶσαν ἐπαγωγὴν πρόθυμος ὑπέμεινεν. Ἐπὶ δὲ μείοσιν οὗτος ἀφορμαῖς, τοὺς μεγάλους δεῖν ἐγνωκὼς ὑπενεγκεῖν ἀγῶνας· τί οὐκ ἂν ἄσμενος ἔπαθεν, εἴπερ τῶν μεγίστων προκινδυνεύειν ἐνῆν;

A lavare tentans; aliquali ex virtutibus occasione sumpta, acuebat potius ejusdem diligentiam, et invitus pulcherrimas ei parabat coronas. Mihi vero, viri constantiam nunc consideranti, persuasum est, nihilo minus ipsum præstitisse, quam qui martyrii certamen subierunt. Illi namque, ut ne divino cultui remitterent nuntium, necessario omnia perferebant: noster vero, nihil illis constantia cedens, vim omnem alacer lætusque sustinuit, ut ne vel tantillum a Deo mentem separaret. Qui vero propter minores causas credebat subeunda sibi esse magna certamina; quid non libens passus fuisset, si res majoris momenti in periculum fuissent adductæ?

CAPUT V.

Tertium impugnatur a dæmone, famulum ejus simulante, ac reditum in patriam suadente.

κε'. Ἀλλ' ὁ μὲν οὕτω τῇ τῶν εὐχῶν προτεδρείᾳ, μικροῦ τοῖς περὶ Θεὸν ἀκαμάτοις ὑμνηταῖς ἠμιλλᾶτο, καὶ εἰρήνην ἄγων καὶ πολεμούμενος. Ὁ δ' ἀκάματος τῆς ἀρετῆς ἀντίπαλος, τῷ μὲν ἀποτυγχάνειν ἐπιτιθέμενος, ἀνιώμενος, ὀξυτέροις δὲ ὅμως φθόνου κέντροις βαλλόμενος (ζηλοτυπία γὰρ οἶδε μᾶλλον αὐξάνειν ἀποτυγχάνουσα) σφοδρότερον αὖθις πρὸς ἄμυναν διανίσταται, ταῖς ἐκ τοῦ φανεροῦ δ' ὅμως ἀποδοκιμασθεῖς προσβολαῖς, πρὸς δόλους ἔγνω τραπέσθαι. Καὶ δὴ διανοεῖται στῆσαι τῷ γενναίῳ τὸν λόχον, ὅθεν οἷδέ ποτε κατ' ἀνθρώπων μέγα δυνηθεὶς, καὶ τῷ πρὸς τοὺς προπάτορας φενακισμῷ, πρόῤῥιζον ὥσπερ ἅπαν (φεῦ!) ἀνασπάσας τὸ γένος· καὶ κατενεγκών. Ἐπεὶ δὲ νῦν Εὔα προεντυχεῖν οὐκ ἦν, γυναικὸς ὄψει καθάπαξ ἀποταξαμένου πρὸς ὃν ὁ πόλεμος· οὐδ' αὐτὸς ὄφιν ὑποδὺς προσέρπει, σαίνων τε καὶ θέλγων, καὶ οὕτω παρατείνων τὴν κακῶς ἀπολουμένην συμβουλήν· ἀλλά τινα τῶν κατὰ τὸν βίον οἰκετῶν ὑποκριθεὶς τοῦ ἀνδρὸς, ἵν' ἔχῃ τινὰ πίστιν τὸ δρᾶμα, πρόσεισιν ἀκολουθυρόμενος, καὶ γονέας εἰς μνήμην ἄγων καὶ ἀδελφούς, καὶ τὸ τῆς ἀγχιστείας πᾶν αὐτῷ σύστημα, φίλων τε τοὺς ἀρίστους, καὶ ὅσοι συνήθεις ἐκ γειτόνων ἦσαν, ἐκ παντὸς εἴδους ἡλικίας πλείονων τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ συσχόντα τὴν πατρίδα θρῆνον, οἷος ἐκεῖνος; ἄριστος ἀλιτήριος, καὶ τὰ τοιαῦτα πλάσασθαι δεξιώτατος.

25. Atque ita quidem ille assiduitate precandi vix aut ne vix quidem cedebat indefessis illis Dei laudatoribus, seu quietam ageret vitam, seu tentationibus infestatam. Infatigabilis vero virtutis impugnator, quod voto suo excidisset, gravi quidem afficiebatur dolore; attamen acrioribus invidiæ stimulis agitatus (solet namque æmulatio, cum voti compos facta non fuerit, magis augeri) vehementius denuo ad vindictam insurgit. Verumtamen aperto marte repulsus, ad dolos sibi putavit confugiendum, planeque constituit insidias struere generoso pugili, quibus olim humano generi noverat se plurimum nocuisse; illudque, primis parentibus delusis, radicitus (eheu!) quodammodo totum exstirpasse ac obtrivisse. Quoniam vero nunc primo loco fallere Evam non poterat, cum is qui impugnabatur, omnis omnino feminæ aspectum subterfugeret, neque ipse indutus serpentem adrepit, mulcendo ac blandiendo perniciosum consilium suum simulans: verum cujusdam e servis, quibus in sæculo usus fuerat Petrus, persona assumpta, ut aliquam fidem reperiret fabula, accedit sanctum, lugubri plane forma; eique parentes, fratres ac turbam sanguine junctorum omnem, nec non amicorum optimos quosque, et quotquot ex vicinis ei magis familiares fuerant omni ætate, in memoriam revocans (ut est insigniter scelestus, atque ad talia concinnanda subtilissimus) fingit patriam omnem ipsius causa etiamnum lugere, sic eum appellans:

κς'. Ἡλικιώτην μὲν, λέγων, ὅμιλον καὶ ὅσοι τῶν ἐξώρων, οὔτ' ἔλαθες, οὔτε λήσῃ, πάσης μὲν εὐθυμίας ἀφορμὴ, καὶ καλοῦ παντὸς εἰκὼν προκείμενος, ὑπηνίκα δὴ συνῆσθα τούτοις, ἀλήκτου δὲ νῦν ἀθυμίας ὑπόθεσις, διὰ τῆς μακρᾶς ταύτης ἀπουσίας καταστάς· παῖδας δὲ ὅπου, τὸ μηδόλως ἀπολαῦσαι φθάσαι τῆς σῆς καλοκαγαθίας, οὐκ ἀπεικότως ἀνιᾷ δεινῶς, καὶ ταῦθ' ὅτι τὸν ἐπίσης ἀρετῆς σοι κομῶντα τῷ βίῳ, μὴ καταλέλοιπας πυνθανομένους. Τί δ' ἄρα, φησὶ, καὶ πραγματευόμενος, φίλε δέσποτα, φιλέρημος οὕτω γέγονας, καὶ τοὺς ἀνθρώπους, ἀναπιστρεπτὶ φυγὼν, τὴν μετὰ θηρίων ἀνθαιρῇ διατριβὴν, καὶ περινοστεῖς τὰς ἀφίλους

26. Neque obliti sunt, neque obliviscentur unquam coætanei tui et majores natu omnes, te, cum apud ipsos versatus es, cunctis lætitiæ causam omnisque honestatis exemplum fuisse; nunc vero iisdem, per diutinam hanc absentiam tuam, incessabilis tristitiæ argumentum esse. Juniores autem natu non immerito afficiuntur summo dolore, quod nullatenus sibi liceat frui præclara virtutum tuarum exercitatione; eoque majori afficiuntur, quod intelligant neminem paribus fulgentem virtutibus post te in vivis superfuturum. Quid porro, optime here, utilitatis tibi contulerit tam ardenter solitudinem amasse? homines, interdicto tibi ad eos re-

ditu, fugisse? prætulisse iis vitam inter feras agendam? salius inhospitales oberrasse? specus hasce valetudini noxias subiisse? latibula ferarum incoluisse et serpentibus cohabitasse venenatis? An inquies? Ut secundum Deum religiose vivam. At quomodo Abraham religiose inter homines vitam instituit? quid porro ejus nepotes ac posteri? quid etiam, si ita vis, ejusdem majores, qui honestam vitam voluptuariæ prælabuerunt: numquid illos vita inter homines acta corrupit? Nonne etiam tunc multos spectaculo sui ad virtutem allexerunt? Nonne coram testibus præclara facinora operati, nihilominus invicti perstiterunt longissimo tempore, desiderium honestatis omnium animis immittentes, atque apud ipsos zelo suos per sæcula vigentes, immortali quotidie successione etiamnum, nec senio nec morte subacti, perennant? Tu vero sine arbitris hic vitam finies, exercitationibus tuis nihil propemodum tibi, nihil autem omnino aliis, seu nunc viventibus, seu imposterum victuris, commodi afferentibus. Quisquis enim præclare quidpiam operatur, illudque in lucem non profert, juxta dictum evangelicum, « Luceat lux vestra coram hominibus [4]; » perinde ac si operatus non fuisset, nihil proficit, neminem excitat ad imitandum; posteros vero honeste victuros damno afficit, ac propterea debitas aliquando, ut par est, pœnas persolvet.

λόχμας, καὶ ὑπέρχῃ τὰ νοσοποιὰ ταυτὶ σπήλαια, καὶ γειτνιάζεις χηραμοῖς, καὶ συναυλίζῃ τοῖς ἰοβόλοις; ὑπὲρ τοῦ κατὰ Θεὸν ἄρα φαίας βιοῦν; Καὶ πῶς Ἀβραὰμ θεοφιλῶς ἤνυσεν ἐπ' ἀνθρώπων τὸν βίον; τί δὲ καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ τε καὶ μετ' αὐτόν; εἰ δὲ βούλει καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, τὸ κατὰ Θεὸν ζῆν τοῦ καθ' ἡδονὴν προελομένους, ἢ μετ' ἀνθρώπων ἐλυμήνατο δίαιτα; οὐχί· καὶ τότε πολλοὺς ἐπῆραν τῇ θέᾳ πρὸς ἀρετὴν, καὶ μάρτυρας παραλαβόντες τῶν καλῶς ἠγωνισμένων, ἀκαταγώνιστοι διέμειναν τῷ τοῦ χρόνου μήκει, τοῦ καλοῦ πᾶσιν ἐνιέντες πόθον, καὶ τῷ πρὸς αὐτοὺς ζήλῳ δι' αἰῶνος νεάζοντες, ἀθανάτοις ὁσημέραι διαδοχαῖς, ἀγήρως κἀνταῦθα καὶ ἀθάνατοι διαμένουσι; Σὺ δὲ, ἀμάρτυρον ἐνταῦθα καταλύσεις τὸν βίον, καὶ πρὸς οὐδέν σοι πάνυ χρήσιμον αἱ σπουδαὶ τελευτήσουσι, μηδενὸς αὐτῶν ἀπωναμένου τῶν νῦν, ἢ τῶν ἔπειτα. Πᾶς γὰρ ὁ καταπράξας τι τῶν ἀρίστων, καὶ μὴ τοῦτ' εἰς φῶς ἐνεγκὼν κατὰ τὴν θεσπίζουσαν ἐκείνην φωνὴν, « Ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων ὑμῶν λαμψάτω φῶς, » ἐν ἴσα καὶ εἰ μὴ κατέπραξεν, οὐδὲν ὀνίνησιν· οὐδ' ἐπεγείρει πρὸς ζῆλον οὐδένα, καὶ ζημιοῖ τοὺς ἐντεῦθεν ἐσομένους βελτίους, καὶ τίσει δήπου πρεπόντως τὴν δίκην ἐπὶ τοῦ μέλλοντος.

27. Quod si putes, vivere te conformiter legi novæ gratiæ, eaque fortasse in proposito confirmatus, reditum tibi interdicas; ego ex hac quoque lege, quid expediat tibi in medium proferam, et expositæ modo sententiæ monstrabo utilitatem; quippe qui non recenter in domum tuam admissus sim, sed a temporibus majorum tuorum inter fidelissimos tibi famulos serviam, ardenterque te amem, ac rerum tuarum satagam. Age igitur, mi here, dic, cuinam tuorum tuus hic vivendi modus placet? quomodo non spernere censendus es mandatum illud, « Unusquisque placeat proximo suo [5]? » Quo pacto etiam persuades tibi, te Deo hic gratum præstare obsequium, qui quæ tua solius sunt hic quæris, immemor illius: « Nemo quod suum, sed quod alterius, quærat [6]? » Quam vero etiam afferas excusationem quod nihil facias, non solum quam tu conferre aliis posses, sed etiam, quæ inde ad te veluti per orbem rediret, salutem, juxta quod scriptum est: « Qui educit pretiosum a vili, quasi os meum erit [7]. » Et, « Qui peccatorem ab errore converti fecerit, cooperiet multitudinem peccatorum [8]. »

κζ'. Εἰ δὲ θεσμοῖς δοκεῖς εἶκειν τῆς νέας χάριτος, καὶ τούτοις ἴσως στηρίζων σαυτὸν τὴν ἐπάνοδον ἀπαγορεύεις· ἐγώ σοι καὶ ἀπὸ τούτων παροίσομαι τὸ συνοῖσον, καὶ δείξω τὸ λυσιτελὲς ἧν ἀρτίως ἧκω γνώμην εἰσηγησόμενος, ἅτε μὴ προσφάτως εἰσῳκισμένος, ἀλλ' ἐκ προγόνων σοι τελῶν εἰς τοὺς πιστοτάτους τῶν δούλων, καὶ περικαῶς πῶς ἂν εἴποις καὶ φιλῶν καὶ κηδόμενος. Φέρε τοίνυν φράσον, ὦ δέσποτα, τίνι τῶν ἁπάντων ἀρέσκεις ἐνθαδί; πῶς δ' οὐχὶ τῆς ἐντολῆς ὑπερφρονεῖς, « Ἕκαστος τῷ πλησίον ἀρεσάτω, » λεγούσης; πῶς δὲ καὶ τῷ Θεῷ σαυτὸν ἐνταῦθα πείθεις ἀρέσκειν, τὸ σαυτοῦ μόνον ἐνταῦθ' ἐπιζητῶν, μηδ' ἐκείνου μεμνημένος, ὡς « Μὴ τὸ ἑαυτοῦ ἕκαστος, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἑτέρου ζητείτω. » Τίνα δὲ καὶ σχοίης ἂν ἀπολογίαν, ἐν οὐδενὶ τιθέμενος, οὐ μόνον τὴν ἀπὸ σοῦ τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπ' αὐτῶν ἀναστρεφομένην ὥσπερ ἐν κύκλῳ πρὸς σὲ σωτηρίαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον· « Ὁ ἐξάγων ἄξιον ἐξ ἀναξίου, ὡς τὸ στόμα μου ἔσται. » Καί· « Ὁ ἂν ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ἐπιστρέψῃ, καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν. »

28. Hactenus quidem malignus ille, quippe etiam Scripturarum intelligens, tam longa oratione undequaque se muniens, etiam nunc monstrare lignum boni et mali generoso pugili videbatur, ipsumque e paradiso quietis suæ malitiose tentabat expellere. Pugili vero ipsi, qui sub verbis ejus latentem deprehenderat dolum, ejusque apparatum ac malitiam utique perspectam habebat, brevis sufficiebat

κη'. Ἀλλ' ὁ μὲν πονηρὸς ἅτε καὶ Γραφῶν ἔμπειρος, οὕτω μακρηγορῶν, καὶ κύκλῳ περιβαλλόμενος, τὸ καλοῦ τε καὶ πονηροῦ ξύλον ὥσπερ ὑπεδείκνυ καὶ νῦν τῷ γενναίῳ, καὶ τοῦ τῆς ἡσυχίας παραδείσου κακούργως ἐξωθεῖν ἐσπευδε· τῷ δὲ, τὸν ἐφιζάνοντα φωράσαντι δόλον, καὶ τῆς σκευῆς τε καὶ σκαιωρίας οὗμενουν οὐκ ἀνεννοήτῳ γεγονότι, μικρὸς ἀπέχρη λόγος, καὶ τὸ κράτος αὐτόθεν κατα-

[4] Matth. v, 16. [5] Rom. xv, 2. [6] I Cor. x, 24. [7] Jerem. xv, 16. [8] Jac. v, 20.

κράτος ἀνήρηται. Γεγωνοτέρᾳ γὰρ κατὰ τοῦ δολίου φωνῇ χρησάμενος, τὴν αἰτίαν ἡμῖν τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπανόδου, τὴν Θεοτόκον, ἐπιβοᾶται· κἀκεῖνος ὡς εἶδε μὴ λαθὼν, ἑαυτὸν ἀφανίζει, τὸ τῆς ὑποκρίσεως ἀποδὺς προσωπεῖον, καὶ τὸ τῆς αἰσχύνης εἰκότως ἀνθυποδύς· ὁ γὰρ ἀποδειλιάσας μὲν πρὸς τὴν ἐκ τοῦ φανεροῦ συμπλοκὴν, δόλῳ δὲ τὴν νίκην κλέψαι πειρώμενος, εἶτα φωραθεὶς, τὴν πρώτην εὐθὺς ἡττώμενος, τοῦ δράματος οὐχ ἑκὼν εἶναι μετ' αἰσχύνης ἀφίσταται, καὶ τῇ φυγῇ, τοῦ τροπαίου τοῖς ἀντιπάλοις παραχωρεῖ, συνέσει μόνῃ τὸ κατ' αὐτοῦ κράτος ἀναδησάμενος εὐχερῶς.

κθ'. Οὕτως ὁ νοῦ καὶ φρενῶν ἐπιβολώτατος οὑτοσὶ Πέτρος, διὰ βραχέος τῷ πονηρῷ δοὺς πεῖρᾳ ἐκμαθεῖν, ὡς οὐκ ἀνεπιγνώμων τῶν αὐτοῦ τεχνασμάτων, δι' ἑνὸς ἄθλου πάσης ἀρετῆς ἀποδείξας ἐναργεῖς ἐξήνεγκε. Τῷ μὲν γὰρ συνειωρακέναι τὸν λόχον, ἥκιστα δὲ τῷ τῆς κακουργίας εὐπρεπεῖ παρασυρῆναι, δῆλός ἐστιν εἴπερ τις καὶ φρονήσεως ἐπειλημμένος. Ἐπεὶ δὲ διὰ τῶν τῆδε μὲν ἡδέων ὥσπερ συνεσκεύασται τὸ δέλεαρ, τῆς ἐπ' ἐρημίας διαίτης τὸ σκληρὸν ὑπομαλάττον, καὶ πρὸς τὴν ἐν τῷ κόσμῳ ῥᾳστώνην ἐκκαλούμενον, ὁ δὲ, τῆς μὲν ὑπερόπτης ἀκριβῶς ἐφάνη, τὸν δ' ἐπίπονον καὶ τεθλιμμένον ἀνθελόμενος βίον, ὁμοῦ τε σωφροσύνην ἔδειξεν ἀσκῶν, καὶ τὴν ψυχὴν ἀνδρεῖος ἀναπέφηνε. Τὸν μέντοι πονηρὸν, πονηρῶς τὴν ἄθεσμον ὑποτιθέμενον ἐκείνην γνώμην ἀπωσάμενος, Θεῷ δὲ τῷ φύσει Δεσπότῃ καὶ Δημιουργῷ πειθήνιον νείμας ἑαυτὸν, δικαιοσύνης φέροιτ' ἂν οὐκ ἀπεικότως δόξαν.

oratio, qua et adversarii vim vi repulit. Nam elata contra doli architectum usus voce, causam nostri ad meliorem statum reditus, Deiparam dico, inclamat: et continuo ille, ut vidit se agnitum esse, evanescit; exutus larvata persona, et confusione (ut par erat) plenus. Quisquis enim aperto marte congredi metuit, ac sibi clam per dolum parare victoriam conatur; ubi deinde deprehensus, primo statim congressu vincitur; invitus cum dedecore ex arena recedit, ac fuga sua adversariis, sola prudentia facilem de ipso victoriam reportantibus, tropæum erigit.

29. Ita Petrus animi mentisque compos, brevi tempore nequam adversarium compulit experientia discere, non se nescire illius versutias; et unico certamine virtutum omnium præclarum specimen edidit. Nam quod insidias detexerit, ac malitiæ decora, ut proponebatur, specie nequaquam delusus sit, manifeste ostendit ipsum, si quis alius, prudentia præditum fuisse. Quod vero hinc illecebræ, viro sancto propositæ, ex hujus sæculi voluptatibus veluti concretæ essent, possentque asperum eremiticæ vitæ institutum lenire et ad felicitatem mundanam evocare; inde sanctus illarum quidem egregius contemptor apparuerit, laboriosam vero ac miseram vitam iis prætulerit; indicium est, eum simul et temperantia excelluisse, et animi fortitudine enituisse. Quod denique nequissimum, impiam illum mentem suggerere nequiter conantem, repulerit; Deo autem, quem natura tota Dominum atque Creatorem clamat, obsequentem sese præstiterit; ei laudem justitiæ non immerito tribuit.

CAPUT VI.

Quartam tentationem dæmonis, angelum mentiti, vincit humilitate; ac donis cælestibus cumulatur.

λ'. Ἀλλὰ γὰρ οὐδ' οὕτως, ὁ πρὸς ὅ τι τῶν καλῶν διηνεκῶς ἀσπόνδως ἔχων, ἡσυχάζειν ᾠήθη δεῖν· ὦ τῆς μωρίας! ὃς οὐδ' ὡς νήπιος, ὅ φασιν, ἔγνω παθῶν· μᾶλλον δ' ὦ τῆς ἀπονοίας! αὕτη γὰρ ὅταν ἀπὸ τῶν ἐκδάντων ἐλεγχθῇ, κεναῖς ἐλπίσι φυσᾶται, τὴν ἔπειτ' ἐσομένην ὀνειροπολοῦσα νίκην. Ἀλλ' οὐχ ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων Πέτρος οὗτος, ὁ καὶ τηλικούτων ἀρετῶν τε καὶ τροπαίων στεφανίτης φανείς· ἀλλ' ἐπὶ Θεὸν τὸ πᾶν ἀναφέρων, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ὑπὲρ τῶν μελλόντων θαῤῥούντως βοήθειαν ἐξεκαλεῖτο. Καὶ οὕτω ταπεινώσει μὲν ἐρηρεισμένος, οὐδὲν ὑπὸ τῆς εἰς αὐτὸν ἐλθούσης νίκης παραβλάπτεται τὸν λογισμόν· ἐλπίδι δὲ χρώμενος ἀκαταισχύντῳ, πρὸς τὴν ἐπιφερομένην ἀποδύεται πεῖραν· ἔνθεν τοι καὶ ταύτης ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἀναδείκνυται κρείττων, ὡς ὁ λόγος ἥκει δηλώσων.

30. Ille, qui quidquid honestum est irreconciliabili prosequitur odio, neque post ista quidem cessandum sibi putavit. O insaniam! quod ne quidem ut puer, sicut aiunt, malo doctus est; aut potius, o insolentiam! Illæc enim, cum optato rerum suarum eventu frustrata est, inani spe tumescens, obventuram sibi deinde victoriam vane imaginatur. Non sic Dei famulus Petrus, qui tantarum virtutum ac victoriarum coronis conspicuus, omnia sua in Deum referebat; et hinc ejusdem opem in futurum fidenter implorabat. Atque ita factum est, ut humilitate quidem fultus, ex reportata victoria nullum animi detrimentum faceret: spe vero, quæ non confundit, erectus, ad imminentem porro tentationem accingeretur; eaque longissime superior apparuerit, uti sequens oratio palam faciet.

λα'. Ὁ γὰρ Πρωτέως πολυμορφότερος, ἡ πολυκέφαλος ὕδρα, ὁ πρὸς τὸ παράγειν ἀμηχάνως εὐμήχανος, ταῦτο μὲν πρὸς ἄλλο πᾶν εἶδος ἐπηρείας ἀπειρηκὼς, τοῦτο δὲ τὴν τοῦ ἀνδρὸς διὰ πάσης ἀρετῆς ἀγωγὴν, καὶ τὸ τῆς πολιτείας ἠκριβωμένον, καὶ διαφερόντως ὑψηλόν τε καὶ παρηλ-

31. Nam nequam ille, multiformior Proteo, ille multiceps hydra, ille ad seducendum etiam ea quæ seduci non possunt, promptus; tum quod cæteras omnes nocendi artes desperaret valituras, tum quod conspiceret viri sancti conjunctum cum omni virtutum genere institutum, et exquisitam vivendi ra-

tionem, nec non demissa in summa perfectione humilitatem ; hinc spem concepit auferendi inviolabilem ejus thesaurum. Ille igitur, qui ex olim a luce depulsus recesserat, et in tenebras misere commutatus fuerat, ut Petrum in similem calamitatem pertrahat, lucis speciem assumit, angelum lucis simulans, sicque sanctum adit, mendaci suo lumine lucernam, ex veræ primæque lucis participatione accensam, exstincturus. Illuc autem accedens, coram in faciem illum alloqui non audet, gravissimum ejus vultum veritus : sed specui foris secus adstans, per ostiolum vocem intra immittit, blando sermone suo fisus. Inde igitur sanctum salutans : Viriliter age, inquiebat, et confortare, Petre. Hoc autem considerante atque adeo interrogante quisnam istic esset, ac unde talia loquens veniret ? Subjunxit ille continuo : Princeps militiæ sum ego Domini gloriæ : venio autem significaturus, quam in cœlis tibi pro toleratis huc usque laboribus mercedem comparaveris ; et simul docturus quid deinceps agendum tibi supersit.

32. Scias igitur velim, exercitatione sancta atque tolerantia te omnibus qui hactenus fuerunt antecellere, atque adeo majora tibi præmia jure merito manere. Jejunat quidem Elias, sed quadraginta tantum dierum curriculo : tu vero septimum jam annum hic agens sine cibis humanæ vitæ propriis perstas. Daniel cum feris mirabiliter versatus est ; attamen cum paucis, et tempore non longo : tu vero et longo tempore et cum multis cohabitas. Si tolerantiam quoque Jobi miretur quispiam ; cogites eum non sua sponte sustinuisse malorum incursum : tu vero inhospita loca tanto tempore voluntarie incolis, varii generis pluribusque tentationibus exagitatus ; et nondum animum despondisti. Unum nunc desideratur, ut homines conservatione tua meliores reddas, eosque a rebus terrenis abstractos in numerum transferas cœlestium civium, aspiciens in exemplum, quod Christus est ; a quo et ego nunc missus celeri volatu adsum. Hic post illam in monte athleticam moram reversus, homines frequenter convenit, ac leges eis præscripsit salutares. Si vero etiam suspiceris, huc me advenisse non ex numine divino : manifesto tibi comprobabo argumento, a Deo missum esse. David namque, mirabilium divinorum præco, sic Deum ipsum alloquitur : « Tu siccasti fluvios Ethan[9] ; » illos videlicet fluvios, qui jugiter manarunt, non qui torrentis adinstar recenter proruperunt. Et alio Psalmorum loco : « Posuit fontes aquarum in desertum, et exitus aquarum in sitim, a malitia habitantium in eis[10]. » Quapropter in signum, te quoque non amplius Deo propitio commorari hic posse, quæ præ (fluit aqua, ipso per me jubente, defecit. Curaverat autem fertilis ille talium commentorum, per alium nequam spiritum, aquam illam prius retro gendam.

λαττωμένον τεθεαμένος, ἐντεῦθεν ἤλπισε συλήσειν τὸν ἄσυλον ἐκείνου θησαυρόν. Ὁ τοίνυν ἐπούρσει φωτὸς ἠλιοτριωμένος, καὶ πρὸς σκότος ἀθλίως μεταβαλών, ὑπὲρ τοῦ τὸν ὅμοιον τῷ Πέτρῳ προστρίψασθαι μῶμον, φωτὸς ἀναλαμβάνει σχῆμα, καὶ φωτὸς ἄγγελον ὑποκρίνεται, καὶ πρόσεισι τῷ ἁγίῳ, τῷ κατεψευσμένῳ παρ' ἑαυτῷ φωτὶ, τὴν ἐκ τοῦ ἀληθινοῦ καὶ πρώτου φωτὸς ἡμμένην ἔντως λυχνίαν ἀποσβέσαι πειρώμενος. Καὶ δὴ προσελθὼν, τὴν μὲν κατὰ πρόσωπον ὁμιλίαν ἀπαγορεύει, τὴν κριτικωτάτην ἐκείνην ὄψιν ὑφορώμενος· τῷ σπηλαίῳ δὲ ἔξωθεν ἐφεστὼς, διὰ τῆς θυρίδος ὠμίλει τῷ τῶν λόγων εὐπροσώπῳ θαῤῥῶν. Ἐπεῖθεν τοίνυν τὸν ὅσιον ἀσπασάμενος, Ἀνδρίζου καὶ ἴσχυε προσεφώνησε, Πέτρε. Τοῦ δὲ διασκεψαμένου τε καὶ ἐρομένου τίς εἴη, καὶ ὅθεν ὁ τὸ πρόσρημα δούς ; ἐκεῖνος εὐθὺς ὑποτυχών· Ἀρχιστράτηγός εἰμι, φησὶ, Κυρίου δόξης· ἥκω δέ σοι δηλώσων τὴν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις τεθησαυρισμένην ὑπὲρ τῶν ἄχρι τήμερον πεπονημένων ἀροιβὴν· ἅμα δέ σοι καὶ διδάξων, ὅ τί ποτε τοὐντεῦθέν σοι πρακτέον.

λβ'. Εὖ ἴσθι τοιγαροῦν, ἀσκήσει τε καὶ καρτερίᾳ, τοὺς πρὸ σοῦ πάντας ὑπερενεγκὼν, καὶ μειζόνων προσηκόντως τευξόμενος βραβείων. Νηστεύει μὲν γὰρ Ἠλίας, ἀλλὰ τεσσαράκοντά που ἡμερῶν περίοδον· σὺ δ' ἐνταῦθ' ἕβδομον ἔτος ἔλκων, ἀνθρωπίνης ἄγευστος διατελεῖς τροφῆς. Δανιὴλ θηρσὶ συνῆλθε θαυμασίως· ἀλλ' ὀλίγοις δή τισι, καὶ ἐπ' ὀλίγον· σὺ δ' ἐπὶ πολύ τε, καὶ πολλοῖς. Εἰ δὲ καὶ τοῦ Ἰὼβ θαυμάζοι τις τὴν καρτερίαν, ἀλλ' ἀκούσιος ἦν ἐπιφορά· σὺ δ' ἑκὼν τοῖς ἀοίκοις ἐπὶ τοσοῦτον ἐπιχωριάζων, πολυειδέσι καὶ ποικιλοτέροις περιπίπτων πειρασμοῖς, οὐκ ἀπείρηκας. Ἓν ἤδη σοι λείπεται· τοῖς ἀνθρώποις συγγενόμενον, βελτίους αὐτοὺς ἀπεργάσασθαι, καὶ τῆς γῆς ἀνασπάσαντα, τῶν οὐρανῶν ἀποδεῖξαι πολίτας, πρὸς παράδειγμα βλέποντα, παρ' οὗ καὶ αὐτὸς ἀρτίως τυγχάνω καταπτάμενος, Χριστὸν, ὃς μετὰ τὴν ἐπ' ὄρους ἐκείνην ἐναγώνιον διατριβὴν, ἐπανήκων τῷ πλήθει τῶν ἀνθρώπων συνεγένετο, νόμους σωτηρίους ἐκτιθείς. Εἰ δ' ὑποπτεύεις μου τὴν παρουσίαν, ὡς ἀθεεὶ γεγενημένην, ἐγώ σοι τεκμήριον ἐναργὲς ἐπιδείξω τοῦ πεμφθῆναι πρὸς Θεοῦ. Δαβὶδ μὲν γὰρ ὁ τῶν αὐτοῦ θαυμασίων ὑφηγητὴς, πρὸς τὸν Θεὸν αὐτόν φησι, « Σὺ ἐξήρανας ποταμοὺς Ἤθαν, » δηλονότι τοὺς ἀεννάους, καὶ μὴ προσφάτως χειμάῤῥου τρόπον ἀναδεδομένους. Ἀλλαχοῦ δέ που τῶν ψαλμῶν, « Ἔθετο πηγὰς ὑδάτων εἰς ἔρημον, καὶ διεξόδους ὑδάτων εἰς διψαν, ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτοῖς. » Καὶ σὲ τοίνυν, παρὰ τὸ θεοφιλὲς μηκέτ' εἶναι κατοικεῖν ἐνταῦθα, τὸ παραῤῥέον ὕδωρ, αὐτοῦ δι' ἐμοῦ κελεύσαντος, ἀπέλιπε. Τοῦτο δ' ἦν ὁ περιττὸς τὰς τοιαύτας ἐπινοίας προαναχαιτίσας, ἑτέρῳ πονηρῷ πνεύματι.

[9] Psal. LXXIII, 15. [10] Psal. CVI, 33.

λγ'. Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ τῆς ἀρετῆς ἄκων ἐπαινέτης ἦν ὁ τῆς κακίας σοφιστὴς, καὶ πιθανῶς ὅτι μάλιστα προῆγε τὸν λόγον, ἵν' οὕτως εἴπω, πολὺ τὸ μέλι τῷ δηλητηρίῳ παραμιγνὺς, καὶ σημεῖον εἰς πίστιν ἐπιδείκνυ, τὴν πρὸς τὸ μὴ ὂν δοκοῦσαν ἐκχωρῆσαι πηγήν. Ἀλλ' ὅστις ἦν, ἥκιστα τὸν μέγαν ἐλάνθανεν; Οὔκουν· οὐδὲ χαλκὸς χρυσοειδοῦς περιταχέντος ἄνθους, εἶτα τῇ Λυδίᾳ προσαγόμενος λήσει· βάσανον γὰρ ὁ θεῖος Πέτρος εἶχεν ἀκριβῆ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, τῇ πρὸς Θεὸν νεύσει κεκαθαρμένον. Καὶ τοίνυν συνεὶς τὸ ῥᾴδιον, μετριότητι τὸν ἐπηρμένον ἐκεῖνον θᾶττον καθεῖρξε, καὶ μικροῖς μακρὰν ἀποδιοπομπεῖ τὸν φέναξ λόγοις· Ἀνάξ ὁ εἰμι, λέγων, ἀγγελικῆς θέας ἔγωγε· πῶς δ' οὔ; φησὶν, ὃς παρὰ τοῦτο καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐφυγόν τε καὶ φεύξομαι διὰ τέλους, ἀνάξιον ἐμαυτὸν γνοὺς τῆς μετ' αὐτῶν διατριβῆς, ὡς εὐτελέστερον ἢ κατ' αὐτοὺς ὄντα, καὶ τὸ τοῦ Προφήτου φάναι, οὐκ ἄνθρωπον.

λδ'. Ὁ μὲν οὖν, ἰδιαίτατόν τι κρῖμα, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, τὸν τύφον ἔχων, τὴν ἐναντιοτάτην τοῦ ἁγίου μετριότητα μηδαμῶς φέρων, ἢ τάχους εἶχεν, ἠλλοιοῦτο καὶ ἀπεδίδρασκε· Θεὸς δὲ, ὁ τοῖς ταπεινοῖς διδοὺς χάριν, ἐπεμέτρει τῷ Πέτρῳ δαψιλῆ τὴν χάριν, οὐκ ἐν τῷ μέλλοντι μόνον αὐτὴν αὐτῷ ταμιευόμενος, ἀλλὰ τῆς ἀποκειμένης ἐχέγγυον ὥσπερ ἀῤῥαβῶνα κἀνταῦθα προδεικνύς· τοὐντεῦθεν γὰρ, ἀνεπηρέαστος δικαίως ὁ μέγας διετέλει τὸν βίον ἀνύττων. Ὡς γὰρ αἱ τῶν ὑψηλοτάτων ὀρέων κορυφαὶ πνεύμασιν ἧττον περιπνέονται, τῇ τοῦ οὐρανοῦ περιφορᾷ συγκινουμένου τοῦ περὶ αὐτὰς ἀέρος, ἢ μέχρι καὶ ἐς αὐτὰς διὰ τῶν συνεχῶν καθικνουμένη, τῆς κάτωθεν τῶν ἀνέμων ὁρμῆς τε καὶ γενέσεως ἐπικρατεστέρα δείκνυται· τὸν αὐτὸν δὴ τοῦτον τρόπον, καὶ τοῦ Πέτρου νῦν ἐπὶ τὴν ἄοπτον ὥσπερ σκοπιὰν πάσης ἀρετῆς, δηλονότι τὴν ταπείνωσιν ἀναδεδραμηκότος, καὶ τοῦ ἀνωτάτου πνεύματος ἐμπνευμένου τε καὶ περιπνεομένου χάρισιν, ἡ τῶν πονηρῶν πνευμάτων φάλαγξ κάτω που παρεῖται προσηκόντως, καὶ ἀπελήλαται, τῶν πτερῶν αὐτοῖς, ὡς τήκεται κηρὸς, ὑπὸ τοῦ θείου διαλυθέντων πυρὸς, ὥσπερ φασὶ καὶ ταῖς ὑφ' ἡλίου θερμοτέραις προσβολαῖς, τὴν κατὰ τοὺς μύθους Ἰκάρου μηχανήν.

λε'. Ἀλλὰ γὰρ ἡ τοῦ θείου Πνεύματος ἐπίπνοια, τὰς κακούργους ἀπωσαμένη δυνάμεις, καὶ τοὺς ἀγαθουργοὺς ἀντεπιφέρει λειτουργοὺς, καὶ ἄρτῳ τρέφει, τὸν ἐπὶ γῆς αὐτῆς οὐχ ἧττω τῶν ἄνω λειτουργῶν, τακταῖς ἡμερῶν περιόδοις δι' ἀγγέλου κομιζομένῳ. Ἠλίᾳ μὲν γὰρ κόραξ τὸ μισότεκνον ὑπηρετεῖτο ζῶον, σύμβολόν φασι τοῦ πρὸς τὸ ὁμόφυλον ἀσυμπαθοῦς· Πέτρῳ δὲ, τῆς κατ' ἀγγέλους πολιτείας, ὁ διακομιστὴς ἄγγελος, ἄγγελος σαφής· ὃς καὶ τὸ μάννα τῷ γενναίῳ ἐπιδείκνυσιν, αὐτοφυὲς ὁμοῦ τε καὶ πολυειδὲς ὄψον, ἅτε τῇ τοῦ μεταλαμβάνοντος ὀρέξει, τὴν γευστὴν ποιότητα συμμεταβάλ-

A 33. Verum enim vero tametsi malorum artifex, vel invitus fuerit laudator virtutis, et quam aptissimam ad persuadendum orationem protulerit, multum mellis, ut ita loquar, veneno misc·ns, insuper et signum ad fidem faciendam addiderit, efficiendo ut fons evanuisse sit visus; an ideo, quis esset, magnum virum latuit? Minime vero; nec enim latere poterit æs, circumfuso auri flore illitum, posteaquam Lydio lapidi admotum, fuerit: Lydium namque lapidem præstantissimum habebat divinus Petrus oculum mentis, recta in Deum intentione purgatum. Fabulam itaque intelligens, modestia sua superbum illum subito confundit, paucisque verbis impostorem procul amandat: Indignus, inquiens, ego sum angelica visione (qui enim aliter fieri possit?) ego qui etiam hominum conspectum fugi et fugere nunquam desinam: cum me indignum cognoscam conversatione ipsorum, ut pote viliorem conditione humana, atque (ut verbis Prophetæ loquar [11]) non hominem.

B 34. Ille igitur, qui propriissimum aliquod judicium, ut Apostolus ait, superbiam habet, contrariam sibi modestiam viri sancti nullatenus ferens, quam celerrime potuit, deposita larva fugam capessivit. Deus autem, qui humilibus dat gratiam, uberem ejus mensuram etiam Petro contulit, non tantum in futuro sæculo repositam, sed illic repositæ securitatem, velut arrhabonem ei in hoc sæculo præstans. Ex illo namque tempore contumeliis C diabolicis liber, juste perfectoque vir magnus vitam peregit. Quemadmodum enim summorum montium cacumina ventis minus obnoxia sunt, quod aer illis circumfusus una cum cœli circuitu moveatur (circuitum autem illum, per continuationem usque ad ipsa cacumina pertingentem, validiorem esse, quam impetum ventorum inferne ortorum, manifestum est); eodem plane modo, cum Petrus jam in invisibilem omnium virtutum, ut ita loquar, speculam, videlicet humilitatem, evasisset, ac cœlestis spiritus gratia afflatus perflatusque esset; nequam spirituum cohors merito in inferiorem quemdam locum dimissa abactaque est, alis eorum dissolutis ab igne divino, non secus ac cera liquescit; et, ut fabulæ referunt, dissolutæ fuerunt Icari pennæ ardentioribus solis radiis. D

35. Nempe divini spiritus favos, spiritibus malorum machinatoribus repulsis, eorum loco beneficos submisit, ministros; ac virum, etiam dum in terris versabatur ministris cœlestibus non inferiorem certis dierum intervallis enutrivit, pane ab angelo delato. Eliæ quidem ministravit corvus, quæ volucris pullos suos odio prosequitur, quod symbolum notasse, aiunt, immisericordem ejus in contribules animum: Petro vero, angelicæ conversationis viro, minister angelus, et quidem manifeste angelus, adest, qui illi etiam manna exhibet, sponte natum et varii saporis opsonium, utpote

[11] Ps l xxi, 7.

quod pro vario manducantis appetitu variam saporis speciem semper ingerebat. Versabatur itaque magnus Petrus, velut in paradiso ac terris altiore loco tenuia quædam indicia retinens suæ cum rebus inferioribus ac terrenis communionis; vitam, re familiari, curis, negotiis, et (quod caput est) turbidis cogitationibus vacuam agens; atque puris animi moribus ac visionibus spiritualibus quotidie gaudens, et deliciis affluens.

λουσαν ἀεὶ παρέχον. Ἔζη τοίνυν ὁ μέγας ὡς ἐν παραδείσῳ, καὶ τῆς γῆς ἐξῃρημένῳ χωρίῳ, μικρά τινα σύμβολα φέρων τῆς πρὸς τὰ κάτω καὶ τὴν γῆν κοινωνίας· ἄσκευον, ἀπεριμέριμνον, ἀπραγμάτευτον, καὶ, τὸ μέγιστον, ἀφάνταστον ἄγων ζωὴν· ἁπλαῖς ἐπιβολαῖς τοῦ νοῦ, νοεροῖς ὁσημέραι θεάμασιν ἐντρυφῶν καὶ γαννύμενος.

CAPUT VII.

A venatore inventus, ei seriem vitæ suæ exponit; et cupientem illic manere, domum remittit.

36. Cum hoc modo annos sex et quadraginta feliciter peregisset, soli Deo vivens, solumque contemplans, ab eoque solo vicissim contemplatus et enutritus, tandem, sub ipsum vitæ, quod aiunt, occasum, uni soli homini, eum videre, superna providentia contigit. Venator is erat, qui dum venationi operam dans, per saltum oberrat, eumque prædæ diligentius indagandæ causa late circumspectat, prodit ante oculos cerva, visu pulchra, atque ejusmodi tum magnitudine, tum pinguedine, ut allicere atque adeo trahere ad persequendum se posset cupidinem venatoris. Talis igitur illic cerva alicunde e luco prosiliens progrediebatur, atque admodum lente, veluti de industria, semper fugitans, præcurrebat venatori, prædæ inhianti; sicut nec in manus, nec intra teli jactum veniret, neque vero ita procul subduceret, ut capi non posse videretur. Hoc modo in multam diem cerva fugiebat, fugabat venator; aut verius dicam, illa ducebat, iste sequebatur. Illa enim venatorem ad sanctum perduxit, iste concitato cursu antrorsum properans, oculis animoque e præda pendebat. Deinde videns repente hominem, perquam canum, squalentem, sordentemque, corrugatum, et omni operimento nudum, continuo in fugam repente se conjecit, metu correptus. Inexspectata enim visio, tametsi non admodum terrifica sit, nata est animum viri fortis in deserto percellere ac dejicere.

37. Cum ergo ille, timoris stimulo actus, pedem retro ferret, elata voce exclamans vir Dei: O homo, et ego homo sum, inquit: confide igitur, et omissa fuga, redire ad nos nullus dubita. Fortassis enim te hodie huc misit Deus, ut rerum a me gestarum auditor sis. Venator, tali voce percepta, primum quidem ad se ipse, deinde ad sanctum rediit; ejusque gesta diligenter ac suppliciter exquirens, a capite ad calcem perdidicit omnia: quæ causa ad meliorem vitam instituendam stimulaverit, quis exitus secutus sit, qualiter vitam in monte instituerit, quomodo ad perfectionem ascenderit, quas dæmonis tentationes sustinuerit, quæ illo devicto tropæa erexerit, quam multis a Deo donis ac gratiis cumulatus fuerit. Hæc ille omnia cum audivisset, ac domum reversus esset, salutaris hujusce narrationis alios quoque participes facit: quæ etiam a parentibus ad filios, tanquam præclara hæreditas, transmissa descendit, et tandem ab aliquo

λς'. Ἀλλ' ἐν τούτοις οὕτως εὐδαιμόνως ἓξ ἐπιβιοὺς ἔτη πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα, Θεῷ μόνῳ καὶ ζῶν καὶ ὁρῶν, καὶ ὑπ' αὐτοῦ μόνου καὶ τρεφόμενος καὶ ὁρώμενος, ὕστερον ἐπ' αὐτὰς, ὅ φασι, τὰς τοῦ βίου ἐσχάτας, ἑνὶ μόνῳ τῶν ἀνθρώπων κρείττονι προνοίᾳ θεατὸς ἐγεγόνει. Κυνηγέτης οὗτος ἦν· ᾧ δὴ θηρωμένῳ, καὶ τὰς λόχμας περινοστοῦντι καὶ κατ' ἄγραν ἀκριβέστερον περισκοποῦντι τὴν ὕλην, πεῖραν ἁρπάσαι, πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἔλαφος ὑπεξοῦσα, καλὴ μὲν ἰδεῖν, ἱκανὴ δὲ θέλξαι τε καὶ πρὸς τὸ μεταδιώκειν ἐπάραι θηρατοῦ ψυχὴν, τοῦτο μὲν εὐμεγέθης, τοῦτο δὲ κατάσαρκος οὖσα. Τοιαύτη τοίνυν ἐκεῖθεν πόθεν τοῦ ἄλσους προαλλομένη, προῄει· καὶ καταβραχὺ λίαν ἐπίτηδες ἀεὶ διαφεύγουσα, προῆγε τὴν θήραν ἑραστὴν, μήτ' εἴσω γινομένη χειρῶν ἢ βελῶν, μήτ' ἐκτὸς οὕτως, ὡς δόξαι μὴ θηράσιμος εἶναι. Καὶ οὕτως ἐπιπολὺ τῆς ἡμέρας ἡ μὲν ἔφευγεν, ὁ δὲ ἐδίωκε· μᾶλλον δὲ, ἵν' εἴπω ταληθὲς, ἡ μὲν ἠγεῖτο, ὁ δ' εἵπετο· τῷ γὰρ ὁσίῳ φέρων τὸν ἄνδρα παρέστησεν, ὃς ἀκρατῶς ἐπὶ τὸ πρόσω σπεύδων, ὅμμα τε καὶ νοῦν τοῦ θηράματος ἐξηρτημένος. Εἶτ' ἐξαίφνης ἄνθρωπον εὖ μάλα πολιὸν ἰδὼν, αὐχμῶντα, ῥυπῶντα, κατερρικνωμένον, παντὸς περικαλύμματος ἐστερημένον, πρὸς φυγὴν εὐθὺς ἐτράπετο περιδεὴς γεγονώς· ἀπροσδόκητος γὰρ ἐπ' ἐρημίας θέα, κἂν μικρὸν δεῖμα φέρῃ, δύναται πατάξαι ψυχὴν ἀνδρὸς καὶ δουλώσασθαι.

λζ'. Ὡς οὖν ἐκεῖνος, φόβου κέντρῳ νυγείς, εἰς τοὔμπαλιν ἐπεστραμμένος ἦει, γεγωνὸν ἀναβοήσας ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος· Ἄνθρωπός εἰμι καὶ αὐτὸς, φησὶν, ἄνθρωπε. Θαῤῥῶν οὖν, καὶ τῆς φυγῆς ἀφέμενος, ἐπανήκειν πρὸς ἡμᾶς προθυμήθητι· Θεὸς γὰρ ἴσως ὧδέ σε, τῶν κατ' ἐμὲ τήμερον ἀκροατὴν ἐσόμενον, ἔπεμψε. Τῆς φωνῆς οὖν ὁ κυνηγέτης αἰσθόμενος, καὶ πρῶτον μὲν εἰς ἑαυτὸν, εἶτα καὶ τὸν ὅσιον ἐπανελθὼν, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν πρὸς ἀκρίβειαν μεθ' ἱκετείαν ἐξετάσας, καὶ οὕτως ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους ἐκμαθὼν, τὴν αἰτίαν τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ὁρμῆς, αὐτῆς τῆς ὁρμῆς τὴν ἔκβασιν, τὴν ἐπὶ τὸ ὄρος ἀγωγὴν καὶ ἀνάβασιν, τὰς ἐκ τοῦ πονηροῦ πείρας, τὰ κατ' αὐτοῦ τρόπαια, τῶν ἐκ Θεοῦ χαρισμάτων τὸ πλῆθος, πάντων ἐλθὼν εἰς ἀκοὴν, εἶθ' οὕτως οἴκαδ' ἀναλύσας, τοῦ σωτηρίου τοῦδε καὶ τοῖς ἄλλοις μεταδίδωσι διηγήματος· ὃ δὴ παρὰ πατέρων υἱέσιν, ὥσπερ ἀγαθοῦ τινος κλήρου, παραπεμπομένου τε καὶ κατιόντος, ἤδη δέ τινος καὶ

ἀνάγραπτον ποιησαμένου, μέχρι καὶ πρὸς ἡμᾶς εὖ ποιοῦν ἤδη φθάνει· τῇ τε μνήμῃ νεάζον, καὶ τῆς ὀνησίμου δυνάμεως οὐχ ὑφειμένως ἔχων, πᾶσι παντὸς ἀγαθοῦ παράδειγμα προκείμενον, καὶ βίου τοπαράπαν ἁπλανοῦς ἀρχέτυπος εἰκών, καὶ πάσης ἀρετῆς ἰδέα, πάσης κακίας ἀμιγής.

λη'. Ἀλλ' ὁ μὲν λόγος ἐπείγεται πρὸς τὸ τέλος· ἐγὼ δ' αἰσθάνομαι πολλὰ τὰ τῶν ἀναγκαίων εἰρῆσθαι παραλιπών, ὧν ὀλίγα προσθεὶς, καὶ ταῦτα τῶν μετὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἐκδημίαν ὑπηργμένων τῷ θαυμασίῳ, προσῆκον ποιήσω τῷ λόγῳ τέλος. Μικρὸν οὖν αὖθις ἀναληπτέον. Τεθεαμένος γὰρ ὁ κυνηγέτης ἐκεῖνος τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον, καὶ εἰς λόγους ἐλθὼν, καὶ γνοὺς αὐτὸ τοῦθ' ὡς ἀληθῶς ὄντα Θεοῦ ἄνθρωπον, μᾶλλον δ' ὑπὲρ ἡμᾶς φάναι, καὶ ἄγγελον ἀτεχνῶς Θεοῦ, καὶ μύστην τῶν ἄνω καὶ θεωρόν· οὐ δεκάτας ἀπὸ τῶν ἐνόντων ἐδίδου, καθάπερ Ἀβραὰμ πάλαι τῷ Μελχισεδὲκ ἐντυχών· οὐδ' ἀπὸ τῶν οἴκοι τεθησαυρισμένων ὑπισχνεῖτο κομίσειν, ἢ τὸ ἥμισυ τῶν ὑπαρχόντων πτωχοῖς διδόναι κατὰ Ζακχαῖον· ἀλλ' ὅλον ἑαυτὸν Θεῷ, καὶ τῷ κατὰ Θεὸν ἀνδρὶ παρέξειν ᾑρεῖτο, ζημίαν ἡγούμενος τὴν ἐπάνοδον, καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ διάζευξιν οὐκ ἐπὶ νοῦν ἔχων. Ἐντεῦθεν, ταύτην ἐπαγγέλλω σοι χάριν, ἔλεγε, θειοτάτη μοι κορυφὴ, παραδέξασθαί μου τὴν συνοικίαν, ἵν' ὑπὸ σοὶ διδασκάλῳ ταττόμενος, τὸ λοιπὸν καὶ αὐτὸς ἀσαλῶς κατὰ Θεὸν βιώσω, δυνηθεὶς διαδρᾶναι τὰς ποικίλας τῶν τῆς πονηρίας πνευμάτων ἐνέδρας, καὶ πρὸς αὐτὸν φθάσαι Θεὸν, τὴν κοινὴν τῶν εὖ βεβιωκότων ἀνάπαυλαν· ὃς καὶ προσδραμεῖν αὐτῷ πάντας διακελεύεται, καὶ προσιόντας προσίεται φιλοφρόνως, καὶ τῶν μειζόνων ἢ κατ' ἐλπίδας ἀξιοῖ. Γενοῦ τοίνυν κἀν τούτῳ μιμητὴς τοῦ Δεσπότου, καὶ τὴν ἐμὴν μηδαμῶς ἀπαξιώσῃς εὐτέλειαν. Οὐ γὰρ ἔτ' ἀνέχομαί σου τῆς θέας ἀποσχέσθαι, τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε· σοῦ γὰρ εἰ διασταίην, ἀβίωτον οὐκ ἀπεικότως ἑλκύσω βίον· ὥσπερ εἰ θησαυροῦ μετέχειν ἐξὸν, καὶ θησαυροῦ τῆς γῆς ἁπάσης τιμιωτέρου, εἶτ' αὐτὸς ἑκὼν ἐμαυτὸν ἀπήγαγον, στερήσας τῆς καλῆς μετουσίας.

λθ'. Ἀλλ', Οὐχὶ, φησὶν ὁ καὶ τὰ πόῤῥω προβλέπων οὗτος Πέτρος· μηδ' οὗτως, ὦ οὗτος, ἀρτίως διανοοῦ. Σοὶ γὰρ δὴ καὶ σύζυγος οἴκοι κάθηται, καὶ προσήκοντες κατὰ γένος ἐπιτετράφαται, καὶ προσέτι πρόσεστιν οὐσία πολλὴ, πολλῶν πενήτων ἐμπλῆσαι δυναμένη γαστέρας. Ἄγε δή μοι, φίλον τέκνον, βοηθὸς ἐπανελθὼν γενοῦ κατὰ τῆς ἐνδείας, τοῖς ὑπὸ ταύτης ἀφειδῶς πιεζομένοις, καὶ μὴ ἀνήσῃς ἐπαρκεῖν αὐτοῖς, ἄχρι καὶ σαυτὸν ἐν ἴσῃ καταστάσει μοίρᾳ. Τότε γὰρ ἴσως εὖ ποιῶν ἐπὶ τὸν αὐχένα τὸν Χριστοῦ ζυγὸν ἀναθήσῃ· « Πτωχοὶ γὰρ, ὡς αὐτὸς εἶπεν, εὐαγγελίζονται· » προσέχῃ δὲ σαυτῷ, καὶ ταῖς γῆναις ὁπόση δύναμις ἡδοναῖς τε καὶ μερίμναις ἀποταξάμενος, πεπράμενον τηρεῖν ἐν τῇ σῇ καρδίᾳ τὴν τοῦ Θεοῦ μνήμην, τὴν ἐπ' ὀνόματι τούτου μελέτην, τοῖς ἐν κρυπτῷ τῆς ψυχῆς ταμείοις ἀνάγραπτον ὥσπερ ἐνθέμενος· θείοις τε βίβλοις καὶ

litteris quoque mandata, non sine multa utilitate ad nos usque pervenit; ac memoria sui renovata, non parum virtutis proficuæ continens, exemplum omnis boni cunctis proponitur, principalis imago vitæ undequaque innocentis, forma omnimodæ virtutis, omnimodæ labis expers.

38. Sed oratio nostra finem spectat: quamvis existimem multa, quæ dici deberent, prætermissa esse; quorum pauca, quæ post mirabilis viri ad superos transitum contigerunt, nunc referens, aptum orationi finem imponam. Quamobrem paulo altius repetenda mihi oratio est. Postquam venator ille famulum Dei viderat, allocutus fuerat, ac vere cognoverat, hominem sanctum esse; aut potius majorem hominibus, angelum revera Dei, cœlestem sacerdotem, ac Deitatis contemplatorem videri; non decimas eorum quæ possidebat, uti olim Abraham Melchisedeco occurrens, largitus est; neque thesauros domi reconditos allaturum, aut dimidium bonorum suorum, exemplo Zachæi, pauperibus daturum se promisit; verum sese Deo divinoque viro totum addicere statuit, reditum supplicio sibi ducens, et omnino cogitans nunquam se ab illo divellendum. Qua de causa hanc a te gratiam peto, inquiebat, vir sanctissime, ut in societatem tuam me recipias, quo te magistro reliquum vitæ meæ, curarum expers, Deo impendam; varias malignorum spirituum insidias caveam; atque ad Deum, communem omnium, qui beato fine vitam clauserunt, requiem perveniam; Deum, inquam, qui omnes ad se jubet venire, venientes benigne excipit, ac majoribus quam speraverant præmiis remuneratur. Fac igitur in hoc quoque Dominum tuum imiteris; atque exiguitatem meam, quæso, ne repudies: nondum enim ab aspectu tuo, vir Dei, possum avelli. Quod si avelli me omnino velis, miserabilem impostorum, nec injuria, tracturus sum vitam: veluti si thesaurum in potestate mea haberem, et quidem omnibus mundi divitiis præstantiorem, cujus ego possessione me postea mea sponte exuerem.

39. Non sic, inquit qui futura prævidebat Petrus, non sic modo cogita, bone vir. Sedet namque tibi uxor domi, et propinqui tuæ curæ commissi sunt: accedit quod res familiaris tibi lauta suppetat, quæ plurimum egenorum latrantes stomachos possit sedare. Age igitur, dilecte fili, revertere, et inopia graviter laborantibus opitulare, nec prius desine illis erogare quæ habes, quam ad parem iis redactus fueris conditionem. Tunc enim fortasse bene faciendo mereberis ut Christi jugo collum subdas: « Pauperes quippe, ut ipse ait, evangelizantur [19]. » Attende vero tibi ipse; voluptatibus curisque terrenis nuntium quantum fieri potest remitte; perpetuam in animo tuo serva memoriam Dei, ejusque nomen in secreto cordis tui meditando veluti inscribens, sacras paginas atque eloquia singulis diebus horisque singulis studiose lectita.

[19] Matth. xi, 5.

Cumque in his anni spatium exegeris, si ad nos reverti animo collubitum sit tuo, quid te fieri velit Deus, manifestius cognosces.

λογίοις ἐντυγχάνῃ ὅσαι ἡμέραι τε καὶ ὧραι. Κἂν τούτοις ἐνιαυσιαῖον χρόνον ἡνυκὼς, ἢν πρὸς ἡμᾶς αὖθις ἀφῖχθαι προθυμηθῇς, εἴσῃ τὸ περὶ σοῦ θέλημα τοῦ Κυρίου τρανότερον.

CAPUT VIII.

Mortui cadaver dæmonem expellit, ac navi impositum ausertur.

40. Cum hæc effatus precatusque esset, sermonem abrumpit, atque a venatore recessit. Hic vero domum revertitur : jamque determinato tempore præterlapso, fratrem quem habebat a malo dæmone insessum, cum duobus monachis conducens, scapha ad sanctum proficiscitur : et appulsus qua parte se meminerat recto in montem itinere progressum, interiori ejus loco sanctum reperisse, una cum sociis vectoribus navi exscendit, atque iter quod per montis latus ad virum sanctum ducebat ingreditur, citatiore passu quam alii properans. Anima quippe, quæ stimulis impellitur amoris, tametsi alis instructa sit, non satis cito desideria sua attigerit. Ita ille fervido impetu, secum ascendentes longe præcurrens, ad locum desideratum primus pertingit ; atque oculis accuratius pervestigans omnia, conspicit viri sancti cadaver, admodum decenter jacens, cum spiritus inde excessisset, atque ad spirituum Dominum provolasset.

μ'. Ταῦτα ὁ μέγας εἰρηκώς τε καὶ ἐπευξάμενος, παύει τε ὁμιλῶν, καὶ τοῦ κυνηγέτου διίσταται· ὃς οἴκαδε ἐπανελθὼν, ἤδη τοῦ ὡρισμένου χρόνου παρῳχηκότος, ἀδελφὸν ἔχων δαιμονίῳ πονηρῷ κάτοχον, μοναχοῖς τισι δύο τοῦτον συμπαραλαβών, δι' ἀκατίου στέλλεται πρὸς τὸν ὅσιον· καὶ δὴ προσορμίσας, οὗ κατ' εὐθὺ τοῦ ὄρους ἐνδοτέρω τῷ γενναίῳ ἐντετυχηκὼς ἠπίστατο, συναποβαίνει τοῖς κεκοινωνηκόσιν ἐκείνοις τοῦ πλοῦ· καὶ διὰ τῆς ὑπωρείας, τῆς πρὸς αὐτὸν ἤγετο φερούσης. Συντονωτέρᾳ δὲ οὗτος τῶν ἄλλων πορείᾳ χρώμενος (ψυχὴ γὰρ ἀγάπης κέντροις ἐλαυνομένη, τάχ' ἂν οὐδ' εἰ πτερὰ σχοίη, κόρον σχοίη τῆς πρὸς τὰ παιδικὰ ταχύτητος) οὕτως οὖν ἐκεῖνος ὁρμῇ ζεούσῃ, τοὺς συνανιόντας πολὺ παραδραμὼν, καὶ τῷ ποθουμένῳ τῶν τόπων ἐπιστὰς, ὀξύτερόν τε τὴν ὄψιν ἐπιβάλλων, τὸν νεκρὸν ὁρᾷ τοῦ μεγάλου, κοσμίως εὖ μάλα κείμενον, τοῦ πνεύματος ἀποδεδημηκότος, καὶ πρὸς τὸν τῶν πνευμάτων ἐπιδεδημηκότος Δεσπότην.

41. Tam acerbo ille spectaculo, veluti sagitta quadam confixus, lugubrem edidit clamorem, pectus percussit, lacrymas fudit, ingemuit, ejulavit ; Quid, inquiens, de misero me fiet? Spe excidi, thesaurum ablatus est, salute privatus sum, et quas exspectabam animæ divitias omnino misere perdidi. Ita inquiebat, nondum experientia doctus, mortuum illum non exiguas esse divitias, et esse thesaurum qui possessores suos non parum jůvare possit. Paulo post etiam dæmoniacus illa una cum monachis advenit. Is continuo conclamare, conterqueri, ac toto conturbari corpore ; manus indecore protendere, ac pedes pari modo movere ; horrendum et non humano more oculos distorquere, atque dentes inter se collidendo indecorum strepitum et absurdum sonum emittere, et multam denique spumam ore protrudere, ortam ex eo, quod crebro exspiraturus exspirare non posset, tum propter inordinatum organorum motum, tum propter phlegmatum profluvium, ex turbatione cerebri natum, tum quod insidens spiritus se quoque admisceret.

μα'. Τῇ πικρᾷ τοίνυν ἐκείνῃ θέᾳ, καθάπερ τινὶ βέλει πληγεὶς, πικρὰς ἠφίει φωνὰς, τὰ στέρνα τύπτων, δακρύων, οἰμώζων, ὀλοφυρόμενος· Τίς γένωμαι, λεγων, ὁ τάλας ἐγώ ; τῶν ἐλπίδων ἐξεύσθην, τὸν θησαυρὸν ἀφῃρέθην, τῆς σωτηρίας ἐστερήθην τῆς ἐμαυτοῦ, καὶ τοῦ κατὰ ψυχὴν μοι προσδοκίμου πλούτου τελέως ἀθλίως ἡμάρτηκα· μήπω πείρᾳ μαθὼν, ὡς καὶ νεκρὸς ἐκεῖνος ἥκιστα μικρός τις πλοῦτος, οὐδὲ θησαυρὸς μικρὰ τοὺς εὐμοιρηκότας ὀνῆναι δυνάμενος. Μικρὸν ὅσον, καὶ δαιμονῶν ἐκεῖνος συνανῆλθε τοῖς μοναχοῖς· ὃς δὴ καὶ ὑπόφωνος εὐθὺς ἦν, ἐστροβοῦτό τε, καὶ τὸ πᾶν συνεκλονεῖτο τὸ σῶμα, τώ τε χεῖρε προὔτεινεν ἀκόσμως, καὶ τῷ πόδε τὸν ὁμοιον διεκίνει τρόπον, δεινόν τε, καὶ οὐ κατ' ἀνθρώπους τὼ ὀφθαλμὼ διέστρεφε· καὶ τοὺς ὀδόντας ἀλλήλοις προσαράσσων, ἀπρεπῆ προέπεμπε ψόρον, καὶ ἀπηχῆ τινα ἠχήν· τῆς δέ οἱ ἐκπνοῆς ἀθρόας μὴ διεκπνεῖσθαι δυναμένης, διὰ τὴν τῶν ὀργάνων ἄτακτον συγκίνησιν, καὶ τῇ διὰ τὸν ἐν ἐγκεφάλῳ κυκεῶνα συρροίᾳ γινομένῃ τῶν φλεγμάτων, τοῦ ἐνισχομένου συναναμιγνυμένου πνεύματος, πολὺς προὐχέτο τοῦ στόματος ἀφρός.

42. In homine, ita miserabiliter affecto, inhabitans spiritus per os ejus sermonem promebat, quo ipsum sancti cadaver, veluti si adhuc beatæ animæ conjunctum esset, alloquebatur : Nondum satietas te cepit, inquiens, erectorum in dedecus meum tropæorum, homo insatiabilis? Tres et quinquaginta anni sunt, ex quo me crudeliter jactare, persequi, exterminare non desinis. Ad meas vero sagittas, quas non unius generis in te ego jaculatus sum, tu non secus ac adamas petra, ex nominis tui

μβ'. Ἀλλ' οὕτω, φεῦ ! ἐλεεινῶς ἔχοντος, καὶ λόγους ἐτράνου δι' ἐκείνου, τὸ ἔνοικον ἐν ἐκείνῳ πνεῦμα, καὶ τῷ τοῦ ὁσίου νεκρῷ καθάπερ ἔτι συνημμένῳ τῇ μακαρίᾳ τούτου ψυχῇ, διελέγετο· Οὐκ ἐλαβές πω, λέγων, κόρον τῶν κατ' ἐμοῦ τροπαίων, ἀκόρεστε ; τρεῖς ἤδη καὶ πεντήκοντα ἐνιαυτοὺς οὐκ ἀνῆκες βάλλων, διώκων, ὑπερορίζων ἀφειδῶς ἡμᾶς· σὺ δὲ πρὸς τὰς παρ' ἡμῶν παντοίας τῶν βελῶν ἀφέσεις, ἴσα καὶ πέτρος ἀδάμας φερωνύμως διέκεισο, καὶ οὐδὲ νῦν γοῦν ἀποχρῶν

εἶναί σοι δοκεῖ, καὶ ταῦτ' ἐξ ἀνθρώπων γεγονότι, εἰ μὴ καὶ τουτονί με προσαπελάσεις τοῦ ἀνθρωπίου, καθ' ὃ πολλὰς μὲν πρότερον τεμὼν ὁδοὺς, μόγις δὲ ὅμως πάροδον εὗρον καὶ εἰσρυὲν οἰκῶ· ἀλλ' οὔμενουν οὐ πείσομαι, οὐδ' ἐξελεύσομαι, τὸ μόνον εὐφυὲς ἐμοὶ σχεδὸν καταγώγιον ἀπολιπόν.

μγ'. Ἐπὶ τούτοις, ὦ τοῦ θαύματος! τοῦ κειμένου τὴν νεκροπρεπῆ τε καὶ ὖποχον ὄψιν, ὑπ' ὄψιν ἀποθεμένου τῶν παρεστώτων, καὶ τὸ φαιδρότερον ἀμείψαμένου τὴν χροιάν, τοῦ δαιμονῶντος ἀπηλλάττετο τὸ δαιμόνιον, καπνοῦ δίκην διὰ τοῦ στόματος ἐκφερόμενον· ὡς εἶναι φάναι μικρὸν ὑπαλλάξαντα τὸ τοῦ Δαβὶδ, Εὐφρανθέντος τοῦ δικαίου (τοῦτο γὰρ ἄγγελος ἡ τῆς χροιᾶς ἀλλοίωσις) ἐξέλιπον ὡσεὶ καπνὸς ὁ τοῦ Θεοῦ ἐχθρός. Τί τούτου πολλῷ μεῖζον εἰς θαύματος λόγον, τῶν νῦν ἢ τῶν πώποτε; Νεκροὺς ἀνέστησαν ἤδη τῶν πάλαι τινὲς, Ἠλίας ἐκεῖνος, Ἐλισσαῖος μετ' ἐκεῖνον, ὁ καὶ δι' ἐκείνου τῆς διπλασίονος μετειληχὼς χάριτος· ἑαυτὸν δὲ οὐδείς, ὅτι μὴ Χριστὸς, ἐπὶ τὸ ζῆν ἐπανήγαγεν· οὗ δὴ καὶ οὗτος ἐγγὺς, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἀπαθοῦς διαγωγῆς, οὕτω καὶ τῶν θαυμάτων ἀφῖχθαι, διὰ τῆς ἐκείνου χάριτος ἠξιώθη. Εἰ δὲ καὶ τοὺς εὖ παθόντας ἐξετάζοι τις, τοσοῦτον εὐκταιότερον ἀναβιώσεως, δαίμονος ἀπαλλαγῆναι, ὁπόσον τὸ δαιμονᾷν τοῦ τεθνάναι ἀπευκταιότερον εἶεν.

μδ'. Ὁ μέντοι θηρατὴς ἐκεῖνος, ἐπὶ τὸ χαίρειν ὑπὸ τοῦ πενθεῖν μεταβαλὼν, ἅμα τ' ἀδελφῷ σωφρονοῦντι, καὶ τῇ συνεκδήμῳ τῶν μοναχῶν συνωρίδι, τὴν σορὸν ἀνελόμενος, καὶ τῷ πλοίῳ κοσμίως ἐνθέμενος, τὸν ἀνάπλουν διὰ τοῦ πρὸς βορᾶν τετραμμένου τοῦ ὄρους ἐποιεῖτο μέρους. Τέως μὲν οὖν, ἐξ οὐρίας ἡ ναῦς ἐφέρετο· σεμνεῖου δέ τινος ἀντικρὺς γεγονυῖα, μήθ' ἑτέρου πνεύματος ἀντιπνεύσαντος, μήτε τοῦ φέροντος ἀπολιπόντος, ἀλλ' οὐδ' ὑφειμένου, τοῖς σκοπέλοις ἐπίσης ἀμετάβατος ἦν. Οἱ μὲν οὖν προσεπετίθουν τὴν ἀπ' αὐτῶν συνέργειαν τῇ ῥύμῃ τοῦ πνεύματος, ᾗ δυνάμεως εἶχον ἐρέττοντες· ὁ δ' ἐγκείμενος, οὐ τοῦ πνεύματος ἄρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ζώντων ἐκείνων ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος κρείττων ἦν, μᾶλλον δὲ, ὁ καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων Κύριος, παρ' οὗ πάνθ' ὑπερφυῶς ἐτελεῖτο.... τοῦ μὴ καταλιπεῖν τοῦτο τὸ θεῖον ὄρος, τῆς ἐναγωνίου βιοτῆς ἀνήκοον, τοῦ κατὰ Δανιὴλ τῶν ἐπιθυμιῶν ἀνδρὸς, τοῦ θείου τούτου Πέτρου δηλαδή. Τοῦ πρόσω τοίνυν κοινῇ πάντες ἀπογνόντες, ἔκρουσαν τότε πρύμναν, καὶ οὕτω πειθηνίῳ τῷ πλοίῳ χρησάμενοι καταίρουσιν ἐπὶ τὸ καταντικρὺ σεμνεῖον ἐκεῖνο, κἀνταῦθα τὴν ἐπέραστον ἐκείνην ἀκουσίως ἐναποτίθενται σορόν. Ἀλλὰ γὰρ τῶν ἐνταῦθα γενομένων θαυμάτων καταλέγειν τὸ πλῆθος, ἐπίσης οὔτ' εὔκαιρον, οὔτε δυνατόν.

[13] Psal. LXXII, 3.

A etymo restitisti; et ne nunc quidem, postquam e vivis excessisti, satis tibi egisse videris, nisi hocce etiam homuncione me expuleris; in quem, postea quam multum prius confecissem itineris, vix tandem invento aditu irrepsi ac habito. Verumtamen non tibi parebo, non hinc excedam: cum hoc fere solum, genio meo aptum, supersit hospitium.

43. Ad hæc, o miraculum! quod jacebat cadaver, emortuam pallidamque faciem in astantes obvertit, eamque lætiori colore induit: tum illico recedit ab energumeno dæmon, per os ejus adinstar fumi elatus, ut modice mutato Davidico illo uti liceat: Lætante justo (lætitiæ quippe index erat coloris mutatio) defecit sicut fumus inimicus Dei [13]. Quodnam hoc facto majus miraculum di i potest, aut nostra aut majorum memoria, contigisse? Nonnulli jam pridem revocarunt mortuos ad vitam, videlicet Elias et post hunc Elissæus, qui per illum etiam duplicem gratiam adeptus est; sed nemo unus, si Christum excipias, seipsum vitæ restituit. Ad Christum autem, gratia ejus adjuvante, Petrus, uti vita perturbationibus superiore, ita etiam gloria miraculorum, propius accedere meruit. Si quis vero etiam, quinam ejus beneficentiam experti sint, exquirat, noverit is tanto optabilius esse liberari dæmonio, quam resuscitari a mortuis, quanto morte ipsa tristius est a dæmonio vexari.

44. Venator porro ille, verso in gaudium luctu, una cum fratre sibi jam restituto, binisque monachis viæ comitibus, cadaver tollit, navigio decenter imponit, ac versus borealem a monte plagam renavigat. Et secundo quidem ferebatur vento navis, donec e regione cujusdam cœnobii provecta, nullo alio in contrarium flante vento, et secundo illo non ponente, imo nec imminuto, non aliter quam scopulus, loco eodem immota hæsit. Vectores igitur suam eam invehente vento conferebant operam, toto conatu remis incumbentes. Sed mortuus ille qui jacebat in navi, non modo ventis, sed ipsis etiam vivis hominibus immensum viribus præstabat; aut potius præstabat ille, qui mortuorum æque ac vivorum Dominus est, a quo cuncta perficiebantur egregie, ut ne sacer hic mons perderet inauditam laboriosæ vitæ memoriam viri, uti Daniel ait, desideriorum, divini videlicet Petri nostri. Ulteriorem itaque progressum omnes simul desperantes, puppim antrorsum pepulerunt; atque ita obsequens sibi navigium nacti, appulerunt ad monasterium illud quod e regione positum erat, ibique amatum impense cadaver illubentes deponunt. Multitudinem vero miraculorum, eo in loco patratorum, deinceps enumerare æque importunum ac impossibile foret.

CAPUT IX.

Depositum Photocomi sacrum corpus dæmoniacos sanat, ac templo festoque honoratur.

45. Illi autem, quos supra in licavit oratio nostra una cum venatore vectos fuisse, neutiquam ferendum putantes, sese a sacro illo thesauro avelli, simulanter rogant quidem ut recipiantur atque annumerentur in illic feliciter commorantium numerum, ibidem vitam et ipsi finituri : post moram vero non diutinam auferentes thaumaturgum illud corpus, in Thraciam trajiciunt, ibidemque illud denuo deponunt inviti. Dum enim iter faciunt, instante prandii tempore, locus, qui prope tunc aberat, ad illud parandum aptissimus eis forte visus est. Fons quippe inde manabat, aspectu pulcher et gustu suavis ; circum autem ipsum mollis virebat herba, gratum præbens recubitum ac diversorium ; ibidemque non decrant arbores, ad aquæ decursum plantatæ.

με'. Οὓς δ' ἀνωτέρω φθάσας ἐδήλωσεν ὁ λόγος σύμπλους γεγενῆσθαι τῷ κυνηγέτῃ, μηκέτ' ἀνεκτὸν ἡγεῖσθαι διαστῆναι τῆς ἁγίας ἐκείνης σοροῦ, σκηψάμενοι, δέονται μὲν ὑποδεδέχθαι τε καὶ συντετάχθαι μετὰ τῶν αὐτῆς εὐμοιρηκότων ἐκείνων, ὡς διὰ τέλους ἐκεῖ βιώσοντες· προσολίγον δὲ παραμεμενηκότες, ὑφαιροῦνται τὸ θαυματοποιὸν ἐκεῖνο σῶμα, κἀπὶ τῆς Θρᾴκης διαπόντιοι μεταβαίνουσιν· οὗ δήπου καὶ κατατιθέασιν αὖθις οὐχ ἑκόντες εἶναι. Μεταξὺ γὰρ πορευομένων, ὁ τοῦ ἀρίστου καιρὸς ἐφεστήκει· καὶ ὁ παρακείμενός σφισι τηνικαῦτα τόπος οὕτω τυχὼν, πρὸς ἄριστον ἄριστος ἐτύγχανεν ὤν· πηγὴ μὲν γὰρ ἐκεῖθεν ἀνερρήγνυτο, διειδὴς μὲν ἰδεῖν, ἡδεῖα δὲ πιεῖν· κύκλῳ δὲ περὶ αὐτὴν μαλακή τις ἐτεθήλει πόα, διαίτῃ τε καὶ καταλύσει χαρίεν· καί που καὶ φυτὰ τῇ διεξόδῳ παραπεφύκει τοῦ ὕδατος.

46. Ex aliis itaque ramis linteum, quo pretiosum cadaver, ipsis viventibus vigore præstantius, involutum erat, suspendunt, ejusque umbram ipsi subeunt, ac assidentes fonti proferunt quos penes se habebant cibos, atque manducant. Cum repente innumerabilis multitudo omnis ætatis, concurrens altumque vociferantes, et manus horrendum contorquentes, impetu in ipsos invadunt, summa se injuria affici a Petro et male torqueri lamentantes. Lamentationis autem hæc summa erat, quod a Petro tum aliis pluribus e locis, tum ex hoc ipso expellerentur.

μς'. Ὑφοῦ τοιγαροῦν τῶν πτόρθων ἐξαρτήσαντες τὴν ὀθόνην, ἣ τις ἐντεθησαυρισμένον εἶχε τὸν τῶν ζώντων ἐνεργέστερον νεκρὸν, ὑπελθόντες αὐτοὶ τὴν σκιὰν, καὶ τῇ πηγῇ παρακαθίσαντες, παρέβαλόν τε τῶν ἐνόντων ἐδωδίμων, καὶ ἤσθιον τροφῆς· ἐξαίφνης δὲ πλῆθος ἀριθμοῦ κρεῖττον, ἐκ πάσης ἡλικίας συγκεκροτημένον, μέγα ἀναβοῶντες προσήλαυνον, ὁρμῇ τε χρώμενοι, καὶ περιδινήσει τῶν χειρῶν ἀσχήμονι, τὰ μέγιστά τε ἀδικεῖσθαι λέγοντες, καὶ κακῶς ὑπὸ τοῦ Πέτρου πάσχειν· οὗτος γὰρ ἦν ἡ πᾶσα τῆς κραυγῆς ὑπόθεσις, ἐγκαλούμενος ὅτι πολλαχόθεν τε ἄλλοθεν, κἀκεῖθεν ἀπήλαυνεν αὐτούς.

A stribus plantis, tum ex natura, tum ex industria agricolæ, tum ex tempestatum vicissitudinibus adveniunt, hæc nobis rationalibus Christi palmitibus, credentibus huic animarum agricolæ, contingunt ex liberi arbitrii quo gaudemus, electione. At sine patientia eorum quæ præter voluntatem nobis superveniunt, ne sponte quidem facta divinam consequentur benedictionem. Amor enim Dei præsertim ex tentationum tribulatione probationem accipit.

Oportet tamen vel voluntariis animam operibus dare, et sic voluptati et gloriæ despiciendis consueti, facile involuntarios etiam patiemur aggressus. Qui porro per spiritualem paupertatem illas aspernatur, et dignum efficaci pœnitentiæ medicina seipsum ducit, exspectatam semper habet cunctam B tribulationem, omnemque tentationem accipit tanquam proprie sibi debitam; et in eam incidens gaudet, ut animæ nactus purgatorium; atque illam ut instrumentum ducit et adhibet quo ad Deum ascendat laboriosis et efficacissimis precibus, et quo adipiscatur et conservet animæ sanitatem; nec tantum injurias dimittit et obliviscitur, sed persequentibus gratias agit ac pro eis velut benefactoribus precatur. Propterea ipse quoque non modo peccatorum remissionem promissam recipit, verum etiam regnum cœlorum et divinam benedictionem consequitur, beatus a Domino prædicatus, utpote in spiritu humilitatis usque ad finem persecutionem patiens.

C Nos vero paucis pauca fati de spirituali circumcisione, nonnullos jam præloquamur ejus fructus. Post consecutos spirituali paupertate inamissibiles divitias, solus beatus lugentes facit suæ felicitatis participes, dicens: « Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur [55]. » Cur autem conjunxit Christus luctum paupertati? quia cum ipsa est semper. Sed, juxta Apostolum, tristitia de paupertate quæ est secundum mundum, mortem operatur; tristitia vero de paupertate quæ est secundum Deum, pœnitentiam operatur in animæ salutem [56]. Et involuntariam quidem paupertatem involuntarius, voluntariam vero voluntarius sequitur luctus. Quia vero beatificatus hic luctus conjungitur paupertati quæ est secundum Deum, propter hanc D necessario contingit, ex eaque velut ex causa omnino dependet, et nounisi una cum hac spiritualis est et voluntaria. Sed videamus quomodo beata paupertas beatum pariat luctum.

Cum igitur quatuor spiritualis paupertatis species sermone paulo superiori ostenderimus, quæ scilicet in cogitatione est, quæ in corpore, quæ in vitæ divitiis, et quæ in exterioribus tentationibus, nemo audiens has divise proponentes, earum praxim esse divisam existimet. Nam una omnes observari solent, ideoque una comprehensæ sunt beatitudine, quæ mirabiliter simul ostendit qualis sit velut radix et fons aliorum, nempe spiritus noster. Hic

[55] Matth. v, 5. [56] II Cor. vii, 10.

enim evangelici præcepti complexus, ut dictum est, gratiam, flumen paupertatis a seipso emittit, irrigans universam faciem terræ nostræ, exteriorem videlicet hominem, et hunc virtutum faciens paradisum.

Quatuor igitur specierum spiritualis paupertatis unaquæque proprium generat luctum, simul cum congrua consolatione. Ex voluntaria quidem corporis paupertate et humilitate, quæ est fames, sitis, insomnia, et generatim corporis invaletudo et ærumna, et insuper meditata sensuum repressio : ex his, inquam, non luctus solummodo, sed et fletus nascitur. Sicut enim stupiditas stoliditasque et durities cordis ex quiete voluptateque ac deliciis oriri solent, ita ex temperante et abstinente vita contritio cordis et compunctio, quæ omnem aufert amaritudinem, et suavitatis affert hilaritatem. Etenim absque contrito corde impossibile est, ut dicitur, liberari a nequitia; conterit autem cor triplex temperantia : somni, cibi, et corporalis quietis. Liberata porro anima per illam contritionem a nequitia et amaritudine, omnino consequitur spiritualem suavitatem, et hæc est consolatio propter quam beatos dicit Dominus qui lugent. Ait etiam Joannes ille qui Climacem nobis spiritualem sermonibus ædificavit : « Sitis et insomnia conterunt cor, corde autem contrito effluunt lacrymæ. Qui vero est expertus, in his videbit risum scilicet beatum, quæ est consolatio a Domino promissa. » Ita ex grata Deo corporis paupertate beata consolatio lugentibus oritur. Ex paupertate vero mentis et divina animæ humilitate, quomodo?

Humilitatem animæ comitatur semper sui contemptio : hæc autem ab initio in pœnæ timorem multum extenditur, oculis exhibens adversariorum horribilem ad unius tormentum concertationem, et adhuc formidinem augens ex eo quod sciat pœnam illam esse ineffabilem et dicto terribiliorem; et insuper ejus æternitas quantum addit ejus horrori! Calor enim et frigus, caligo et ignis, motus et statio, vincula et terricula, et ferarum immortalium morsus, in unum coguntur ad ista supplicia. Et sic ne adumbratur quidem horribilis illa pœna, cum, ut scriptum est [87], « Nec in cor hominis ascendit » quid sit inutilis inconsolabilisque et interminabilis ille luctus. His enim qui in Deum peccaverunt, ex offensarum notitia luctus excitatur. Illis igitur reprobis, dulci spe ablata et desperata salute, invitum quemque remordens conscientia luctu ingravat urgentem dolorem. Et hic rursus et semper luctus, utpote nunquam cessaturus, novi luctus fit origo, et alia tetra caligo, et calor sine refrigerio, et abyssus desperationis infinita.

Nunc vero luctus maximi est pretii : propitius enim exaudit Deus, qui ad nos visitandos descendit, et sic lugentibus promisit consolationem, scilicet seipsum, qui Paraclitus est et vocatur. Vidisti

A ἐξῆπται, καὶ ἀπὸ ταύτης ἔχει συνυπακουόμενον τὸ πνευματικὸν καὶ ἐκούσιον. Ἀλλὰ γὰρ ἴδωμεν, πῶς ἡ μακαριστὴ πτωχεία τὸ μακάριον ἀπογεννᾷ πένθος.

Τεττάρων οὖν εἰδῶν τῆς πνευματικῆς πτωχείας ὑπὸ τοῦ λόγου μικρὸν ἀνωτέρω πεφηνότων, τῆς ἐν τῷ φρονήματι, τῆς ἐν τῷ σώματι, τῆς ἐν τῇ κατὰ τὸν βίον περιουσίᾳ, καὶ τῆς ἐν τοῖς ἔξωθεν ἐπερχομένοις πειρασμοῖς, μηδεὶς δὲ ὑμῶν ἀκούων μεμερισμένως ταῦτα προστιθέντων, καὶ τὴν κατὰ ταῦτα πρᾶξιν μεμερισμένην ὑπολάβῃ. Σὺν ἄλλοις γὰρ πεφύκασι τελεῖσθαι· διὸ καὶ μακαρισμῷ περιεκλείσθησαν ἑνὶ, ἅμα θαυμασίως ὑποδείξαντι, καὶ πολὺν ἐστιν ὡσανεὶ ῥίζα καὶ πρόξενον τῶν ἄλλων, δηλαδὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἡμέτερον. Τοῦτο γὰρ τὴν τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος ἐγκολπωσάμενον, ὡς εἴρηται, χάριν, B πηγὴν πτωχείας ἀναδίδωσιν ἀφ' ἑαυτοῦ, ποτίζουσαν πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ἡμῶν· τὸν ἔξω δηλονότι ἄνθρωπον· καὶ παράδεισον ἀρετῶν ἀποτελῶν αὐτόν. Τεττάρων οὖν εἰδῶν τῆς πνευματικῆς πτωχείας ὑπαρχόντων, ἀφ' ἑκάστου τούτων τὸ κατάλληλον γεννᾶται πένθος, μετὰ τῆς προσηκούσης παρακλήσεως, αὐτίκα· διὰ μὲν τῆς ἑκουσίου σωματικῆς πτωχείας καὶ ταπεινώσεως, ἥτις ἐστὶ πεῖνα, καὶ δίψα, καὶ ἀγρυπνία, καὶ ἁπλῶς κακουχία, καὶ κακοπάθεια σώματος· καὶ πρὸς τούτοις ἡ σὺν λόγῳ συστολὴ τῶν αἰσθήσεων· ἐκ τούτων τοίνυν, οὐ πένθος ἁπλῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ δάκρυα τίκτονται. Καθάπερ γὰρ ἀναλγησία, καὶ πώρωσις, καὶ σκληρότης καρδίας, ἐξ ἀνέσεως, καὶ τρυφῆς, καὶ εὐπαθείας τίκτεσθαι πεφύκασιν, οὕτως ἐξ ἐγκρα- C τοῦς καὶ συνεσταλμένης διαίτης, συντριβὴ καρδίας καὶ κατάνυξις, πικρία πάσης ἀποτρεπτικὴ, καὶ γλυκείας ἱλαρότητος παρεκτική. Καὶ γὰρ ἄνευ συντριμμοῦ καρδίας ἀδύνατον, φησὶν, ἀπαλλαγῆναι κακίας· συντρίβει δὲ καρδίαν ἡ τριμερὴς ἐγκράτεια· ὕπνου, καὶ τροφῆς, καὶ σωματικῆς ἀνέσεως. Ἀπαλλαγεῖσα δὲ ψυχὴ διὰ τῆς συντριβῆς ταύτης κακίας καὶ πικρίας, ἀντιλαμβάνει πάντως τὴν πνευματικὴν θυμηδίαν· καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ παράκλησις, δι' ἣν τοὺς πενθοῦντας μακαρίζει ὁ Κύριος. Φησὶ δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ τὴν διὰ λόγων πνευματικὴν ἡμῖν δειμάμενος Κλίμακα· Δίψα καὶ ἀγρυπνία ἐξέθλιψαν καρδίαν· καρδίας δὲ θλιβείσης, ἐξεπήδησαν δάκρυα. Ὁ δὲ δοκιμάσας, φησὶ, γελάσει ἐν τούτοις, τὸν D μακάριον δηλονότι γέλωτα, παρακληθεὶς, ὡς ὁ Κύριος ἐπηγγείλατο. Καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἐν σώματι θεοφιλοῦς πτωχείας, τὸ μακαριστῶς παρακαλοῦν τοὺς κεκτημένους πένθος, οὕτως ἔχει τὴν γένεσιν. Ἀπὸ δὲ τοῦ κατεπτηχότος φρονήματος, καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν ἐνθέου ταπεινώσεως, πῶς; Ἡ αὐτομεμψία σύνεστιν ἀεὶ τῇ ταπεινώσει τῆς ψυχῆς· αὕτη δὲ τὸν τῆς κολάσεως φόβον τὴν ἀρχὴν ἐπανατείνεται σφοδρῶς· πρὸ ὀφθαλμῶν ποιοῦσα, τὴν ἐξ ἐναντίων ἐκείνην, εἰς ἑνὸς κολαστηρίου φρικωδεστάτην συνδρομήν· καὶ ἔτι προσθήκην τοῦ δέους ἐμποιοῦσα, ἐκ τοῦ μανθάνειν ἄῤῥητον ἐκείνην οὖσαν, ὡς καὶ τῶν εἰρημένων δεινοτέραν· τὸ δὲ ἀτελεύτητον ἐκείνης

[87] I Cor. II, 9.

αὐτοῦ, ὅση προσθήκη τοῖς δεινοῖς! Καύσων γὰρ, καὶ ψύχος, καὶ σκότος, καὶ πῦρ, καὶ φορὰ, καὶ στάσις, δεσμά τε καὶ δείματα, καὶ θηρίων ἀειζώων δήγματα, κατ' ἐκείνην εἰς ἓν συνάγεται τὴν καταδικην. Καὶ οὐδ οὕτως οἷον ἐκεῖνο τὸ δεινὸν παρίσταται, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐπὶ νοῦν οὐκ ἀναβεβηκὸς ἀνθρώπου. Τί δὴ τὸ ἀνόνητον καὶ ἀπαράκλητον καὶ ἄληκτον ἐκεῖνο πένθος; Τοῖς γὰρ εἰς Θεὸν ἁμαρτοῦσιν, ἐκ τῆς τῶν ἐπταισμένων ἐπιγνώσεως κινεῖται πένθος; Ἐκεῖ τοίνυν ἐληλεγμένοις, καὶ τῆς χρηστοτέρας ἐλπίδος ἀνῃρημένης, καὶ τῆς σωτηρίας ἀπεγνωσμένης, ὁ τοῦ συνειδότος τάτ' ἀκούσιος ἔλεγχος, ἑκάστῳ πολυπλασιάζει τῷ πένθει, τὴν ἐπικειμένην ὀδύνην· καὶ τοῦτ' αὖθις καὶ ἀεὶ τὸ πένθος, ὡς μηκέτι παυσόμενον, ἑτέρου πένθους ἀφορμὴ γίνεται· καὶ σκότος ἄλλο δεινὸν, καὶ καύσων ἀψυχαγώγητος, καὶ βυθὸς ἀθυμίας ἀμήχανος. Ἐνταῦθα δὴ τὸ πένθος τοῦτο λυστιτελέστατον. Ἴλεως γὰρ ἐπακούει Θεός· ὡς καὶ μέχρις ἡμῶν κατῆλθεν ἐπισκεψόμενος, καὶ τοῖς οὕτω πενθοῦσιν ἐπηγγείλατο τὴν παράκλησιν· ἥπερ ἐστὶν αὐτὸς Παράκλητός τε ὢν καὶ καλούμενος. Εἶδες καὶ τὸ παρὰ τεταπεινωμένης ψυχῆς πένθος, καὶ τὴν ἐπιγινομένην παράκλησιν; Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἡ αὐτομεμψία μόνη καθ' αὑτὴν, ὥσπερ τι βάρος νοητὸν τῷ λογιζομένῳ τῆς ψυχῆς ἐπιτεθεῖσα καὶ χρονίσασα, συντρίβει καὶ πιέζει, καὶ τὸν οἶνον ἐκθλίβει τὸν σωτήριον, τὸν εὐφραίνοντα καρδίαν ἀνθρώπου, τουτέστι τὸν ἐντὸς ἡμῶν ἄνθρωπον. Οἶνος δὲ τοιοῦτός ἐστιν ἡ κατάνυξις· συνεκθλίβει γὰρ τῷ πένθει καὶ τὰ πάθη· καὶ χαρᾶς τὴν ψυχὴν πληροῖ μακαριστῆς, τοῦ κατὰ ταῦτα δεινοῦ βάρους ἀπαλλάξασα. Διὰ τοῦτο « Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. » Παρὰ δὲ τῆς ἀκτημοσύνης, ταυτὸν δ' εἰπεῖν τῆς κατὰ τὴν περιουσίαν, καὶ τὰ περὶ ἡμᾶς ὑπάρχοντα πτωχείας· συνημμένης μέντοι τῇ πτωχείᾳ τοῦ πνεύματος, ὡς ἀνωτέρω ἔφημεν. Συναλλήλοις γὰρ ταῦθ' ἅπαντα τελούμενα τέλειά τε καὶ εὐάρεστα Θεῷ. Παρὰ τοιαύτης τοιγαροῦν πτωχείας, ὅπως ἡμῖν ἐγγίνεται τὸ πένθος, καὶ ἡ ἐν αὐτῷ παράκλησις, συνετῶς ἀκούων εἴσῃ. Καὶ γὰρ ἐπειδὴν ὁ ἄνθρωπος πᾶσι χαίρειν εἰπὼν, τοῖς τε χρήμασι, καὶ τοῖς κτήμασιν ἀποτάξηται, ταῦτα ῥίψας ἢ σκορπίσας, κατὰ τὴν ἐντολήν· τῆς περὶ αὐτὰ μερίμνης τὴν ψυχὴν ἀπαναστήσας, ἐπεστράφθαι πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἐπισκοπὴν ἐφίησιν, ἐλευθέραν τῶν πραγματικῶς περισπώντων ἔξωθεν αὐτήν. Ὁπηνίκα δ' ἂν ὁ νοῦς αἰσθητοῦ παντὸς ἀπαναστῇ, καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τῆς περὶ ταῦτα τύρβης ἀνακύψῃ, καὶ κατοπτεύσῃ τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον, πρῶτον μὲν ἐνιδὼν τὸ προσγεγενημένον εἰδεχθὲς προσωπεῖον ἐκ τῆς κάτω περιπλανήσεως, τοῦτο διὰ πένθους ἀπονίψασθαι σπεύδει· ἔπειτ' ἐπειδὰν τὸ δυσειδὲς τοῦτο περιέλῃ κάλυμμα, τότε μὴ ποικίλαις σχέσεσι τῆς ψυχῆς ἀγεννῶς διασπωμένης, εἶσω τῶν ὄντως ταμείων ἀταράχως χωρεῖ, καὶ τῷ ἐν κρυπτῷ Πατρὶ προσεύχεται· ὃς αὐτῷ καὶ τὸ χωρητικὸν τῶν χαρισμάτων δῶρον, τὴν τῶν λογισμῶν εἰρήνην τὰ πρῶτα χορηγεῖ· μεθ' ἧς τὴν

A ortum ex anima humiliata luctum, et subortam ei consolationem. Etenim sui despectio sola per seipsam, quasi torcular spirituale intellectui animæ instans et incumbens, conterit ac premit, et vinum exprimit salutare quod lætificat cor hominis, id est, interiorem nostrum hominem. Hoc autem vinum est compunctio, quæ comprimit luctu passiones, et animam lætitia replet beata, diro cupiditatum pondere liberatam. Propterea « Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. »

Ex inopia vero, seu quod idem est, ex pecuniæ et substantiarum paupertate, quæ est conjuncta paupertati spiritus, ut supra diximus, hæc enim omnia se invicem perficiunt et absolvunt ut sint Deo grata : ex illa igitur paupertate quomodo B nobis innascatur luctus et ea quam affert consolatio, intelligenter audies. Etenim postquam homo cunctis vale dicto, res et opes abrenuntiatas abjecit, juxta præceptum, curam de istis supergressa anima, convertere se ad suam ipsius curam potest, libera jam a negotiis ipsam exterius distrahentibus. Cum autem omni mens sensibili superior, laboriosi diluvium turbinis despicit, et respicit interiorem hominem, primo quidem intuens turpem larvam a misero lapsu sibi applicatam, luctu eam detergere studet, deinde ubi fœdum illud eluit operimentum, tunc jam non variis habitibus anima ignave distracta, in ipsum penetrale secura ingreditur, et in secreto Patrem orat, et hic illi capacem gratiarum gratiam, pacem cogitationum C largitur, qua matrem, nutricemque omnis virtutis humilitatem perficit, non eam quæ facilibus cuique volenti verbis et habitibus constat, sed quam bonus ac divinus testatur spiritus, et quam parit idem spiritus in visceribus innovatus [38]. Intra has virtutes, velut intra tutos paradisi spiritualis parietes, veræ perfectionis variæ pullulant arbores, in ipso autem medio assurgit sacra charitatis regia, pro cujus foribus, futuri prænuntia sæculi, ineffabilis et inamissibilis lætitia floret. Nam inopia mater est securitatis, securitas autem attentionis et orationis; hæc vero, luctus atque fletus; et hi præsumptionem delent; hac autem ablata, facilior virtutis via efficitur, obicibus de medio sublatis, D et conscientia irreprehensibilis fit : hæc porro scaturiunt lætitiam et beatum animæ risum. Et tunc lacrymæ doloris in suavitatem mutantur, et Dei eloquia dulcia gutturi super mel ori fiunt, et orationis efflagitatio in gratiarum actionem convertitur, et meditatio divinorum testimoniorum exsultatio cordis est, cum spe quæ non confundit [39], et quæ illis quasi præludio libatis et hujusmodi experientia prægustatis adhærens superabundantes suavitatis divitias partim discit, sicut dicitur [40] : « Gustate et videte quoniam suavis est Dominus, » nempe exultatio justorum, rectorum lætitia, humilium deliciæ, et consolatio humiliter lugentium.

[38] Psal. L.

Quid igitur? Num huc usque tantum consolatio? hæccine sola sacri dos conjugii? Nec majoris se puritatis datorem præbet illarum animarum sponsus iis qui sunt beato luctu perfecti, mundatique et virtutibus ut sponsa ornati? Non sic: nunc enim nos parati sumus ad vituperationem eorum qui ad nos dicunt: Ne prophetes in nomine Domini; secus, projiciemus nomen tuum ut malum, mendacium-et calumnias contra te componentes et prophetantes.

A γεννητικήν τε καὶ συνεκτικὴν ἁπάσης ἀρετῆς τελειοῖ ταπείνωσιν· οὐ τοῖς ἀνυσίμοις εὐχερῶς τῷ βουλομένῳ ῥήμασί τε καὶ σχήμασι συνισταμένην, ἀλλὰ τὴν ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ θείου Πνεύματος μαρτυρουμένην· ἣν αὐτὸ κτίζει τὸ Πνεῦμα τοῖς ἐγκάτοις ἐγκαινιζόμενον. Ἐν δὴ ταύταις, ὥσπερ ἐν ἀσφαλεῖ περιτειχίσματι, τοῦ κατὰ νοῦν παραδείσου, τὰ τῆς ἀληθοῦς ἀρετῆς παντοδαπὰ δένδρα φύεται· μεσαιτάτω δ' ἀνεγείρεται τὰ τῆς ἀγάπης ἱερὰ βασίλεια· τούτων δ' ἐν προθύροις, τὸ προοίμιον τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ἡ ἀνεκλάλητός τε καὶ ἀναφαίρετος ἀνθεί χαρά· μήτηρ γὰρ ἀκτημοσύνη μὲν ἀμεριμνίας· ἀμεριμνία δὲ προσοχῆς καὶ προσευχῆς· αἱ δὲ, πένθους καὶ δακρύων· ταῦτα δὲ τὰς προλήψεις ἀπαλείφει· τούτων δὲ ἀποβεβλημένων, ῥᾳον ἡ κατ' ἀρετὴν ὁδὸς τελεῖται τῶν προσισταμένων ἐκ μέσου γεγονότων, καὶ συνειδὸς ἀκατάγνωστον προσγίνεται. Ταῦτα δὲ πηγάζει τὴν χαράν, καὶ τὸν τῆς ψυχῆς μακάριον γέλωτα. Τότε δὴ καὶ τὸ κατώδυνον δάκρυον εἰς ἡδὺ μεταποιεῖται, καὶ τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγι, καὶ ὑπὲρ μέλι τῷ στόματι γίνεται, καὶ ἡ ἐν προσευχῇ δέησις, εἰς εὐχαριστίαν μετασκευάζεται, καὶ ἡ μελέτη τῶν θείων μαρτυρίων, ἀγγαλλίαμα τῆς καρδίας ἐστὶ, μετ' ἐλπίδος ἀκαταισχύντου, καὶ οἷον ὑφεστώσης ἐν προοιμίου μοίρᾳ, τῇ τοῦ γεύματος ταύτῃ πείρᾳ προσομιλούσης αὐτοῖς, καὶ τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χρηστότητος μανθανούσης ἐκ μέρους, κατὰ τὸν λέγοντα· « Γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος· » τὸ ἀγαλλίαμα τῶν δικαίων, ἡ χαρὰ τῶν εὐθέων, ἡ θυμηδία τῶν τεταπεινωμένων, ἡ τῶν δι' αὐτὸν πενθούντων παράκλησις. Τί οὖν; μέχρι τούτου τὰ τῆς παρακλήσεως, καὶ ταῦτα μόνα τὰ τῆς ἱερᾶς μνηστείας δῶρα, καὶ καθαρώτερον τούτων οὐδαμῶς ἐμφανίζει ἑαυτὸν, τοῖς διὰ τοῦ μακαρίου πένθους τελουμένοις, καθηραμένοις, καὶ διὰ τῶν ἀρετῶν ἑσταλμένοις νυμφικῶς, ὁ τῶν τοιούτων ψυχῶν νυμφίος; Οὐμενοῦν· καὶ νῦν γὰρ ἡμεῖς τῶν ἑτοίμων εἰς κατηγορίαν ὑπὸ βασκανίας καὶ οἱονεὶ λεγόντων πρὸς ἡμᾶς· Οὐ μὴ λαλήσῃς ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου· εἰ δὲ μή, ἐκβαλοῦμέν σου τὸ ὄνομα ὡς πονηρὸν, συκοφαντίας καὶ ψευδηγορίας κατὰ σοῦ συντιθέντες καὶ φημίζοντες.

Istis autem nunc prætermissis, ulterius sermonem producamus, sanctorum Patrum effata credentes, dicentes, instruentesque et aliis suadentes, nam, ut ait propheta [61]: « Credidi, propter quod locutus sum; » et nos quia credimus, ideo loquimur. Cum enim cuncta turpis passio ab intus expulsa est, et mens, ut anterior ostendit sermo, ad se et semetipsam et alias animæ potentias convertens omnes, cultura virtutum animam decoravit; ad perfectius procedens, et practicas adhuc ascensiones disponens, et amplius, auxiliante Deo, se lavans, non solum mali sordes detergit, sed omne adventitium de medio tollit, etiamsi utile sit possessu ac cogitatu. Et cum intelligibilia et non invisibiles de his cogitationes supergressus animus, et omnia deponens ex Dei amore et propter Dei amorem, surdus et mutus, ut scriptum est, Deo astitit; tunc pro materia habetur, et supremo plasmate conformatur in omni securitate, quia nihil exterius ad januam pulsat, sed interior gratia in melius reformat, et ineffabili vixque credibili luce intima illustrat, atque interiorem perficit hominem. Et cum dies elucescit et lucifer ortus est in cordibus nostris, ut ait princeps apostolorum [62], exit verus homo ad verum opus suum, ut psallit propheta [63], et luce utens ascendit, et educitur in montes æternos, et cœlestium rerum in hoc lumine (o res mirabilis!) speculator fit, non disjunctus aut separatus a materia in principio, ad quam ducit illa via: non

Τούτων τοίνυν, καὶ τὸ νῦν ἔχον, ἀλογήσαντες C ἡμεῖς, περαιτέρω προάγωμεν τὸν λόγον, τὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν Πατέρων καὶ πιστεύοντες, καὶ λέγοντες, καὶ πρὸς ἐκεῖνα βλέποντες, καὶ τοὺς ἄλλους πείθοντες. « Ἐπίστευσα γὰρ, φησὶ, διὸ ἐλάλησα· » καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν. Ὅταν γὰρ ἅπαν αἰσχρὸν πάθος ἔνοικον ἀπελαθῇ, καὶ ὁ νοῦς, ὡς ἤδη φθάσας ἐδήλωσεν ὁ λόγος, αὐτός τε πρὸς ἑαυτὸν, καὶ τὰς ἄλλας τῆς ψυχῆς δυνάμεις ἐπιστρέψας ὁλοκλήρως, τῇ γεωργίᾳ τῶν ἀρετῶν φιλοκαλήσῃ τὴν ψυχὴν προϊὼν ἐπὶ τὸ τελεώτερον, καὶ πρακτικὰς ἔτ' ἀναβάσεις διατιθέμενος, καὶ ἐπὶ πλέον, Θεοῦ συναιρομένου, πλύνων ἑαυτόν· οὐ τὰ τοῦ πονηροῦ μόνον ἀποσμήχει κόμματος, ἀλλὰ πᾶν ἐπίκτητον ἐκ μέσου ποιεῖται, κἂν τῆς χρηστοτέρας ᾖ μοίρας καὶ διανοίας· ἡνίκα δὴ νοητῶν, καὶ τῶν οὐκ ἀφανD τάστων περὶ ταῦτα νοημάτων ὑπεραναβὰς, καὶ πάντα θεοφιλῶς ὁμοῦ καὶ φιλοθέως ἀποθέμενος, κωφός τε καὶ ἄλαλος, κατὰ τὸ γεγραμμένον, παρεστῇ Θεῷ, τηνικαῦτα λόγον ὕλης ἴσχει, καὶ πλάττεται τὴν ἀνωτάτω πλάσιν ἐπὶ πάσης ἀδείας· ἅτε μηδενὸς τῶν θύραθεν θυροκοποῦντος· τῆς ἐντὸς χάριτος ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταῤῥυθμιζούσης, καὶ ἀπορῥήτῳ, τὸ παραδοξότατον, φωτὶ καταλαμπούσης τὰ ἔνδον, καὶ τελειούσης τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον· ἡμέρας δὲ διαυγασάσης, καὶ φωσφόρου ἀνατείλαντος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, κατὰ τὸν ἐν ἀποστόλοις κορυφαῖον, ἔξεισι κατὰ τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο λέγιον, ὁ ὄντως ἄνθρωπος, ἐπὶ τὴν ὄντως ἐργασίαν αὐτοῦ,

[59] Rom. v, 5. [60] Psal. xxxiii, 9. [61] Psal. cxv. [62] II Petr. i, 19. [63] Psal. ciii, 23.

καὶ τῷ φωτὶ χρώμενος δῷῳ ἄνεισιν, ἢ ἀνάγεται ἐπ' ὄρη αἰώνια, καὶ τῶν ὑπερκοσμίων ἐν τούτῳ τῷ φωτὶ πραγμάτων (ὦ τοῦ θαύματος!) ἐπόπτης καθίσταται, μὴ διαζευγνύμενος. ἢ διαζευγνύμενος τῆς τὴν ἀρχὴν συμπροηγμένης ὕλης, ὡς οἶδεν ἡ ὁδός· οὐ γὰρ διανοίας φανταστικοῖς ἄνεισι πτεροῖς, ἢ πάντα καθάπερ τυφλὴ περιπολεῖ, μήτ' ἐπὶ τῶν ἀπόντων αἰσθητῶν, μήτ' ἐπὶ τῶν ὑπεραναβεβηκότων νοητῶν τῆς ἀκριβοῦς καὶ ἀνενδοιάστου καταλήψεως ἀντιλαμβανομένη· ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας ἄνεισιν, ἀῤῥήτῳ Πνεύματος δυνάμει, καὶ πνευματικῇ καὶ ἀῤῥήτῳ ἀντιλήψει, τῶν ἀῤῥήτων ῥημάτων διακούει, καὶ ὁρᾷ τὰ ἀθέατα· καὶ τοῦ θαύματος ὅλος τοὐντεῦθεν ἔστι τε καὶ γίνεται, κἂν ἐκεῖθεν ἀπῇ, καὶ τοῖς ἀκαμάτοις ὑμνῳδοῖς ἀμιλλᾶται, ἄγγελος ὡς ἀληθῶς ἄλλος ἐπὶ γῆς Θεοῦ γεγονὼς, καὶ δι' ἑαυτοῦ πᾶν εἶδος κτίσεως αὐτῷ προσαγαγὼν, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἐν μετοχῇ τῶν πάντων, καὶ τοῦ ὑπὲρ τὰ πάντα δὲ μεταλαγχάνει νῦν, ἵνα καὶ τὸ τῆς εἰκόνος ἀπηκριβωμένον ᾖ. Διό φησιν ὁ θεῖος Νεῖλος, ὅτι νοῦ κατάστασίς ἐστιν, ὕψος νοητὸν, οὐρανίῳ χρώματι παρεμφερὲς, ᾧ καὶ τὸ τῆς ἁγίας Τριάδος κατὰ τὸν καιρὸν τῆς προσευχῆς ἐπιγίνεται φῶς· καὶ πάλιν· Εἴ τις βούλοιτο ἰδεῖν τὴν τοῦ νοῦ κατάστασιν, στερησάτω ἑαυτὸν πάντων τῶν νοημάτων, καὶ τότε ὄψεται αὐτὸν σαπφείρῳ ἢ οὐρανίῳ χρώματι παρεμφερῆ. Τοῦτο δὲ ποιῆσαι ἄνευ ἀπαθείας τῶν ἀδυνάτων ἐστί· Θεοῦ γὰρ χρεία συνεργοῦντος, καὶ ἀναπνέοντος αὐτῷ τὸ συγγενὲς φῶς. Καὶ ὁ ἅγιος Διάδοχος, Δύο, φησὶν, ἡμῖν ἡ χάρις ἡ ἁγία διὰ τοῦ βαπτίσματος περιποιεῖται, ὧν τὸ ἓν ἀπείρως τοῦ ἑνὸς ὑπερβάλλει· ἀναχαινίζει γὰρ ἡμᾶς ἐν τῷ ὕδατι, καὶ τὸ κατ' εἰκόνα λαμπρύνει, πᾶσαν τὴν ῥυπίδα τῆς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀπορῥύπτουσα· τὸ δὲ ἕτερον ἐκδέχεται, ἵνα σὺν ἡμῖν ἐργάσηται. Ὅτε οὖν ἄρξηται ὁ νοῦς ἐν πολλῇ αἰσθήσει γεύεσθαι τῆς χρηστότητος τοῦ παναγίου Πνεύματος, τότε ὀφείλομεν εἰδέναι, ὅτι ἄρχεται ἡ χάρις ὥσπερ ἐπιζωγραφεῖν εἰς τὸ «κατ' εἰκόνα,» τὸ «καθ' ὁμοίωσιν,» ὥστε ἡ μὲν αἴσθησις αὐτὴ, δηλοῖ ἡμᾶς μορφοῦσθαι τὸ «καθ' ὁμοίωσιν·» τὸ δὲ τέλειον τῆς ὁμοιώσεως, ἐκ τοῦ φωτισμοῦ γνωσόμεθα.

Καὶ πάλιν, τὴν πνευματικὴν οὐ δύναταί τις ἀγάπην κτήσασθαι, εἰ μὴ ἐν πάσῃ πληροφορίᾳ φωτισθείῃ παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἐὰν γὰρ μὴ τελείως τὸ «καθ' ὁμοίωσιν,» διὰ τοῦ θείου φωτὸς ἀπολάβῃ ὁ νοῦς, πάσας μὲν τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἔχειν δύναται, τῆς δὲ τελείας ἀγάπης ἔτι ἄμοιρος μένει. Ὡσαύτως δὲ καὶ τοῦ ἁγίου Ἰσαὰκ ἀκούομεν λέγοντος, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς προσευχῆς, ὁρᾶν τὴν ἑαυτοῦ καθαρότητα τὸν κεχαριτωμένον νοῦν, ὁμοίαν τῇ ἐπουρανίῳ χροιᾷ· ἥτις, Θεοῦ, ὑπὸ τῆς γερουσίας τοῦ Ἰσραὴλ ὠνόμασται, τόπος, ἡνίκα ὤφθη αὐτοῖς ἐν τῷ ὄρει· καὶ πάλιν, καθαρότης ἐστὶ νοὸς, ἐφ' ᾗ διαυγάζει ἐν τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς, τὸ φῶς τῆς ἁγίας Τριάδος. Ἀλλ' ὁ κατηξιωμένος τοῦ φωτὸς ἐκείνου νοῦς, καὶ πρὸς τὸ συνημμένον σῶμα πολλὰ διαπορθμεύει τοῦ θείου κάλλους τεκμήρια, χάριτί τε θείᾳ, καὶ σαρκὸς παχύτητι μεσιτεύων, καὶ δύναμιν τῶν ἀδυνάτων ἐντιθείς. Ἐντεῦθεν ἡ

A enim alis ascendit mentalis imaginationis, quæ omnia velut cæca circuiens, nec de absentibus sensibilibus, nec de superioribus intelligibilibus accuratam et indubiam accipit perceptionem; sed ad veritatem evolat ineffabili spiritus virtute, et spirituali ac inenarrabili conceptione secreta verba audit, et invisibilia videt, ac totus abhinc miraculum efficitur, etiamsi hinc recedat, atque infatigabilibus æmulatur hymnicidis, alius verissime Dei angelus in terra factus, et per se omne creaturarum genus ad eum efferens, quia ipse omnium particeps, et ejus qui est super omnia, consors est, ut imago Dei sit perfecta.

Propterea divus ait Nilus: « Mentis instauratio est fastigium intelligibile cœli colori simile, cui B sanctæ Trinitatis lumen tempore orationis affulget. » Et rursus: « Si quis velit videre mentis restaurationem, videat se omnibus cogitationibus, et tunc videbit eam sapphirino seu cœlesti colori similem. Id autem fieri absque impassibilitate nequit; nam eget Deo adjuvante et congenerem afflante lucem. » Et sanctus Diadochus: « Duo, inquit, in nobis gratia sancta per baptismum efficit, quorum unum alteri infinite præstat: nam renovat nos in aqua, et imaginem Dei in nobis illustrat, omnem peccati maculam a nobis extergens; alterum vero virtutem habet nobiscum operandi. Cum igitur cœpit animus multum sentire ac gustare suavitatem sanctissimi Spiritus, tunc, ut sciendum est, incipit gratia quasi pingere divinæ imaginis similitudinem, et sic gustus ille ostendit nos ad configurationem informari, at perfectionem similitudinis ex illuminatione cognoscemus. » Et iterum: « Spiritualem nemo consequi potest charitatem, quin certissime illuminetur a sancto Spiritu; nisi enim perfectam similitudinem divina luce acceperit animus, omnes quidem cæteras virtutes habere potest, perfectæ vero charitatis adhuc impos manet. » Pariter sanctum Isaac audimus dicentem: « Tempore orationis videt mens gratia dives suam puritatem, coloris cœli similem, quæ a senibus Israel Dei sedes vocata est, cum eis in monte affulsit. » Et rursus: « Est mentis puritas, in qua tempore orationis fulget sanctæ Trinitatis lumen. Porro lucem hanc D videre merita mens, ad conjunctum corpus multa transmittit divinæ pulchritudinis signa, et media intercedens gratiam inter divinam et carnis adipem, hanc reddit impossibilium capacem. Hinc deiformis et superexcellens Dei habitus, ad malum maxime aut vix mobilis; hinc sermo rationes rerum dilucidans, et ex interiore mundilia revelans naturæ mysteria, per quæ ex analogia mens dociliter audientium elevatur ad supernaturalium conceptionem, quam ipse Verbi Pater immaterialibus unxit illecebris; hinc varia prodigia, ut transpicere, ac prævidere, et de procul remotis tanquam ante oculos subjectis disserere. Et quod est maximum, non hunc sibi finem illi beatissimi proponunt, sed perinde ac si quis, solarem intuens radium, aerias perciperet atomos,

licet non sit iutentus ipsi finis : item qui divinos A pure spectant radios, quorum est omnia manifestare, illi non solum quæ sunt et fuerunt, sed et posterius futura quasi obiter prospiciunt, pro ratione suæ puritatis. At necessaria eis est animi ad seipsum attentio et reflexio, vel potius omnium animæ virium (licet hoc sit dictu mirabile) ad animum conversio, et secundum hunc et Deum operatio, per quam instaurati in prototypum operantur, pristinum illud et inæstimabile decus reducente gratia. » Ad tantum apicem elevat beatus luctus humiles corde et pauperes spiritu.

κατ' ἀρετὴν θεοειδὴς καὶ ἀπαράμιλλος ἕξις, καὶ τὸ πρὸς κακίαν ὅλως ἀκίνητον, ἢ δυσκίνητον· ἐντεῦθεν ὁ διατρανῶν τοὺς τῶν ὄντων λόγους λόγος, καὶ ἀνακαλύπτων οἴκοθεν ἐκ καθαρότητος τὰ τῆς φύσεως μυστήρια· δι' ὧν ἀναλογίας λόγοις, πρὸς κατάληψιν τῶν ὑπὲρ φύσιν, τὸ διανοούμενον ἀνιμᾶται τῶν πιστῶν ἀκροωμένων, ἣν αὐτὸς ὁ τοῦ λόγου Πατὴρ, ἀῦλοις ἐπαφαῖς κατείληφεν· ἐντεῦθεν αἵ τ' ἄλλαι ποικίλαι θαυματοποιίαι, καὶ τὸ διορᾶν τε καὶ προορᾶν, καὶ περὶ τῶν πόρρω που συμβαινόντων, ὡς ὑπ' ὀφθαλμοὺς διαλέγεσθαι, καὶ τὸ δὴ μέγιστον, ὡς οὐ περὶ ταῦθ' ὁ σκοπὸς τείνει τῶν μακαριωτάτων ἐκείνων, ἀλλ' ὥσπερ εἴ τις ὁρᾷη πρὸς ἡλιακὴν ἀκτῖνα, καὶ τῶν ἀέριων ἀτόμων αἰσθάνεται, κἂν μὴ τοῦτ' αὐτῷ τυγχάνῃ σκοπὸς, οὕτως ἐκείνοις ταῖς θείαις ἀκτῖσι καθαρῶς ὁμιλοῦσιν, αἷς φύσει πρόσεστιν ἡ πάντων ἀποκάλυψις, οὐχὶ τῶν ὄντων μόνον, ἢ καὶ γεγενημένων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔπειτ' ἐσομένων, ὁδοῦ πάρεργον, ὡς ἀληθῶς ἡ τούτων προσγίνεται γνῶσις, κατὰ ἀναλογίαν τῆς καθαρότητος· προὔργου δὲ αὐτοῖς ἡ τοῦ νοῦ πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστροφὴ καὶ σύννευσις· μᾶλλον δὲ πασῶν τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, εἰ καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν, πρὸς τὸν νοῦν ἐπιστροφὴ, καὶ ἡ κατ' αὐτόν τε καὶ Θεὸν ἐνέργεια, δι' ἧς ἐπεσκευασμένοι, πρὸς τὸ πρωτότυπον εὖ διατίθενται, τὸ ἀρχαῖον ἐκεῖνο καὶ ἀμήχανον κάλλος ἐπαναγούσης τῆς χάριτος. Ἐπὶ τοσοῦτον ὕψος ἀναφέρει τὸ μακάριον πένθος τοὺς ταπεινοῦς τῇ καρδίᾳ, καὶ πτωχοὺς τῷ πνεύματι.

Quia autem hæc ob insitam nobis mollitiem nos excedunt, age ad eorum fundamenta reversi, adhuc de luctu pauca quædam disseramus. Consequitur hic etiam omne genus paupertatis quæ est præter voluntatem et secundum mundum. Quomodo enim non lugeret, qui rerum est inops, qui invitus esurit, qui labore et opprobrio saturatur? Sic autem lugens est inconsolabilis, eoque magis quo pauperior est, et quo longius a vera scientia distat. Nam iste, non rationi subjiciens sensuum C delectationes atque dolores, sed potius eis astutia rationis abutens, non solum illa nullo auget lucro, ita ut non prosint, sed etiam ad maximum trahit detrimentum. Signum enim et manifestum contra se præbet argumentum, se non firmiter credere Evangelio Dei, et præmissis ei prophetis, et doctis ab eo et post eum missis apostolis ad evangelizandum ex paupertate inexhaustas divitias, ex ignominia inenarrabilem gloriam, et ex ingruentium tentationum patientia liberationem ab æterna angustia et afflictione illos manente qui pigram nunc amant vitam, nec per angustam arctamque portam ad vitam intrare volunt. Recte igitur dixit Paulus Apostolus : « Sæculi tristitia mortem operatur. » Nam superiori sermone ostensum est esse D peccatum ad mortem. Si autem vera vita est lumen animæ divinum a luctu qui est secundum Deum affulgens, ut a Patribus supra dictum est, ipsa etiam animæ mors erit tetra caligo a sæculi tristitia in animam inducta, caligo nempe ista de qua dicit magnus Basilius : « Peccatum, a defectu boni oriens, tenebras menti ex delicto offundit. » Item divus Marcus : « Qui pravas, inquit, versat cogitationes, quomodo velatum his et substratum videat peccatum, quod est caligo et nubes in animam ex malis cogitatibus, verbis et operibus illapsa? Et qui non viderit istud capitale peccatum, quandonam precibus ab eo mundabitur? Et non purus quomodo inveniet purissimæ naturæ sedem? et

Ἐπεὶ δὲ ταῦτα διὰ τὴν ἔνοικον ἡμῖν ῥᾳθυμίαν ὑπὲρ ἡμᾶς, φέρε πρὸς τὴν κρηπῖδα τούτων αὖθις ἐπανελθόντες, ἔτι περὶ πένθους ὀλίγα τινὰ διαλάβωμεν. Ἕπεται δὴ τοῦτο καὶ πᾶσι τοῖς εἴδεσι τῆς ἀκουσίου καὶ κατὰ κόσμον πτωχείας. Πῶς γὰρ οὐκ ἂν λυποῖτο, καὶ ὁ χρημάτων ἐνδεὴς, καὶ ὁ λιμώττων ἀκουσίως, καὶ ὁ καταπονούμενός τε καὶ ἀτιμαζόμενος; Ἀλλὰ τοῦτ' ἀπαράκλητόν ἐστι τὸ πένθος, καὶ μάλιστ' ἐφ' ὅσον ἐπιτείνεται τὰ τῆς πτωχείας, μᾶλλον δὲ ἐφ' ὅσον ἀπέχει τῆς ἀληθινῆς γνώσεως ὁ πάσχων. Οὗτος γὰρ, μὴ τῷ λόγῳ τὰς ἐκ τῆς αἰσθήσεως ἡδονάς τε καὶ ὀδύνας ὑποτάττων, ἀλλὰ μᾶλλον αὐταῖς ἐκεῖνος τῇ τοῦ λόγου παραχρώμενος δεινότητι, καὶ αὐτὰς ἐπ' οὐδενὶ κέρδει αὔξει, ὡς μὴ ὤφελε, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπὶ ζημίᾳ τῇ μεγίστῃ· σημεῖον γὰρ καὶ ἔλεγχον καθ' ἑαυτοῦ προβάλλεται σαφῆ, τοῦ μὴ βεβαίως τῷ τοῦ Θεοῦ Εὐαγγελίῳ, καὶ τοῖς πρὸ αὐτοῦ προφήταις, καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν δι' αὐτοῦ μαθητευθεῖσι, καὶ ἀποσταλεῖσιν εὐαγγελίσασθαι διὰ πτωχείας τὸν ἀδαπάνητον πλοῦτον, δι' εὐτελείας τὴν ἀπόῤῥητον δόξαν, δι' ἐγκρατείας τὴν ἀνώδυνον τρυφὴν, διὰ καρτερίας τῶν ἐπερχομένων πειρασμῶν, τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς ἀποκειμένης αἰωνίου στενοχωρίας τε καὶ θλίψεως, τοῖς τὸν ἀνειμένον ἠγαπηκόσιν ἐνταῦθα βίον, καὶ μὴ διὰ τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης πύλης καὶ ὁδοῦ προελθεῖν εἰς ζωὴν προῃρημένοις. Καλῶς ἄρ' εἶπεν ὁ ἀπόστολος Παῦλος, ὅτι « Ἡ λύπη ἡ κατὰ κόσμον, θάνατον ἀπεργάζεται· » καὶ διὰ τοῦ λόγου γὰρ ἐφάνη, ἁμαρτία οὖσα πρὸς θάνατον. Εἰ δὲ ἡ ὄντως ζωὴ, τῆς ψυχῆς φῶς ἐστι θεῖον, ἀπὸ τοῦ κατὰ Θεὸν πένθους προσγινόμενον, ὡς ἀνωτέρω ὑπὸ τῶν Πατέρων εἴρηται, καὶ ὁ τῆς ψυχῆς θάνατος, σκότος ἔσται πονηρὸν, ὑπὸ τῆς κατὰ κόσμον λύπης τῇ ψυχῇ προσγινόμενον, σκότος ἐκεῖνο, περὶ οὗ φησι ὁ μέγας Βασίλειος, ὅτι Ἡ ἁμαρτία, ἐν τῇ ἀπολείψει τοῦ καλοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχουσα, σκότος τυποῦται τοῖς ἀδικήμασι νοερόν. Ἀλλὰ καὶ Μάρκος ὁ θεῖος, Ὁ τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς, φησὶ, περιεχόμενος, πῶς ἴδῃ

τὴν ὑπὸ τούτων κλυπτομένην ἁμαρτίαν ἐνυπόστατον, ἥτις ἐστὶ σκότος, καὶ ὁμίχλη ψυχῆς, ἐξ ἐννοιῶν πονηρῶν, καὶ λόγων, καὶ πράξεων ἐμπεσοῦσα; Ὁ δὲ ταύτην μὴ θεασάμενος τὴν περιεκτικὴν ἁμαρτίαν, πότε δεηθεὶς περὶ αὐτῆς καθαρισθήσεται; ὁ δὲ μὴ καταρισθεὶς, πῶς εὕρῃ τὸν τόπον τῆς καθαρᾶς φύσεως; ὁ δὲ τοῦτον μὴ εὑρὼν, πῶς ἴδῃ τὸν ἐνδότερον οἶκον τοῦ Χριστοῦ;

A qui hanc non repererit, quomodo cernet interius Christi habitaculum?

Χρὴ τοίνυν κροῦσαι διὰ προσευχῆς παραμένοντας, καὶ ζητῆσαι τὸν οἶκον τοῦτον, οὐ μόνον κτήσασθαι, ἀλλὰ καὶ φυλάξαι· εἰσὶ γὰρ οἱ καὶ μετὰ τὸ λαβεῖν ἀπολέσαντες· ψιλὴν γὰρ αὐτῆς γνῶσιν, ἢ συμβατικὴν πεῖραν, ἴσως καὶ ὀψιμαθεῖς καὶ νέοι κατέχουσι· τὴν δὲ μεθ' ὑπομονῆς παράμονον ἐργασίαν, μόλις τῶν γερόντων οἱ εὐλαβεῖς καὶ πολύπειροι· τούτοις ὁμόλογος καὶ Μακάριος, ὁ τὴν γνῶσιν οὐράνιος, καὶ πᾶς ὁ τῶν ὁσίων χορός. Ἀλλ' ὥσπερ τὸ σκότος τοῦτο ἐκ τῶν παραπτωμάτων πάντων λαμβάνει τὴν ὕπαρξιν, οὕτω τὴν κατὰ κόσμον λύπην ἐξετάσας, εὑρήσεις ἐκ τῶν παθῶν πάντων, καὶ γεννωμένην, καὶ κρατυνομένην. Οὐκοῦν εἰκόνα φέρει, καὶ οἷον ἀπαρχὴ, καὶ προοίμιον, καὶ ἀῤῥαβών ἐστι τοῦ προσγενήσεσθαι μέλλοντος ἀλήκτου πένθους, τοῖς τὸ μακαρισθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου πένθος μὴ προελομένοις· ὃ μὴ μόνον φέρει κέρδος τὴν παράκλησιν, καρποφοροῦν τὸν ἀῤῥαβῶνα τῆς αἰωνίου εὐφροσύνης, ἀλλὰ καὶ ἀσφαλίζεται τὴν ἀρετὴν, ἄτρεπτον ἐπὶ τὰ χείρω τὴν ψυχὴν ἀπεργαζόμενον. Πτωχεύσας γάρ τις καὶ ταπεινωθεὶς, καὶ τῆς κατὰ Θεὸν εὐτελείας ἀντιπεποιημένος, ἂν μὴ προκόψας ἐπὶ τὸ βέλτιον προσκτήσηται τὸ πένθος, εὐπερίτρεπτός ἐστι, καὶ εὐχερὴς πρὸς ἃ καταλέλοιπεν ἐπανελθεῖν τῇ γνώμῃ· πολλῶν αὖθις ἃ παρῆκε τὴν ἀρχὴν, καὶ συνιστὰς παραβάτην ἑαυτόν. Ἂν δὲ παραμένων καὶ προσέχων τῇ πρὸς τὴν μακαριστὴν πτωχείαν διαθέσει, τὸ πένθος ἐμποιήσῃ ἑαυτῷ, ἀκλινὴς πρὸς τὰ ὀπίσω γίνεται, μὴ παλινδρομῶν κακῶς, ὅθεν ἔφυγε, καλῶς ποιῶν. Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος, μετάνοιαν ἀμεταμέλητον ἀπεργάζεται τῇ ψυχῇ πρὸς σωτηρίαν. Διὸ καί τις τῶν Πατέρων ἔλεγεν, ὅτι τὸ πένθος ἐργάζεται καὶ φυλάσσει· καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τοῦ πένθους κέρδος, ὅτι σχεδὸν ὁ ἄνθρωπος ἀκίνητος γίνεται πρὸς τὸ κακὸν, καὶ πρὸς τὰ προημαρτημένα ἀπερίτρεπτος, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνα, ὡς μὴ γεγονότα διατίθησιν· ἐπεὶ γὰρ δι' ἐκεῖνα τὴν ἀρχὴν πενθεῖ ὁ ἄνθρωπος, ὡς ἀκούσια τούτῳ ταῦτα λογίζεται παρὰ τῷ Θεῷ, τὰ δὲ ἀκούσια οὐχ ὑπεύθυνα. Καθάπερ γὰρ ὁ ἐπὶ πενίᾳ πενθῶν, οὐχ ἑκούσιον ταύτην ἑαυτῷ προσμαρτυρεῖ, διὸ καὶ μετὰ τῶν πλουτεῖν ποθούντων ἢ πλουτούντων, ταῖς τοῦ διαβόλου παγίσιν ἐμπεσεῖται, κἂν μὴ μεταβαλὼν διαδρᾶναι σπεύσῃ τὰς παγίδας ταύτας, τῇ αἰωνίῳ κολάσει τούτῳ συμπαραπεμφθήσεται· οὕτως, ὁ ἁμαρτὼν εἰς τὸν Θεὸν, ἂν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι διατελῇ πενθῶν, ὡς οὐχ ἑκούσια δικαίως αὐτῷ λογισθήσεται τὰ ἁμαρτήματα, καὶ μετὰ τῶν μὴ ὡσαύτως ἁμαρτόντων ἀπροσκόπως βαδιεῖται τὴν πρὸς ζωὴν φέρουσαν αἰώνιον.

Oportet igitur domum hanc oratione pulsare constanter, eamque conari haud solum adipisci, sed et retinere. Sunt enim qui repertam amittunt, quia meram ejus cognitionem temporariamque experientiam, quasi ad discendum tardiores simul et juniores, habent: sed in operum perseverantia permanere vix possunt seniorum prudentissimi et expertissimi.» Illis cœlestis scientia Macarius, necnon universus sanctorum concinit chorus.

At non solum ad id confert luctus ut homo fiat fere immobilis ad malum et ad priora peccata indeclinabilis, sed hæc quasi non facta reddit. Cum enim ista lugere cœpit homo, apud Deum tanquam non volita reputantur; at non volita non sunt culpabilia. Nam, quemadmodum de inopia dolens, hanc sibi præter voluntatem esse testatur, ac proinde cum divitiarum cupidis aut divitibus in laqueos diaboli incidet, atque, si non resipiscens effugere studuerit laqueos istos, æternis inferni pœnis reservabitur: sic et qui peccavit in Deum, si in luctu perseveraverit, quasi non volita ipsi merito reputabuntur peccata, et cum iis qui non ita peccaverunt, sine offendiculo ambulabit in via ducente ad vitam æternam.

Sed sicut illæ tenebræ ab omnibus peccatis ortum ducunt, ita, sæculi tristitiam scrutatus, reperies eas a cunctis passionibus enasci et nutriri. Ergo imaginem fert et est quasi initium præludiumque et pignus futuri indesinentis luctus, his qui beatificatum a Domino luctum non elegerint, qui non solum lucrifacit consolationem, fructificans æternæ arrham lætitiæ, sed et virtutem stabilit; immobilem ad deteriora animam reddens. Pauper enim quisquam humilisque et ante Deum vilis factus, nisi insuper ad melius proficiens acquisierit luctum, adhuc proclivis et pronus est ad illa quæ deseruit mente repetendum, rursus desiderans ea quæ prius reliquit, et seipsum reddens prævaricatorem. Si vero immanens et hærens affectu beatæ paupertati, luctum sibi indiderit, indeclinabilis fit ad retrorsum, non eo resiliens, unde fugit bonum faciens. « Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam ad salutem stabilem operatur, » ut divus ait Paulus [a]. Et propterea, ut quidam Patrum dixit: « Luctus operatur et conservat. »

Τῆς μὲν οὖν ἀρχῆς τοῦ πένθους, ἥτις κατώδυνός ἐστιν, ὡς καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον συνημμένον κεκτημένη, τοῦτό ἐστι τὸ κέρδος. Ποιῶν δὲ, τῇ

Luctus igitur initium, quod dolorosum est, utpote timorem Dei comitem habens, illud operatur lucrum. Progrediens autem, Dei amori mirabiliter

[a] II Cor. VII, 10.

conjungitur, et dulcem ac sacram fructificat consolationem spiritus suavitatis, quam gustat luctus consors, et quæ non expertis fere incomprehensibilis est, utpote inenarrabilis. Nam si dulcedinem mellis nemo nuntiare potest his qui non gustaverunt, quis igitur sacræ ex Deo lætitiæ ac gratiæ delicias non expertis enarrabit? Nemo certe, sed videtur initium luctus esse quasi quædam petitio conjugii cum Deo, quod fere inaccessum habetur. Ideo quasi institricia verba proferuntur ad conjungi nescientem sponsum, ab iis qui ob desiderium lugent, plangentes seipsos, et eum ploratibus invocantes ut non præsentem et nunquam fortasse astiturum. Perfectio denique luctus est consummata casti conjugii copula. Itaque Paulus, magnum sacramentum vocans conjugum in unam carnem coitum, subdit [65]: « Ego autem dico in Christo et in Ecclesia. » Ut enim hi sunt una caro, sic unus cum Deo spiritus sunt Dei conjuges, quemadmodum idem alibi dicit [66]: « Qui adhæret Domino, unus est spiritus. » Ubi sunt igitur qui contendunt, creatam esse gratiam inhabitantem sanctis Dei? Sciant se blasphemare adversus ipsum spiritum, cujus participes sunt illi sancti.

Nos vero propositi aliud manifestius proferamus exemplum. Initium quippe luctus est simile conversionis prodigi, ac proinde eum qui sic luget, pudore suffundit et hortatur ad verba hæc dicenda: « Pater, peccavi in cœlum et coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus [67]. » Perfectio autem filius item similis est occursui et osculo supremi Patris, cujus ineffabilis misericordiæ divitias consecutus, et propter hanc multa lætitia et fiducia repletus filius, ab eo amatur eumque redamat, et cum eo intrat et epulatur, cœleste combibens gaudium.

Eia ergo venite, et nos in beata paupertate procidamus et ploremus coram Domino [68], Deo nostro, ut nostra diluamus peccata, et ad malum immobiles fiamus, et Paracleti simus participes, gloriam ei dantes, cum ingenito Patre, et Unigenito Filio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A τοῦ Θεοῦ ἀγάπῃ θαυμαστῶς συνάπτεται, καὶ τὴν γλυκερὰν καὶ ἱερὰν παράκλησιν καρποῦται τῆς τοῦ Παρακλήτου χρηστότητος, γευομένου τοῦ τῷ πένθει ποιωθέντος· ἢ τοῖς μὴ [πε] πειραμένοις σχεδὸν ἀνήκουστός ἐστιν, ὡς ἄῤῥητος. Εἰ γὰρ γλυκύτητα μέλιτος οὐδεὶς ἀναγγελεῖ τοῖς μὴ γευσαμένοις, πῶς ἄρα τῆς ἱερᾶς ἐκ Θεοῦ χαρᾶς καὶ χάριτος τὴν ἡδονὴν τοῖς μὴ πεπειραμένοις διηγήσεταί τις; οὐ μήν, ἀλλ' ἔοικεν ἡ μὲν ἀρχὴ τοῦ πένθους, οἷόν τις εἶναι Θεοῦ μνηστείας ζήτησις, σχεδὸν δοκούσης ἀνεφίκτου. Διὸ καί τινες οἷον προμνηστικοὶ κινοῦνται λόγοι, παρὰ τῶν διὰ τὴν ἐπιπόθησιν πενθούντων, πρὸς τὸν ἀσυνδύαστον νυμφίον, κοπτόντων ἑαυτοὺς, καὶ σὺν ὀλολυγῇ καλούντων, ὡς οὐ παρόντα, μηδὲ παρεσόμενον ἴσως. Τὸ δὲ τοῦ πένθους B τέλος, νυμφικῇ ἐν ἀγνείᾳ συνάφεια τελεία. Διόπερ ὁ Παῦλος, μέγα μυστήριον ἀποκαλέσας τὴν πρὸς μίαν σάρκα τῶν ὁμοζύγων συνδρομήν· « Ἐγὼ δὲ τοῦτο λέγω, φησὶν, εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν· » ὡς γὰρ ἐκεῖνοι μία σὰρξ, οὕτω πνεῦμα ἓν μετὰ τοῦ Θεοῦ οἱ τοῦ Θεοῦ εἰσιν· ὡς ἀλλαχοῦ σαφῶς πάλιν εἶπεν ὁ αὐτὸς, ὅτι ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστι. Ποῦ εἰσιν οἱ λέγοντες κτιστὴν χάριν τὴν ἐνοικοῦσαν τοῖς ἁγίοις τοῦ Θεοῦ; Γνώτωσαν εἰς αὐτὸ τὸ πνεῦμα βλασφημοῦντες, τὸ μετὰ τῶν ἁγίων ἐν τῇ μεταδόσει γεγονός. Ἡμεῖς δὲ τοῦ προκειμένου καὶ ἕτερον ἐμφαν[τ]ικώτερον παράδειγμα προθῶμεν· ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ τοῦ πένθους, τῇ ἐπιστροφῇ τοῦ ἀσώτου ἔοικε, διὸ καὶ κατηφείας ἐμπιπλᾷ τὸν ἐργάτην ἑαυτῆς, καὶ τοὺς λόγους ἐκείνους C ἀναπείθει λέγειν· « Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ ἔτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου. » Τὸ δὲ τέλος αὖθις ἔοικε τῇ τοῦ ἀνωτάτω Πατρὸς προϋπαντήσει τε καὶ συμπλοκῇ, ἐν ᾗ τῷ πλούτῳ τῆς ἀνεικάστου εὐσπλαγχνίας ἐντυχὼν, καὶ πολλῆς χαρᾶς καὶ παῤῥησίας δι' αὐτὴν ὁ υἱὸς ἐπιτυχὼν, ἐφιλεῖτό τε καὶ ἀντεφίλει, καὶ συνεισελθὼν, συνειστιᾶτο τῷ Πατρὶ, τῆς οὐρανίου συναπολαύων εὐφροσύνης. Ἀλλὰ δεῦτε καὶ ἡμεῖς ἐν μακαριστῇ πτωχείᾳ, προσπέσωμεν, καὶ κλαύσωμεν ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἵνα καὶ τὰ προημαρτημένα ἀπαλείψωμεν, καὶ πρὸς τὴν κακίαν ἀκινήτους ἑαυτοὺς ποιήσωμεν, καὶ τοῦ Παρακλήτου ἐπιτύχωμεν, ἐν αὐτῷ παρακαλούμενοι, καὶ αὐτῷ τὴν δόξαν ἀναπέμποντες, σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ μονογένει Υἱῷ, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[65] Ephes. VI, 32. [66] I Cor. VI, 17. [67] Luc. XV, 21. [68] Psal. XCIV.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΔΕΚΑΛΟΓΟΣ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΧΡΙΣΤΟΝ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΣ.

—

EJUSDEM

DECALOGUS CHRISTIANÆ LEGIS.

—

Κύριος ὁ Θεός σου Κύριος εἷς ἐστιν, ὁ ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι γνωριζόμενος· Πατρὶ ἀγεννήτῳ, Υἱῷ γεννητῷ, ἀνάρχως, καὶ ἀχρόνως, καὶ ἀπαθῶς, ὡς Λόγῳ· ὃς δι' ἑαυτοῦ τὸ ἐξ ἡμῶν χρίσας πρόσλημμα, κέκληται Χριστὸς, καὶ Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ αὐτῷ ἐκ τοῦ Πατρὸς, οὐ γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς προερχομένῳ. Οὗτος μόνος Θεὸς, καὶ οὗτος Θεὸς ἀληθινὸς, ὁ ἐν Τριάδι ὑποστάσεων Κύριος εἷς· φύσει, καὶ βουλῇ, καὶ δόξῃ, δυνάμει τε καὶ ἐνεργείᾳ, καὶ πᾶσι τοῖς τῆς θεότητος γνωρίσμασι μὴ διαιρούμενος. Αὐτὸν μόνον ἀγαπήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ ἔσται τὰ ῥήματα αὐτοῦ καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, εἰς τὸ πράττειν αὐτὰ, καὶ μελετᾷν, καὶ λαλεῖν ἐν αὐτοῖς, καθήμενόν τε καὶ πορευόμενον, κοιταζόμενον, καὶ ἀνιστάμενον. Καὶ μνησθήσῃ διαπαντὸς Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, καὶ φοβηθήσῃ αὐτὸν μόνον· καὶ οὐκ ἐπιλήσῃ αὐτοῦ, οὐδὲ τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ· οὕτω γὰρ δώσει σοι αὐτὸς ἰσχὺν τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημα αὐτοῦ· οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἐκζητεῖ παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ φοβεῖσθαι καὶ ἀγαπᾷν αὐτὸν, καὶ πορεύεσθαι ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. Οὗτος καύχημά σου, καὶ οὗτος Θεός σου. Μὴ ἀκούσῃς τῶν ὑπερκοσμίων ἀγγέλων τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀόρατον, καὶ τοῦ ἐκπεσόντος ἐκεῖθεν τὸ λίαν πονηρὸν, καὶ πρὸς τὴν πλάνην σοφὸν, καὶ ὀξὺ, καὶ παμμήχανον, καὶ ὁμότιμόν τι τούτων τῷ Θεῷ δοξάσῃς· μὴ ἴδῃς τοῦ οὐρανοῦ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ πολυειδὲς τῆς τούτου κινήσεως, τὸ περίλαμπὲς τοῦ ἡλίου, τὴν τῆς σελήνης φανότητα, τῶν ἄλλων ἀστέρων τὸ διαυγὲς, τὸ εἰς ἀναπνοὰς τοῦ ἀέρος εὔχρηστον, τῆς θαλάσσης καὶ τῆς γῆς τὸ πάμφορον, καὶ θεοποιήσῃς τι τῶν τοιούτων. Πάντα γὰρ τοῦ μόνου Θεοῦ εἰσι δοῦλα καὶ κτίσματα, τῷ λόγῳ αὐτοῦ ἐκ μὴ ὄντων γενόμενα. «Αὐτὸς γὰρ εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν.» Τοῦτον οὖν μόνον τὸν Δεσπότην καὶ Δημιουργὸν τοῦ παντὸς ὡς Θεὸν δοξάσεις, καὶ πρὸς αὐτὸν δι' ἀγάπης κολληθήσῃ καὶ αὐτῷ μετανοήσεις ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ἐπὶ τοῖς ἑκουσίοις καὶ ἀκουσίοις παραπτώμασιν· αὐτὸς γὰρ ἐστιν οἰκτίρμων

A

B

C

« Dominus Deus tuus Dominus unus est, » in Patre et in Filio et in Spiritu sancto cognitus : in Patre ingenito; in Filio genito, qui est sine principio, æternus, et impassibilis, ut Verbum, qui naturam nostram de seipso unxit, unde vocatus est Christus; et in Spiritu sancto, qui est ipse de Patre, non per filiationem, sed per spirationem procedit. Hic est unus Deus, et hic est Deus verus, et in trinitate personarum Dominus unus : natura, voluntate, gloria, potestate, operatione, et omnibus divinitatis proprietatibus non divisus. Illum solum diliges, et illi soli servies ex tota mente tua, et ex toto corde tuo, et ex tota fortitudine tua ; eruntque verba ejus et præcepta ejus in corde tuo, ut facias ea, et mediteris in eis sedens et ambulans, dormiens atque consurgens [65]. Et recordaberis semper Domini Dei tui, et timebis eum solum, nec oblivisceris ejus et mandatorum ejus : sic enim dabit tibi vim faciendi voluntatem ipsius; nihil enim petit a te, nisi ut timeas et diligas eum, et ambules in omnibus viis ejus [66]. Hic est gloria tua, et hic Deus tuus. Ne astimes supernorum angelorum impassibilitatem, et delapsi illinc nequitiam, doli peritam callidamque et artificiosam, nec ullum eorum eodem quo Deum honore glorifices. Ne consideres cœli magnitudinem, multiformes ejus motus, splendorem solis, nitorem lunæ, aliorumque siderum fulgorem, nec utilitatem aspirati aeris, nec maris ac terræ fecunditatem, nec aliquid horum deifices. Nam cunctæ res unius Dei sunt famulæ ac creaturæ, verbo ejus e nihilo productæ. « Quoniam ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt [67]. » Hunc igitur solum Dominum et Creatorem universorum ut Deum cole, eique charitate conjungeris, et ab eo diu noctuque veniam petes offensarum sponte aut præter voluntatem commissarum : ipse enim est miserator et misericors [68], patiens et multæ miserationis [69], et benefactor sempiternus; promittens et dans regnum cœleste et æternum, et vitam doloris ac mortis insciam et lucis sine vespera possessionem, verentibus

[65.66] Marc. XII, 19. [67] Deut. VI, 5-7. [66] Deut. X, 12. [67] Psal. XXXII, 9. [68] Psal. LXXXV, 15. [69] Jon. IV, 2.

colentibusque ac diligentibus ipsum, et servantibus præcepta ipsius. Sed idem Deus est etiam zelotes, et justus judex, et metuendus ultor, retribuens non timentibus se, et sibi non obedientibus, et sua spernentibus mandata, pœnas æternas, ignem inextinguibilem, dolorem indesinentem, tribulationem sine solatio, indumentum tetræ caliginis, regionem tenebrarum et oppressionis, stridorem dentium sine ulla miseratione, veneficos et irrequietos vermes : quæ præparavit primo nequam apostatæ, et simul omnibus ab eo seductis eique servientibus, et spernentibus factorem suum, in opere, verbo et cogitatione.

σκώληκας, ἃ ἡτοίμασε τῷ πρώτῳ ἀποστάτῃ πονηρῷ, καὶ σὺν αὐτῷ πᾶσι τοῖς πεπλανημένοις ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσασιν αὐτῷ, καὶ ἀθετήσασι τὸν ποιητὴν αὐτῶν, ἐν ἔργοις, καὶ λόγοις, καὶ διανοήμασιν.

« Non facies omnem similitudinem, quæ est in cœlo desuper, et quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis, ad adorandum ea et colendum ut deos [70]. » Omnia enim sunt creaturæ unius Dei, qui in novissimis temporibus ex virginali utero carne assumpta, in terra visus est, et cum hominibus habitavit, et pro salute hominum passus et mortuus, resurrexit, et in cœlos cum corpore ascendit, et sedit ad dexteram majestatis in excelsis, in quo corpore venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos. Hujus igitur qui propter nos homo factus est, imaginem pro tuo erga eum amore facies, et per hanc illius recordaberis, et per hanc illum adorabis, et per hanc animum levabis ad illud adorabile Salvatoris corpus sedens ad dexteram Patris in cœlo. Item imagines sanctorum facies et coles, non ut deos, quod vetatur, sed propter tuum erga eos respectum affectumque et eximiam reverentiam, per imagines mentem ad eos erigens, sicut et Moyses fecit imagines Cherubim intra Sancta sanctorum, ipsa autem sancta sanctorum erant supercœlestium figura, et sanctum, ubi populus stabat, imaginem gerebat totius mundi, et illa Moyses vocavit sancta, non creaturas honorans, sed per eas Creatorem mundi Deum. Et tu igitur facies Domini Jesu Christi et sanctorum imagines, sed per eas coles illum qui ad imaginem suam prius fecit nos, ac deinde hanc suam imaginem, seu naturam nostram, ob ineffabilem misericordiam, assumere dignatus est, eaque circumscribi. Nec tantum divinam imaginem adorabis, sed et ipsius crucis figuram : signum enim magnum est, et tropæum Christi contra diabolum et universam adversariorum cohortem. Itaque isti fremunt et fugantur, ejus imaginem videntes. Imago hæc, vel antequam existeret prototypus, maxime in prophetis laudata est, et maxime fecit miracula, imo in secundo adventu suspensi in ea Domini Jesu Christi, quando veniet judicare vivos et mortuos, ipsi præcedet magnum illud et tremendum ejus signum, cum virtute et majestate multa. Eam igitur nunc honora, ut cum fiducia tunc in eam aspicias,

Οὐ ποιήσεις πᾶν ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν, εἰς τὸ λατρεύειν αὐτοῖς, ἢ δοξάζειν ὡς θεούς· πάντα γάρ εἰσι κτίσματα τοῦ μόνου Θεοῦ, ὃς ἐπ' ἐσχάτων τῶν αἰώνων, ἐκ παρθενικῆς νηδύος σάρκα λαβών, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας παθών, καὶ θανών, καὶ ἀναστὰς, εἰς οὐρανοὺς μετὰ σώματος ἀνῆλθε, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς· μεθ' οὗ σώματος πάλιν ἐλεύσεται ἐν δόξῃ, κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Τούτου τοίνυν τοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος, ποιήσεις τὴν εἰκόνα, διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπην, καὶ μνησθήσῃ δι' αὐτῆς ἐκείνου, καὶ προσκυνήσεις δι' αὐτῆς ἐκεῖνον, ἀνάγων τὸν νοῦν σου δι' αὐτῆς ἐπὶ τὸ προσκυνητὸν ἐκεῖνο σῶμα τοῦ Σωτῆρος, τὸ καθήμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς ἐν οὐρανῷ. Ὡσαύτως καὶ τῶν ἁγίων τοὺς τύπους καὶ ποιήσεις καὶ προσκυνήσεις, οὐχ ὡς θεοὺς (τοῦτο γὰρ ἀπηγόρευται), ἀλλὰ διὰ τὴν εἰς ἐκείνους σχέσιν καὶ διάθεσιν, καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν τιμὴν, ἀναφερομένου διὰ τῶν εἰκόνων ἐπ' αὐτοὺς τοῦ νοῦ· καθάπερ καὶ ὁ Μωϋσῆς ἐποίησε τὰς τῶν Χερουβὶμ εἰκόνας ἔνδον τῶν ἁγίων, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ τῶν ἁγίων Ἅγια τῶν ὑπερουρανίων τύπος ἦν, καὶ τὸ ἅγιον κοσμικὸν εἰκόνα ἔφερε παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ ἅγια αὐτὰ ἐκάλεσεν ὁ Μωϋσῆς, οὐ τὰ κτίσματα δοξάζων, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τὸν κοσμοποιὸν Θεόν· καὶ σὺ τοίνυν οὐ θεοποιήσεις τὰς εἰκόνας τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, καὶ τῶν ἁγίων, ἀλλὰ δι' αὐτῶν προσκυνήσεις τὸν κατ' εἰκόνα οἰκείαν πρότερον ποιήσαντα ἡμᾶς, καὶ ὕστερον τὴν καθ' ἡμᾶς αὐτοῦ εἰκόνα, διὰ φιλανθρωπίαν ἄφατον ἀνειληφέναι εὐδοκήσαντα, καὶ κατ' αὐτὴν περιγραπτὸν γενόμενον. Οὐ μόνον δὲ τὴν θείαν εἰκόνα προσκυνήσεις, ἀλλὰ καὶ τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ τὸν τύπον· σημεῖον γάρ ἐστι μέγιστον, καὶ τρόπαιον Χριστοῦ, κατὰ τοῦ διαβόλου καὶ πάσης τῆς ἀντικειμένης φάλαγγος· διὸ καὶ φρίττουσι καὶ φυγαδεύονται, τοῦτον τυπούμενον ὁρῶντες· οὗτος ὁ τύπος καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸ πρωτότυπον, μεγάλως ἐν τοῖς προφήταις ἐδοξάσθη, καὶ τὰ μέγιστα ἐτερατούργησεν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ χρεμασθέντος ἐν αὐτῷ

[70] Exod. xx, 4.

Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, μέλλοντος ἔρχεσθαι κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἐλεύσεται ἔμπροσθεν τοῦτο τὸ μέγα καὶ φρικτὸν αὐτοῦ σημεῖον, μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. Δόξασον οὖν αὐτὸν νῦν, ἵνα μετὰ παῤῥησίας προσβλέψῃς τότε, καὶ συνδοξασθῇς αὐτῷ. Καὶ τὰς τῶν ἁγίων δὲ εἰκόνας, ὡς συσταυρωθέντων τῷ Κυρίῳ, προσκυνήσεις, τὸν σταυρὸν προτυπῶν σου τῷ προσώπῳ, καὶ εἰς μνήμην ἐρχόμενος τῆς ἐνεργασμένης ἐκείνοις κοινωνίας τῶν παθημάτων τοῦ Χριστοῦ· ὡσαύτως καὶ τὰς σοροὺς τούτων τὰς ἁγίας, καὶ εἴ τι τῶν ὀστέων λείψανον· οὐ γὰρ διέστη τούτων ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ οὐδὲ τοῦ προσκυνητοῦ σώματος Χριστοῦ διέστη ἡ θεότης, ἐπὶ τοῦ ζωοποιοῦ θανάτου. Τοῦτο δὲ ποιῶν, καὶ δοξάζων τοὺς τὸν Θεὸν δοξάσαντας, ὡς τελείους δι' ἔργων φανέντας ἐν τῇ ἀγάπῃ τοῦ Θεοῦ, καὶ συνδοξασθήσῃ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ τοῦ Δαβὶδ ψαλεῖς, « Ἐμοὶ, λίαν ἐτιμήθησαν οἱ φίλοι σου, ὁ Θεός. »

A et cum ea conglorificeris. Imagines quoque sanctorum, quippe qui cum Christo crucifixi sunt, coles, crucem coram te imaginans, et in memoriam revocans inditam illis participationem passionum Christi. Item sepulcra eorum sancta, et si quæ ossium reliquiæ : non enim ab his separata est gratia Dei, sicut nec ab adorabili corpore Christi separata est divinitas in ejus vivifica morte. Hoc faciens, et eos glorificans qui Deum honorificarunt et perfecti operibus visi sunt in amore Dei, ipse a Deo conglorificaberis, et cum Davide psalles, dicens : « Mihi nimis honorificati sunt amici tui, Deus. »

« Οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ » διά τι τῶν γηΐνων, ἢ διὰ φόβον ἀνθρώπινον, ἢ αἰσχύνην, ἢ κέρδος οἰκεῖον, ἐπὶ ψεύδει ὀμνύων. Ἐπιορκία γὰρ ἄρνησίς ἐστι Θεοῦ. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ὀμόσῃς ὅλως, ἀλλὰ φεύξῃ τὸν ὅρκον τελείως, ὡς διὰ τοῦ ὅρκου τῆς ἐπιορκίας ἐρχομένης, καὶ ἀπαλλοτριούσης τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῖς ἀνόμοις συγκαταριθμούσης τὸν τῇ ἐπιορκίᾳ χρώμενον, ἀληθεύων δὲ ἐν πᾶσι τοῖς σοῖς λόγοις. ὅρκου βεβαιότητα παρέξεις. Εἰ δέ ποτε συμβαίη ὅρκῳ σεαυτὸν ὑποβαλεῖν, ὃ τῶν ἀπευκταίων, εἰ μὲν ἐπί τινι τῶν κατὰ νόμον θείων, πράξεις μὲν ὡς νόμιμον ἐκεῖνο· σεαυτὸν δὲ ἀπαιτήσεις τὰς εὐθύνας, ὅτι ὅλως ὤμοσας· ἐλεημοσύνῃ, καὶ ἱκεσίᾳ, καὶ πένθει, καὶ κακώσει σώματος ἐξιλεούμενος Χριστὸν, τὸν εἰπόντα, « Μὴ ὀμόσῃς· » εἰ δὲ ἐπί τινι τῶν παρανόμων, ὅρα μὴ διὰ τὸν ὅρκον πληρώσῃς τὸ παράνομον, ἵνα μὴ τῷ προφητοκτόνῳ Ἡρῴδῃ συναριθμηθῇς· ἀθετήσας δὲ τὸν παράνομον ἐκεῖνον ὅρκον, ὅρον θὲς σεαυτῷ τοῦ μηκέτι ποτὲ ὀμόσαι, καὶ ἐξιλέου σεαυτῷ τὸν Θεὸν, χρώμενος ἐπιπονώτερον σὺν δάκρυσι τοῖς προειρημένοις φαρμάκοις.

« Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum [71], » propter aliquid terrestre, aut propter timorem hominum, aut pudorem, aut lucrum proprium, mendaciter jurans. Perjurium enim est negatio Dei. Propterea, ne jures unquam, sed fuge omnino sacramentum, quia per juramentum venit perjurium, quod a Deo alienat, et inter sceleratos adscribit falso utentem sacramento ; sed verum in cunctis sermonibus tuis dicens, jurisjurandi firmitatem præstabis. Quod si unquam tibi contigerit aliquid sub sacramento polliceri (quod est nefas), si promissum est aliquid conforme legi divinæ, illud facies, utpote licitum, a te vero pœnas repetes præstiti juramenti, eleemosyna, precibus, luctu, et corporis afflictatione placans Christum, qui dixit : « Non jurabis ; » si autem est aliquid lege vetitum, vide ne propter sacramentum facias quid illicitum, ut non ascribaris cum Herode prophetæ occisore, et abrogans impium illud jusjurandum, propositum tibi impone nunquam amplius jurandi, ac Deum tibi propitia, laboriosius cum lacrymis utens præfatis remediis.

Ἡμέραν μίαν τῆς ἑβδομάδος, ἥτις καὶ Κυριακὴ καλεῖται, διὰ τὸ ἀνατεθειμένην εἶναι τῷ Κυρίῳ, κατ' αὐτὴν ἀναστάντι ἐκ νεκρῶν, καὶ προϋποδείξαντι, καὶ προπιστωσαμένῳ τὴν κοινὴν ἀνάστασιν, ἐν ᾗ πᾶν γήϊνον ἀργήσει ἔργον· ταύτην τοίνυν τὴν ἡμέραν ἁγιάσεις, καὶ βιωτικὸν πᾶν ἔργον οὐ ποιήσεις, χωρὶς τῶν ἀναγκαίων· καὶ τοῖς ὑπὸ σὲ καὶ μετὰ σοῦ πᾶσιν ἄνεσιν παρέξεις, ἵν' ὁμοῦ δοξάσητε τὸν τῷ οἰκείῳ θανάτῳ κτησάμενον ἡμᾶς, καὶ ἀναστάντα καὶ συναναστήσαντα τὴν ἡμετέραν φύσιν. Καὶ μνησθήσῃ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, καὶ μελετήσεις ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι Κυρίου, καὶ ἐξετάσεις σεαυτὸν, μή τι παρέβης, ἢ παρέλειψας, καὶ διορθώσεις σεαυτὸν ἐν πᾶσι· καὶ προσχαρτερήσεις ἐν αὐτῇ τῷ τοῦ Θεοῦ ναῷ, καὶ ταῖς ἐν αὐτῷ συνάξεσι παραμενεῖς· καὶ μεταλήψῃ ἐν εἰλικρινεῖ πίστει, καὶ ἀκατακρίτῳ συνειδότι τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ· καὶ ἀρχὴν ἀκριβεστέρου βίου ἄρξῃ· καὶ ἀνακαινίσεις σεαυτὸν, καὶ ἑτοιμά-

Unam hebdomadis diem, quæ Dominica vocatur, utpote Domino reservatam, qui in ea resurrexit, et præmonstravit, et certam reddidit universalem resurrectionem, in qua omne terrenum evacuabitur opus : hanc, inquam, diem sanctificabis, nullum opus ad victum in ea facies [72], præter necessaria, et omnibus qui sub te et tecum sunt, requiem concedes, ut simul glorificetis eum qui nos sua morte acquisivit, et resurgens conresuscitavit nostram naturam. Et recordaberis futuri sæculi, et meditaberis in omnibus mandatis et justificationibus Domini, et teipsum examinabis de offensis et defectibus, et te ab omni lapsu relevabis ; et inhærebis ipsi Dei templo, et in ejus cœtibus permanebis ; et participabis in sincera fide et innocua conscientia corpus et sanguinem Christi ; et initium perfectionis vitæ inchoabis ; et renovabis teipsum, et præparabis ad suscipiendum futura bona æterna, propter quæ rebus terrenis, ne aliis quidem diebus,

[71] Exod. xx, 7. [72] Deut. xx, 10.

abuteris, dominica autem ab omnibus, ad assidendum Deo, abstinebis, præter necessaria et sine quibus vivi nequit. Sic enim Deum habens confugium, non transgredieris, nec cupiditatum accenderis igne, nec peccati mole gravaberis ; et sic diem sanctificabis sabbatorum, sabbatizans a malis requiescendo. Dominicæ autem magnas festivitates lege præceptas adjunges, eadem faciens et ab iisdem abstinens.

« Honora patrem tuum et matrem tuam [73], » per hos enim te adduxit in vitam Deus, et illi sunt tibi post Deum exsistentiæ auctores. Ergo et tu, post Deum, eos honorabis et diliges, si ad Dei amorem amor illorum confert ; si vero non conferat, fugies ab eis confestim ; et si vel impedimentum tibi sinit, præsertim ad veram et salutarem fidem, quia hæresi alicui inhærent, non solum fugies, sed et odio habebis, haud illos tantum, at omnes etiam aliunde amicos et conjunctos, et ipsa tua membra, et horum affectus, ipsumque totum corpus tuum, et hujus libidinosos habitus. Nam « si quis non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, adhuc autem et animam suam, et non bajulat crucem suam, et venit post me, non est me dignus, » ait Christus [74]. Et quidem sic erga patres et amicos et fratres secundum carnem ; conjunctos autem fide nec saluti obstantes honorabis et amabis. Si porro sic parentes secundum carnem, quanto magis honorabis ac diliges eos qui secundum spiritum facti sunt tibi parentes ? qui te a vita in bonam vitam transtulerunt, et communicaverunt tibi lumen scientiæ, et docuerunt manifestationem veritatis, et regeneraverunt te per lavacrum renovationis, et inseverunt tibi spem resurrectionis, immortalitatis, interminabilisque regni et hæreditatis, et fecerunt te ex indigno dignum æternis bonis, et cœlestem ex terrestri, et ex temporali æternum, et filium ac discipulum, jam non hominis, sed Hominis-Dei Jesu Christi, qui te unxit adoptionis spiritu, et qui dixit : « Patrem nolite vocare vobis super terram, nec magistrum : unus est enim Pater vester, et Magister Christus [75]. » Omnem igitur honorem et amorem debes spiritualibus patribus, quia illorum honor ascendit ad Christum et ad sanctissimum Spiritum, in quo adoptionem recepisti, et ad cœlestem Patrem, « ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur [76] .» Studebis autem per totam vitam patrem habere spiritualem, et ei manifestare omne peccatum et omnem cogitationem, et ab eo accipere sanationem et veniam : illis enim data est potestas solvendi et ligandi animas, et « quæcumque alligaverint super terram, erunt ligata et in cœlo, et quæcumque solverint super terram, erunt soluta et in cœlo [77]. » Hanc quippe gratiam et potestatem a Christo acceperunt : itaque obedies illis, nec eis contradices, ne perniciem afferas animæ tuæ. Nam si contradicens carnalibus parentibus, in iis quæ

σεις πρὸς ὑποδοχὴν τῶν μελλόντων αἰωνίων ἀγαθῶν, δι' ἃ τοῖς γηΐνοις, οὐδὲ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις καταχρήσῃ· ἐν δὲ τῇ Κυριακῇ πάντων, διὰ τὸ προσεδρεύειν τῷ Θεῷ, ἀφέξῃ, πλὴν τῶν ἀναγκαιοτάτων, καὶ ὧν ἄνευ ζῆν ἀδύνατον. Οὕτω γὰρ τὸν Θεὸν ἔχων τόπον καταφυγῆς, οὐ μεταβήσῃ· τό τε πῦρ τῶν παθῶν οὐκ ἐκκαύσεις, καὶ τὸ βάσταγμα τῆς ἁμαρτίας οὐκ ἀρεῖς· καὶ οὕτω τὴν ἡμέραν τῶν Σαββάτων ἁγιάσεις, σαββατίζων τὴν τῶν κακῶν ἀπραξίαν. Τῇ Κυριακῇ δὲ τὰς νενομισμένας μεγάλας ἑορτὰς συνάψεις, τὰ αὐτὰ πράττων, καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀπεχόμενος. « Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου » δι' αὐτῶν γάρ σε προήγαγεν εἰς τὸν βίον ὁ Θεὸς, καὶ αὐτοί σοι μετὰ Θεὸν αἴτιοι τοῦ εἶναι. Οὐκοῦν καὶ σὺ, μετὰ Θεὸν, αὐτοὺς καὶ τιμήσεις, καὶ ἀγαπήσεις· εἰ καὶ πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγάπην ἡ πρὸς ἐκείνους συνεργεῖ· εἰ δὲ μὴ συνεργεῖ, φεύξῃ ἀπ' αὐτῶν ἀμέσως· ἂν δέ σοι καὶ ἐμπόδιον ὦσι, καὶ μάλιστα πρὸς τὴν ἀληθῆ καὶ σωτήριον πίστιν, ἑτερόδοξοί τινες ὄντες, οὐ μόνον φεύξῃ, ἀλλὰ καὶ μισήσεις· οὐκ ἐκείνους μόνους, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς πρὸς γένους, καὶ τοὺς κατὰ πᾶσαν ἄλλην φιλίαν καὶ συνάφειαν· καὶ αὐτά σου τὰ μέλη, καὶ τὰς τούτων ὁρέξεις, καὶ αὐτό σου πᾶν τὸ σῶμα· καὶ τὴν ἐκ τούτου πρὸς τὰ πάθη σχέσιν· « Εἴ τις γὰρ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, προσέτι καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ αἴρει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος, » εἶπεν ὁ Χριστός. Καὶ πρὸς μὲν τοὺς κατὰ σάρκα πατέρας, καὶ φίλους, καὶ ἀδελφοὺς, οὕτω· τοὺς δὲ οἰκείους τῆς πίστεως, καὶ μὴ ἐμποδίζοντας πρὸς σωτηρίαν, καὶ τιμήσεις, καὶ ἀγαπήσεις. Εἰ δὲ τοὺς κατὰ σάρκα πατέρας οὕτω, πόσῳ πλέον τιμήσεις καὶ ἀγαπήσεις τοὺς κατὰ πνεῦμά σοι γεγονότας πατέρας; οἳ σε ἀπὸ τοῦ εἶναι εἰς τὸ εὖ εἶναι μετεποίησαν, καὶ μετέδωκάν σοι τοῦ φωτισμοῦ τῆς γνώσεως, καὶ ἐδίδαξαν τὴν φανέρωσιν τῆς ἀληθείας, καὶ ἀνεγέννησάν σε διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας, καὶ ἐνέθηκάν σοι τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς ἀθανασίας, καὶ τῆς ἀδιαδόχου βασιλείας καὶ κληρονομίας, καὶ ἐποίησάν σε ἐξ ἀναξίου ἄξιον τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, καὶ οὐράνιον ἀντ' ἐπιγείου, καὶ αἰώνιον ἀντὶ προσκαίρου, καὶ υἱὸν καὶ διδακτὸν, οὐκέτι ἀνθρώπου, ἀλλὰ τοῦ θεανθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ χαρισαμένου σοι τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας, ὃς εἶπε· « Μὴ καλέσητε πατέρα ἐπὶ τῆς γῆς, μηδὲ καθηγητήν· εἷς γὰρ ὑμῶν ἐστι Πατὴρ, καὶ καθηγητὴς ὁ Χριστός. » Πᾶσαν οὖν τιμὴν καὶ ἀγάπην ὀφείλεις τοῖς πνευματικοῖς πατράσιν, ὡς τῆς εἰς αὐτοὺς τιμῆς ἀναφερομένης ἐπὶ τὸν Χριστὸν, καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα, ἐν ᾧ τὴν υἱοθεσίαν ἔλαβες, καὶ τὸν ἐπουράνιον Πατέρα, παρ' οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. Σπεύσεις δὲ διὰ παντὸς τοῦ βίου πνευματικὸν πατέρα ἔχειν, καὶ ἐξαγγέλλειν αὐτῷ πᾶν ἁμάρτημα, καὶ πάντα λογισμὸν, καὶ λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ τὴν ἰατρείαν καὶ τὴν ἄφεσιν· αὐτοῖς γὰρ ἐδόθη λύειν

[73] Exod. xx, 12. [74] Luc. xiv, 26 27. [75] Matth. xxiii, 9. [76] Ephes. iii, 15. [77] Matth. xviii, 18.

καὶ δεσμεῖν ψυχὰς, καὶ πάντα ὅσα ἂν δήσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ πάντα ὅσα ἂν λύσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ· ταύτην γὰρ τὴν χάριν καὶ τὴν δύναμιν ἔλαβον παρὰ Χριστοῦ· διὰ καὶ ὑπακούσεις αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἀντιλέξεις αὐτοῖς, ἵνα μὴ προζενήσῃς ἀπώλειαν τῇ σεαυτοῦ ψυχῇ. Εἰ γὰρ ὁ ἀντιλέγων τοῖς κατὰ σάρκα γονεῦσιν, εἰς ἃ μὴ ἀπηγόρευται τῷ θείῳ νόμῳ, θανατοῦται, κατὰ τὸν νόμον, πῶς ὁ ἀντιλέγων τοῖς κατὰ πνεῦμα πατράσιν, οὐ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ διώκει ἀπ' αὐτοῦ, καὶ τὴν οἰκείαν ἀπόλλυσι ψυχήν; Διὰ τοῦτο καὶ συμβούλευσαι καὶ ἐπάκουσον διὰ τέλους τοῖς σοῖς ἐν πνεύματι πατράσιν, ἵνα σωθῇ σου ἡ ψυχὴ, καὶ κληρονόμος γένῃ τῶν αἰωνίων καὶ ἀκηράτων ἀγαθῶν.

non sunt divina lege prohibita, morte afficitur, juxta legem, quomodo contradicens spiritualibus patribus non ejicit a se spiritum Dei, et suam pessumdat animam? Propterea consule semper patres tuos spirituales, et eis morem gere, ut salvetur anima tua, et hæredites æterna et incorruptibilia bona.

« Οὐ πορνεύσεις, » ἵνα μὴ ἀντὶ τοῦ εἶναι μέλος τοῦ Χριστοῦ, ὑπάρξῃς πόρνης μέλος, καὶ ἐκκοπῇς τοῦ θείου σώματος, καὶ ῥιφῇς εἰς γέενναν· εἰ γὰρ θυγάτηρ ἱερέως, ἂν ἁλῷ πορνευομένη, ἐννόμως κατακαίεται, ὡς τὸν πατέρα καταισχύνουσα, πόσῳ μᾶλλον ὁ τῷ Χριστοῦ σώματι τοιοῦτον μίασμα προστρίψας, ὑπόδικος ἔσται κολάσεως αἰωνιζούσης; Ἀλλ' εἰ μὲν χωρεῖς, καὶ παρθενίαν ἄσκησον, ἵνα δυνηθῇς ὅλος γενέσθαι τοῦ Θεοῦ, καὶ δι' ἀγάπης τελείας αὐτῷ προσκολληθῆναι, αὐτῷ προσεδρεύων διὰ βίου, καὶ μεριμνῶν ἀπερισπάστως ἀεὶ τὰ τοῦ Κυρίου, καὶ προκαταλαμβάνων τὴν μέλλουσιν ζωὴν, καὶ ὡς ἄγγελος Θεοῦ ἐπὶ τῆς γῆς πολιτευόμενος· αὐτῶν γάρ ἐστιν ἡ παρθενία, καὶ αὐτοῖς ὁμοιοῦται μετὰ σώματος, κατὰ τὸ ἐγχωροῦν, ὁ κολλώμενος τῇ παρθενίᾳ· μᾶλλον δὲ πρὸ τούτων, τῷ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐν παρθενίᾳ γεννήσαντι Πατρὶ, καὶ τῷ παρθένῳ καὶ ἐκ παρθένου Πατρὸς ἐν ἀρχῇ προελθόντι γεννητῶς, καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν αἰώνων ἐκ Παρθένου Μητρὸς σαρκὶ γεγεννημένῳ, καὶ τῷ ἐκ μόνου Πατρὸς, οὐ γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς προϊόντι ἀπορρήτως Πνεύματι· ᾧ Θεῷ ἐξομοιοῦται, καὶ ἐν ἀφθάρτῳ γάμῳ συναρμόζεται, ὁ ἀληθῆ παρθενίαν ἐπαγγειλάμενος, καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα παρθενεύων, αἴσθησίν τε πᾶσαν, καὶ λόγον, καὶ διάνοιαν, τοῖς τῆς παρθενίας κάλλεσιν ὡραΐζόμενος· εἰ δὲ μὴ παρθενεύειν προαιρῇ, μηδὲ καθωμολόγησας τοῦτο τῷ Θεῷ, ἔξεστί σοι μίαν γυναῖκα κατὰ νόμους ἐν Κυρίῳ ἀγαγέσθαι, καὶ ταύτῃ μόνῃ συνοικεῖν, καὶ ὡς ἴδιόν σοι σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ, τῶν ἀλλοτρίων πάσῃ δυνάμει ἀπεχόμενος. Δυνήσῃ δὲ τούτων τελέως ἀποσχέσθαι, ἐὰν φυλάξῃ τὰς πρὸς αὐτὰς ἀκαίρους συντυχίας, καὶ τοῖς πορνικοῖς λόγοις καὶ ἀκούσμασι μὴ ἐπιτέρπῃ· καὶ αὐτὴν τὴν σὴν ὄψιν τοῦ τε σώματος καὶ τῆς ψυχῆς ἀποστρέψῃς ἀπ' αὐτῶν, ἐφ' ὅσον δυνατόν· καὶ συνεθίσῃς μὴ περιέργως τῷ κάλλει τῶν προσώπων ἐνορᾶν. « Ὁ γὰρ ἐμβλέψας γυναικὶ, πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· » καὶ κατὰ τοῦτο μὲν ἀκάθαρτός ἐστι τῷ εἰς καρδίαν βλέποντι Χριστῷ· ἀπὸ τούτου δὲ καὶ ἐπὶ τὴν διὰ σώματος αἰσχρουργίαν καταντᾷ ὁ δείλαιος. Καὶ τί λέγω πορνείας καὶ μοιχείας, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ τῇ φύσει μύσῃ; καὶ γὰρ καὶ εἰς τὰς παρὰ πᾶσαν φύσιν ἀσελγείας, ἀπὸ τοῦ περιέργως ἐνορᾶν τοῖς τῶν σωμάτων κάλλεσιν, ἀχολάστως κατασύρεται ὁ ἄνθρωπος. Σὺ τοίνυν τὰς πικρὰς ἐκκόπτων ῥίζας ἀπὸ σεαυτοῦ, θανατηφόρους οὐκ οἴσεις καρπούς· ἀλλὰ καρποῦσῃ τὴν ἁγνείαν, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ἁγιασμόν· οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον.

« Non mœchaberis [78], » ut non, nedum sis membrum Christi, fias meretricis membrum, et abscindaris a divino corpore, et dejiciaris in gehennam: si enim filia sacerdotis, deprehensa in stupro, juxta legem flammis exurenda erat, ut violans nomen patris sui [79], quanto magis qui corpori Christi dedecus inussit, reus erit æterni supplicii? Et, si valeas, virginitatem serva, ut possis totus esse Dei, eique perfecta uniri charitate, ipsi tota vita assidens, et indesinenter de Domino sollicitus, et prægustans vitam æternam, atque in terra vivens sicut angeli Dei: horum siquidem est virginitas, et ipsis etiam cum corpore, quoad valet, similis est qui virginitati adhæret, vel potius quam illorum, similis est Patris qui ante omnia sæcula in virginitate generavit, et Filii qui virgo ex virgine Patre in principio per generationem processit et in novissimis temporibus ex virgine Matre carnaliter genitus est, et Spiritus qui ex solo Patre, non per generationem, sed per processionem ineffabiliter exit: cui Deo assimilatur, et incorruptibili jungitur conjugio ille qui veram elegit virginitatem, virgo anima et corpore, et cunctos sensus, sermonesque et cogitationes decore virginitatis exornans. Si vero non eligas virginitatem, neque hanc Deo despondeas, licet tibi unam uxorem juxta leges in Domino ducere, eique soli cohabitare, et ut proprium tibi vas in sanctitate possidere, ab alienis tota virtute abstinens. Poteris autem ab his perfecte abstinere, si caveas intempestivos cum eis congressus, et turpia dicere vel audire non ames, et ipsos corporis et animæ oculos ab eis avertas, quantum poteris, et assuescas non curiose vultuum pulchritudinem aspicere: nam « qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo [80], » et propter hoc immundus est coram inspiciente corda Christo, et in corporis turpitudinem infelix discedit. Et cur refero fornicationes et adulteria, et quæcumque sunt in ipsa natura abominationes? Nam et in contrariam naturæ luxuriam curioso formarum corporalium aspectu trahitur homo. Tu igitur amaros a te resecans radices, mortiferos non feres fructus, sed fructificabis puritatem, et ejus sanctitatem, sine qua nemo Dominum videbit.

[78] Exod. xx, 14. [79] Levit. xxv, 9. [80] Matth. v, 28.

« Non occides [81], » ne desinas esse filius ejus qui et mortuos vivificat, et operibus fias filius ejus qui ab initio est homicida ; sed quia homicidium a plaga incipit, hæc vero a contumelia, et hæc ab ira, ira autem nobis ingruit ex illata nobis ab aliis injuria, vel plaga, vel contumelia, idcirco « ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere, » ut ait Christus [82]. Et percutientem ne repercutias, et convicianti ne convicieris. Sic enim et te et nocentem tibi a mortali lapsu liberabis, et tibi commissa in se peccata Deus condonabit : nam « dimittite, inquit, et dimittemini [83]. » Illa vero maledicus et maleficus pœna mulctabitur æterna. « Qui autem dixerit fratri suo : Fatue, reus erit gehennæ ignis, » dixit Christus [84]. Si igitur potueris malum radicitus evellere, mansuetudinis beatitudinem animæ tuæ procurans Christum magnifica, magistrum et auctorem virtutum, sine quo, ut didicisti, non possumus aliquid boni ; si vero non potueris iræ expers manere, iratum te reprehende, et veniam pete a Deo, et ab eo cui male dixisti vel fecisti. Quem enim in exordio peccati pœnitet, hic usque ad ejus exitum haud pervenit : qui vero de modicis non dolet, per hæc in magna decidet [85].

« Non furtum facies [86], » ne absconditorum cognitor [87], utpote a te despectus, multiplices a te repetat pœnas. Potius igitur de substantia tua occulte dabis petentibus, ut qui videt in abscondito Deus, reddat tibi centuplum et in futuro sæculo vitam æternam.

« Non loqueris falsum testimonium [88], » ne assimileris illi qui ab initio Deum apud Evam calumniatus est, et sis cum eo maledictus. Potius igitur, nisi quod multis sit damnificum, teges proximi peccatum, ut non imiteris Cham, at Sem et Japheth, et benedictionem consequaris.

« Non concupisces quid proximi tui, non possessiones, non divitias, non famam, nec omnia quæ proximi sunt [89]. » Concupiscentia enim in anima concepta parit peccatum, peccatum vero perpetratum parturit mortem. Tu autem aliena non concupiscens, ne avaritia quidem rapiaris cavebis. Potius igitur de tuis dabis petenti, et misereberis, quantum copia aderit, cui misericordia opus est, et non avertes mutuari volentem, et si quid amissum invenias, conservabis domino, quamvis hic unus sit ex inimicis tuis : sic enim lucraberis eum, et vinces in bono malum, sicut Christus tibi præcipit. Hæc totis viribus servans, et in his vivens, in anima tua recondes thesaurum, et placebis Deo et a Deo accipies divitias quæ secundum Deum sunt, et æterna hæreditabis bona : quæ utinam omnes nos consequamur, gratia et charitate Domini et Dei salvatoris nostri Jesu Christi, cui debetur omnis gloria,

[81] Exod. xx, 13. [82] Luc. vi, 29. [83] Luc. vi, 37. [84] Dan. xiii, 42. [85] Exod. xx, 16. [86] Ibid. 17.

A « Οὐ φονεύσεις · » ἵνα μὴ τῆς υἱοθεσίας ἐκπέσῃς τοῦ καὶ τοὺς νεκροὺς ζωοποιοῦντος, καὶ υἱοποιηθῇς δι' ἔργων τῷ ἐξ ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνῳ. Ἐπεὶ δὲ ὁ φόνος ἐκ πληγῆς προοίμιον, ἡ δὲ ἐξ ὕβρεως, αὕτη δὲ ἐξ ὀργῆς · ἡ δὲ ὀργὴ ἡμῖν προσγίνεται ἐκ τῆς παρ' ἑτέρων ἐπιφερομένης ἡμῖν ζημίας, ἢ πληγῆς, ἢ ὕβρεως, διὰ τοῦτο, « Ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὸ ἱμάτιον, καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς, » εἶπεν ὁ Χριστός. Καὶ τὸν πλήττοντα μὴ ἀντιπλήξῃς · καὶ μὴ ἀνθυβρίσῃς τὸν ὑβρίζοντα. Οὕτω γὰρ καὶ σαυτὸν καὶ τὸν κακοῦντά σε τοῦ φονικοῦ πτώματος ἐλευθερώσεις. Σὺ μέντοι καὶ τῶν πρὸς Θεὸν ἡμαρτημένων ἕξεις συγχώρησιν. « Ἄφετε γάρ, φησὶ, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν. » Ὁ δὲ κακολογῶν καὶ κακοποιῶν, ἐκεῖνος δίκην τίσει, κόλασιν αἰώνιον. « Ὁ γὰρ εἰπὼν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, Μωρὲ, ἔνοχός ἐστιν εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς, » εἶπεν ὁ Χριστός. Εἰ μὲν οὖν δυνηθῇς πρόρριζον ἀνασπάσαι τὸ κακὸν, τὴν τῆς πραότητος μακαριότητα περιποιήσας τῇ ψυχῇ, δόξασον Χριστὸν, τὸν διδάσκαλον καὶ συνεργὸν τῶν ἀρετῶν· οὗ χωρὶς, καθάπερ ἐδιδάχθης, οὐ δυνάμεθα ποιεῖν τῶν ἀγαθῶν οὐδέν · εἰ δὲ μὴ δυνηθῇς ἀόργητος διαμεῖναι, μέμφου σεαυτὸν ὀργιζόμενον, καὶ μετανόει τῷ Θεῷ, καὶ τῷ ὑπὸ σοῦ κακῶς ἀκούσαντι, ἢ παθόντι παρὰ σοῦ. Ὁ γὰρ ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς τῆς ἁμαρτίας μεταμελόμενος, εἰς τέλος αὐτῆς οὐκ ἔρχεται. Ὁ δὲ ἀναλγήτως ἐν τοῖς μικροῖς διακείμενος, δι' αὐτῶν καὶ τοῖς μεγάλοις περιπεσεῖται.

B « Οὐ κλέψεις · » ἵνα μὴ ὁ τῶν κρυφίων γνώστης, ὡς καταφρονήσαντί σου, ἀποδῷ σοι πολυπλασίονα τὴν τιμωρίαν. Μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀπὸ τῶν προσόντων σοι, κρυφίως παρέξεις τοῖς δεομένοις, ἵνα ἀποκαταπλασίονα, καὶ ζωὴν αἰώνιον ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.

C « Οὐ συκοφαντήσεις · » ἵνα μὴ ἐξομοιωθῇς τῷ τὴν ἀρχὴν πρὸς τὴν Εὔαν τὸν Θεὸν συκοφαντήσαντι, καὶ ἐπικατάρατος κατ' ἐκεῖνον γένῃ. Μᾶλλον μὲν οὖν, εἰ μὴ τῶν πολλῶν εἴη τις βλάβη, καὶ σκεπάσεις τὸ τοῦ πέλας πτῶμα, ἵνα μὴ τῷ Χὰμ ὁμοιωθῇς, ἀλλὰ τῷ Σὴμ, καὶ τῷ Ἰάφεθ, καὶ τῆς εὐλογίας ἐπιτύχῃς.

D « Οὐκ ἐπιθυμήσεις τι τῶν πλησίον σου · οὐ κτῆμα, οὐ χρῆμα, οὐ δόξαν, οὐδὲν ὅσα τοῦ πλησίον σού ἐστιν. » Ἡ γὰρ ἐπιθυμία ἐν τῇ ψυχῇ συλληφθεῖσα, τίκτει ἁμαρτίαν, ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει θάνατον. Σὺ δὲ τῶν ἀλλοτρίων οὐκ ἐπιθυμῶν, καὶ τῆς ἐν πλεονεξίᾳ ἁρπαγῆς, εἰ δύνασαι, ἀφέξῃ. Μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀπὸ τῶν σῶν παρέξεις τῷ αἰτοῦντι, καὶ ἐλεήσεις καθ' ὅσον ἐφικτὸν τὸν χρῄζοντα ἐλέους · καὶ οὐκ ἀποστραφήσῃ τὸν θέλοντα δανείσασθαι · κἂν τι τῶν ἀπολλομένων εὕρῃς, ἀνασώσεις τῷ δεσπότῃ, κἂν τῶν ἐχθρωδῶς πρὸς σὲ διακειμένων οὗτος ᾖ · οὕτω γὰρ κἀκεῖνον καταλλάξεις, καὶ νικήσεις ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν, καθάπερ ὁ Χριστὸς διακελεύεταί σοι. Ταῦτα πάσῃ δυνάμει φυλάττων, καὶ ἐν τούτοις ζῶν, ἐναποθήσεις σου τῇ ψυχῇ τὸν τῆς εὐσεβείας θησαυρὸν, καὶ εὐαρεστήσεις τῷ Θεῷ, καὶ ἀγαθοποιηθήσῃ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν κατὰ Θεόν · καὶ κληρονόμος γενήσῃ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν · ὧν

[81] Matth. v, 22. [82] Eccli. xix, 1. [83] Exod. xx, 13.

γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A et honor, et adoratio, cum ingenito ejus Patre, et sanctissimo, optimo et vivifico Spiritu, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΕΚ ΤΩΝ

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΛΟΓΩΝ

ΠΕΡΙ

ΤΩΝ ΙΕΡΩΣ ΗΣΥΧΑΖΟΝΤΩΝ.

—

EX EJUSDEM SERMONIBUS

DE IIS

QUI SACRÆ INDULGENT QUIETUDINI.

—

Ἐρώτησις πρὸς αὐτόν.

Καλῶς ἐποίησας, Πάτερ, καὶ τοὺς τῶν ἁγίων περὶ τοῦ ζητήματός μοι λόγους προθέμενος. Σοῦ γὰρ ἀκούων λύοντός μοι τὰ διηπορημένα, ἐθαύμαζον μὲν τῆς ἀληθείας τὸ ἐμφανές· ἐκεῖνο δέ μου ὑπεισῆει τῇ διανοίᾳ, ὡς ἐπείπερ λόγῳ παλαίει πᾶς λόγος· ὡς καὶ αὐτὸς εἴρηκας· μὴ καὶ τοῖς ὑπὸ σοῦ λεγομένοις, αὖθις εἴη τις ἀντιλογία· ἐπεὶ δὲ τὴν διὰ τῶν ἔργων μαρτυρίαν μόνην ἔγνων οὖσαν ἀναμφίλεκτον, καὶ τοὺς ἁγίους τὰ αὐτά σοι λέγοντας ἀκήκοα, οὐδὲν τοιοῦτον ἔτι δέδοικα· ὁ γὰρ τούτοις μὴ πειθόμενος, πῶς ἂν αὐτὸς ἀξιόπιστος εἴη; πῶς δ' οὐκ ἂν ἀθετοίη τὸν τῶν ἁγίων Θεόν; Αὐτοῦ γάρ ἐστι λόγος πρὸς τοὺς ἀποστόλους, καὶ δι' αὐτῶν πρὸς τοὺς μετ' αὐτοὺς ἁγίους εἰρημένος, ὅτι « Ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ· » ταυτὸν δ' εἰπεῖν, αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν. Πῶς οὖν ἀποδεχθείη παρὰ τῶν ζητούντων τὴν ἀλήθειαν ὁ ἀντικείμενος τῇ ἀληθείᾳ; Διὸ παρακαλῶ σε, Πάτερ, ἀκοῦσαί μου καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον διεξιόντος, ὧν παρὰ τῶν διὰ βίου τὴν Ἑλληνικὴν παιδείαν μετιόντων ἀνδρῶν, ἀκήκοα ἐκείνων, καὶ εἰπεῖν μέν μοι καί τι τῶν δοκούντων παρὰ σεαυτοῦ πρὸς ταῦτα· προσθεῖναι δὲ καὶ τὰς τῶν ἁγίων περὶ τούτων δόξας. Λέγουσι γὰρ ἡμᾶς κακῶς ποιεῖν, ἔνδον τοῦ σώματος σπεύδοντας, τὸν ἡμέτερον ἐμπερικλείειν νοῦν· ἔξω γὰρ τοῦ σώματος, φασὶ, μᾶλλον χρῆναι, παντὶ τρόπῳ τοῦτον ἐξωθεῖν· διὸ καὶ διασύρουσι σφόδρα τινὰς τῶν ἡμετέρων, κατ' αὐτῶν γράφοντες, ὡς τοῖς ἀρχαίοις παραινοῦντας ἐφ' ἑαυτοὺς βλέπειν, καὶ διὰ τῆς ἀναπνοῆς εἴσω πέμπειν τὸν οἰκεῖον νοῦν, φάσκοντες μὴ κεχωρισμένον εἶναι τῆς ψυχῆς τὸν νοῦν. Τὸν οὖν μὴ κεχωρισμένον, ἀλλ' ἐνόντα, πῶς ἂν αὖθις εἴσω πέμποι τις; Φασὶ δὲ, καὶ τὴν θείαν χάριν

Quæstio ad illum.

B Bene fecisti, Pater, sanctorum quærenti mihi sermones proponens. Nam te audiens mea dubia resolventem, mirabar veritatis evidentiam. Mihi tamen timor animum subierat ne, quia verbo verbum semper opponitur, ut ipse confessus es, sermonibus tuis aliquid rursus contradiceretur. Sed quoniam solum ex operibus testimonium scio indubium esse, et sanctos eadem ac te dicentes audivi, jam nihil hujusmodi metuo. Qui enim hos non credit, quomodo ipse dignus fide esset? Nonne spernit sanctorum Deum? Hic enim ad apostolos, et per eos ad posteriores eis sanctos dixit: « Qui vos spernit me spernit[89], » vel, quod idem est, ipsam veritatem. Quomodo ergo recipieretur a veritatem C quærentibus qui contradicit veritati? Ideo precor te, Pater, ut audias me singula percurrentem alia quæ audivi a viris illis qui vitam in ethnica disciplina peragunt, utque mihi dicas quid ista videantur et addas sanctorum de his sententias. Nam dicunt nos male facere intra corpus studendo nostram includere mentem: siquidem extra corpus, inquiunt, potius oportet eam omni modo expellere. Itaque quosdam nostrorum acriter dilacerant et scriptis arguunt suadere incipientibus ut in seipsos inspiciant, et per respirationem intromittant suam mentem, dicentes non separatam esse mentem ab anima: non separatam igitur, sed adunatam, quomodo quis intro mitteret? Eos etiam accusant tanD quam dicentes divinam gratiam per nares introduci. Sed scio ego hæc ab illis calumniose asseri (nam a nullo nostrorum audivi talia), et proinde hæc quoque aliis maligne adjici: idem enim est ea quæ non

[89] Luc. x, 16

sunt contra homines excogitare, et ea quæ sunt A maligne interpretari. Tu vero doce me, Pater, cur intromittere omni cura studeamus, nec malum cogitemus in corpore mentem includere.

διὰ τῶν μυκτήρων εἰσοικίζειν λέγειν. Ἀλλ' εἰδὼς ἐγὼ συκοφαντικῶς τοῦτο λέγοντας αὐτούς (παρ' οὐδενὸς γὰρ τοῦτ' ἤκουσα τῶν ἡμετέρων), ἐκ τούτου καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπενόησα κακούργως ἐπιτίθεσθαι· τῶν γὰρ αὐτῶν ἐστι, τά τε μὴ ὄντα κατ' ἀνθρώπων πλάττειν, καὶ τὰ ὄντα κακουργεῖν. Σὺ δὲ δίδαξόν με, Πάτερ, πῶς εἶσω πέμπειν σπουδῇ πάσῃ προαιρούμεθα, καὶ μὴ κακὸν οἰόμεθα, τῷ σώματι τὸν νοῦν ἐμπεριεικλείειν.

Responsio. Volentibus quieti se applicare, inutile non est conari intra corpus continere mentem suam.

Ἀπόκρισις, ὅτι τοῖς προῃρημένοις ἐν ἡσυχίᾳ προσέχειν ἑαυτοῖς, οὐκ ἀσυντελὲς ἔνδον τοῦ σώματος πειρᾶσθαι κατέχειν τὸν οἰκεῖον νοῦν.

Frater, nonne audis Apostolum dicentem : « Membra nostra templum sunt Spiritus sancti qui in nobis est[95] ? » Et iterum : « Nos sumus templum Dei vivi, sicut dicit Deus : Quoniam inhabitabo in illis, et inambulabo inter eos, et ero illorum Deus[96]. » Quod ergo domus meruit esse Dei, quis sapiens dedignabitur mentis suæ habitaculum? Et cur Deus in principio inclusit corpore animum? Ergo et ipse male fecit. Hujusmodi sermones, frater, assimila hæreticis, qui contendunt corpus esse malum et mali principii opus. Nos autem in corporalibus quidem cogitationibus inesse mentem, malum arbitramur : in corpore vero esse, non malum, quia nec corpus malum est. Itaque cum David unusquisque conserentium Deo vitam clamat ad Deum : « Sitivit in te anima mea : quam multipliciter tibi caro mea[97]. » Et : « Cor meum et caro mea exsultaverunt in Deum vivum[98]. » Et cum Isaia : « Venter meus quasi cithara sonabit, et viscera mea ad murum æreum quem instaurasti. Et : « Propter timorem tuum, Domine, in ventre suscepimus spiritum salutaris tui. » Cui confidentes non cademus, sed cadent qui de terra loquuntur, et terrestria esse mentiuntur cœlestia dicendi et vivendi genera. Mortem quidem Apostolus vocat corpus, dicens : « Quis me liberabit de corpore mortis hujus[99] ? » At loquitur de materiali et corporali cogitatione, quæ formam corporis vere habet ; unde cum spirituali et divina eam conferens, merito corpus appellavit, non tamen simpliciter corpus, sed mortem corporis ; idque paulo supra clarius ostendit, quia non carnem incusat, sed superingressum ex transgressione peccatum : « Venumdatus sum, inquit, sub peccato[100] ; » qui porro venumdatus est, non est natura servus. Et iterum : « Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum[101]. » Ut vides, non carnem, sed quod habitat in ea dicit malum. Hanc igitur legem quæ est in membris nostris, et repugnat legi mentis nostræ[102], inhabitare in corpore nostro, est malum, non vero mentem nostram. Propterea nos pugnantes illam legem peccati, expellimus eam a corpore, et huic præsidem inducimus animum, per quem legem damus cuique animæ facultati, et cuique membrorum corporis congruentem : Et quidem sensibus præscri-

Ἀδελφὲ, οὐκ ἀκούεις τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι « Τὰ σώματα ἡμῶν ναὸς τοῦ ἐν ἡμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστι· » καὶ πάλιν, ὅτι « Οἶκος τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐσμεν· »] ὡς καὶ ὁ Θεὸς λέγει, ὅτι « Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεός ; » Ὃ τοίνυν οἰκητήριον πέφυκε γίνεσθαι Θεοῦ, πῶς ἂν ἀναξιοπαθῆσαί τις νοῦν ἔχων, ἐνοικίσαι τὸν οἰκεῖον νοῦν αὐτῷ ; Πῶς δὲ καὶ ὁ Θεὸς τὴν ἀρχὴν ἐνῴκισε τῷ σώματι τὸν νοῦν ; ἆρα καὶ αὐτὸς κακῶς ἐποίησε ; τοὺς τοιούτους λόγους, ἀδελφὲ, τοῖς αἱρετικοῖς ἁρμόσει λέγειν, οἳ πονηρὸν καὶ τοῦ πονηροῦ πλάσμα τὸ σῶμα λέγουσιν. Ἡμεῖς δὲ ἐν τοῖς σωματικοῖς φρονήμασιν εἶναι τὸν νοῦν οἰόμεθα κακόν· ἐν τῷ σώματι δὲ οὐχὶ κακὸν, ἐπεὶ μηδὲ τὸ σῶμα πονηρόν. Διὸ μετὰ τοῦ Δαβὶδ, τῶν διὰ βίου τῷ Θεῷ προσανεχόντων ἕκαστος βοᾷ πρὸς τὸν Θεόν· « Ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου· ποσαπλῶς σοι ἡ σάρξ μου, καὶ ἡ καρδία μου. καὶ ἡ σάρξ μου ἠγαλλιάσαντο ἐπὶ Θεὸν ζῶντα ! » καὶ μετὰ τοῦ Ἡσαΐου· « Ἡ κοιλιά μου ἠχήσει ὡς κιθάρα, καὶ τὰ ἐντός μου ὡσεὶ τεῖχος χαλκοῦν, ὃ ἐνεκαίνισας· » καὶ, « Διὰ τὸν φόβον σου, Κύριε, ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν πνεῦμα Σωτηρίου σου· » ᾧ θαῤῥοῦντες οὐ πεσούμεθα, ἀλλὰ πεσοῦνται οἱ ἀπὸ τῆς γῆς φωνοῦντες, καὶ ὡς γηΐνων τῶν ἐπουρανίων ῥημάτων, καὶ πολιτειῶν καταψευδόμενοι. Εἰ γὰρ καὶ ὁ Ἀπόστολος θάνατον τὸ σῶμα λέγει· « Τίς γάρ με, φησὶ, ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου ; » ἀλλ' ὡς τοῦ προσύλου καὶ σωματικοῦ φρονήματος, σωματοειδοῦς ὄντος ἀτεχνῶς. Διὸ πρὸς τὸ πνευματικὸν καὶ θεῖον παραβάλλων τοῦτο, σῶμα δικαίως ἐκάλεσε· καὶ οὐχ ἁπλῶς σῶμα, ἀλλὰ θάνατον σώματος· καὶ τοῦτο μικρὸν ἀνωτέρω τρανότερον δηλῶν, ὡς οὐχὶ τὴν σάρκα αἰτιᾶται, ἀλλὰ τὴν ἐπεισελθοῦσαν ἁμαρτητικὴν ὁρμὴν ἐκ παραβάσεως « Πεπραμένος, φησὶν, εἰμὶ ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν· » ὁ πεπραμένος δὲ, οὐ φύσει δοῦλος. » Καὶ πάλιν· Οἶδα ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου, ἀγαθόν. » Ὁρᾷς ὅτι οὐ τὴν σάρκα, ἀλλὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτῇ φησι κακόν· τοῦτον τοίνυν τὸν ὄντα ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, καὶ τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς ἀντιστρατευόμενον νόμον, ἐνοικεῖν τῷ σώματι κακὸν, ἀλλ' οὐχὶ τὸν νοῦν. Διὰ τοῦτο ἡμεῖς ἀντιπαρατασσόμενοι τούτῳ τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας, ἐξοικίζομεν αὐτὸν τοῦ σώματος, καὶ ἐνοικίζομεν τὴν ἐπισκοπὴν τοῦ νοῦ· καὶ νομοθετοῦμεν δι' αὐτῆς, ἑκάστῃ τε δυνάμει τῆς ψυχῆς, καὶ τοῖς τοῦ σώματος μέλεσιν,

[95] I Cor. VI, 19. [96] II Cor. VI, 16. [97] Psal. LXXXIII, 3. [98] Psal. XVII, 24. [99] Isa. XVI, 11. [100] Rom. VII, 14. [101] Ibid. 18. [102] Ibid. 23.

ἑκάστῳ τὸ προσῆκον· ταῖς μὲν αἰσθήσεσιν, ὧν τε καὶ ἐφ' ὅσον ἐστὶν ἀντιληπτέον· τὸ ἔργον δὲ τοῦ νόμου, τοῦτο προσαγορεύεται ἐγκράτεια· τῷ δὲ παθητικῷ μέρει τῆς ψυχῆς, τὴν ἀρίστην ἐμποιοῦμεν ἕξιν. Ἀγάπη δ' ἔσχεν αὕτη τὴν ἐπωνυμίαν· ἀλλὰ καὶ τὸ λογιστικὸν, διὰ τούτου βελτιοῦμεν, ἀποπεμπόμενοι πᾶν ὅ τι προσίσταται τῇ διανοίᾳ, πρὸς τὴν εἰς Θεὸν ἀνάνευσιν. Καλοῦμεν δὲ τοῦτο τὸ μόριον τοῦ νόμου τούτου, νῆψιν. Ἐγκράτειᾳ δέ τις τὸ σῶμα καθάρας ἑαυτοῦ, θυμόν τε καὶ ἐπιθυμίαν ἀφορμὴν ἀρετῶν δι' ἀγάπης θείας ποιησάμενος, καὶ νοῦν ἀπειλικρινημένον δι' εὐχῆς παραστήσας τῷ Θεῷ, κτᾶται καὶ ὁρᾷ ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐπηγγελμένην χάριν τοῖς κεκαθαρμένοις τὴν καρδίαν· καὶ τότ' ἂν συνηθείᾳ μετὰ Παύλου λέγειν, ὅτι « Ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ἔχομεν δὲ, φησὶ, τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσι, τοῖς σώμασιν· εἰ τὸν νοῦν ἡμῶν αὐτῶν ἔνδον τοῦ σώματος καθέξομεν, ἀναξίως τῆς μεγαλοφυΐας πράξομεν τοῦ νοῦ; Καὶ τίς ἂν τοῦτ' εἴποι, μὴ ὅτι πνευματικὸς, ἀλλὰ καὶ νοῦν γεγυμνωμένον θείας χάριτος, ἀνθρώπου δ' ὅμως ἔχων; Ἐπεὶ δὲ καὶ ἓν ἐστι πολυσύναμον πρᾶγμα ἡ καθ' ἡμᾶς ψυχὴ, χρῆται δ' ὡς ὀργάνῳ, τῷ ζῆν κατ' αὐτὴν πεφυκότι σώματι, τίσιν ὡς ὀργάνοις χρωμένη ἐνεργεῖ ἡ δύναμις αὐτῆς; αὕτη, ἣν καλοῦμεν νοῦν· καὶ ἀλλὰ γὰρ οὐδείς ποθ' ὑπενόησεν, οὔτ' ἐπὶ τοῖς ὄνυξιν, οὔτ' ἐν τοῖς βλεφάροις, οὐδὲ μενοῦν ἐν τοῖς μυκτῆρσιν, ἢ τοῖς χείλεσιν, ἐνῳκισμένην εἶναι τὴν διάνοιαν· ἐντὸς δ' ἡμῖν ἐνεῖναι, πᾶσιν αὕτη συνδοκεῖ. Διηνέχθησαν δέ τινες, τίνι τρόπῳ ὡς ὀργάνῳ χρῆται τῷ ἐντός. Οἱ μὲν γὰρ, ὡς ἐπ' ἀκροπόλει τινὶ, τῷ ἐγκεφάλῳ ταύτην ἐνιδρύουσιν· οἱ δὲ τῆς καρδίας τὸ μεσαίτατον, καὶ τὸ κατ' αὐτὸ τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος ἀπειλικρινημένον, ὄχημα διδόασιν αὐτῇ. Ἡμεῖς δὲ καὶ αὐτοὶ, εἰ καὶ μήτε ἔνδον ὡς ἐν ἀγγείῳ, καὶ γὰρ ἀσώματον, μήτ' ἔξω, καὶ γὰρ συνημμένον, ἀλλ' ἐν τῇ καρδίᾳ ὡς ἐν ὀργάνῳ, τὸ λογιστικὸν ἡμῶν εἶναι ἐπιστάμεθ' ἀκριβῶς· οὐ παρ' ἀνθρώπου τοῦτο διδαχθέντες, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ τοῦ πλάσαντος τὸν ἄνθρωπον, ὃς φησιν ἐν Εὐαγγελίοις, ὅπως « Οὐ τὰ εἰσερχόμενα, ἀλλὰ τὰ ἐξερχόμενα διὰ τοῦ στόματος κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον· ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται, φησὶν, οἱ λογισμοί. » Ταῦτ' ἄρα καὶ ὁ μέγας Μακάριος· « Ἡ καρδία, φησὶν, ἡγεμονεύει ὅλου τοῦ ὀργάνου· καὶ ἐπὰν κατάσχῃ τὰς νομὰς τῆς καρδίας ἡ χάρις, βασιλεύει ὅλων τῶν λογισμῶν, καὶ τῶν μελῶν· ἐκεῖ γάρ ἐστιν ὁ νοῦς, καὶ πάντες οἱ λογισμοὶ τῆς ψυχῆς. Οὐκοῦν ἡ καρδία ἡμῶν ἐστι τὸ τοῦ λογισμοῦ ταμεῖον, καὶ πρῶτον σαρκικὸν ὄργανον λογιστικόν. Τὸ τοίνυν λογιστικὸν ἡμῶν ἐν ἀκριβεῖ νήψει σπεύδοντες ἐπισκέπτεσθαι καὶ διορθοῦν, τίνι ἄλλῳ ἐπισκεψαίμεθα, εἰ μὴ τὸν ἐκκεχυμένον διὰ τῶν αἰσθήσεων νοῦν ἡμῶν ἔξωθεν συναγαγόντες, πρὸς τὰ ἐντὸς ἐπαναγάγοιμεν, καὶ πρὸς αὐτὴν ταύτην τὴν καρδίαν, τὸ τῶν λογισμῶν

A bimus quid et quantum apprehendere debeant, et hoc opus legis vocatur temperantia; parti autem animæ affectibili optimum inferimus habitum, qui amor nuncupatur; vim denique rationalem hac lege melioramus, rejicientes quodcunque intellectui obstat quominus ad Deum ascendat, et hanc illius legis partem appellamus vigilantiam.

Temperantia porro qui corpus suum purgat, iramque et concupiscentiam in virtutum fomitem divina charitate convertit, et intellectum oratione mundatum Deo offert, ille potitur et videt in seipso gratiam mundis corde promissam, et tunc potest dicere cum Paulo[29]: « Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in B facie Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, » id est in corporibus. Si ergo ipsam mentem nostram intra corpus tenebimus, num quid faciemus sublimi mentis dignitate indignum? Qui hoc diceret, haud solum non esset spiritualis, sed animum gratia divina, imo et humana nudatum haberet.

Cum autem una res sit multis pollens facultatibus anima nostra, et velut instrumento utatur corpore quod vivificat, quænam ut organa ad operationem adhibet illa ejus potentia, quam vocamus intellectum. Etenim nemo unquam suspicatus est in unguibus, aut in pupillis, nec etiam in naribus aut in labiis inhabitare intelligentiam; eam vero intra C nos esse omnes consentiunt, sed quidam disputant quo interiori utatur organo. Alii enim eam velut in arce quadam in cerebro ponunt; alii vero partem ventris mediam, et quod est in eo ab animali spiritu purum, ut sedem ei assignant. Nos autem ipsi, ne intus velut in vase, quia est spiritualis, nec foris, quia est unita, sed in corde quasi in organo mentem esse nostram certo novimus, non ab homine id edocti, sed ab ipso creatore hominis dicente in Evangelio[1]: « Non quod intrat in os, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem; de corde enim, inquit, exeunt cogitationes. » Sic etiam magnus Macarius: « Cor, ait, regit totum organum, et, si habenas cordis teneat charitas, D regnat in cunctis cogitationibus et membris: hic enim intellectus et omnes sunt animæ cogitationes. » Cor igitur nostrum est rationis sedes, et primum carnale mentis organum.

Proinde mentem nostram diligenti studentes vigilantia examinare ac regere, quo modo discutiamus, nisi intellectum nostrum ad exteriora sensibus diffusum recolligentes, ad interiora reduxerimus, et ad ipsum cor illud, quod est cogitationum thesaurus? Propterea dignus suo nomine Macarius, post verba paulo superius allata, dicit: « Illic igitur oportet intueri, an inscripserit gratia leges Spiritus. » Illic, ubi? in principe organo, in cha-

[29] II Cor. IV, 6, 7. [1] Matth. XV, 11, 19.

ritatis throno, ubi intellectus et omnes sunt cordis cogitationes, in corde videlicet.

Cernis quomodo penitus sit necesse ut qui volunt in quiete sibimet attendere, reducant et includant intra corpus mentem, ac præsertim intra illud quod est maxime intimum in corpore corpus, quod nempe cor nuncupatur. Quod si, juxta Psalmistam [1], « Omnis gloria filiæ regis ab intus, » quomodo nos illam foris quæramus ? Et si, juxta Apostolum [2], « Misit Deus Spiritum suum in cordibus nostris clamantem : Abba, Pater, » cur non et nos in cordibus nostris cum Spiritu precabimur ? Si adhuc, ut ait prophetarum et apostolorum Dominus [3], « Regnum cœlorum intra nos est, » nonne extra regnum cœlorum est qui ex intima sui parte intellectum expellere diligenter studet ? « Cor nostrum, ait Salomon [4], inquirit scientiam, » quam idem intelligibilem et divinam appellavit. Et ad hanc Patres cunctos exhortantes, « Intellectus, inquiunt, perfecte spiritualis spirituali induitur scientia ; quam in nobis, licet in nobis non sit, quærere ne desinamus. »

Vides, si quis peccato resistere velit, et virtutem consequi, ac boni certaminis bravium, vel potius virtutis bravii pignus, nempe sensum spiritualem invenire, intra suum corpus et in seipsum mentem reducat necesse est. Sed mentem, non dico extra corporeas cogitationes, sed extra ipsum corpus educere, ut illic spiritalibus gaudeat contemplationibus, hoc est summum ethnici erroris, et omnis malæ doctrinæ fons atque radix, dæmonum inventum ac documentum, ignorantiæ mater et insaniæ filia. Ideo qui loquuntur ex dæmonum instinctu, ex seipsis excedunt, ne id quidem intelligentes quod dicunt. Nos vero non solum intra corpus et cor, sed et intra seipsam reducimus mentem.

Respondeant igitur qui dicunt hanc non esse distinctam, sed unitam animæ, quomodo quis intra se mentem reflectat. Ignorant, ut videtur, aliam esse mentis essentiam, et aliam ejus operationem. Vel potius id scientes, deceptoribus ultro sese addiderunt, e verborum consimilitudine captiunculas eruentes ; qui enim ex dialectica ad contradictiones exacuuntur, juxta magnum Basilium, rejiciunt spiritualis doctrinæ simplicitatem, et evertunt vim veritatis, ei opponendo falsam scientiam et sophismatum argutiunculas. Et sic agant necesse est qui non sunt spirituales, et se dignos tamen ducunt qui spiritualia judicent ac doceant. Neque enim ignorant mentem non esse oculi similem, qui cætera visibilia videns, seipsum non videt. Sed intellectus ad alia quidem quæ inspicere debet, directo se movet motu, ut ait magnus Dionysius ; in seipsam autem revertitur, cum sese mens respicit, quod motum reflexum idem ibidem vocat.

Hæc porro intellectus operatio melior est et magis propria, per quam supra seipsum aliquando

ταμεῖον; Διὰ τοῦτο καὶ ὁ φερωνύμως Μακάριος ἐφεξῆς τοῖς ἀνωτέρω μικρὸν εἰρημένοις παρ' αὐτοῦ φησιν· Ἐκεῖ τοίνυν δεῖ σκοπεῖν, εἰ ἐνέγραψεν ἡ χάρις τοὺς τοῦ πνεύματος νόμους. Ἐκεῖ, ποῦ; Ἐν τῷ ἡγεμονικῷ ὀργάνῳ· ἐν τῷ τῆς χάριτος θρόνῳ ὅπου ὁ νοῦς καὶ οἱ λογισμοὶ πάντες τῆς ψυχῆς· ἐν τῇ καρδίᾳ δηλαδή. Ὁρᾷς πῶς ἀναγκαιότατον τοῖς προῃρημένοις ἐν ἡσυχίᾳ προσέχειν ἑαυτοῖς, ἐπανάγειν καὶ ἐμπεριχλείειν τῷ σώματι τὸν νοῦν, καὶ μάλιστα τῷ ἐν τῷ σώματι ἐνδοτάτῳ σώματι, ὃ καρδίαν ὀνομάζομεν. Εἰ δὲ καὶ [κατὰ] τὸν Ψαλμῳδόν· « Πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν, » πῶς ἡμεῖς αὐτὴν ἔξω που ζητήσωμεν ; Εἰ καὶ κατὰ τὸν Ἀπόστολον, « Ὁ Θεὸς ἔδωκεν αὐτοῦ τὸ πνεῦμα κράζον ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν· Ἀββᾶ ὁ Πατήρ, » πῶς ἡμεῖς οὐκ ἐν αὐταῖς συνευξόμεθα τῷ Πνεύματι ; Εἰ δὲ κατὰ τὸν προφητῶν καὶ ἀποστόλων Κύριον, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ἡμῶν ἐστι, πῶς οὐκ ἔξω καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας γένοιτ' ἂν, ὁ τῶν ἐντὸς ἑαυτοῦ τὸν νοῦν ἐξάγειν διὰ σπουδῆς ποιούμενος ; « Καρδία ὀρθὴ, φησὶ, ὁ Σολομών, ζητεῖ αἴσθησιν· » ἣν ὁ αὐτὸς νοερὰν καὶ θείαν ἀλλαχοῦ προσείρηκε· πρὸς ἣν οἱ Πατέρες πάντας προτρεπόμενοι, Νοῦς, φασὶ, νοερὸς πάντως, καὶ νοερὰν αἴσθησιν περιβέβληται· ἣν ἐν ἡμῖν, καὶ οὐκ ἐν ἡμῖν οὖσαν ἐκζητοῦντες μὴ παυσώμεθα. Ὁρᾷς ὅτι κἂν πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀντικαταστῆναί τις προθυμηθῇ, κἂν τὴν ἀρετὴν προσκτήσασθαι, κἂν τοῦ κατ' ἀρετὴν ἄθλου τὸ βραβεῖον, μᾶλλον δὲ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ κατ' ἀρετὴν βραβείου τὴν αἴσθησιν τὴν νοεράν, εὑρεῖν ἐντὸς τοῦ τε σώματος, καὶ ἑαυτοῦ τὸν νοῦν ἐπαναγαγεῖν ἀνάγκη ; Τὸ δ' ἔξω τὸν νοῦν οὐ τοῦ σωματικοῦ φρονήματος, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ σώματος ποιεῖν, ὡς ἐκεῖ νοεροῖς θεάμασιν ἐντύχοι, τῆς Ἑλληνικῆς ἐστι πλάνης αὐτὸ τὸ κράτιστον, καὶ πάσης κακοδοξίας ῥίζα καὶ πηγή· δαιμόνων εὕρημα καὶ παίδευμα γεννητικὸν ἀνοίας, καὶ γέννημα τῆς ἀπονοίας. Διὸ καὶ οἱ λαλοῦντες ἐκ τῆς τῶν δαιμόνων ἐπιπνοίας, ἐξεστηκότες ἑαυτῶν εἰσι· μηδ' αὐτὸ τοῦτο συνιέντες ὅ τι λέγουσιν. Ἡμεῖς δὲ, μὴ μόνον εἴσω τοῦ σώματος καὶ τῆς καρδίας, ἀλλὰ καὶ τὸν αὐτὸν, αὐτοῦ πάλιν πέμπομεν τὸν νοῦν. Κατηγορείτωσαν οὐκοῦν οἱ λέγοντες μὴ κεχωρισμένον, ἀλλ' ἑνόντα τῇ ψυχῇ, πῶς ἂν αὖθις εἴσω πέμποι τις τὸν νοῦν ; Ἀγνοοῦσι γὰρ, ὡς ἔοικεν, ὅτι ἄλλο μὲν οὐσία νοὸς, ἄλλο δὲ ἐνέργεια. Μᾶλλον δὲ εἰδότες, τοῖς ἀπατεῶσιν ἑαυτοὺς συνέταξαν ἑκόντες, διὰ τῆς ὁμωνυμίας σοφιζόμενοι· μὴ καταδεχόμενοι γὰρ τὸ τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας ἁπλοῦν, οἱ ἐκ τῆς διαλεκτικῆς πρὸς τὰς ἀντιλογίας ἠκονημένοι, κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον, περιτρέπουσι τὴν ἰσχὺν τῆς ἀληθείας ἐκ τῶν ἀντιθέσεων τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, τῇ πιθανολογίᾳ τῶν σοφισμάτων. Τοιούτους γὰρ δεῖ εἶναι τοὺς μὴ πνευματικούς· καὶ τὰ πνευματικὰ κρίνειν καὶ διδάσκειν ἀξιοῦντας ἑαυτούς. Οὗ γὰρ δὴ τοῦτο λέληθεν αὐτοὺς, ὅτι οὐχ ὡς ἡ ὄψις τἄλλα μὲν ὁρᾷ τῶν ὁρατῶν, ἑαυτὴν δὲ οὐχ ὁρᾷ, οὕτω καὶ ὁ νοῦς. Ἀλλ'

[1] Psal. XLIV, 14. [2] Galat. IV, 6. [3] Luc. XVII, 21. [4] Prov. XXVIII, 21.

ἐνεργεῖ μὲν καὶ τἆλλα ὧν ἂν δέοιτο περισκοπεῖν· ὃ φησι κατ' εὐθεῖαν κίνησιν τοῦ νοῦ Διονύσιος ὁ μέγας. Εἰς ἑαυτὸν δ' ἐπάνεισι, καὶ ἐνεργεῖ καθ' ἑαυτόν, ὅταν ἑαυτὸν ὁ νοῦς ἁρᾷ. Τοῦτο δ' αὖθις κυκλικὴν εἶναι κίνησιν ὁ αὐτὸς αὐτοῦ φησιν. Αὕτη δ' ἡ τοῦ νοῦ ἐστιν ἐνέργεια, κρείττων καὶ ἰδιαιτάτη· δι' ἧς καὶ ὑπὲρ ἑαυτὸν γινόμενος ἔσθ' ὅτε, τῷ Θεῷ συγγίνεται. Νοῦς γὰρ, φησὶ ὁ μέγας Βασίλειος, μὴ σκεδαννύμενος· ἐπὶ τὰ ἔξω (ὁρᾷς ὅτι ἔξεισιν; Ἐξιὼν οὖν, ἐπανόδου δεῖται. Διό φησιν), ἐπάνεισι πρὸς ἑαυτόν· δι' ἑαυτοῦ δὲ πρὸς τὸν Θεὸν, ὡς δι' ἁπλανοῦς ἀναβαίνει τῆς ὁδοῦ. Τὴν τοιαύτην γὰρ κίνησιν τοῦ νοῦ, καὶ ὁ τῶν νοερῶν ἁπλανὴς ἐπόπτης ἐκεῖνος Διονύσιος, ἀδύνατον εἶναί φησι πλάνῃ τινὶ περιπεσεῖν. Ταύτης οὖν ἀπάγειν ὁ τῆς πλάνης πατὴρ ἐπιθυμῶν ἀεὶ τὸν ἄνθρωπον, καὶ πρὸς τὴν χωροῦσαν αὐτοῦ τὰς πλάνας ἄγειν, οὐδέπω καὶ τήμερον, ὅσα γε ἡμεῖς ἴσμεν, εὗρε συνεργὸν διὰ χρηστολογίας ἀγωνιζόμενον ἐφελκύσασθαι πρὸς ταύτην. Νῦν δ' ὡς ἔοικεν, εὗρε τοὺς συλλαμβανομένους, εἴπερ, ὡς αὐτὸς εἶπας, εἰσὶν οἳ καὶ λόγους συντιθέασιν ἐνάγοντας πρὸς ταῦτα· καὶ τοὺς πολλοὺς πείθειν ἐγχειροῦσιν, ὡς κάλλιον ἔξω κατέχειν τοῦ σώματος προσευχόμενον τὸν νοῦν, καὶ αὐτοὺς τοὺς τὸν ὑπεραναβεβηκότα, καὶ ἡσύχιον ἀσπαζομένους βίον· μηδ' ἐκεῖνο αἰδεσθέντες, ὅπερ Ἰωάννης ὁ τὴν πρὸς οὐρανὸν φέρουσαν κλίμακα διὰ λόγων τεκτηνάμενος ἡμῖν, ὁριστικῶς καὶ ἀποφαντικῶς ἐξεῖπεν, ὡς ἡσυχαστής ἐστιν, ὁ τὸ ἀσώματον ἐν σώματι περιορίζειν σπεύδων. Ὦ συνωδὰ καὶ οἱ πνευματικοὶ πατέρες ἡμῶν ἐδίδαξαν ἡμᾶς εἰκότως. Εἰ γὰρ μὴ ἔνδον τοῦ σώματος περιορίσειε, πῶς ἂν ἐν ἑαυτῷ τὸν τὸ σῶμα ἐνημμένον, καὶ ὡς εἶδος φυσικὸν διὰ πάσης χωροῦντα τῆς μεμορφωμένης ὕλης; ἧς τὸ ἔξω καὶ διωρισμένον οὐκ ἂν ἐπιδέξαιτο οὐσίαν νοῦ, μέχρις ἂν ἐκείνη ζῴη, ζωῆς εἶδος κατάλληλον τῇ συναφείᾳ σπῶσα. Βλέπεις, ἀδελφὲ, πῶς οὐ πνευματικῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνθρωπίνως ἐξετάζουσιν, εἴσω τοῦ σώματος πέμπειν, ἢ κατέχειν τὸν νοῦν ἀναπέφηνεν ἀναγκαιότατον τοὺς προῃρημένους ἑαυτῶν ὡς ἀληθῶς γενέσθαι, καὶ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον φερωνύμους μοναχοὺς, τὸ δ' εἰς ἑαυτοὺς μάλιστα τοὺς εἰσαγομένους βλέπειν εἰσηγεῖσθαι, καὶ διὰ τῆς ἀναπνοῆς εἴσω πέμπειν τὸν οἰκεῖον νοῦν, οὐκ ἀπὸ τρόπου. Τὸν γὰρ μήπω θεωρητικὸν ἑαυτοῦ, μηχαναῖς τισι πρὸς ἑαυτὸν ἐπισυνάγειν τὸν νοῦν, οὐκ ἀποτρέψειέ τις εὐ φρονῶν. Ἐπεὶ οὖν τοῖς ἄρτι πρὸς τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἀποδυσαμένοις, καὶ συναγόμενος συνεχῶς ἀποπηδᾷ· δεῖ δὲ καὶ συνεχῶς αὐτοὺς αὖθις τοῦτον ἐπανάγειν· λανθάνει δ' ἀγυμνάστους ὄντας δυσθεωρητότατος, καὶ εὐκινητότατος ἁπάντων ὤν· διὰ τοῦτο τῇ πυκνὰ διαχεομένῃ καὶ ἐπαναγομένῃ εἰσπνοῇ προσέχειν, εἰσὶν οἳ παραινοῦσι, καὶ ἐπέχειν τι μικρὸν, ὡς κἀκεῖνον συνεπίσχοιεν τηροῦντες ἐν αὐτῇ· μέχρις ἂν, σὺν Θεῷ, ἐπὶ τὸ κρεῖττον προϊόντες, ἀπρόϊτον πρὸς τὰ περὶ αὐτὸν, καὶ ἀμιγῆ τὸν οἰκεῖον νοῦν ποιήσαντες, δυνηθῶσιν ἀκριβῶς εἰς ἐνοειδῆ συνέλιξιν συναγαγεῖν. Τοῦτο δ' ἴδοι τις ἂν καὶ αὐτομάτως ἑπόμενον τῇ προσοχῇ τοῦ νοῦ. Ἡρέμα γὰρ εἴσεισί τε καὶ

A elevatus, cum Deo conjungitur. « Namque, ut ait magnus Basilius, intellectus ad exteriora dispersus, a se, ut vides, exit. Egressus igitur reditu indiget. Ideo, inquit, revertitur ad semetipsum, et per se ad Deum ascendit quasi via non erratica. » Hunc enim mentis motum non posse ulli incidere errori, dicit ille adhuc non erroneus spiritualium speculator Dionysius. Ab illa igitur via hominem divertere pater erroris semper cupiens, et inducere in viam erroribus suis intricatam, nunquam hactenus, quantum nos scimus, cooperatorem invenerat pulchris sermonibus conantem in illam attrahere. Nunc vero adjutores reperit, cum, ut ipse dixisti, sint qui componunt sermones ad hoc ducentes, et multitudini persuadere moliuntur melius esse extra
B corpus mentem in oratione contineri ab his etiam qui egregiam et quietam amplexi sunt vitam, neque hanc verentur definitionem ac demonstrationem Joannis illius qui scalam ad cœlum ferentem sermonibus fabricatus est! « Quietus, ait, ille est qui incorporeum in corporeo includere studet. » Cui consona spirituales nostri Patres merito nos docuerunt. Nam si non intus corporis, quomodo in nobis includeremus intellectum corpore indutum et velut formam naturalem toti infusum informatæ materiæ? a qua quidquid esset extraneum ac separatum, non reciperet substantiam intellectus, quandiu illa vivit, vitæ genus conjunctioni conforme ducens.

C Vides, frater, non spiritualiter modo, sed et humane indagantibus valde necessarium patere, ut illi intra corpus ducant ac teneant mentem, qui volunt vere sui esse et digni secundum hominem interiorem monachi. Hortari autem, præcipue elementarios, ut in semet inspiciant et per respirationem intro mittant intellectum, non est incongruens. Eum enim qui nondum sibi attendit, ab animo ad se quibusdam artibus reducendo quis bene sanus averteret? Quia igitur certamen illud nuper ingressis, mens vel recollecta jugiter exsilit, et jugiter est revocanda, et nondum bene exercitos fallit utpote difficillima visu et mobilissima omnium, ideo nonnulli eos hortantur ut a crebro emissa et reducta respiratione caveant, eamque
D suspendant paulisper, ad mentem cum ea retinendam, donec, adjuvante Deo, in melius progressi, jam non ad circumstantia discedentem, sed puram prorsus factam mentem suam possint perfecte in unum globum conferre. Id autem, ut videre est, ultro sequitur attentionem mentis. Nam leniter intrat et exit hic spiritus, in omni studiosa meditatione, et imprimis apud fruentes corporis et animi quietudine. Illi enim spiritali gaudentes sabbatismo, et ab omnibus suis actibus, quantum possunt, ressantes, suspendunt omnia facultatum animæ opera quibus it exitque et varia cognoscit, ac cunctas sensuum perceptiones, atque universam prorsus corporis operationem quæ penes nos est, eam vero quæ non omnino a nobis pendet, ut re-

spirationem, tollunt quatenus sub nostra est potestate.

Hæc quidem omnia iis competunt qui jam in illaboriosa et non sollicita profecerunt quiete ; cum enim hanc penitus ingressa est anima, illa exinde omnia necessario sequi oportet. At incipientibus nihil supradictorum sine labore contingere videas. Quamvis enim charitatem sequatur patientia, charitas enim suffert, nos tamen docemur vi acquirere patientiam, ut per eam ad charitatem promoveamur. Hem de præfatis. Et quid amplius de his dicendum? Omnes enim experti eos vident qui ob inexperientiam contradicunt, illos quippe non sermo, sed labor et laborum experientia docuit, quæ utiles profert fructus, et steriles jurgiosorum et jactatorum sermones abhorret.

Quia autem, sicut quidam magnorum Doctorum circa hæc dicit, formis exterioribus interior homo assimilari solet post peccatum, cur non homini animum in se convertere, et non directo, sed reflexo et certissimo motu movere studenti, multum prodesset oculum haud huc illucque circumagere, sed quasi fulcro cuidam infigere suo pectori vel umbilico? Nam simul ac in circulum se quasi ab extrinsecus pro viribus reflectet, reflexe pariter in seipsum studens movere mentem, vim intellectus visu exterius diffusam intra cor refundet hujusmodi habitu corporis. Quod si intelligibilis belluæ potestas residet in ventris umbilico, quia hic viget peccati lex qua illa alitur, cur non isti repugnantem mentis legem oratione armatam opponamus? ne per lavacrum regenerationis expulsus nequam spiritus, cum septem spiritibus nequioribus seipso rediens iterum inhabitet, et fiant novissima pejora prioribus [6].

« Attende tibi, » ait Moyses ; scilicet tibi toti, haud alii quidem tui parti, alii vero non. Per quid? Per mentem profecto : nam per nihil aliud potest quis sibi toti attendere. Hanc igitur institue corpori et animæ custodiam, per hanc enim a pravis animæ et corporis passionibus facile liberaberis. Tibi ergo asta, tibi insta, tibi invigila, vel potius te custodi, intuere et examina. Sic enim carnem rebellem subjicies spiritui, et verbum absconditum in corde tuo nunquam erit.

μβ'. Ὡς σκολιὸς τοὺς τρόπους, καὶ πολὺς ἐν δόλοις, ὁ τῆς νεκρώσεως μεσίτης καὶ πρόξενος, τὸν σκολιὸν ὑποδύεται ὄφιν ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ παραδείσῳ ποτέ· οὐκ ὄφις αὐτὸς γεγονὼς (οὐδὲ γὰρ δύναται, ὅτι μὴ κατὰ φαντασίαν, ἧ δεῖν οὐκ ἔγνω τηνικαῦτα χρήσασθαι, μὴ φωραθείη δεδιὼς), ἀλλὰ μὴ θαῤῥῶν τὴν φανερὰν ὁμιλίαν, προκρίνει τὴν δολερὰν· καὶ ταύτην, καθ' ἣν μᾶλλον ἐθάῤῥει λαθεῖν· ἵν' ὡς φίλος ὁρώμενος, τὰ τῶν ἐχθίστων ἀφανῶς εἰσηγήσηται, καὶ τῷ ἐξαισίῳ τῆς προσλαλιᾶς (οὐδὲ γὰρ ἦν λογικὸς ὁ αἰσθητὸς ὄφις, οὐδ' ἐφαίνετο δύνασθαι φωνὴν ἀφιέναι πρότερον) ἐκστήσῃ, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ὅλην ἐπισπάσηται, καὶ τοῖς μηχαναῖς εὐχειρωτον ποιήσηται

42. Utpote moribus tortuosus et multus in dolis, mortis institor et auctor sinuosum olim serpentem Dei paradiso induit, non serpens ipse factus (neque enim potest, nisi in specie, qua sibi tunc non esse utendum scivit, ne deprehenderetur timens), sed apertum non ausus congressum, præelegit artificiosum, et illum quidem quo magis fidebat sese occultandum, ut sub specie amicitiæ inimicissima furtim suaderet, et singularitate colloquii (non enim rationalis, sed sensibilis erat serpens, nec videbatur posse vocem emittere prius) stupefacerat, totamque ad se traheret et artificiis vincibilem faceret auditricem, utque ipsam statim abhinc assuefaceret

malo subjici et iis inservire quorum imperio digna erat, utpote sola ex sensualiter viventibus manu Dei formata rationisque compos et ad imaginem facta Creatoris. Illud autem permisit Deus, ut videns consilium homo datum ab inferiore (quanto enim deterior homine serpens!) quam charissime intelligeret illud nullatenus esse, ac dedignaretur se manifeste inferiori submittere, et servaret fidem Creatori, custodiens ejus mandatum, et facile vinceret delapsum a vera vita, et meritus acciperet beatam immortalitatem, atque permanenter viveret in æternum deificatus.

43. Nihil ita est homine superius ut ei consilietur proponatque sententiam et inde utilia suggerat et procuret, modo ille suum servet ordinem, et sese cognoscat, et custodiat quæ a cœlesti superiore didicit, in his vero quæ nondum ab eo didicit, ejusdem solius consilia admittat. Nam angeli quoque licet nobis dignitate superiores, sunt et ipsi consiliorum ejus de nobis ministri, missi propter eos qui hæreditatem capient salutis [19], non tamen omnes, sed qui boni et in ordine suo remanserunt : habent enim ipsimet a Deo intellectum, verbum et spiritum, et Creatori, qui est intellectus Verbum et Spiritus, debent sicut nos obedire : et nos in multis antecedunt, sed in quibusdam nobis cedunt, ut præfati sumus atque dicemus, nempe in exprimenda Creatoris imagine, quia nos magis quam illi ad Dei imaginem facti sumus.

λέξομεν, πρὸς τὸ τελεῖν κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος· γεγόναμεν.

44. Quamvis angeli ad Creatori pro viribus ministrandum constituti sint, et obediendo solum destinati, haud vero addicti regendis inferioribus suis, nisi ad hoc mitterentur ab omnium Domino; Satan dominari superbe affectavit contra Creatoris decretum, et suum ordinem cum angelis coapostatis transgressus, merito ejectus est a veræ vitæ ac lucis fonte, et mortem induit caliginemque æternam. Quia autem homo non ad obediendum modo statutus est, sed etiam ad imperandum omnibus quæ super terra sunt, invidis eum oculis suspiciens auctor mali, omnem adhibet artem ut eum regno detrudat; quod vi non valens, quatenus impeditus ab omnium Domino, qui rationalem naturam creavit liberam et sui juris, dolose homini suggerit consilia eum regno spoliatura, eique furtim suadet ut negligat, et pro nihilo reputet, et aspernetur, seu potius adversetur et oppugnet data a superiore præcepta et consilia, ita ut ejus rebellioni consociatus, consociatur etiam ejus æternæ caligini et morti.

45. Porro animam rationalem aliquando mori,

[19] Hebr. I, 14.

ται τὴν ἀκούουσαν· ἵνα γυμνάσῃ ταύτην εὐθὺς, ἐντεῦθεν τοῖς χείροσιν ὑποτάσσεσθαι, καὶ δουλεύειν ἐκείνοις, ὧν βασιλεύειν ἀξίως ἔλαχεν, ὡς μόνη τῶν κατ' αἴσθησιν ζώντων, χειρὶ Θεοῦ καὶ λόγῳ τετιμημένη, καὶ κατ' εἰκόνα γενομένη τοῦ κτίσαντος. Ἐνδίδωσι δὲ ὁ Θεὸς, ἵν' ἰδὼν ὁ ἄνθρωπος προσαγομένην τὴν συμβουλὴν ἐκ τοῦ χείρονος (πόσον γὰρ χείρων ὁ ὄφις ἀνθρώπου!), καὶ πόσῳ σαφῶς συνῇ μηδαμῶς οὖσαν λυσιτελῆ, καὶ ἀναξιοπαθήσῃ τὴν πρὸς τὸ φανερῶς χεῖρον ὑποταγὴν, καὶ φυλάξῃ πρὸς τὸν κτίσαντα πίστιν, τὴν ἐκείνου τηρῶν ἐντολήν· καὶ νικητὴς ῥᾳδίως τελέσῃ τοῦ ἐκπεσόντος τῆς ὄντως ζωῆς, καὶ λάβῃ δικαίως τὴν μακαρίαν ἀθανασίαν, καὶ διαμένῃ ζῶν ἔνθεος εἰς τοὺς αἰῶνας.

μγ'. Οὐδὲν ἀνθρώπου κρεῖττον, ὥστε βουλεύσασθαι καὶ γνώμην εἰσενεγκεῖν, καὶ δι' αὐτῆς γνῶναι καὶ πορίσασθαι τὸ συνοῖσον· μόνον εἰ φυλάττει τὴν ἑαυτοῦ τάξιν, καὶ γινώσκει ἑαυτὸν, καὶ τὸν μόνον ἑαυτοῦ κρείττω, καὶ τηροίη μὲν ἃ παρ' ἐκείνου μάθοι τοῦ κρείττονος, εἰς ἃ δὲ μὴ παρ' ἐκείνου μάθοι, σύμβουλον ἐκεῖνον μόνον συμπαραλαμβάνοι βουλεύων. Καὶ οἱ ἄγγελοι γὰρ, εἰ καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς εἰσι τὴν ὀξίαν, ἀλλ' ὑπηρετοῦνται καὶ οὗτοι τοῖς ὑπὲρ ἡμῶν ἐκείνου βουλεύμασιν, ἀποστελλόμενοι διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν· μᾶλλον δὲ οὐ πάντες, ἀλλὰ κἀκείνων οἱ ἀγαθοὶ καὶ φυλάξαντες τὴν ἑαυτῶν τάξιν· ἔχουσι γὰρ κἀκεῖνοι παρὰ Θεοῦ νοῦν, λόγον, καὶ πνεῦμα, συμφυῆ τὰ τρία ταῦτα· καὶ τῷ δημιουργῷ Νῷ, καὶ Λόγῳ, καὶ Πνεύματι καθ' ἡμᾶς ὀφείλουσι πείθεσθαι· καὶ πλεονεκτοῦσι μὲν ἡμῶν ἐν πολλοῖς, ἔστι δὲ ἐφ' ὧν ἡμῶν ἀποδέουσιν, ὡς ἔφημέν γε καὶ δι' ἃ καὶ μᾶλλον ἐκείνων ἡμεῖς κατ' εἰκόνα Θεοῦ,

μδ'. Ὑπηρετεῖν ὡρισμένων δυνατῶς τῶν ἀγγέλων τῷ Κτίσαντι, καὶ μόνον ἄρχεσθαι κληρωσαμένων, ἄρχειν δὲ τῶν μετ' αὐτοὺς οὐ ταχθέντων, εἰ μὴ ἄρα πεμφθεῖεν εἰς τοῦτο παρὰ τοῦ κρατοῦντος τῶν ὅλων· ὁ Σατὰν ἄρχειν ἐπεθύμησεν ὑπερηφάνως παρὰ γνώμην τοῦ κτίσαντος· καὶ τὴν ἑαυτοῦ τάξιν μετὰ τῶν συναποστατῶν ἀγγέλων ἀπολιπὼν, ἐγκαταλιμπάνεται δικαίως παρὰ τῆς ὄντως ζωτικῆς καὶ φωτιστικῆς πηγῆς· καὶ θάνατον ἐνδύεται, καὶ ζόφον αἰώνιον. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἄρχεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄρχειν τέτακται τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων· βασκάνοις ὄμμασι τοῦτον προσιδὼν ὁ ἀρχέκακος, πάσῃ μηχανῇ χρῆται, τοῦτον τῆς ἀρχῆς καθελεῖν· βίᾳ δὲ οὐκ ἔχων, ἅτε κωλυόμενος παρὰ τοῦ πάντων κρατοῦντος, ὃς τὴν λογικὴν φύσιν ἐδημιούργησεν ἐλεύθερόν τε καὶ αὐτεξούσιον, σὺν δόλῳ προσάγει τὴν καθαιρήσουσαν τῆς ἀρχῆς συμβουλὴν, καὶ κλέπτει, μᾶλλον δὲ πείθει τοὺς ἀνθρώπους περιιδεῖν μὲν καὶ παρ' οὐδὲν θέσθαι καὶ ἀθετῆσαι, μᾶλλον δὲ καὶ ἀντιτάξασθαι, καὶ τἀναντία πρᾶξαι τῆς παρὰ τοῦ κρείττονος δεδομένης ἐντολῆς τε καὶ συμβουλῆς, καὶ ὡς κοινωνήσαντα τῆς ἀποστασίας, κοινωνῆσαι καὶ τοῦ καθ' ἑαυτὸν αἰωνίου ζόφου, καὶ τῆς νεκρώσεως.

με'. Ὅτι δὲ καὶ ἡ λογικὴ ψυχὴ ἔστιν ὡς νεκροῦ-

ται, καίτοι ζωὴν ἔχουσα τὸ εἶναι, Παῦλος ὁ μέγας ἡμᾶς ἐδίδαξε γράφων· « Ἡ σπαταλῶσα χήρα ζῶσα τέθνηκεν. » Εἰρῆσθαι μὲν οὖν ἐκείνῳ τοῦτο καὶ περὶ τοῦ προκειμένου νῦν τῆς λογικῆς δηλονότι ψυχῆς, οὐ χεῖρον ἂν εἰπεῖν εἴη· ἡ γὰρ ἐστερημένη τοῦ πνευματικοῦ νυμφίου ψυχή, εἰ μὴ συνεσταλμένη καὶ πενθοῦσα εἴη, καὶ τὸν στενὸν καὶ τεθλιμμένον βίον τῆς μετανοίας ἀνύουσα, ἀλλὰ διαχεομένη, καὶ ταῖς ἡδοναῖς ἑαυτὴν ἐφιεῖσα καὶ σπαταλῶσα, ζῶσα (καὶ γὰρ κατ' οὐσίαν ἐστὶν ἀθάνατος·) τέθνηκε· καὶ γὰρ ἔστι δεκτικὴ θανάτου τοῦ χείρονος, ὥσπερ καὶ ζωῆς τῆς ἀμείνονος. Εἰ δὲ καὶ χήραν λέγει τὴν ἐστερημένην τοῦ σωματικοῦ νυμφίου, σπαταλῶσα καὶ ζῶσα κατὰ σῶμα, πάντως τέθνηκε, φησὶ, κατὰ ψυχήν. Ἐπεὶ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν ὁ αὐτὸς, ὅτι Νεκροὺς ἡμᾶς ὄντας τοῖς παραπτώμασι, συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ. Τί δὲ ὁ εἰπὼν, Ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον; ἀλλὰ καὶ ὁ Κύριος, ἀφεῖναί τινι προστάξας τοὺς νεκροὺς θάπτειν τοὺς νεκροὺς, τοὺς ἐνταφιαστὰς ἐκείνους κατὰ σῶμα ζῶντας, νεκροὺς πάντως, κατὰ ψυχὴν ἀπεφήνατο.

licet vitam essentialiter habeat, magnus Paulus nos docuit scribens : « Vidua quæ in deliciis est vivens, mortua est [30]. » Id autem ab ille esse dictum de re nobis nunc proposita, de anima scilicet rationali, non male assereretur : viduata enim spirituali sponso anima, si non anxia sit et lugens, et arctam afflictamque degat pœnitentiæ vitam, sed diffluat voluptatibus et indulgeat deliciis, quamquam vivens, utpote per essentiam est immortalis, mortua tamen est : quippe capax est mortis, quæ est malum, vel vitæ, quæ est bonum. Si autem ille loquitur de vidua corporali conjuge orbata, sic intelligendus est : quæ in deliciis est, etsi vivens corpore, prorsus mortua est anima. Nam idem alibi dicit : « Cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo [31]. » Item qui dixit : « Est peccatum ad mortem [32]. » Ipse Dominus quidam præcipiens ut dimitteret mortuos sepelire mortuos suos, sepultores illos corpore viventes esse prorsus mortuos anima demonstravit.

μϛ'. Ἐκστήσαντες ἑκόντες ἑαυτοὺς οἱ τοῦ γένους προπάτορες τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης καὶ θεωρίας, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐντολῆς ἀλογήσαντες, καὶ τῷ νεκρῷ τοῦ Σατὰν ὁμονοήσαντες πνεύματι, καὶ τοῦ ἀπηγορευμένου ξύλου φαγόντες παρὰ γνώμην τοῦ κτίσαντος, γυμνωθέντες τῶν ἐκ τῆς ἄνωθεν αἴγλης φωτεινῶν καὶ ζωτικῶν ἐνδυμάτων, νεκροὶ, φεῦ! ὡς· ὁ Σατὰν, καὶ αὐτοὶ κατὰ πνεῦμα γεγόνασιν. Ἐπεὶ δὲ ὁ Σατὰν, οὐ νεκρόν ἐστι πνεῦμα μόνον, ἀλλὰ καὶ νεκροῦν τοὺς ἐγγίζοντας, τοῖς δὲ μετασχοῦσι τῆς ἐκείνου νεκρώσεως καὶ σῶμα παρῆν, δι' οὗ καὶ συνεπεράνθη πρὸς ἔργον ἐλθοῦσα ἡ νεκροποιὸς συμβουλὴ, μεταδιδόασι, φεῦ! καὶ τοῖς οἰκείοις σώμασι, τὰ νεκρὰ καὶ νεκροποιὰ ἐκεῖνα πνεύματα τῆς νεκρώσεως, κἂν διελύθη παραυτὰ πρὸς γῆν ἐπιστρέψαν ὅθεν ἐλήφθη τὸ ἀνθρώπινον σῶμα· εἰ μὴ προμηθείᾳ, καὶ δυνάμει συνεχόμενον κρείττονι, τὴν ἀπόφασιν ἐκαρτέρει· τοῦ ῥήματι μόνῳ τὰ πάντα φέροντος· ἧς χωρὶς οὐδὲν ἐκτελεῖται τῶν τελουμένων. Ἐκφέρεται δ' ἐκείνη σὺν δίκῃ πάντοτε. Δίκαιος γὰρ ὁ Κύριος, κατὰ τὸν θεῖον Ψαλμῳδὸν εἰπεῖν, καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν.

46. Ubi ultro destiterunt humani generis proavi a Dei memoria et contemplatione, ejusque mandatum spreverunt, et mortuo Satanæ consenserunt spiritui, ac de fructu vetito comederunt contra Creatoris statutum, nudati splendoris supremi lucidis et vitalibus indumentis, et Satanæ instar et ipsi, heu! spiritu mortui sunt. At quia Satanas non mortuus solum est spiritus, sed et morti dans ad se accedentes, istius autem participibus etiam corpus inerat per quod consummata est et ducta ad opus mortifera suasio, mortem, heu! ipsismet corporibus illi mortui et mortiferi spiritus communicaverunt, et statim dissolutum rediisset in terram unde assumptum est humanum corpus, si non providentia et potentia Dei optimi conservatum, ejus qui omnia uno verbo satuit, sententiam opperiretur, sine qua nihil fit eorum quæ fiunt, et quæ fertur juste semper, namque juxta divum Psalmistam [33] : « Justus Dominus, et justitias dilexit. »

μζ'. Ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησε, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἀλλὰ καὶ γενέσθαι τοῦτον ἐκώλυσεν, ἐφ' ὅσον ἐχρῆν, καὶ μετὰ δικαιοσύνης ἐξῆν κωλύειν τοὺς αὐτεξουσίους παρ' αὐτοῦ γεγονότας. Προεισήνεγκε γὰρ βουλὴν ἀπαθανατίζουσαν, καὶ προασφαλιζόμενος ἄγαν τὴν ζωοποιὸν συμβουλὴν, οἰκείαν ἐποίησεν ἐντολήν· καὶ προηγόρευσε φανερῶς καὶ ἠπείλησε, θάνατον εἶναι διατεινάμενος τῆς ζωούσης ἐντολῆς τὴν ἀθέτησιν· ὡς ἂν ἢ πόθῳ, ἢ γνώσει, ἢ φόβῳ τὴν τοῦ θανάτου πεῖραν φυλάξωνται. Τὸ γὰρ ἑκάστου τῶν κτισμάτων συμφέρον ὁ Θεὸς φιλεῖ, καὶ γινώσκει, καὶ δύναται. Εἰ μὲν οὖν ἐγίνωσκε μόνον, οὐκ ἐφίλει δὲ, τάχ' ἂν αὐτὸς εἴργων, ἀτέλεστον ἠφίη τὸ καλῶς γινωσκόμενον· εἰ δ' ἠγάπων οὐκ ἐγίνωσκεν, ἢ οὐκ ἐδύνατο, τάχ' ἂν καὶ μὴ τούτου ἑκόντος εἶναι τὸ παρ'

47. Deus mortem non fecit, ut scriptum est [33], sed quin fieret impediit, quantum oportebat et justitia licebat impedire liberos ab ipso factos. Nam primitus dedit consilium quo immortalitas conferri posset, et valide præmuniens vivificum hoc consilium, peculiare addidit mandatum, et aperte significavit atque minatus est, mortem fore affirmans vivificantis præcepti transgressionem, ut sive amore, sive scientia, sive metu a mortis experientia caverent. Nam uniuscujusque creaturarum commodum Deus amat scitque et potest. Si enim cognosceret tantum, haud vero diligeret, forsitan ipse impediret, nec fieri sineret quod bene cognoscit. Si vero amans non cognosceret aut non posset, fortasse, ipso etiam invito, quod amat ac

[30] I Tim. v, 6. [31] Ephes. II, 5. [32] I Joan v, 16. [33] Psal. x, 8. [33] Sap. I, 13.

cognoscit, infectum remaneret. Quoniam autem commodum nostrum optime amat, scit atque potest, quodcunque nobis vel invitis ab eo evenit, utiliter prorsus nobis contingit, ad quæ vero sponte nostra ferimur, ut libera prædita natura, valde timendum est ne inutile sit. Cum porro, providente Deo, aliquid inter omnia clare vetitum est, sive ut in paradiso et in Evangelio Domini per ipsum, sive ut apud filios Israel per ipsius prophetas, sive ut in lege gratiæ per ejus apostolos eorumque successores, manifeste incommodissimum est ac perniciosissimum ultro illud appetere et ardere, et si quis hoc nobis proponat et ad illud cupiendum nos impellat, sermonibus hortans aut proclivem mulcens affectum, iste evidenter est vitæ nostræ adversarius et inimicus.

48. Debebamus igitur, sive amore, desiderantes nos vivere (quid enim viventes creasset, si non id amaret eminenter?) sive scientia, rati huic magis quam nobis innotescere nostram utilitatem (annon enim incomparabiliter scientior nobis est scientiæ dator et scientiarum Dominus?) sive metu, veriti omnipotentem ejus fortitudinem, tunc non decipi, nec mulceri, nec induci ad violandum ejus consilium et præceptum, sicut nec etiamnum data post illud salutaria mandata et consilia. Sed quemadmodum nunc qui generose peccato resistere nolunt, pro nihilo divina præcepta reputantes, via ambulant contraria, eadem scilicet quæ ducit ad interiorem æternamque mortem, si non pœnitentia, suam animam recuperent; item, ubi protoparentes illi conjuges, non reluctati suadentibus inobedientiam, præceptum despexerunt, ad exitum statim prodiit justi Judicis præsignificata eis sententia, et juxta hanc, simul ac de ligno comedere, mortui sunt, et ex eventu intellexerunt qualis esset oblitteratum a se mandatum, veritatis, amoris, sapientiæ et fortitudinis, et præ pudore absconderunt se, nudati gloria, quæ optime vivificat immortales spiritus, et sine qua spirituum vita multis mortibus multo pejor est ac creditur.

49. Nondum utile fuisse protoparentibus de illo ligno comedere, ostendit qui dicit: « Contemplatio erat arbor, sicut mea contemplatio ad quam solam ascendere tutum est perfectius degentibus, inopportunum vero simplicioribus adhuc et appetitu avidioribus, sicut nec solidus cibus utilis est simplicibus adhuc et quibus lacte opus est. » Cæterum etiamsi quis nolit contemplationi mystice conferre illam arborem, et ejus escam, haud difficillime, equidem puto, inteligitur eam nondum utilem fuisse illis utpote adhuc imperfectis. Nam mihi videntur sensibus intueri ac comedere illa paradisi poma fuisse jucundissimum. At gratissima sensibus esca, non est vere ac prorsus bona, nec semper bona, neque omnibus

A αὐτοῦ ποθούμενόν τε καὶ γινωσκόμενον, ἀτέλεστον διετέλεσεν. Ἐπεὶ δὲ τὸ συμφέρον ἡμῖν μάλιστα καὶ φιλεῖ καὶ γινώσκει, καὶ δύναται ὅ τί ποτ' ἂν μὲν ἡμῖν κἂν ἀκουσίως ἐπέρχηται παρ' ἐκείνου, καὶ συμφερόντως πάντως ἡμῖν ἐπέρχεται· πρὸς ὃ δ' ἂν ἡμεῖς ἑκουσίως αὐτομολήσωμεν, ὡς αὐτεξουσίου τυχόντες φύσεως, πολὺ τὸ δέος, μὴ ἀσύμφορον εἴη. Ὅταν δὲ καὶ τοῦ Θεοῦ προμηθουμένου, φανερῶς τι τῶν ἁπάντων ἀπαγορευθείη, ὡς ἐν παραδείσῳ, κἀν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Κυρίου δι' ἑαυτοῦ, ὡς ἐν τοῖς τοῦ Ἰσραὴλ ἐκγόνοις διὰ τῶν προφητῶν, ὡς τῷ τῆς χάριτος νόμῳ διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ καὶ τῶν αὐτῶν διαδόχων· φανερῶς ἀλυσιτελέστατόν ἐστι καὶ ὀλεθριώτατον, οἴκοθεν ἐκεῖνο ποθεῖν, καὶ πρὸς ἐκεῖνο σπεύδειν, κἄν τις τοῦθ' ἡμῖν προτείνῃ, καὶ πρὸς τοῦτο
B σπεύδειν ἐνάγῃ, λόγοις πείθων, ἢ προσῳ λεῖ θέλγων σχήματι, φανερῶς οὗτος ὑπεναντίος ἡμῶν ἐστι τῇ ζωῇ καὶ πολέμιος.

μη'. Ἔδει τοίνυν, ἢ πόθῳ, τοῦ ζῆν ποθοῦντας ἡμᾶς (τί γὰρ καὶ ζῶντας ἔκτισεν, εἰ μὴ τοῦτ' ἐφίλει διαφερόντως;), ἢ τῷ γινώσκειν μᾶλλον ἡμῶν εἰδέναι τὸ συμφέρον ἡμῶν ἐκεῖνον (πῶς γὰρ οὐκ ἀσυγκρίτως μᾶλλον ὁ παρασχὼν ἡμῖν τὴν γνῶσιν καὶ τῶν γνώσεων Κύριος;), ἢ φοβηθέντας αὐτοῦ τὸ παντοδύναμον κράτος, μὴ κλαπῆναι, μὴ θελχθῆναι, μὴ πεισθῆναι τηνικαῦτα, τὴν ἐντολὴν ἐκείνου καὶ συμβουλὴν ἀθετῆσαι, καθάπερ οὐδὲ νῦν, τὰς μετ' ἐκείνην ἡμῖν διδομένας σωτηρίους ἐντολάς τε καὶ συμβουλάς. Ἐπεὶ δ' ὥσπερ
C νῦν οἱ μὴ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀντικαθίστασθαι γενναίως αἱρούμενοι, παρ' οὐδὲν τὰς θείας ἐντολὰς τιθέμενοι, τὴν ἐναντίαν χωροῦσι, ταυτὸν δ' εἰπεῖν, τὴν πρὸς τὸν ἅδου καὶ αἰώνιον θάνατον, ἂν μὴ μετανοῇ τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν ἀναχτήσωνται· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ ξυνωρὶς ἐκείνη τῶν προπατόρων, οὐκ ἀντιστάντες τοῖς ἀπειθῆσαι πείθουσι, τὴν ἐντολὴν παρεῖδον, εἰς ἔργον εὐθὺς ἐξέβη τοῦ σὺν δίκῃ κρίνοντος ἡ προαναπεφωνημένη πρὸς αὐτοὺς ἀπόφασις, καὶ κατ' ἐκείνην εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ξύλου φαγόντες ἔθανον· καὶ συνῆκαν ἔργῳ, τίς, ἣν ἐπελάθοντο, πρὸς αὐτοὺς ἐντολή, τῆς ἀληθείας, καὶ τῆς ἀγάπης, καὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς δυνάμεως· καὶ ὑπ' αἰσχύνης ἔκρυπτον ἑαυτοὺς γυμνωθέντες τῆς δόξης, ἣ ζωοποιεῖ κρειττόνως καὶ τὰ ἀθάνατα πνεύματα, ἧς χωρὶς, ἡ τῶν πνευμάτων ζωὴ, μακρῷ πολλῶν θανάτων χείρων ἐστὶ καὶ
D πιστεύεται.

μθ'. Ὅτι μήπω λυσιτελὲς ἦν ἀπ' ἐκείνου τοῦ ξύλου φαγεῖν τοὺς προπάτορας, δείκνυσιν ὁ λέγων· « Θεωρία γὰρ ἦν τὸ φυτὸν, ὡς ἡ ἐμὴ θεωρία· ἧς μόνης ἐπιβαίνειν ἀσφαλὲς τοῖς τὴν ἕξιν τελειοτέροις· οὐ καλὸν δὲ τοῖς ἁπλουστέροις ἔτι, καὶ τὴν ἕφεσιν λιχνοτέροις· ὥσπερ οὐδὲ τροφὴ τελεία λυσιτελὴς τοῖς ἁπαλοῖς ἔτι καὶ δεομένοις γάλακτος. » Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρὸς θεωρίαν ἀναγωγικῶς τις ἐθέλει μεταφέρειν ἐκεῖνο τὸ ξύλον, καὶ τὴν ἀπ' ἐκείνου τροφὴν, οὐ λίαν δυσχερὲς, ὡς ἐγῷμαι, συνιδεῖν, ὡς μήπω λυσιτελὴς ὑπῆρχεν ἔτ' οὖσιν ἀτελέσιν ἐκείνοις αὐτῇ· δοκεῖ γάρ μοι κατ' αἴσθησιν προσιδεῖν τε καὶ φαγεῖν ἐκεῖθεν, τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ δένδρων τελεῖν[δημ. ἕνεκα τοῦ ἑλεῖν] ἐκεῖνο τὸ ἥδιστον. Ἡ δὲ κατ' αἴσθησιν

τοῖστη τροφή. οὐ τῶν ὄντως ἐστὶ καὶ πάντη καλῶν, A
οὐδὲ τῶν ἀεὶ καλῶν, οὐδὲ τῶν πρὸς πάντας καλῶν·
ἀλλὰ τοῖς μὲν οὕτω χρῆσθαι ταύτῃ δυναμένοις ὡς μὴ
ἡττᾶσθαι, καὶ ὁπηνίκα δεῖ, καὶ ἐφ' ὅσον δεῖ, καὶ
πρὸς τὴν δόξαν τοῦ πεποιηκότος, καλόν· τοῖς δὲ μὴ
οὕτω χρῆσθαι ταύτῃ δυναμένοις, οὐκ ἀγαθόν. Διὰ
τοῦτ' οἶμαι καὶ γνωστὸν ἐκλήθη καλοῦ τε καὶ πονη-
ροῦ τὸ δένδρον ἐκεῖνο. Τελείων γάρ ἐστι καθ' ἕξιν
θείας θεωρίας καὶ ἀρετῆς, προσομιλεῖν τοῖς ἡδίστοις
κατ' αἴσθησιν, καὶ τὸν νοῦν μὴ ἀπάγειν τῆς πρὸς
Θεὸν θεωρίας, καὶ τῶν πρὸς ἐκεῖνον ὕμνων καὶ προσ-
ευχῶν· ἀλλὰ ταῦθ' ὕλην ποιεῖσθαι καὶ ἀφορμὴν τῆς
πρὸς Θεὸν ἀνατάσεως, καὶ τῆς κατ' αἴσθησιν ἡδονῆς
εἰς τέλος κρατεῖν διὰ τῆς νοερᾶς ἐπὶ τὰ κρείττω κι-
νήσεως· κἂν ἀήθης ᾖ καὶ μεγάλη, καὶ σφοδροτάτη
μᾶλλον ἐτι διὰ τὸ ἄηθες, μὴ κενοῦν τὸ τῆς ψυχῆς λογι- B
ζόμενος πρὸς τὸ κακὸν ὂν ἐκεῖνο τηνικαῦτα, καὶ ἀγαθὸν νομιζόμενον τῷ κατάκραν ἀλόντι τούτου καὶ ἡττηθέντι

ν'. Συνετέλει τοιγαροῦν τοῖς προπάτορσιν, οἷς ἔδει κατὰ τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο χωρίον διαιτωμένοις, μηδαμῶς ἐπιλελῆσθαι Θεοῦ· ἐγγυμνασθῆναι μᾶλλον ἔτι, καὶ οἷον ἐμπαιδοτριβηθῆναι τοῖς ἁπλῶς καὶ ὄντως καλοῖς, καὶ κατὰ θεωρητικὴν ἕξιν ἐκτελεσθῆναι· ἀλλὰ μὴ ἀτελέσιν ἔτ' οὔσι (*), τοῖς μέσως ἔχουσι καὶ πρὸς τὴν τῶν χρωμένων ἰσχὺν πρός γε τὸ καλὸν, ἢ τοὐναντίον ῥᾳδίως μεταγομένοις, εἰς πεῖραν ἰέναι· καὶ ταῦτα τοῖς λίαν κατασπᾷν πεφυκόσι, καὶ ταῖς αἰσθήσεσι συνεπικρατοῦσι, καὶ κατασπῶσι τὸν νοῦν ὅλον, καὶ χώραν διδοῦσι τοῖς πονηροῖς πάθεσι, καὶ πιθανὸν δεικνῦσι τὸν ἀρχηγὸν καὶ δημιουργὸν τῶν τοιούτων παθῶν, ὧν ἀρχὴ μετ' ἐκεῖνον ἡ ἐμπαθὴς τῶν C
ἡδίστων ἐδωδίμων τροφή. Εἰ γὰρ ἡ θέα μόνον τοῦ ξύλου ἐκείνου, κατὰ τὴν ἱστορίαν, εὐπαράδεκτον τὸν ὄφιν εἰργάσατο, καὶ ἀξιόπιστον σύμβουλον, πόσῳ μᾶλλον ἡ γεῦσις κἂν τοῖς ἔξῃς; Εἰ δ' ἡ γεῦσις, πόσῳ μᾶλλον ἡ μετὰ πλησμονῆς ἐδωδή; Ἆρ' οὐ σαφὲς ὡς μήπω λυσιτελὲς ἦν, καὶ κατ' αἴσθησιν ἀπ' ἐκείνου ταγεῖν τοὺς προπάτορας; Ἆρ' οὐ δέον μὴ κατὰ καιρὸν φαγόντας ἐκεῖθεν, ἐκβεβλῆσθαι τοῦ τοῦ Θεοῦ παραδείσου, ἵνα μὴ βουλευτήριον τῆς κακίας καὶ ἐργαστήριον τὸν θεῖον ἐκεῖνον χῶρον ποιήσωνται; Ἆρ' οὐχὶ καὶ τοῦ σώματος ἔδει τὸν θάνατον ὑποστῆναι παραυτὰ τηνικαῦτα τοὺς παραβάντας; Ἀλλ' ἐμα-
κροθύμησεν ὁ Δεσπότης.

να'. Ἡ μὲν τοῦ κατὰ ψυχὴν θανάτου ἀπόφασις, ἣν εἰς ἔργον ἤγαγεν ἡμῖν ἡ παράβασις κατὰ δικαιο-
σύνην τοῦ Κτίσαντος· ἐγκαταλιπόντας γὰρ κατέλι- D
πεν ὡς αὐτοβούλους γεγονότας μὴ βιασάμενος· ἡ μὲν οὖν ἀπόφασις ἐκείνη προαναπεφώνηται παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλανθρώπως, καθ' ἃς αἰτίας εἰρήκαμεν· ἀνέσχε δὲ καὶ ὑπερέθετο τὴν ἀπόφασιν τοῦ κατὰ σῶμα θανάτου πρότερον, καὶ ἡνίκα ταύτην ἐξήνεγκε βάθει σοφίας καὶ φιλανθρωπίας ὑπερβολῇ πρὸς τὸ μέλλον τὴν εἰς ἔργον ἔκβασιν ταύτης ἐταμιεύσατο, μὴ πρὸς τὸν Ἀδὰμ εἰπών· Ἐπιστράφητι ὅθεν ἐλήφθης· ἀλλά, « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ὑποστρέψεις. » Ἔνι δὲ τοῖς συνετῶς ἀκούουσι κἀκ τῶν τοιούτων λόγων ἰδεῖν, ὡς ὁ Θεὸς, οὐ ψυχῆς, οὐ σώματος ἐποίησε θάνατον. Οὔτε γὰρ πρότερον εἶπε προστάσσων, Θάνετε, ἣν ἂν ἡμέραν φάγητε· ἀλλ', « Ἀποθανεῖσθε ἣν ἂν ἡμέραν

bona; sed iis qui ea uti possant, ita ut non succumbant, et quando oportet, et quantum oportet, et ad gloriam ejus qui fecit, est bona; iis vero qui ea sic uti nequeunt, mala. Propter hoc, ut puto, illa arbor vocata est lignum scientiæ boni et mali. Perfectis enim divinæ contemplationis ac virtutis habitu, competit usurpare sensu amœnissima, nec tamen avocare animum a Dei contemplatione confessioneque et oratione, sed illa ut materiam et occasionem adhibere surgendi ad Deum, et sensuum voluptatem usque ad finem continere intellectuali ad bonum motu, et etiamsi insolita sit magnaque et eo adhuc vehementior quod insolita est, non applicare tunc mentis cogitationem ad illud quod est vere malum, quamvis bonum videatur ei quem omnino cepit atque vicit.

50. Ergo primis parentibus, qui debebant in sacro illo paradiso viventes Dei nunquam oblivisci, expediebat ut magis adhuc exercerentur et quasi gymnastice contererentur in puris verisque bonis, et contemplationis perficerentur habitu; sed non est imperfectis adhuc mediantibusque et pro rerum vi ad bonum vel ad contrarium facile flexibilibus, in experientiam ire, his præsertim qui vehementer solent cupere, et sensibus complaudunt totumque intendunt animum, et locum dant pravis cupiditatibus, ac dociles se præbent duci auctorique istarum cupiditatum, quarum post hunc causa est libidinosus suavissimorum ciborum esus. Si enim solus illius arboris aspectus, ut fert historia, serpentem reddidit gratum et dignum fide consiliarium, quanto magis deinde gustus! Si vero gustus, quanto magis ad satietatem esus! Nonne igitur liquet nondum utile protoparentibus fuisse de ligno sensibus comedere? Nonne igitur debuerunt, cum intempestive de illo comedissent, ejici a Dei paradiso, ut non nequitiæ conciliabulum atque officinam facerent divinum illud prædium? Nonne vel corporis mortem jam tunc subire debuissent prævaricatores? Sed patienter egit Dominus.

51. Mortis animæ sententia, quam ad exitum nobis adduxit transgressio propter Judicis æquitatem (nam deserentes deseruit quos utpote libero præditos arbitrio non coegit): illa, inquam, sententia misericorditer a Deo præsignificata erat, ob causas quas diximus. Sed continuit ac distulit sententiam corporalis mortis prius latam, et postquam hanc pronuntiaverat, abysso sapientiæ et misericordiæ excessu executionem ejus in futurum procrastinavit, non dicens Adamo: « Revertere unde sumptus es, » sed: « Pulvis es, et in pulverem reverteris. » Possunt porro qui intelligenter audiunt et hujusmodi verbis videre Deum nec animæ nec corporis mortem fecisse. Neque enim prius jubendo dixerat: « Moriemini quacunque die comederitis, » sed: « Quacunque die comederitis, moriemini. »

(*) Ἡ δοτικὴ ἀντὶ γενικῆς εἴληπται ἀντιπτωτικῶς.

Neque nunc dicit : « In terram revertere, » sed : « Reverteris, » prænuntians et remittens, sed tamen merito non impediens futurum.

52. Manebat igitur illos protoparentes mors, sicut et nos adhuc vivos manet, quia mortale factum est nostrum corpus. Est autem hoc quasi longa quædam, ut ita dixerim, mors, seu potius mille mortes sibi alternatim succedentes, donec in unam ultimam et diuturnam inciderimus. Nam in corruptione fimus, et facti elabimur, donec effluere et fieri desierimus ; et nunquam sumus vere iidem, licet esse videamur non attentis. Sicut ignis levem stipulam carptim perstringens, alibi alius est, se commetiens stipulæ longitudini ; ita nobis pariter variatis mensura est, obtingens unicuique vitæ spatium.

A φάγητε. » Οὔτε νῦν, Εἰς γῆν ἐπίστρεψον, εἶπε, ἀλλ' « ὑποστρέψεις, » προαναγγέλλων καὶ ἐφιείς, καὶ μὴ κωλύων σὺν δίκῃ τὸ ἐκβησόμενον.

νβ'. Ἔμελλε μὲν οὖν τοῖς προπάτορσιν ἐκείνοις ὁ θάνατος ἕψεσθαι, ὡς καὶ ἡμῖν τοῖς ἔτι περιοῦσιν ἀπόκειται· καὶ θνητὸν ἡμῖν ἀπετελέσθη τὸ σῶμα. Ἔστι δὲ ὅ καὶ τοῦτο μακρός τις, ὡς εἰπεῖν, θάνατος, μᾶλλον δὲ μυρίοι, κατὰ διαδοχὴν ἕτερος τὸν ἄλλον ὑποδεχόμενος· ἕως ἂν εἰς τὸν ἕνα καὶ τελευταῖον καὶ μακραίωνα καταντήσωμεν. Ἐν γὰρ τῷ φθείρεσθαι γινόμεθα· καὶ γινόμενοι παραῤῥέομεν, μέχρις ἂν τοῦ καὶ παραῤῥεῖν καὶ γίνεσθαι παύσωμεν· καὶ ἐσμὲν ὄντως· οὐδέ ποτε οἱ αὐτοί, κἂν δοκῶμεν εἶναι τοῖ; μὴ προσέχουσιν. Ὥσπερ πῦρ καλάμης λεπτῆς ἀπ' ἄκρας δραξάμενον· κακεῖνο γὰρ ἄλλο τε ἄλλο ὄν, μέτρον ὑπάρξεως ἔχει τῆς καλάμης τὸ μῆκος· καὶ ἡμῖν ὁμοίως ἀλλοιουμένοις, μέτρον ἐστὶ τὸ προσὸν ἑκάστῳ τοῦ βίου διάστημα.

53. Ut autem misericordiæ excessum et abyssum sapientiæ non omnino ignoremus, quam ob causam Deus terminum mortis moratus, non aliquantisper adhuc præstitit homini vitam ? Primum quidem ostendit se cum misericordia punire, seu potius justam pœnam relaxare, et non omnino desperemus. Dedit etiam tempus pœnitendi et ad placitam illi vitam revertendi. Leniit alterna nativitate mortis dolorem. Auxit successoribus genus, ita ut multo excedat ab initio natorum multitudo numero morientium. Pro uno per sensibilem arboris pulchritudinem miserabili et inope facto Adam, multos ostendit per sensibilia feliciter ditatos Dei notitia, virtute, scientia et gratia divina ; testis Seth, Enos, Henoch, Noe, Melchisedech, Abraham, et quicunque inter, et ante, et post, et prope hos et illos exstiterunt. Quia tamen ex illis tot et tantis viris nemo ita perfecte insons vixit ut posset resarcire illam protoparentum eladem, inustumque radici generis sanare vulnus, et posteris omnibus sufficere sanctitatem benedictionemque, et ad vitam reditum ; id etiam prævidens, tempestivum optavit familiarum tribuumque delectum, unde celeberrima exsurgeret virga, et ex ea flos, quo universi generis salutem germinaturus erat.

νγ'. Ἵνα δὲ καὶ τὴν τῆς φιλανθρωπίας ὑπερβολήν, καὶ τὸ τῆς σοφίας βάθος μὴ παντάπασιν ἀγνοῶμεν, τίνος ἕνεκεν ὑπερθέμενος ὁ Θεὸς τοῦ θανάτου τὸ τέλος, οὐκ ἐπ' ὀλίγον ἔτι παρέσχε τ' ἀνθρώπῳ ζῆν; Πρῶτον μὲν ἔδειξε μετ' ἐλέους παιδεύων, μᾶλλον δὲ ἐφιείς τὴν σὺν δίκῃ παιδείαν, ἵνα μὴ ἀπογνῶμεν τελέως. Ἔδωκε δὲ καὶ καιρὸν μετανοίας, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν εὐαρεστήσεως ἐξ ὑπαρχῆς πολιτείας. Παρεμυθήσατο τῇ ὑπαλλήλῳ γενέσει τοῦ θανάτου τὴν λύπην. Ηὔξησε τοῖς διαδόχοις τὸ γένος, ὡς καὶ πολιεῖναι πολλῷ τῷ μέτρῳ τὴν ἀρχὴν τῶν γεννωμένων τὸ πλῆθος, τοῦ ἀριθμοῦ τῶν θνησκόντων. Ἀνθ' ἑνὸς τοῦ δι' αἰσθητοῦ φυτοῦ κάλλους, ἐλεεινοῦ τε καὶ πενιχροῦ γεγονότος Ἀδάμ, πολλοὺς ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἔδειξε μακαρίως πεπλουτηκότας θεογνωσίαν καὶ ἀρετὴν, καὶ γνῶσιν, καὶ εὐμένειαν θείαν· μάρτυς Σήθ, Ἐνὼς, Ἐνὼχ, Νῶε, Μελχισεδὲκ, Ἀβραὰμ, καὶ ὅσοι μεταξὺ τούτων, πρὸ αὐτῶν τε καὶ μετ' αὐτοὺς, κἀκείνους ἢ ἐγγὺς ἐκείνων ἀναπεφήνασιν. Ἐπεὶ δ' ἐν τούτοις τοῖς τοσούτοις καὶ τηλικούτοις οὐδεὶς τελέως ἀναμαρτήτως ἔβίω, ὡς καὶ ἀναπαλαίσασθαι δυνηθῆναι τὴν τῶν προπατόρων ἐκείνην ἧτταν, καὶ τῆς τοῦ γένους ῥίζης θεραπεῦσαι τὸ τραῦμα, καὶ τοῖ; ἐξῆς ἀρκέσαι πρὸς ἁγιασμὸν καὶ εὐλογίαν, καὶ ζωῆς ἐπάνοδον ἅπασι· καὶ τοῦτ' ἐκεῖνος προῆδει, καὶ τῶν γενῶν κατὰ καιρὸν ἐκλογὴν ἐποιεῖτο καὶ τῶν φυλῶν, ὅθεν ἂν ἡ πολυύμνητος ἀναβῇ ῥάβδος, ἐξ ἧς τὸ ἄνθος, δι' οὗ τὴν παντὸς τοῦ γένους σωστικὴν οἰκονομίαν ἐκτελέσειν ἔμελλεν.

54. O altitudo divitiarum sapientiæ et misericordiæ Dei ! Nam si non mors esset, et ante mortem mortale velut ex hac radice nostrum genus, non reipsa primitiis immortalitatis nos ditati essemus, nec in cœlos advocati, nec supra omnem principatum et potestatem ad dexteram majestatis in cœlorum throno sederet nostra natura. Ita scivit Deus secutos ex libera nostra aberratione lapsus suapte sapientia et potentia misericorditer convertere in melius.

νδ'. Ὦ βάθος πλούτου, σοφίας, καὶ φιλανθρωπίας θείας! Εἰ μὴ γὰρ ὁ θανάτος ἦν, καὶ πρὸ τοῦ θανάτου θνητὸν ὡς ἐκ ῥίζης τοιαύτης τὸ ἡμέτερον γένος, οὐκ ἂν ἔργῳ τὴν ἀπαρχὴν τῆς ἀθανασίας ἡμεῖς ἐπλουτήσαμεν, οὐκ ἂν εἰς οὐρανοὺς ἀνεκλήθημεν, οὐκ ἂν ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν οὐρανοῖς ἡ ἡμῶν ἐνεθρονίσθη φύσις. Οὕτως οἶδε Θεὸς τὰ ἐς αὐτεξουσίου παρατροπὴς ἡμῶν ὀλισθήματα τῇ παρ' ἑαυτοῦ σοφίᾳ τε καὶ δυνάμει μετασκευάζειν φιλανθρώπως ἐπὶ τὸ κρεῖττον.

55. Forsan multi Adam vituperant, quod tam facile, malo consiliario assentiens, divinum violaverit mandatum, et ista trangressione mortem nobis intulerit. Sed non tam malum est ante experientiam vel ie mortalem aliquam gustare plantam, quam,

νε'. Τάχα πολλοὶ τὸν Ἀδὰμ αἰτιῶνται, πῶς εὐκόλως, τῷ πονηρῷ συμβούλῳ πεισθεὶς, τὴν θείαν ἠθέτησεν ἐντολήν· καὶ διὰ τῆς τοιαύτης ἀθετήσεως ἡμῖν τὸν θάνατον προεξένησεν. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἴσον, πρὸ τῆς πείρας ἐθελῆσαι γεύσασθαι θανασίμου τινὸς βο-

τάνης, καὶ μετὰ τὸ μαθεῖν διὰ πείρας θανάσιμον οὖσαν, ἀπὸ ταύτης ποθεῖν ἐσθίειν. Μεμπτέος γὰρ μᾶλλον ὁ μετὰ τὴν πεῖραν σπῶν τοῦ δηλητηρίου, καὶ τὸν θάνατον ἀθλίως πρὸς ἑαυτὸν ἐφελκόμενος, τοῦ πρὸ τῆς πείρας τοῦτο πράττοντός τε καὶ πάσχοντος. Διὸ καὶ περισσότερον ἡμῶν ἕκαστος ἢ ὁ Ἀδὰμ ἐκεῖνος μεμπτέος ἐστὶ καὶ κατάκριτος. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν ἐκεῖνο τὸ ξύλον; οὐδὲ τοῦ Θεοῦ νῦν ἐστι πρὸς ἡμᾶς ἐντολὴ, τὴν ἐκείνου γεῦσιν ἀπαγορεύουσα; Τοῦτ' αὐτὸ μὲν ἐκεῖνο τὸ ξύλον, οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν ἴσως· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ ἐντολὴ, καὶ νῦν ἡμῖν πάρεστι, τοὺς μὲν αὐτῇ πειθομένους, καὶ κατ' αὐτὴν ζῆν ἐθέλοντας, τῆς τε τῶν οἰκείων ἁπάντων ἁμαρτημάτων εὐθύνης, καὶ τῆς προγονικῆς ἀρᾶς καὶ καταδίκης ἐλευθεροῦσα, τοὺς δὲ καὶ νῦν αὐτὴν ἀθετοῦντας καὶ προτιμῶντας αὐτῆς τὴν τοῦ πονηροῦ προσβολήν τε καὶ συμβουλὴν, τῆς ζωῆς ἐκείνης καὶ τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγῆς οὐκ ἔστι μὴ ἐκπεσεῖν, καὶ πρὸς τὴν ἠπειλημένην τοῦ αἰωνίου πυρὸς γέενναν ἐμπεσεῖν.

A comperto experientia illam esse mortalem, eam ad esum appetere. Nam vituperabilior est qui post exitii experientiam mortem misere attrahit et in se corripit, quam qui ante experientiam hoc facit et patitur. Ideo unusquisque nostrum magis quam ille Adam incusandus est ac damnandus. An non est in nobis illa arbor? nonne etiam nunc Dei est ad nos mandatum eam gustare vetans? Ipsa quidem illa arbor non est in nobis pariter, sed Dei præceptum etiam nunc nobis adest, eos qui obedientia vitam ipsi conformare volunt, ab omni propriorum peccatorum reatu, et ab avita maledictione ac damnatione liberans, eos vero qui nunc ipsum violant et postponunt mali spiritus tentationi ac consilio, a vita olim in paradiso degenda sinens excidere et B in imminentem ignis æterni gehennam incidere.

νς'. Τίς οὖν ἐστιν ἡ νῦν ἡμῖν αὕτη προκειμένη τοῦ Θεοῦ ἐντολή; Ἡ μετάνοια· ἧς τὸ κεφάλαιον, τῶν ἀπηγορευμένων μηκέτι ψαύειν. Ἐπεὶ γὰρ ἀπερρίφημεν τοῦ χωρίου τῆς ἐνθέου τρυφῆς, καὶ ἀπεκλείσθημεν τοῦ παραδείσου τοῦ Θεοῦ δικαίως, καὶ εἰς τὸ βάραθρον τοῦτο καταπεπτώκαμεν, συνοικεῖν τε καὶ συνδιαιτᾶσθαι τοῖς ἀλόγοις ζώοις κατεδικάσθημεν, καὶ ἀνέλπιδες κατέστημεν, τὸ εἰς ἡμᾶς ἧκον, τῆς πρὸς τὸν παράδεισον ἀνακλήσεως, αὐτὸς ὁ δικαιοσύνῃ τότε δίκην ἐπενεγκὼν, μᾶλλον δὲ δικαίως ταύτην ἐπελθεῖν ἡμῖν συγχωρήσας, ὑπερβολῇ νῦν φιλανθρωπίας καὶ ἀγαθότητος, διὰ σπλάγχνα ἐλέους αὐτοῦ, μέχρις ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν κατῆλθε. Καὶ καθ' ἡμᾶς γενόμενος ἀναμαρτήτως ὡς εὐδόκησεν ἄνθρωπος, ἵνα τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀναδιδάξῃ καὶ ἀνασώσηται, τὴν σωτήριον τῆς μετανοίας ἡμῖν εἰσήνεγκε συμβουλήν τε καὶ ἐντολήν· πρὸς ἡμᾶς εἰπών· « Μετανοεῖτε, ὅτι ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Πρὸ μὲν γὰρ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ, ὅσον ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς ἀπέχει, τοσοῦτον μακρὰν ἡμῶν ἦν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Τοῦ δὲ Βασιλέως τῶν οὐρανῶν ἡμῖν ἐνδημήσαντος, καὶ τὴν μεθ' ἡμῶν ἕνωσιν εὐδοκήσαντος, ἤγγικεν ἡμῖν πᾶσιν ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία

56. Quodnam igitur est hoc nobis nunc injunctum Dei mandatum? Pœnitentia, cujus caput est vetita jam non tangere. Quia enim ejecti sumus e loco divinæ voluptatis, et merito exclusi a Dei paradiso, et in gurgitem istum decidimus, et ad cohabitandum convivendumque cum brutis pecudibus sumus damnati, et nobis excidit spes propriis viribus in paradisum redeundi; ille postquam iniquitatis pœnam exegit, seu potius venire in nos permisit, excessu postea charitatis et bonitatis per viscera misericordiæ suæ usque ad nos pro nobis descendit. C Et similis factus nobis præter peccatum ex benevolentia, homo, ut simili simile doceret et salvaret, salutiferum pœnitentiæ nobis dedit consilium et præceptum, ad nos dicens: « Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cœlorum. » Nam ante incarnationem Verbi Dei, quantum distat cœlum a terra, tantum longe a nobis erat regnum cœlorum. Ex quo autem rex cœlorum habitavit in nobis, et nobiscum uniri dignatus est, nobis omnibus cœleste regnum appropinquavit.

νζ'. Ἐγγισάσης ἡμῖν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, διὰ τῆς πρὸς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ Λόγου συγκαταβάσεως, μὴ μακρὰν ἡμᾶς αὐτοὺς ἀπὸ ταύτης ποιήσωμεν, ἀμετανοήτως πολιτευόμενοι. Φύγωμεν δὲ μᾶλλον τῶν ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένων τὴν ἀθλιότητα· κτησώμεθα τὰ ἔργα τῆς μετανοίας, φρόνημα ταπεινὸν, κατάνυξιν, καὶ πένθος πνευματικόν· καρδίαν πραεῖαν ἐλέου γέμουσαν, δικαιοσύνης ἐρῶσαν, καθαρότητος ἀντιποιουμένην, εἰρηνικὴν, εἰρηνοποιὸν, φερέπονον, τοῖς ὑπὲρ ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης ἐναγωνιζουσαν, διωγμοῖς, καὶ ζημίαις, καὶ ὕβρεσι, καὶ συκοφαντίαις καὶ πάθεσιν. Ἡ γὰρ τῶν οὐρανῶν βασιλεία, μᾶλλον δὲ ὁ τῶν οὐρανῶν Βασιλεὺς (ὢ τῆς ἀφάτου μεγαλοδωρεᾶς!), ἐντὸς ἡμῶν ἐστιν· ᾧ καὶ διὰ τῶν τῆς μετανοίας ἔργων κολλᾶσθαι ἀεὶ ὀφείλομεν, ἀγαπῶντες ὡς δυνατὸν τὸν τοσοῦτον ἡμᾶς ἀγαπήσαντα.

57. Quia appropinquavit nobis regnum cœlorum propter Dei Verbi ad nos descensum, ne nosmet ab eo procul removeamus, sine pœnitentia viventes. Fugiamus econtra sedentium in tenebris et umbra mortis miseriam; potiamur opera pœnitentiæ, sensum humilem, compunctionem et luctum spiritualem, cor mite, misericordia plenum, justitiæ amans, puritatis studiosum, tranquillum, pacificum, patiens, delectatum exantlatis pro veritate et justitiæ persecutionibus, damnis, injuriis, calumniisque et cruciatibus. Nam cœlorum regnum, seu potius cœlorum rex (o ineffabilis munificentia!) intra nos est; cui operibus pœnitentiæ semper adhærere debemus, redamantes qua possumus tantum nos amantem.

νη'. Τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπην ἀπουσία παθῶν καὶ περιουσία συνίστησι τῶν ἀρετῶν. Τὸ γὰρ πρὸς

58. Dei amorem absentia vitiorum et præsentia virtutum constituit. Namque mali odium, indeque

vitiorum absentia, possessionem producit bonorum. Bonorum autem amans et possessor nonne eminenter diliget optimum Dominum, solum boni omnis ducem et custodem, in quo ipse est eximio modo, et quem charitate in seipso fert, juxta illum qui dixit : « Qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo [25] ? » Patet non solum ex virtutibus amorem Dei, sed item ex amore virtutes nasci. Quare Dominus in Evangelio alicubi dixit : « Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me. Si quis diligit me, sermonem meum servabit [26]. » Sed nec opera virtutum laudabilia sunt et facientibus utilia sine charitate, nec charitas sine operibus. Quorum unum Paulus multo sermone ostendit, ad Corinthios scribens : « Si fecero hoc et illud, charitatem autem non habuero, nihil prodest [27]. » Alterum item dilectus egregrie Christo discipulus, dicens : « Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere et veritate [28]. »

59. Supremus et adorandus Pater, Pater est ipsius Veritatis, scilicet unigeniti Filii, et Spiritum veritatis habet, nempe Spiritum sanctum : sicut demonstravit veritatis Verbum. Qui ergo illum in seipsis adorant, et ita credunt, et quasi per hos operantur, nam « Spiritus est, ait Apostolus, per quem adoramus et per quem oramus, » et : « Nemo venit ad Patrem nisi per me, » inquit unigenitus Dei Filius : qui igitur sic in spiritu et veritate Patrem adorant, hi sunt veri adoratores.

60. « Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare [29], » id est, incorporaliter incorporeum intelligentes. Sic enim eum vere semper videbunt in Spiritu ejus et Veritate. Cum enim Spiritus sit Deus, incorporalis est : incorporeum autem non est in loco, nec localibus terminis circumscribitur. Qui ergo dixit in determinato quodam ex quibuscunque terræ et cœli locis adorandum esse Deum, non vere loquitur, nec vere adorat. Nam Deus, qua incorporalis, nullibi est ; qua Deus, ubique. Si ergo est terminus, aut locus, aut creatura ubi non sit Deus, reperietur in aliquo circumscriptus. Ergo ubique est, quia infinitus est. Num igitur ita totus est ubique, ut non parte, sed universitate rerum comprehendatur ? Minime : sic enim adhuc esset corpus. Ergo ut universum conservans et continens, ipse est in seipso, ubique et supra omnia ; a veris adoratus in suo spiritu et sua veritate.

61. Angelus et anima, cum sint incorporales, non sunt in loco, sed nec ubique sunt ; non enim continent universum, sed et ipsis opus est continente. Ergo et ipsi in omnia continente et comprehendente sunt, ab eoque modo cuique congruo determinantur.

[25] Joan. IV, 16. [26] Joan. XIV, 21, 23. [27] I Cor. 13-1, 3. [28] I Joan. III, 18. [29] Joan. IV, 24.

A τὰ πονηρὰ μῖσος, ἀφ' οὗπερ ἡ τῶν παθῶν ἀπουσία, τὸν πόθον, καὶ τὴν κτῆσιν ἀντεισάγει τῶν ἀγαθῶν. Ὁ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐραστής τε καὶ κτήτωρ, πῶς οὐκ ἂν διαφερόντως φιλοίη τὸν αὐτάγαθον Δεσπότην, τὸν μόνον ἀγαθοῦ παντὸς χορηγὸν καὶ φύλακα, ἐν ᾧ αὐτός ἐστι κατ' ἐξαίρετον τρόπον, καὶ ὃν διὰ τῆς ἀγάπης ἐν ἑαυτῷ φέρει, κατὰ τὸν εἰπόντα · « Ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει, καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ ; » Ἴδοι δ' ἂν τις μὴ μόνον ἐκ τῶν ἀρετῶν τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἀγάπης τὰς ἀρετὰς τικτομένας. Διὸ καὶ ὁ Κύριος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ποτὲ μέν φησιν · « Ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου καὶ τηρῶν αὐτάς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με · » ἄλλοτε δὲ, « Ὁ ἀγαπῶν με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσει. » Ἀλλ' οὔτε τὰ ἔργα τῶν ἀρετῶν ἐπαινετά εἰσι καὶ λυσιτελῆ

B τοῖς πράττουσι χωρὶς ἀγάπης, οὔτε μὴν ἡ ἀγάπη χωρὶς τῶν ἔργων, ὧν τὸ μὲν διὰ πολλῶν ὁ Παῦλος δείκνυσι πρὸς Κορινθίους γράφων · « Ἐὰν ποιήσω τὰ καὶ τὰ, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι. » Τὸ δὲ πάλιν ὁ τῷ Χριστῷ ἐξόχως ἠγαπημένος μαθητὴς, λέγων · « Μὴ ἀγαπῶμεν λόγῳ, μηδὲ τῇ γλώσσῃ, ἀλλ' ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ. »

νθ'. Ὁ ἀνωτάτω καὶ προσκυνητὸς Πατὴρ, Πατὴρ οὐτοαληθείας ἐστί · δηλονότι τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ. Καὶ Πνεῦμα ἀληθείας ἔχει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον · καθὰ καὶ προϋπέδειξεν ὁ τῆς ἀληθείας Λόγος. Οἱ οὖν ἐν αὐτοῖς τοῦτον προσκυνοῦντες, καὶ οὕτω πιστεύοντες, καὶ ὡς διὰ τούτων ἐνεργούμενοι · « Τὸ Πνεῦμα γάρ ἐστι, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, δι' οὗ προσκυνοῦμεν, καὶ δι' οὗ προσευχόμεθα · » καὶ, « Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα εἰ μὴ δι' ἐμοῦ, » ὁ τοῦ Θεοῦ Μονογενὴς φησιν · οἱ οὖν οὕτως ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ τὸν ἀνω-

C τάτω Πατέρα προσκυνοῦντες, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταί.

ξ'. « Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν · » τουτέστιν ἀσωμάτως τὸν ἀσώματον ἐννοοῦντας. Οὕτω γὰρ καὶ ἀληθῶς ὄψονται τοῦτον πανταχοῦ, ἐν τῷ Πνεύματι καὶ τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ. Ὡς μὲν γὰρ Πνεῦμα ὑπάρχων ὁ Θεὸς, ἀσώματός ἐστι · τὸ δὲ ἀσώματον οὐκ ἐν τόπῳ ἐστὶν, οὐδὲ τοπικοῖς ὁρίοις περιγράφεται. Οὐκοῦν ὁ λέγων ἐν ὡρισμένῳ τινὶ τῶν ἁπανταχοῦ γῆς καὶ οὐρανοῦ τόπων δεῖν προσκυνεῖσθαι τὸν Θεὸν, οὐκ ἀληθῶς φησιν, οὐδ' ἀληθῶς προσκυνεῖ. Ὡς μὲν γὰρ ἀσώματος ὁ Θεὸς, οὐδαμοῦ · ὡς δὲ Θεὸς, πανταχοῦ. Εἰ γὰρ ἔστιν ὅρος ἢ τόπος ἢ κτίσις, οὗ μὴ ἔστιν ὁ

D Θεὸς, εὑρεθήσεται περιγραφόμενος ἔν τινι. Πανταχοῦ οὖν, ἀόριστος γάρ · πᾶς οὖν πανταχοῦ, ὡς οὐχ ὑπὸ μέρους, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ παντὸς περιεχόμενος ; Οὐμενοῦν · σῶμα γὰρ ἔσται πάλιν. Οὐκοῦν ὡς τὸ πᾶν συνέχων καὶ περιέχων, αὐτός ἐστιν ἐν ἑαυτῷ, πανταχοῦ τε καὶ ὑπὲρ τὸ πᾶν · προσκυνούμενος παρὰ τῶν ἀληθινῶν προσκυνητῶν, ἐν τῷ Πνεύματι καὶ τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ.

ξα'. Ὁ ἄγγελος καὶ ἡ ψυχὴ ἀσώματα ὄντα, οὐκ ἐν τόπῳ ἐστὶν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ πανταχοῦ ἐστιν · οὐ γὰρ συνέχουσι τὸ πᾶν · ἀλλὰ καὶ αὐτὰ δεῖται τοῦ συνέχοντος. Οὐκοῦν καὶ αὐτὰ ἐν τῷ συνέχοντι καὶ περιέχοντι τὸ πᾶν, ὑπ' αὐτοῦ καταλλήλως ὁριζόμενα · ἡ

μέντοι ψυχὴ συνέχουσα τὸ σῶμα ᾧ καὶ ἐκτίσθη, πανταχοῦ τοῦ σώματός ἐστιν, οὐχ ὡς ἐν τόπῳ, οὐδ' ὡς περιεχομένη, ἀλλ' ὡς συνέχουσά τε καὶ περιέχουσα, καὶ ζωοποιοῦσα τοῦτο κατ' εἰκόνα καὶ τοῦτ' ἔχουσα Θεοῦ. A

ξβ'. Οὐ κατὰ τοῦτο μόνον μᾶλλον τῶν ἀγγέλων ὁ ἄνθρωπος κατ' εἰκόνα πεποίηται Θεοῦ, ὅτι συνεκτικήν τε καὶ ζωοποιὸν ἔχει δύναμιν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ ἄρχειν. Ἔστι γὰρ ἐν τῇ τῆς καθ' ἡμᾶς ψυχῆς φύσει, τὸ μὲν ἡγεμονικόν τε καὶ ἀρχικόν· τὸ δὲ φύσει δουλεῦόν τε καὶ ὑπήκοον· θέλησις, ὄρεξις, αἴσθησις καὶ ἁπλῶς ὅσα μετὰ τὸν νοῦν, τῷ νῷ συνεκτίσθη παρὰ Θεοῦ, κἂν ἡμεῖς ἐσμεν ἐφ' ὧν φιλαμαρτήμονι γνώμῃ, μὴ τοῦ Θεοῦ καὶ Παντοκράτορος μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ προσόντος ἡμῖν ἐμφύτως αὐτοκράτορος ἀφηνιάζομεν. Ὁ μέντοι Θεὸς διὰ τὸ ἐν ἡμῖν ἀρχικὸν, καὶ τῆς γῆς ἁπάσης παρέσχε τὴν κυριότητα. Ἄγγελοι δὲ συνεζευγμένον σῶμα οὐκ ἔχουσιν, ὡς καὶ ὑπεζευγμένον ἔχειν τῷ νῷ. Τὴν δὲ νοερὰν θέλησιν, οἱ μὲν ἐκπεσόντες διηνεκῶς κέκτηνται πονηράν· οἱ δὲ ἀγαθοὶ, διηνεκῶς ἀγαθὴν, καὶ ἡνιόχου μηδαμῶς δεομένην. Τὸ δ' ἐπίγειον κράτος, ὁ μὲν πονηρὸς οὐκ εἶχεν, ἀλλ' ἥρπασεν· ὅθεν δῆλον ὡς οὐκ ἄρχων ἐκτίσθη τῆς γῆς. Οἱ δὲ ἀγαθοὶ τῶν ἀγγέλων, ἐπισκοπεῖν τὰ κατ' αὐτὴν ὑπὸ τοῦ Παντοκράτορος προσετάχθησαν, μετὰ τὴν ἡμῶν ἔκπτωσιν, καὶ διὰ ταύτην, τὴς ἀξίας, εἰ καὶ μὴ παντελῆ διὰ φιλανθρωπίαν καθαίρεσιν. Τὰ γὰρ ὅρια τῶν ἀγγέλων, ὡς ὁ Μωϋσῆς ἐν τῇ ᾠδῇ φησιν, ἔστησεν ὁ Θεὸς, ὅτε διεμέριζεν ἔθνη· ὁ δὲ διαμερισμὸς οὗτος, μετὰ τὸν Κάϊν καὶ τὸν Σὴθ ἐγεγόνει· τῶν μὲν ἐκ τοῦ Κάϊν καλουμένων ἀνθρώπων, τῶν δὲ ἐκ τοῦ Σὴθ καταγομένων, υἱῶν Θεοῦ κεκλημένων· διαμερίζοντος ἐμοὶ δοκεῖν ἔκτοτε τοῦ ὀνόματος, καὶ προκαταγγέλλοντος τὸ γένος, ἐξ οὗ σάρκα λήψεσθαι ἐμέλλεν ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱός. B C

ξγ'. Εἴποι δ' ἄν τις σὺν πολλοῖς ἑτέροις, καὶ τὸ τριαδικὸν τῆς ἡμετέρας γνώσεως, μᾶλλον ἡμᾶς τῶν ἀγγέλων δεικνύειν κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ· οὐ μόνον ὅτι τριαδικὸν, ἀλλ ὅτι καὶ συμπεριβάλλει γνώσεως ἅπαν εἶδος. Μόνοι γὰρ ἡμεῖς τῶν κτισμάτων ἁπάντων, πρὸς τῷ νοερῷ τε καὶ λογικῷ, καὶ τὸ αἰσθητικὸν ἔχομεν· ὃ τῷ λογικῷ συνημμένον εἶναι πεφυκὸς, τεχνῶν τε καὶ ἐπιστημῶν, καὶ γνώσεων ἐξεῦρε πολυειδέστατον πληθύν· γεωργεῖν τε καὶ οἰκοδομεῖν, καὶ προάγειν ἐκ μὴ ὄντων, εἰ καὶ μὴ ἐκ μηδαμῶς ὄντων (τοῦτο γὰρ Θεοῦ), μόνῳ παρέσχε τῶν ἀνθρώπων. Γίνεται γὰρ σχεδὸν οὐδὲν οὐδὲ φθείρεται τῶν παρὰ Θεοῦ τελουμένων· χιρνώμενον δ' ἄλλο πρὸς ἄλλο τῶν παρ' ἡμῖν, μορφὴν ἑτέραν παρίστησιν· ἔτι τε μὴν, καὶ τὸ τὸν ἀόρατον τοῦ νοῦ λόγον, οὐ μόνον ὑπ' ἀκοῆς αἰσθησιν γίνεσθαι ἀέρα ἐνημμένον, ἀλλὰ καὶ καταγράφεσθαι, καὶ μετὰ σώματος καὶ διὰ σώματος ὁρᾶσθαι, παρέσχε τοῖς ἀνθρώποις μόνοις ὁ Θεός· πρὸς πίστιν ἐνάγων διαρκῆ τῆς τοῦ ἀνωτάτω Λόγου διὰ σαρκὸς ἐπιδημίας τε καὶ ἐμφανείας· ὧν οὐδὲν οὐδαμῶς μέτεστιν ἀγγέλοις. D

Anima tamen continens corpus cui concreata est, ubique corporis est, non velut in loco, nec velut comprehensa, sed ut illud continens, comprehendens, et vivificans : et sic etiam ad imaginem Dei est.

62. Non ideo duntaxat magis quam angelus homo ad Dei imaginem factus est, quia conservatricem et vivificam habet in seipso virtutem, sed etiam quia imperat. Est enim in nostræ animæ natura una pars dominans et imperans ; et altera naturaliter famulans et obediens : voluntas appetitus, sensus et generatim quæcunque infra intellectum intellectui concreata sunt a Deo ; quanquam nos aliquando, peccati amore ducti, non solum Dei omnipotentis, sed et nobis inditi naturaliter ducis habenas detrectamus. Huic tamen insidenti nobis regi Deus universæ terræ tradidit principatum. Angeli vero non habent corpus intellectui conjunctum et subjunctum. Intellectualis porro voluntas in lapsis est semper mala, et in bonis bona semper, nec auriga unquam indigens. Terrestre autem imperium malus quidem non habuit, sed rapuit ; unde patet eum non creatum esse principem terræ. Boni vero angeli terrestribus invigilare jussi sunt, post casum nostrum, et propter istam, non tamen, Deo miserante, universam dignitatis nostræ ruinam. Terminos enim angelorum, ut Moyses in cantico dicit [399], constituit Deus, quando dividebat gentes. Hæc autem divisio post Cain et Seth facta est : nam Cain posteri dicti sunt filii hominum, Seth vero nepotes filii Dei sunt vocati [400] ; quia nomine, ut mihi videtur, jam tunc separatum et prænuntiatum est genus, ex quo carnem assumpturus erat unigenitus Dei Filius.

63. Forsan aliquis diverit cum multis aliis, ipsa quoque nostra cognitione, cum trina sit, ostendi nos magis quam angelos esse ad imaginem Dei, non solum quia trina est, sed et quia comprehendit omne cognitionis genus. Nos enim soli omnium creaturarum, præter intellectum et rationem, habemus etiam sensum : qui intellectui natura conjunctus, artium scientiarumque et cognitionum multiformem invenit multitudinem ; et agros colere, ædificare domos, et res facere quod non sunt, non tamen res facere quæ minime sunt (hoc enim Dei est), solis competit hominibus. Nam fere nihil eorum quæ a Deo fiunt, incipit ac perit, sed commista inter se invicem quæ sunt apud nos, formam præbent aliam. Insuper, invisibile intellectus verbum, non solum auditus sensui aere indutum subjicere, sed scribere etiam et cum corpore ac per corpus videre, solis hominibus concessit Deus, in sufficientem fidem inducens carnalis supremi Verbi adventus et manifestationis. Quorum nihil prorsus angelis inest.

[399] Deut. xxxii, 8. [400] Gen. vi, 2.

64. Verum, licet magis quam angeli ad Dei imaginem etiam nunc simus, ad Dei similitudinem multo minus, et præsertim nunc, sumus quam angeli boni. Namque, ut cætera nunc omittam, perfecta Dei similitudo fit superna Dei illuminatione : qua privatos esse malos angelos, quia sub tenebris sunt, cumulari vero divinos spiritus ea, quæ vocatur secunda lux et primæ lucis effluvium, nescit, ut arbitror, nemo eorum qui accurate percallent inspirata divinitus eloquia. Habent porro in luce hac boni angeli etiam sensibilium cognitionem : neque sensitiva aut naturali facultate hæc percipiunt, sed ea cognoscunt divina virtute, quam nihil ullatenus præsentium, præteritorumve aut futurorum latere potest.

65. Lucis hujus participes, cum eam ad mensuram habeant, huic mensuræ congruam habent scientiam rerum. Illam porro angelis affulgere, et esse increatam, nec tamen esse divinam essentiam, sciunt quicunque in divis apostolis ac theologis scite versantur. Sed dissentientes blasphemant in divinam hanc lucem, eam aut creaturam, aut essentiam Dei esse contendentes. Cum porro eam dicunt creaturam, non concedunt eam esse angelorum lucem. Adsit nunc Areopagita theologus, quasi summatim tua illa dilucidans : « Circulatim, inquit, divi Spiritus moti, uniuntur sine principio et fine illuminationibus pulchri et boni. » Divos spiritus angelos bonos ab eo dici, omnibus liquet, pluraliter vero illuminationes illas proferens, a Dei essentia discrevit : hæc enim una est et omnino indivisa. Eas demum sine principio et fine esse dicens, quid aliud quam increatas nobis ostendit? παντάπασιν ἀδιαίρετος. Ἀνάρχους δὲ καὶ ἀτελευτήτους προσειπὼν, τί ἄλλο ἢ ἀκτίστους εἶναι παρίστησιν ἡμῖν;

66. Divino hoc lumine et splendore exutam per peccatum nostram naturam, postquam deformitatis ejus misertum Dei Verbum per viscera misericordiæ assumpsit, indutam fulgidius in Thabor selectis discipulis ostendit : quales olim fuerimus, et quales in futuro sæculo nos facturus sit, si ipsius pro viribus similes vivere voluerimus, demonstrans, ut ait Joannes Chrysostomus.

67. Illius divini luminis ac splendoris particeps ante peccatum Adam, utpote vere stolam indutus gloriæ, non erat nudus, sed multo pulchrior, supra quam dici possit, iis qui nunc circumfulgent ornatis auro multo et gemmarum nitore diadematibus. Illam divinam illustrationem et gratiam ipse magnus Paulus cœlestem nostram habitationem vocat, dicens : « In hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes; si tamen vestiti, non nudi inveniamur[30-32]. » Illius divinæ illuminationis et indumenti ejus arrham idem Paulus

[30-32] II Cor. v, 2, 3.

A ξδ'. Ἀλλ' εἰ καὶ τὸ κατ' εἰκόνα μᾶλλον ἡμεῖς τῶν ἀγγέλων ἔχομεν καὶ μέχρι νῦν, πρὸς τὸ καθ' ὁμοίωσιν εἶναι τοῦ Θεοῦ, πολλῷ ἐλαττούμεθα, καὶ μάλιστα νῦν, τῶν ἀγαθῶν ἀγγέλων. Ἵνα γὰρ τὰ ἄλλα νῦν ἀφῶ, ἡ τελείωσις τοῦ καθ' ὁμοίωσιν εἶναι τοῦ Θεοῦ, διὰ τῆς ἐκ Θεοῦ θείας ἐλλάμψεως τελεῖται, ἧς ἐστερῆσθαι μὲν τοὺς πονηροὺς ἀγγέλους, διὸ καὶ ὑπὸ ζόφον γεγενῆσθαι· ἐμμορεῖσθαι δὲ τοὺς θείους νόας· διὸ καὶ δεύτερον καλεῖσθαι φῶς, καὶ τοῦ πρώτου φωτὸς ἀπορρροήν, οὐδένα ἂν οἶμαι ἀγνοεῖν, τῶν ἐπιμελῶς καὶ μετὰ συνέσεως ἐντυγχανόντων τοῖς θεοπνεύστοις λογίοις. Ἔχουσι δὲ ἐντεῦθεν οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀγγέλων καὶ τὴν τῶν αἰσθητῶν γνῶσιν· οὐ γὰρ αἰσθητικῇ καὶ φυσικῇ δυνάμει τούτων ἀντιλαμβάνονται, ἀλλὰ θεοειδεῖ δυνάμει γινώσκουσιν αὐτά· ἧς μη-
B δὲν τῶν ὁπωσδήποτε παρόντων ἢ παρῳχηκότων, ἢ μελλόντων ἀποκρύπτεσθαι δύναται.

ξε'. Ταύτης τῆς ἐλλάμψεως οἱ μετέχοντες, μέτρῳ ταύτην ἔχοντες, ἀναλόγως τῷ μέτρῳ, καὶ τὴν γνῶσιν ἔχουσι τῶν ὄντων. Ὅτι δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι μετέχουσιν αὐτῆς, καὶ ὅτι ἄκτιστός ἐστι, καὶ ὡς ἡ θεία οὐσία οὐκ ἔστι, πάντες μὲν ἴσασιν οἱ τοῖς θεοσόφοις ἀποστόλοις καὶ θεολόγοις ἐμμελῶς ἐντυγχάνοντες. Ἐπεὶ δὲ οἱ τὰ ἐναντία φρονοῦντες, βλασφημοῦσιν εἰς τὴν θείαν ταύτην ἔλλαμψιν, ἢ κτίσμα ταύτην, ἢ οὐσίαν εἶναι τοῦ Θεοῦ διατεινόμενοι· καὶ ἡνίκα ἂν κτίσμα λέγουσιν αὐτὴν, οὐ συγχωροῦσιν εἶναι τῶν
C ἀγγέλων ταύτην φῶς· παρίτω νῦν ὁ ἐξ Ἀρείου πάγου θεοφάντωρ, ὡς ἐν βραχεῖ καὶ τὰ τρία ταυτὶ διασαφῶν. Κυκλικῶς γὰρ, φησὶν, οἱ θεῖοι κινούμενοι νόες, ἑνοῦνται ταῖς ἀνάρχοις καὶ ἀτελευτήτοις ἐλλάμψεσι τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ. Ὅτι μὲν οὖν θείους νόας τοὺς ἀγαθοὺς ἀγγέλους φησὶ, τοῖς πᾶσι δῆλον· πληθυντικῶς δὲ ταύτας τὰς ἐλλάμψεις προσενεγκὼν, τῆς τοῦ Θεοῦ διέστειλεν οὐσίας· μία γὰρ ἐκείνη καὶ

ξς'. Ταύτης τῆς θείας ἐλλάμψεώς τε καὶ λαμπρότητος, γεγυμνωμένην τὴν ἡμῶν φύσιν ἐκ παραβάσεως, τῆς ἀσχημοσύνης ἐλεήσας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ διὰ σπλάγχνα ἐλέους ἀναλαβόμενος, ἐνδεδυμένην ἐπιφανέστερον ἐπὶ τοῦ Θαβωρίου, τῶν μαθητῶν τοῖς ἐγκρίτοις πάλιν ὑπέδειξε, τίποτε ἦμεν ἦν ὅτε· καὶ τίνες ἐπὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἐσόμεθα δι' αὐτοῦ, εἰ
D κατ' αὐτὸν ὡς δυνατὸν ἐνταῦθα ζῆσαι προελοίμεθα παριστάς· ὡς καὶ ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν Ἰωάννης φησίν.

πς'. Ῥῶσιν τελείαν ψυχῆς οὐ χαρίζεται τῶν ἀρετῶν ἐξ ἰδίας σπουδῆς τὰ ἐπιτηδεύματα, εἰ μὴ αὗται οὐσιωδῶς ἐν τῇ ἕξει διὰ τῆς χάριτος παραγένωνται. Ἑκάστη γὰρ ἔχει χάρισμα ἴδιον, ἐνέργειαν καθ' αὑτὴν, ὥστε δύνασθαι καὶ μὴ βουλομένους ἕλκειν τοὺς μετόχους αὐτῆς πρὸς ἑαυτὴν τῇ ἕξει καὶ φύσει τοῦ ἀγαθοῦ. Καὶ ὅτε ἡμῖν δοθῇ, ἀναλλοίωτον καὶ ἄτρεπτον ἔκτοτε συντηρεῖται. Ζῶσαν γὰρ ὥσπερ ψυχὴν ἐν ἰδίοις μέλεσιν ἔχουσι, τοῦ ἐνεργεῖν αὐτὰς, τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος. Διὸ καὶ νεκρὸς ἅπας ὁ τῶν ἀρετῶν ὅμιλος χωρὶς αὐτῆς πέφυκε· καὶ τοῖς δοκοῦσι τελείως ἔχειν ἢ κατορθοῦσιν αὐτὰς, καὶ αὗται ἑαυτῷ μόναι, σκιαὶ καὶ τύποι τοῦ καλοῦ, καὶ οὐκ ἀληθείας ἐνδάλματα.

πζ'. Εἰσὶν οὖν τέσσαρες μὲν αἱ καθολικαὶ ἀρεταὶ, ἀνδρεία, φρόνησις, σωφροσύνη, καὶ δικαιοσύνη· ὀκτὼ δὲ, αἱ καθ' ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν αὐτῶν ἐγγὺς παρεπόμεναι· κακίαι μὲν παρ' ἡμῖν, ἀρεταὶ δὲ παρὰ τοῖς ἐν κόσμῳ, καὶ λεγόμεναι, καὶ νοούμεναι. Καὶ τῆς μὲν ἀνδρείας, θρασύτης καὶ δειλία· τῆς φρονήσεως δὲ, πονηρία καὶ ἄγνοια· τῆς σωφροσύνης δὲ, ἀκολασία καὶ ἠλιθιότης· τῆς δὲ δικαιοσύνης, πλεονεξία καὶ ἀδικία, εἴτ' οὖν μειονεξία. Μέσαι γάρ εἰσιν ἀρεταὶ, οὐ μόνον αἱ καθολικαὶ, καὶ φυσικαὶ, καὶ πάσης ἐλλείψεως καὶ ὑπερβολῆς ἀνώτεραι, ἀλλὰ καὶ αἱ πρακτικαί. Καὶ αἱ μὲν τὴν προαίρεσιν, τῇ τῆς γνώμης εὐθύτητι· αἱ δὲ, τὴν τροπὴν καὶ τὴν ῥῆσιν συνεργὸν κέκτηνται. Περὶ γὰρ αὐτῶν ὅτι μέσαι εἰσὶν ἀρεταὶ τῆς εὐθύτητος, μάρτυς ἡ παροιμία οὕτωσι φάσκουσα· « Καὶ κατορθώσεις πάντας ἄξονας ἀγαθούς. » Πᾶσαι οὖν ἐν ταῖς τρισὶ δυνάμεσι τῆς ψυχῆς συνιστάμεναι, ἐν αἷς τίκτονται καὶ οἰκοδομοῦνται, ὡς θεμέλιον τὰς τέσσαρας γενικὰς

A non dixit : In jejunio vestro, aut in vigiliis vestris. Patientiam autem dico quæ est secundum Deum, quæ regina est virtutum, bonorumque operum fundamentum. Hæc est enim in bello pax, hæc in tempestate serenitas, hæc possidentibus ipsam inconcussa sedes, quam si quis in Christo Jesu adeptus est, non illi arma et tela, non militum impetus, non ipsa dæmonum acies, non tenebrosæ hostium catervæ nocere possunt.

85. Invicem quamvis se generent virtutes, ex tribus tamen animæ viribus originem ducunt exceptis theologicis. Nam quatuor virtutes cardinales, quæ naturales sunt ac divinæ, et ex quibus et in quibus cæteræ consistunt, scilicet prudentia, B fortitudo, temperantia et justitia, causam et originem habent divinam divinarum rerum sapientiam a Spiritu in mente quadrupliciter motam. Quæ non omnes simul illas producit, sed seorsum singulas in tempore opportuno prout vult : et aliam quidem ut lucem, aliam ut robur acerrimum perpetuumque impulsum, aliam ut vim sanctificantem et purgantem, aliam denique ut rorem puritatis lætificum et vitiorum flammas refrigerantem; et singulas singulis perfectionibus perfectiones et operationes congruas largitur, ut dictum est.

86. Bonorum perfectam firmitatem non dant animæ proprii sui conatus, nisi illa ad substantiæ habitum gratia pervenerint. Quippe quæ proprium C unaquæque habet charisma peculiaremque operationem, qua possit etiam invictos sui compotes attrahere ad seipsam habitu et natura boni. Et cum nobis data est, firmiter et immutabiliter conservatur. Est enim virtutibus quasi anima vivens propria earum membra vivificans gratia spiritus. Quare sine hac tota virtutum cohors est mortua, et in iis qui videntur eas habere ac possidere, nihil est nisi sola umbra et imago boni, non autem ipsa res quam effingit.

87. Ut sunt quatuor virtutes cardinales, fortitudo, prudentia, temperantia, justitia, octo sunt illas per defectum aut excessum proxime consequentia, quæ a nobis mala, a sæcularibus vero bona dicuntur et æstimantur. Et quidem fortitudinem sequuntur audacia et timor; prudentiam, astutia et ignorantia; temperantiam, incontinentia et stupiditas; justitiam, avaritia et injustitia, quatenus est defectus. Nam virtutes, non solum cardinales et naturales, sed et practicæ, in medio stant, supra omnem defectum et excessum. Et aliæ quidem cum animi rectitudine cooperatricem habent voluntatem, aliæ vero inclinationem et superbiam. Atque virtutes in medio rectitudinis stare testatur Proverbium dicens : « Et diriges omnes bonas semitas. » Omnes igitur in tribus animæ potentiis stabilitæ, generatæ et ædificatæ ut fundamentum suæ constructionis habent quatuor cardinales,

vel potius Christum; ita ut naturales practicis purificentur, divinæ autem et supernaturales benignitate Spiritus infundantur.

88. Sunt aliæ virtutum practicæ, aliæ morales, aliæ theologicæ et a Spiritu infusæ. Et practicæ profluunt a voluntate, morales a constitutione, theologicæ a gratia.

89. Item virtutes ac vitia generat anima nostra; sed illas secundum naturam, hæc contra naturam, parere solet. Causam enim et originem boni aut mali habet anima determinationem voluntatis, quæ est velut acus linearum index aut libræ scopus: quocunque vertatur, hoc assumit cooperatorem, et agit: subjectum enim est utriusque modi operationibus, quia has et illas penes seipsum possidet, alias libera voluntatis determinatione.

90. Nuncupat virgines Scriptura virtutes, quia velut connubio cum anima conjunguntur, et quasi unus cum ea spiritus et una caro considerantur. Nam charitatis symbolum est pulchritudo puellæ, et signum castitatis ac puritatis, sacrarum virginum decor. Solet enim gratia res divinas transmutare in id ad quod factæ sunt, et ad affinia certe, qua fieri potest, conformare.

91. Sicut octo sunt vitiorum duces, tres quidem primarii, nempe luxuriæ, cupiditatis et vanæ gloriæ principes, quinque vero secundarii, nempe duces fornicationis, iracundiæ, mœroris, acediæ et superbiæ: ita oppositæ illis sunt, primo tres virtutes, temperantiæ, paupertatis et humilitatis, ac deinde subjectæ his castitas, mansuetudo, gaudium, sui contemptus, et tota virtutum series. At vim, robur et odorem cujusque virtutis aut vitii ediscere ac cognoscere, non est cujuslibet volentis, sed ejus qui agit et patitur verbo et a Spiritu accepit dona scientiæ et intellectus.

92. Una virtus agit, alia agitur. Aliæ enim agunt in nobis, astantes quando oportet et cum, quantum et quomodo volunt; alias vero agimus pro nutu et morali habitu nobis proprio. Porro illæ sunt substantiales, nos vero velut charactere morali signati: siquidem figura tantum est omnium operum nostrorum modus cum illis archetypis comparatus, quia paucissimis substantialiter communicantur spiritualia ante incorruptibilem futuræ vitæ possessionem. Labores enim nunc et effigies, non proprie virtutes agimus et accipimus.

93. Paulo teste [10], sanctificat Evangelium qui participat et aliis operatione communicat lumen

[10] Rom. xv, 16.

ἔχουσι, μᾶλλον δὲ Χριστὸν, τῆς ἑαυτῶν οἰκοδομῆς· ἵνα αἱ μὲν φυσικαὶ, διὰ τῶν πρακτικῶν καθαίρωνται· αἱ δὲ θεῖαι καὶ ὑπὲρ φύσιν, δίδωνται ἐν τῇ χρηστότητι τοῦ Πνεύματος.

πη'. Τῶν ἀρετῶν αἱ μέν εἰσι πρακτικαὶ, αἱ δὲ φυσικαὶ, αἱ δὲ θεῖαι καὶ τοῦ Πνεύματος. Καὶ αἱ μὲν πρακτικαὶ, τῆς προαιρέσεως· αἱ δὲ φυσικαὶ, τῆς διαπλάσεως· αἱ δὲ θεῖαι, τῆς χάριτος.

πθ'. Ὥσπερ τὴν τῶν ἀρετῶν γένεσιν ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἔχει, οὕτω καὶ τὴν τῶν παθῶν· ἀλλὰ τὰς μὲν κατὰ φύσιν, τὰ δὲ παρὰ φύσιν τίκτειν εἴωθεν. Αἰτίαν γὰρ πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ ἢ κακοῦ γένεσιν ἡ ψυχὴ τὴν ῥοπὴν τῆς θελήσεως κέκτηται, ὥσπερ τι κέντρον πρὸς γραμμὰς, ἢ ζυγοῦ τὸ ἀνθέμιον· ὅποι δ' ἂν τρέψῃ, τοῦτο συνεργὸν λαμβάνει, καὶ ἐνεργεῖ· ὑποκείμενον γάρ ἐστιν ἀμφοῖν πρὸς ταῖς ὑσὶν ἐνεργείαις ἡ πρόθεσις, ἐπειδὴ καὶ ταύτας κἀκείνας ἐν ἑαυτῷ περιφέρει· τὴν μὲν, τῇ γενέσει· τὴν δὲ, τῇ αὐθαιρέτῳ ῥοπῇ τοῦ θελήματος.

ℓ'. Νεάνιδας ἡ Γραφὴ καλεῖ τὰς ἀρετὰς, διὰ τὴν συγκρα[τη]τικὴν αὐτῶν πρὸς τὴν ψυχὴν συνάφειαν γινομένην, καὶ εἰς ἓν πνεῦμα καὶ σῶμα μετ' αὐτῆς θεωρουμένων. Ἀγάπης γὰρ σύμβολον τὸ τῆς νεάνιδος εἶδος, καὶ ἁγνείας, καὶ ἁγνισμοῦ τεκμήριον τὸ σχῆμα τῶν ἱερῶν τούτων παρθένων. Ἔθος γὰρ τὰ θεῖα μετασχηματίζειν ἡ χάρις πρὸς ὃ πεποίωνται, καὶ πρὸς τὸ συγγενὲς ἁπλανῶς ἐν τοῖς δυναμένοις εἰδοποιεῖν πέφυκεν.

ℓα'. Εἰσὶν οὖν ὥσπερ ὀκτὼ οἱ προστάται τῶν παθῶν, τρεῖς μὲν οἱ μεγάλοι· ὁ τῆς γαστριμαργίας, ὁ τῆς φιλαργυρίας, καὶ κενοδοξίας· πέντε δὲ οἱ τούτοις ἀκόλουθοι· ὁ τῆς πορνείας, καὶ ὀργῆς, καὶ λύπης, καὶ ἀκηδίας, καὶ ὑπερηφανίας· οὕτω; εἰσὶ καὶ αἱ ἀντικείμεναι τούτων περιεκτικαὶ τρεῖς ἀρεταί· ἀκτημοσύνη, ἐγκράτεια, καὶ ταπείνωσις· μεθ' ὧν καὶ αἱ τούτοις ἑπόμεναι· ἁγνεία, καὶ πραότης, χαρὰ, καὶ ἀνδρεία, καὶ ἐξουδένωσις· καὶ ἅπας ὁ τῶν ἀρετῶν ὁπαδὸς [*lege* ὁρμαθός]. Δυνάμεως δὲ, καὶ ἐνεργείας, καὶ ὀσμῆς ἰδίας ἑκάστης ἀρετῆς ἢ κακίας μαθεῖν καὶ γνῶναι, οὐ τοῦ βουλομένου παντός ἐστιν, ἀλλὰ τοῦ ποιοῦντος καὶ πάσχοντος ἔργῳ καὶ λόγῳ, καὶ ἐκ τοῦ Πνεύματος τὰ χαρίσματα τῆς ἐπιστήμης λαβόντος καὶ τῆς διακρίσεως.

ℓβ'. Τῶν ἀρετῶν αἱ μὲν ἐνεργοῦσιν, αἱ δὲ ἐνεργοῦνται. Καὶ ἐνεργοῦσι μὲν αὗται ἐν ἡμῖν, ἐπιδημοῦσαι ὅτε δεῖ, καὶ ἡνίκα, καὶ ὅσον βούλονται, καὶ καθώς· ἐνεργούμεν δὲ ταύτας ἡμεῖς, κατὰ τὴν προαίρεσιν, καὶ τὴν ἠθικὴν ἕξιν τῆς ἡμῶν ἐπιτηδειότητος· ἀλλ' ἐκεῖναι μὲν οὐσιωδῶς, ἡμεῖς δὲ τυπικῶς πρὸς ἦθος τυπούμενοι· εἴπερ τύπος ἐστὶν ὁ πασῶν τῶν ἡμετέρων ἐργασιῶν τρόπος πρὸς τὰ ἐκεῖθεν ἀρχέτυπα. Ἐπειδὴ ὀλίγοις λίαν οὐσιωδῶς τὰ νοητὰ μετέχονται πρὸ τῆς μελλούσης ἀφθάρτου ἀπολαύσεως. Τοὺς κόπους γὰρ ἐντεῦθεν καὶ τοὺς τύπους, οὐ τὰς ἀρετὰς κυρίως ἐνεργοῦμεν καὶ ἀπολαμβάνομεν.

ℓγ'. Ἱερουργεῖ τὸ Εὐαγγέλιον, κατὰ Παῦλον, ὁ μεταλαμβάνων καὶ μεταδιδόναι δυνάμενος ἐνεργείᾳ

καὶ ἑτέροις τὸν φωτισμὸν τοῦ Χριστοῦ. Ὥσπερ τινὰ σπόρον θεῖον τὸν λόγον ἐν ταῖς ψυχικαῖς τῶν ἀκουόντων ἀρούραις αὐτὸν ἐνίησιν. « Ὁ λόγος ὑμῶν, φησὶν, ἔστω ἐν χάριτι ἡρτυμένος θείας χρηστότητος, ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἐν πίστει ἀκούουσι. » Γεωργοὺς δὲ πάλιν, καὶ γεώργιον, τοὺς διδασκάλους, καὶ διδασκομένους εἰπὼν, ἐμφαίνει μάλα σοφῶς, τοὺς μὲν ὡς ἀροτῆρας καὶ σπορεῖς τοῦ θείου λόγου, τοὺς δὲ ὡς τῶν ἀρετῶν γῆν πίαν, καρποφόρον, καὶ εὔσταχυν. Ἱερουργία γὰρ κυρίως ἀληθινὴ, οὐ μόνον ἡ τῶν θείων ἐνέργεια, ἀλλὰ καὶ ἡ μετουσία τῶν ἀγαθῶν καὶ μετάδοσις. A

ιδ'. Διάφορός ἐστιν ὁ διὰ προφορᾶς πρὸς διδαχὴν προερχόμενος λόγος, καὶ διαφόρως ἐκ πολλῶν τρόπων συνάγεται ἐκ τεσσάρων εἰδῶν· ὁ μὲν ἐκ μαθήσεως, ὁ δὲ ἐκ τῆς ἀναγνώσεως· ἄλλος ἐκ πράξεως, καὶ ἕτερος ἐκ τῆς χάριτος. Ὥσπερ δὲ τὸ ὕδωρ ἓν ἐστι τῇ φύσει, μεταποιεῖται δὲ καὶ μεταβάλλεται, κατὰ τὴν ὑποκειμένην διάφορον τοῦ χοὸς ὕλην, εἰς οἰκείαν ποιότητα, ὡς τῇ γεύσει νοούμενον εἶναι τὸ μὲν πικρὸν, τὸ δὲ γλυκὺ, καὶ ἄλλο ἁλμυρὸν καὶ ὀζῶδες [ἴσ. ὀξῶδες;]· οὕτω κατὰ τὴν ἠθικὴν ἕξιν ἑκάστου προερχόμενος ὁ λόγος καὶ ἀλλοιούμενος, ἐνεργείᾳ γινώσκεται καὶ τὴν ὠφέλειαν δίδωσιν. B

ιε'. Ἐπειδὴ δὲ ὁ λόγος εἰς ἀπόλαυσιν δέδοται πάσης λογικῆς φύσεως, ὥσπερ ἐδέσματά τινα πολλὰ διάφορα, τὴν ἡδονὴν αὐτῶν διαφόρως ἡ ψυχὴ ἀπολαμβάνουσα αἰσθάνεται. Ἔχει γὰρ τὸν ἐπιστημονικὸν λόγον, ὡς παιδαγωγὸν πρὸς ἦθος τυποῦντα αὐτήν· τὸν δὲ τῆς ἀναγνώσεως, ὡς ὕδωρ ἀναπαύσεως ἐκτρέφοντα· τὸν δὲ τῆς πράξεως, ὡς τόπον χλόης πιαίνοντα· τὸν δὲ τῆς χάριτος, ὡς ποτήριον μεθύσκοντα αὐτὴν καὶ εὐφραίνοντα· τὴν δὲ ἄῤῥητον αὐτῆς ἀγαλλίασιν, ὡς ἔλαιον πρόσωπον ἱλαρύνουσαν, καὶ φαιδρὰν ἐργαζομένην. C

ις'. Κυρίως οὐ μόνον ἐν αὐτῇ ὡς ζωὴν ἡ ψυχὴ ταῦτα κέκτηται, ἀλλ' ὅτε καὶ παρ' ἄλλοις ἀκούει ταῦτα πρὸς διδαχὴν αἰσθάνεται· ὁπηνίκα προηγῆται ἀμφοτέρων ἀγάπη καὶ πίστις· καὶ ὁ μὲν πίστει ἀκούων, ὁ δὲ ἀγάπῃ παιδεύων, ἄνευ τύφου καὶ δόξης τοὺς λόγους τῶν ἀρετῶν ποιούμενος. Τὸν μὲν γὰρ ἐκ μαθήσεως λόγον ὡς παιδαγωγὸν δέχεται· τὸν δὲ τῆς ἀναγνώσεως, ὡς τροφόν· τὸν δὲ τῆς πράξεως, ὡς ἐνδιάθετον, ὡς νυμφοστόλον ἡδύτατον· τὸν δὲ τοῦ Πνεύματος φωτιστικὸν, ὡς νυμφίον λόγον ἑνωτικὸν αὐτῆς, τὸν εὐφραίνοντα. Πᾶν γὰρ ῥῆμα ἐκπορευόμενον διὰ στόματος, Θεοῦ ἐστιν, οἱ διὰ τοῦ Πνεύματος ἐκ στόματος τῶν ἁγίων προελθόντες λόγοι, ἡ δι' ἐνέργειαν γλυκυτάτη τοῦ Πνεύματος ἐπίπνοια, ἣν τρυφῶσιν οὐ πάντες, ἀλλὰ μόνοι οἱ ἄξιοι. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τρυφὴν ἔχουσι τὸν λόγον οἱ λογικοὶ, ἐνταῦθα μὲν οἱ τῶν τοῦ Πνεύματος ἐναργῶς εὐφραινόμενοι, ὀλίγοι λίαν εἰσὶν· τοὺς τύπους δὲ μόνον οἱ πολλοὶ τῶν πνευματικῶν λόγων διὰ τῆς μνήμης καὶ γινώσκουσι καὶ μετέχουσι, τὸν ἄρτον οὔπω τὸν ἀληθινὸν τοῦ μέλλοντος ἐν αἰσθήσει Θεοῦ λόγον μετασχόντες. Μόνος γὰρ αὐτὸς ἱκανῶς ἡδονῆς πρόκειται εἰς πᾶσαν τοῖς ἀξίοις ἱκανῶς ἡδονῆς· μήτε ἐσθιόμενος, μήτε δαπανώμενος, ἢ θυόμενος πώποτε. D

Christi. Nam sermonem divini instar seminis in audientium animos velut in agrum immittit: « Sermo vester, dicitur, sit in gratia conditus divinæ bonitatis, ut det gratiam audientibus in fide. » Agricolas alibi et agriculturam vocans Apostolus magistros et discipulos, manifeste ostendit alios quidem esse ut cultores et satores divini verbi, alios vero quasi agrum pinguem, frugiferum et segete uberem. Nam vere et proprie sanctificatio est, non modo rerum divinarum operatio, sed etiam bonorum participatio et communicatio.

94. Est varius sermo ad doctrinam ore prolatus, et varie ex quadruplicis speciei fontibus emanat, scilicet alius ex scientia, alius ex lectione, alius ex actibus, alius ex gratia. Quemadmodum autem aqua una est natura, discriminatur vero ac transmutatur, pro diverso humi subjacentis ingenio, in peculiarem qualitatem, ita ut gustu æstimetur, hæc amara, illa dulcis, alia salsa et acida; sic ad uniuscujusque indolem accommodatus et conversus sermo, opere dignoscitur et utilitatem affert.

95. Rationalis cujuslibet naturæ ad utilitatem cum datus sit sermo, ex eo velut ex multis dapibus variis variam anima percipit ac gustat suavitatem. Habet enim scientiæ sermonem ut magistrum mores suos informantem; et lectionis, ut aquam reficientem et nutrientem; et actionis, ut pratum herba pingue; et gratiæ, ut potum qua ipsa inebriatur et lætificatur, et ineffabilem ejus exsultationem, ut oleum, faciem hilarans et nitidam faciens.

96. Deinde, hæc non solum in seipsa ut vitam anima possidet, sed etiam aliquando ab aliis docentibus audiens ediscit, cum ducit utrumque fides et charitas; unus nempe in fide audit, alter vero in charitate docet, sine fastu aut jactantia de virtutibus sermocinans. Tunc enim anima sermonem scientiæ ut magistrum accipit; et lectionis, ut cibum; et sermonem opere, non ore expressum, ut gratissimum paranymphum; et illuminativum spiritus sermonem, ut lætifica verba sponsam sponso unientia. Nam sermones ex ore Dei procedentes sunt omnia verba per Spiritum ex ore sanctorum prolata, et opera dulcissimo Spiritus afflata instinctu, quo non omnes, sed digni tantum fruuntur. Cum autem sermone fruantur quicunque rationales, nunc pancissimi sunt quos Spiritus reipsa lætificat, sed plurimi species duntaxat spiritualium sermonum memoria cognoscunt et participant, nondum cibati vero pane divini verbi quem in futuro gustabunt, et qui solus illic proponitur ad lætificandos omnes dignos, nec unquam comeditur, nec absorbetur aut consumitur.

97. Est impossibile sine sensu spirituali rerum divinarum delicias sentire. Ut enim, qui sensus hebetavit, eos fecit sentiendi incapaces, neque videt, neque audit, neque odoratur, utpote iners vel potius semimortuus, ita et qui naturales animæ vires passionibus enecat, eas facit sensus et operationis exspertes et mysteriorum Spiritus incapaces. Nam qui spiritualiter nec videt, nec audit nec olfacit, mortuus est, quia non vivit in illo Christus, nec ipse in eo movetur et agit.

αὐτῷ ὁ Χριστὸς, μήτε αὐτὸς ἐν αὐτῷ κινούμενός τε

98. Quemdam similem eumdemque, ut non aiicam unum, operandi modum habent sensus et animæ vires, præsertim cum sane se habent. Per illos enim hæ vivunt et agunt, et utrisque vitalis commiscetur spiritus. Siquidem infirmatur vere homo, cum matre vitiorum debilitate ægrotat, in ignaviæ valetudinario semper jacens. Et sensus quidem sensibilia, animæ vero potentiæ spiritualia clare percipiunt, præcipue quando nullus est in eis Satanæ impetus legi mentis et spiritus repugnans. Postquam autem istæ in unum per Spiritum conjunctæ sunt et coadunatæ, tunc divinarum humanarumque rerum immediate et substantialiter naturam cognoscunt, earumque rationes penitus perspiciunt, et unicam universorum causam Trinitatem, quam purissime fieri potest, contemplantur.

99. Primum quidem debet monachus fundamentum habere in quo ædificium operationis construat, quinque has virtutes, scilicet silentium, temperantiam, vigiliam, humilitatem et perseverantiam. Opera autem quibus Deum colit, tria sunt : psalmodia, oratio et lectio, et insuper manuum labor, si sit infirmus. Nam prædictæ virtutes, non solum alias continent, sed se invicem sustinent. Et debet quidem a diluculo Deum meditari oratione et cordis recollectione; jugiter orare prima hora; secunda, legere; tertia, psallere; quarta, orare; quinta, legere; sexta, psallere; septima, orare; octava, legere; nona, psallere; decima, comedere; undecima, cubare, si opus sit; duodecima, psallere vespertinum officium. Et sic optime diei curriculum emensus, Deo placet.

100. In omnibus, apis instar, utilissimas legere oportet virtutes, et sic paululum e cunctis colligendo, ingentem facere bonorum operum congeriem, ex quibus mel sapientiæ demulgetur ad animarum exsultationem.

101. Et noctis spatium facile, si vis, percurrere disce. Tres modi sunt noctu vigilandi, nempe pro incipientibus, mediis et perfectis. Et primus quidem hic est ; dimidiam noctem dormire, et dimidiam vigilare, sive a vespere ad mediam noctem, sive a media nocte ad diluculum. Secundus modus hic est : vigilare a vespera horam unam aut duas, deinde dormire quatuor horas, et iterum vigilare usque ad mane, psallendo et orando sex horas usque ad diluculum; deinde psallere prima diei hora

ιζ'. Ἄνευ αἰσθήσεως νοερᾶς τῶν θείων ἐν αἰσθήσει τὴν ἡδονὴν ἀδύνατον γεύσασθαι. Ὥσπερ γὰρ ὁ τὰς αἰσθήσεις ἀμβλύνας, ἀνενεργήτους αὐτὰς ἐποίησε πρὸς τὰ αἰσθητὰ, καὶ οὔτε ὁρᾷ, οὔτε ἀκούει, οὔτε ὀσφραίνεται, πάρετος ὤν, μᾶλλον δὲ ἡμιθανής· οὕτω καὶ ὁ τὰς ψυχικὰς κατὰ φύσιν δυνάμεις νεκρώσας διὰ τῶν παθῶν, ἀναισθήτους πρὸς ἐνέργειαν καὶ μετοχὴν τῶν μυστηρίων τοῦ Πνεύματος ἐποίησεν. Ὁ γὰρ μὴ ὁρῶν, καὶ ἀκούων, καὶ αἰσθανόμενος πνευματικῶς, νεκρός ἐστι· μὴ ζῶν γάρ ἐστιν ἐν καὶ ἐνεργούμενος.

ιη'. Ἴσην καὶ τὴν αὐτὴν, ἵνα μὴ λέγω, καὶ μίαν, ἔχουσι τὴν ἐνέργειαν αἱ αἰσθήσεις πρὸς τὰς ψυχικὰς δυνάμεις, καὶ μάλιστα ὅτε ὑγιῶς ἔχουσι. Δι' ἐκείνων γὰρ αὗται καὶ ζῶσι, καὶ ἐνεργοῦσι, καὶ ἀμφοτέροις τὸ ζωτικὸν συγκέκραται Πνεῦμα. Ἀῤῥωστεῖ γὰρ κυρίως ὁ ἄνθρωπος, ὅτε τὴν γενικὴν τῶν παθῶν ἀσθένειαν ἐπιφέρει, ἐν τῷ νοσοκομείῳ τῆς ῥᾳθυμίας ἀεὶ κατακείμενος. Αἱ μὲν γὰρ αἰσθήσεις τὰ αἰσθητὰ, αἱ δὲ τὰ νοητὰ τρανῶς ἐποπτεύουσιν· ὅτε μάλιστα οὐκ ἔστι μάχη τις σατανικὴ ἐν αὐταῖς, τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς καὶ τοῦ πνεύματος ἀντιτασσομένη. Ἡνίκα δὲ εἰς ἓν συναφθῶσι διὰ τοῦ Πνεύματος ἑνοειδεῖς γενόμεναι, τηνικαῦτα τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀμέσως καὶ οὐσιωδῶς, ὡς ἔχουσι φύσεως γινώσκουσι, καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν τρανῶς θεωροῦσι, καὶ τὴν μίαν αἰτίαν τῶν ὅλων Τριάδα, ὡς δυνατὸν, καθαρῶς ἐποπτεύουσι.

ιθ'. Πρῶτον μὲν ὀφείλει ὁ ἡσυχάζων ὡς θεμέλιον ἔχειν τὰς πέντε ἀρετὰς ταύτας, ἐν ᾧ καὶ ἐργασίας οἰκοδομήν· ἤγουν, σιωπὴν, ἐγκράτειαν, ἀγρυπνίαν, ταπείνωσιν, καὶ ὑπομονήν· ἐργασίας δὲ θεαρίστους τρεῖς· ψαλμῳδίαν, προσευχὴν, καὶ ἀνάγνωσιν, καὶ ἐργόχειρον, ἐὰν ἔστιν ἀσθενής. Αἱ γὰρ προειρημέναι ἀρεταὶ οὐ μόνον εἰσὶ πασῶν περιεκτικαὶ, ἀλλὰ καὶ συστατικαὶ ἀλλήλων· καὶ ἀπὸ πρωΐας σχολάζειν ἐπὶ τῇ μνήμῃ τοῦ Θεοῦ διὰ προσευχῆς καὶ καρδιακῆς ἡσυχίας, ἐπιμόνως εὔχεσθαι, ὥραν πρώτην· εἶτα δευτέραν, ἀναγινώσκειν· τρίτην, ψάλλειν· τετάρτην, εὔχεσθαι· πέμπτην, ἀναγινώσκειν· ἕκτην, ψάλλειν· ἑβδόμην, εὔχεσθαι· ὀγδόην, ἀναγινώσκειν· ἐννάτην, ψάλλειν· δεκάτην, ἐσθίειν· ἑνδεκάτην, κοιμᾶσθαι, εἰ χρείαν ἔχει· δωδεκάτην, ψάλλειν τὰ ἑσπερινά. Καὶ οὕτω καλῶς τὸ στάδιον τῆς ἡμέρας διερχόμενος, ἀρέσκει Θεῷ.

ρ'. Ἐκ πάντων χρὴ ὡς μέλισσαν τῶν ἀρετῶν συλλέγειν τὰ χρησιμώτατα, καὶ οὕτω μεταλαμβάνοντα ἐκ πάντων μικρὸν, ποιεῖν μεγάλην τῆς ἐργασίας τῶν ἀρετῶν σύνθεσιν· ἐξ ὧν τὸ μέλι τῆς σοφίας πορίζεται πρὸς εὐφροσύνην ψυχῶν.

ρα'. Ῥᾴον δὲ εἰ βούλει καὶ τὸ τῆς νυκτὸς διάστημα διελθεῖν, ἄκουσον· Τρεῖς πολιτείας ἔχει ἡ ἀγρυπνία τῆς νυκτός· ἀρχαρίων, μέσων, καὶ τελείων. Καὶ ἡ μὲν πρώτη πολιτεία ἐστὶν αὕτη· τὸ ἥμισυ τῆς νυκτὸς κοιμᾶσθαι, καὶ τὸ ἥμισυ ἀγρυπνεῖν· καὶ ἢ ἀφ' ἑσπέρας ἕως μέσης νυκτὸς, ἢ ἀπὸ μέσης νυκτὸς ἕως πρωΐ. Ἡ δὲ δευτέρα πολιτεία ἐστὶν αὕτη· ἀγρυπνεῖν ἀφ' ἑσπέρας ὥραν μίαν ἢ δύο, εἶτα κοιμᾶσθαι ὥρας τέσσαρας· ἐγείρεσθαι δὲ εἰς τὸν ὄρθρον, ψάλλοντα καὶ προσευχόμενον,

ὥρας ἓξ ἕως πρω. · εἶτα ψάλλειν τὴν πρώτην ὥραν καὶ καθέζεσθαι ἡσυχάζοντα, ὡς προείρηται · καὶ ἢ τοὺς ὅρους τῶν ἐργασιῶν φυλάττειν διὰ τῶν ὡρῶν, ἢ τὴν συνέχειαν δηλαδὴ τῆς προσευχῆς ἀδιάστατον τηρεῖν, δι' ἧς ἡ ἕξις τὸν πολιτευόμενον. Ἡ δὲ τρίτη πολιτεία, πανν ὑχιον ἔχει τὴν στάσιν καὶ τὴν ἐγρήγορσιν.

A et in silentio sedere, ut supra dictum est, et vel opera horis regulare, vel permanere jugiter in oratione continua, pro monachi facultate. Tertius denique modus est totam noctem ducere insomnem.

ρβ'. Ἰδοὺ γὰρ καὶ περὶ βρώσεώς φαμεν, ὅτι λίτρα ἄρτου ἀρκεῖ παντὶ τῷ ἀγωνιζομένῳ πρὸς ἡσυχίαν, καὶ οἴνου μὲν δύω βαυκάλια ἀκράτου πίνειν, ὕδατος δὲ τρία · καὶ ἀπὸ τῶν εὑρισκομένων σιτίων τρέφεσθαι, οὐχ ὅσα ζητεῖ ἡ φύσις ἐπιθυμητικῶς, ἀλλ' ὅσα ἡ πρόνοια οἰκονομεῖ, χρᾶσθαι ἐγκρατῶς. Ἄριστος [ἴσ. ἀρίστη] οὖν καὶ σύντομος εἴδησις περὶ τῶν ἀκριβῶς πολιτεύεσθαι βουλομένων, τὰς τρεῖς τῶν ἀρετῶν περιεκτικὰς ἐργασίας τηρεῖν, νηστείαν φημὶ, ἀγρυπνίαν, καὶ προσευχὴν, τὸ ἔρεισμα πάντων βεβαιούσας κραταιότατα.

102. Talia de alimentis statuimus. Una panis libra satis est cuilibet ad quietudinem tendenti; bibat vero duo vini meri pocula, et aquæ tria. Cibis occurrentibus alatur, nec iis quos natura cupide appetit, sed quos offert Providentia, utatur. His igitur qui perfecte vivere volunt, recta et brevis via est servare tria opera quibus virtutes conservantur, nempe abstinentiam, orationem et vigiliam, quæ cunctas firmissimo stabiliunt fundamento. B

ργ'. Ἡ ἡσυχία πρὸ πάντων πίστεως δεῖται καὶ ὑπομονῆς, καὶ τῆς ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ἰσχύος, καὶ δυνάμεως, ἀγάπης, καὶ ἐλπίδος. Ὁ μὲν γὰρ πιστεύων, κἂν ἐνταῦθα τοῦ ζητουμένου ἀποτύχῃ δι' ἀμέλειαν τυχὸν, ἢ ἄλλην αἰτίαν, ἀλλ' ἐν τῇ ἐξόδῳ πάντως ἀδύνατον μὴ πληροφορηθῆναι τὸν καρπὸν τῆς πίστεως καὶ τοῦ ἀγῶνος, καὶ ἰδεῖν τὴν ἐλευθερίαν · ὃς ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ἡ τῶν ψυχῶν ἀπολύτρωσις καὶ σωτηρία, ὁ θεάνθρωπος Λόγος. Ὁ δὲ ἀπιστῶν καταχριθήσεται πάντως ἐν ἐξόδῳ · ἀλλὰ καὶ ἤδη κέκριται, φησὶν ὁ Κύριος. Ὁ γὰρ ταῖς ἡδοναῖς δουλεύων, καὶ δόξαν τὴν παρὰ ἀνθρώπων ζητῶν, καὶ οὐ τὴν ἐκ Θεοῦ, ἄπιστός ἐστι, φησί · κἂν ἐν λόγῳ πιστὸς εἶναι δοκῇ ὁ τοιοῦτος, ἠπάτησεν ἑαυτὸν λελῃθότως. Ἀκούσεται γὰρ, ὅτι Ἀνθ' ὧν οὐκ ἔλαβές με ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ἀλλ' ἀπέῤῥιψάς με ὀπίσω τοῦ νώτου σου, κἀγὼ ἀπώσομαί σε. Δεῖ γὰρ τὸν πιστὸν εὐελπιν εἶναι, καὶ πιστεύειν μὲν τὴν τοῦ Θεοῦ ἀλήθειαν, μαρτυρουμένην ἐν πάσαις ταῖς Γραφαῖς, ὁμολογεῖν δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, ἵνα μὴ διπλοῦν ἔξῃ τὸ κρῖμα καὶ ἀπαραίτητον.

103. Est quieti ante omnia opus fides, et constantia, et charitas ex tota anima, virtute ac potentia, et spes. Nam si quis fidem habet, licet nunc forsan a scopo ob incuriam aliamve causam aberret, saltem in exitu vitæ non potest non ferre multum fidei et certaminis fructum, et libertatem videre, quæ est Jesus Christus, animarum liberator et salvator, Deus homo Verbum. Qui vero non credit, certe condemnabitur in exitu, et jam judicatus est, ait Dominus. Qui enim voluptatibus inservit, et gloriam quærit ab hominibus, non a Deo, incredulus est, inquit; et quamvis in sermone fidelis videatur, semetipsum inscius fallit. Namque hanc audiet sententiam : Quia non recepisti me ex toto corde tuo, et me post tergum refecisti, et ego te repellam. Debet igitur fidelis bonam spem habere, et credere quidem Dei veritatem, quam testantur omnes Scripturæ, confiteri autem propriam infirmitatem, ne duplex et inexorabile incurrat judicium. C

ρδ'. Συντετριμμένην καρδίαν καὶ ψυχὴν ταπεινωμένην οὐδὲν οὕτως ἐμποιεῖ, ὡς τὸ ἰδιάζειν ἐν γνώσει, καὶ ἡ ἐκ πάντων σιωπή. Κυρίως οὐκ ἄλλο τί ἐστι τὸ λυμαῖνον τὴν κατάστασιν τῆς ἡσυχίας, καὶ τὴν θείαν ἐξ αὐτῆς περιαιροῦν δύναμιν, ὡς τὰ περιεκτικὰ ἓξ πάθη ταῦτα · παῤῥησία, γαστριμαργία, πολυλογία τε καὶ περισπασμὸς, φυσίωσις, καὶ ἡ κυρία τῶν παθῶν οἴησις. Εἰς ἅπερ ὁ μετὰ προθυμίας ἐθίσας, τελείως καὶ μετὰ τὴν προκοπὴν ἐπὶ πλεῖον σκοτιζόμενος, ἀναίσθητος γίνεται. Καὶ εἰ μὲν ἀνανεύσει πάλιν, μετὰ πίστεως καὶ προθυμίας βαλὼν ἀρχὴν, τοῦ ζητουμένου τεύξεται πάλιν · καὶ μάλιστα ταπεινούμενος καὶ ζητῶν. Εἰ δὲ ἐν τῶν προειρημένων διὰ τῆς ἀμελείας βασιλεύσει ἐν αὐτῷ, τότε ἅπας ὁ τῶν κακῶν κατάλογος σὺν τῇ ὀλεθρίῳ ἀπιστίᾳ ἐκστρατεύσας, ἔρημον τὴν ψυχὴν ἀπεργάζεται · οἷόν τινα Βαβυλωνίαν πόλιν ἄλλην, ταῖς τῶν δαιμόνων γινομένην ταραχαῖς καὶ θορύβοις · ὡς εἶναι τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων · καὶ ἐχθρὸν θυμοειδῆ, καὶ κατήγορον κατὰ τῶν ἡσυχαζόντων γινόμενον, καὶ τὴν γλῶσσαν ὡς ὀξεῖαν καὶ ὡς δίστομον ἀεὶ κατ' αὐτῶν μάχαιραν θήγοντα.

104. Ad cor contritum et animam humiliatam nihil tam conducit, quam vita interius mystica et omnino silens. Nec aliud proprie tam perturbat quietis statum et divinam ab ea aufert virtutem, quam capitalia sex vitia hæc : nimia libertas, servitus ventris, multiloquentia, negotiositas, elatio, et regina passionum superbia. His qui studere assuevit et in eis magis magisque profecit, fit omnino cæcus et sensus exspers. Quod si iterum se erigat, cum fide ac diligentia cœptum iniens, scopum rursus adipiscetur, maxime si humiliter hunc quæsiverit. Si vero una ex præfatis passionibus ob negligentiam in eo regnet, tunc tota malorum series cum letifera incredulitate irrumpens, desolatur animam, quæ, velut altera urbs Babylon, dæmonum traditur turbis ac tumultibus, ita ut fiant novissima ejus pejora prioribus, et impugnet ejus quietem hostis et accusator, et linguam ut lanceam gladiumque bipennem contra illam semper exacuet. D

105. Cœnosi turbidique instar maris quietam inundantes animam undæ passionum, aliter trajici nequeunt quam levi citaque navi universalis paupertatis et temperantiæ. Nam ex intemperantia et ex cupiditate diffluentes in terram cordis passionum torrentes, et omnem malarum cogitationum putredinem atque sordem in eam invehentes, perturbant mentem, intellectum fœdant, ingravant corpus, et usque adeo in negligentiam tenebrasque et torporem animam et cor impellunt, ut jam non secundum naturam habeant se ac sentiant.

106. Desidem, ignavam et insipientem nihil ita reddit certantium animam, ut sui amor, qui est vere passionum fomes. Cum enim corporis quietem laboribus virtutum præferat, et pro salutifera gnosi reputet non laborare nec operari ultro, præsertim in facilibus levibusque mandatorum operibus, proinde animam inertem ad percurrendum quietudinis stadium reddere solet, atque desidiam in operibus magnam producit et inexpugnabilem.

107. Eximia primaque medicina, qua ægrotantes a via mandatorum luteam quam ebiberunt caliginem facile evomant, est cum fide in omnibus indistincte obedire. Est enim potio multas in bibentibus germinans virtutes, et cicatrices vulnerum uno ictu emundans scalpellum : quo si quis in fide ac simplicitate uti velit et sciat, omnes una passiones abscindit, nec solum quietem adipiscitur, sed jam ea per obedientiam potitus est, quia Christum invenit, ejusque imitator et famulus fit ac dicitur.

108. Omnis in luctu non operans et vivens, tolerare nequit calorem quietudinis. Nam qui luget atque terribilia mortis præludia et consecutaria meditatur, priusquam ipsamet adveniant, constantiam habebit et humilitatem, quæ sunt duo quietis fundamenta. Qui vero sine his vitam agit quietam, alit semper cum negligentia superbiam, ex quibus tentationes et distractiones pullulabit et ad torporem nos impellunt. Exinde filia socordiæ intemperantia ignavum et inerme reddit corpus, mentem vero obtenebrat et indurat. Tunc Jesus se abscondit, quia in sede mentis squalent turbidæ cogitationes.

109. Remordentem nunc vel in futuro conscientiam sentiri ab omnibus impossibile est ; sed his tantum proprie id contingit, quibus gloria aut amor deest vel defutura est. Nam illa est quasi dirus hostis sontes multipliciter puniens, et tyrannus videtur stimulum et exprobrium ut gladium infragilem semper evaginans. Stimulante igitur nos conscientia, debemus tripliciter, nempe contra adversarios naturamque et animam, movere illud quod zelus vocatur, et ira naturalis dicitur ab aliis, qui hanc gladii instar acuti adversus hostes exerere nos jubent. Et quidem si vicerit et dualitatem

ρε'. Ὕδατα παθῶν, ἐξ ὧν ἡ θολερὰ καὶ συμμικτος τῆς ἡσυχίας πλημμυροῖ τὴν ψυχὴν θάλασσα, οὐκ ἔστιν ἄλλως περάσαι, εἰ μὴ ἐν τῷ πλοίῳ τῷ κούφῳ καὶ ἐλαφρῷ τῆς περιεκτικῆς ἀκτησίας καὶ ἐγκρατείας. Ἐκ γὰρ τῆς ἀκρασίας καὶ φιλοῦλίας οἱ τῶν παθῶν χείμαρροι τὴν γῆν τῆς καρδίας περικλύσαντες, καὶ πᾶσαν σαπρίαν καὶ ὕλην λογισμῶν ἐν αὐτῇ καταγαγόντες, τότε σύγχυσιν μὲν τῷ νοΐ, θόλωσιν δὲ τῇ διανοίᾳ, βάρος δὲ τῷ σώματι ἐμποιοῦσι· καὶ ὀλίγωρον, καὶ σκότεινὴν, καὶ ναρκῶσαν τὴν ψυχὴν καὶ τὴν καρδίαν ἀπεργάζονται, καὶ τῆς οἰκείας κατὰ φύσιν ἕξεως καὶ αἰσθήσεως ἐκβάλλουσιν.

ρς'. Καύνην, καὶ ὀλίγωρον, καὶ ἄνουν οὐχ οὕτως, ὡς ἡ φιλαυτία κυρίως, ἡ τῶν παθῶν τροφὸς τὴν ψυχὴν τῶν σπουδαίων ἐμποιεῖ. Ἡνίκα γὰρ τὰς τοῦ σώματος ἀναπαύσεις τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς πόνων προτιμᾷ, καὶ περιποιητικὴν ἡγεῖται γνῶσιν τὸ μὴ πονεῖν ἐν τοῖς ἔργοις ἑκουσίως, μάλιστα ἐν εὐχερέσι τῶν ἐντολῶν μικροῖς ἰδρῶτι, τότε ἀτονίαν τῇ ψυχῇ πρὸς τὸ τῆς ἡσυχίας στάδιον ποιεῖν πέφυκε, καὶ τὴν ἔκλυσιν ἐν τοῖς ἔργοις κραταιὰν καὶ ἀκαταμάχητον ἀπεργάζεται.

ρζ'. Ἰατρὸς ἄριστος καὶ πρῶτος τοῖς πρὸς τὰς ἐντολὰς ἀσθενοῦσι, καὶ τὴν θολιόδη σκότωσιν ἑλομένοις ἐμεῖν εὐχερῶς, οὐκ ἔστιν, ὡς ἡ ἀδιάκριτος καὶ μετὰ πίστεως ἐν πᾶσιν ὑπακοή. Φάρμακον γάρ ἐστι ζωτικὸν πολυσύνθετον ἀρετῶν τοῖς πίνουσι, καὶ μάχαιρα τὰς οὐλὰς τῶν τραυμάτων ἀφ' ἑνὸς ἐκκαθαίρουσα· ἣν ὁ ἐν πίστει καὶ ἁπλότητι προκρίνας πασῶν ἐνεργεῖν, πάντα τὰ πάθη ὑφ' ἓν περιέκοψε· καὶ ἡσυχίαν οὐ φθάσας μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς κατώρθωσεν αὐτὴν Χριστὸν εὑρών, καὶ μιμητὴς αὐτοῦ καὶ δοῦλος, καὶ γενόμενος, καὶ λεγόμενος.

ρη'. Ἄνευ πενθικῆς ἐργασίας καὶ πολιτείας ἀδύνατον τὸν τῆς ἡσυχίας καύσωνα ὑπομεῖναι. Ὁ μὲν γὰρ πενθῶν, καὶ τὰ πρὸ τοῦ θανάτου καὶ μετὰ θάνατον δεινὰ μελετῶν, πρὶν ἢ ἀφ' ἑαυτῶν ἥξουσι, καὶ ὑπομονὴν ἕξει καὶ ταπείνωσιν, τὰ δύω τῆς ἡσυχίας θεμέλια. Ὁ δὲ χωρὶς τῶν προειρημένων ἡσυχίαν ἄγων, σύντροφον ἔχει ἀεὶ τῆς ὀλιγωρίας τὴν οἴησιν· ἐξ ὧν αἱχμαλωσίαι καὶ ῥεμβασμοὶ πληθύνονται, καὶ πρὸς τὴν χαύνωσιν συνωθοῦσιν ἡμᾶς. Ἐντεῦθεν ἡ τῆς ῥᾳθυμίας θυγάτηρ ἀκρασία χαῦνον μὲν καὶ ἄτονον τὸ σῶμα ἐμποιεῖ, τὸν νοῦν δὲ ἐσκοτισμένον καὶ πεπωρωμένον ἐργάζεται. Τότε δὲ καὶ Ἰησοῦς ἐκρύβη, ὄχλου ὄντος νοημάτων καὶ λογισμῶν ἐν τῷ κατὰ διάνοιαν τόπῳ.

ρθ'. Σύνειδήσεως βάσανον τῆς νῦν, ἢ τῆς μελλούσης, ἐναισθήσει γεύσασθαι, τοῖς πᾶσιν ἀδύνατον. Μόνοις γὰρ ἐκείνοις ἰδικῶς προσγίνεται, οἷς ἡ δόξα καὶ ἡ ἀγάπη ἀπ' ἐντεῦθεν ἢ ἐκεῖθεν ὑστερεῖται. Ὡς γὰρ δήμιός τίς ἐστι φοβερὸς τοὺς ὑπευθύνους πολυτρόπως κολάζων, καὶ τὸν ζῆλον ἢ ἔλεγχον, ὡς ῥομφαίαν ἄτομον τυραννικῶς ἀπογυμνῶν ἀεὶ φαίνεται. Τριχῶς οὖν κινεῖσθαι πρός τε τοὺς ἐναντίους, καὶ τὴν φύσιν, καὶ τὴν ψυχὴν, δοθείσης τῆς συνειδήσεως, ὁ καλούμενος ζῆλος, καὶ παρ' ἑτέροις φυσικὸς θυμός· ὃν ὡς ῥομφαίαν ἀπότομον πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ὀξύνειν ἡμᾶς προστάττουσι. Καὶ εἰ μὲν

νικήσας, ὑποτάξοι τὰ δύω τῷ ἑνὶ, ὅρος ἀνδρείας τότε μεταποιούμενος πρὸς Θεὸν γίνεται. Εἰ δὲ ὑποταγῇ ταῖς δυσὶν ἡ ψυχὴ, ἁμαρτίᾳ, φημὶ, καὶ σαρκὶ, τέλος ἐκεῖθεν βάσανος αὐτῇ ἀνιλεὴς καθίσταται, ὡς δουλωθείσῃ αὐθαιρέτῳ γνώμῃ τοῖς ἐναντίοις. Ἐντεῦθεν πράττουσα τὰ αἴσχιστα, καὶ ὡς τὴν ἐξ ἀρετῶν κατάστασιν ἀπολέσασα, ἐκπέπτωκε, τοῦ Θεοῦ χωρισθεῖσα.

A unitati subjecerit, tunc fortitudinis apicem adepta conscendit ad Deum anima. Si vero dualitati anima subjiciatur, peccato videlicet atque carni, inde consequitur ipsi tormentum immite, ita ut redigatur sub plena inimicorum potestate. Unde turpissima perpetrans, et dignitate virtutibus acquisita excidens, Deo orbatur.

ρι'. Κυρίως πάντων τῶν παθῶν δύω εἰσὶ σκληρὰ καὶ βαρύτατα πάθη, πορνεία καὶ ἀκηδία, τὰ συνέχοντα καὶ ἐκλύοντα τὴν ταλαίπωρον ψυχήν· κοινὴν ἀλληλουχίαν ἔχοντα καὶ συζυγίαν ἀλλήλοις· δυσκαταμάχητα ὄντα καὶ ἀήττητα, καὶ τελείως ὑφ' ἡμῶν ἀνίκητα. Καὶ τὸ μὲν πλεονάζει ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ, περιέχει δὲ τὴν ὕλην φύσει ἀδιορίστως ἀμφοτέρων, λέγω, ψυχῆς καὶ σώματος, συγκεκραμένην ἔχον ὅλην ἐν ὅλοις μέλεσι τὴν ἡδονὴν αὐτῆς· ἡ δὲ, ἄνωθεν τὸ ἡγεμονικὸν κρατοῦσα, ὅλην ψυχὴν καὶ τὴν σάρκα καθάπερ σμίλαξ ὅλη περιλαμβάνουσα, νωθρὰν, καὶ ἐκλελυμένην, καὶ πάρετον τὴν φύσιν ποιεῖ. Ἐκδέδληνται δὲ, καὶ οὐ τελείως ἠττῶνται πρὸ τῆς μακαρίας ἀπαθείας, ὁπόταν ἡ ψυχὴ, Πνεύματος ἁγίου εἰληφυῖα δύναμιν ἐν προσευχῇ, τὴν ποιοῦσαν ἄνεσιν αὐτῇ καὶ ἰσχὺν καὶ βαθεῖαν εἰρήνην ἐν καρδίᾳ διὰ τῆς ἡσυχίας εὐφραίνεται. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρχὴ, καὶ βασιλὶς, καὶ κυρία, καὶ ἡ περιεκτικὴ τῶν ἡδονῶν ἡδονὴ, καὶ ἡ σύντροφος αὐτῆς ῥᾳθυμία ἡ τοὺς τριστάτας τοῦ Φαραὼ ἐπιφέρουσα τὸ ἀκαταμάχητον ἅρμα· δι' ὧν αἱ ἀφορμαὶ τῶν παθῶν τῷ βίῳ τοῖς ἀθλίοις ἡμῖν ἐπεισῆλθον.

B 110. Ante omnes passiones duæ sunt durissimæ et profundissimæ, luxuria scilicet et acedia, quæ miseram involvunt ac dissolvunt animam, mutuamque inter se habent connexionem et necessitudinem, nec pugnari superarive aut devinci a nobis ullatenus possunt. Prior quidem abundat in vi concupiscibili, et totam complectitur substantiam utriusque naturæ, animæ scilicet atque carnis, totam singulis passim membris suam insinuans voluptatem; posterior vero superiorem rationalemque partem dominans, et totam tota animam et carnem quasi hedera circumligans, pigram, desidem ac dissolutam reddit animam. Removentur autem illa, quanquam non omnino superantur ante beatam impassibilitatem, quando anima, ex oratione consecuta Spiritus sancti virtutem, ex eaque adepta requiem fortitudinemque et profundam pacem, in cordis quietudine lætatur. Dux, et regina, et domina, et mater voluptatum illa luxuria, et comes ejus pigritia, hic est currus inexpugnabilis vehens Pharaonis duces: per illas enim passionum impetus vitam nostram miserrimam irruunt.

ρια'. Ἀρχὴ τῆς νοερᾶς προσευχῆς, ἡ ἐνέργεια, εἶτ' οὖν ἡ καθαρτικὴ τοῦ Πνεύματος δύναμις, καὶ ἡ μυστικὴ τοῦ νοὸς ἱερουργία· ὥσπερ ὁρχὴ τῆς ἡσυχίας, ἡ σχολή· μεσότης δὲ, ἡ φωτιστικὴ δύναμις καὶ θεωρία· καὶ τέλος, ἡ ἔκστασις καὶ ἡ ἁρπαγὴ τοῦ νοὸς πρὸς Θεόν.

C 111. Trahit originem mentalis oratio ab operatione seu virtute purgativa Spiritus, et a mystico mentis sacrificio: sicut principium quietudinis est animi recollectio. Medium autem illius est virtus illuminativa et contemplatio; finis demum est excessus et raptus mentis ad Deum.

ριβ'. Ἱερατεῖον πνευματικόν ἐστι πρὸ τῆς μελλούσης ὑπὲρ νοῦν ἀπολαύσεως, ἡ νοερὰ τοῦ νοὸς ἐνέργεια, τὸν Ἀμνὸν μυστικῶς ἐν ἀῤῥαβῶνι τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ τῆς ψυχῆς θυσιαστηρίῳ καὶ ἱερουργοῦντος καὶ μετέχοντος. Ἐσθίειν δέ ἐστι τὸν Ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ νοερῷ θυσιαστηρίῳ τῆς ψυχῆς, οὐ τὸ νοῆσαι, ἢ μετασχεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ γενέσθαι ὡς τὸν Ἀμνὸν κατὰ τὴν μόρφωσιν ἐν τῷ μέλλοντι. Τοὺς μὲν γὰρ λόγους ἐνταῦθα, τὰ δὲ πράγματα τῶν μυστηρίων ἐκεῖσε ἀπολαβεῖν ἐλπίζομεν.

D 112. Intelligibile sanctuarium est, ante inintelligibilem futuram beatitudinem, spiritualis operatio mentis, Agnum mysticum in Dei Spiritu super altari animæ sacrificantis et participantis. Manducare autem agnum Dei spiritualiter in animæ altari, non est illum intelligere aut participare tantum, sed ei similem forma fieri in futuro sæculo. Nam hic quidem rationes, sed illic res ipsas mysteriorum nos apprehensuros speramus.

ριγ'. Προσευχή ἐστι, παρὰ μὲν τοῖς ἀρχαρίοις, ὡς πῦρ εὐφροσύνης ἀπὸ καρδίας ἀναδιδόμενον· παρὰ δὲ τοῖς τελείοις, ὡς φῶς εὐωδιάζον ἐνεργούμενον. Ἢ πάλιν· προσευχή ἐστιν ἀποστόλων κήρυγμα· πίστεως ἐνέργεια· μᾶλλον δὲ, πίστις ἄμεσος· ἐλπιζομένων ὑπόστασις· ἐνεργουμένη ἀγάπη· ἀγγελικὴ κίνησις· δύναμις ἀσωμάτων· ἔργον καὶ εὐφροσύνη αὐτῶν· Εὐαγγέλιον Θεοῦ· πληροφορία καρδίας· σωτηρίας ἐλπίς· ἁγνισμοῦ σημεῖον ἁγιότητος σύμβολον· Θεοῦ ἐπίγνωσις· βαπτίσματος φανέρωσις· λουτροῦ κάθαρσις· Πνεύματος ἁγίου ἀῤῥαβών· τὸ τοῦ Ἰησοῦ ἀγαλλίαμα· εὐφροσύνη ψυχῆς· ἔλεος Θεοῦ· καταλλαγῆς σημεῖον· Χριστοῦ σφραγὶς· ἀκτὶς

113. Oratio est incipientibus velut ignis lætitiæ de corde emicans, perfectis vero quasi lux suavem fundens odorem. Vel adhuc oratio est Apostolorum prædicatio, fidei operatio, seu potius fides immediata, sperandarum substantia rerum, charitas formata, motus angelicus, incorporalium virtus, opus et gaudium, Evangelium Dei, fiducia cordis, spes salutis, puritatis signum, symbolum sanctitatis, Dei cognitio, character baptismatis, lavacrum mundans; pignus Spiritus sancti, Christi exsultatio, lætitia animæ, Dei misericordia, signum reconciliationis, sigillum Christi, radius solis spiritualis, lucifer cordium, fundamentum Christianismi, Dei

reconciliati judicium, Dei gratia, Dei sapientia, vel potius ipsius sapientiæ principium, Dei revelatio, monachorum opus, quietorum status, quietudinis fons, vitæ angelicæ signum. Quid amplius dicam? oratio est ipse Deus operans omnia in omnibus, quia una est Patris, et Filii, et Spiritus sancti operatio, omnia operans in Christo Jesu.

A νοητοῦ ἡλίου· ἐωσφόρος καρδιῶν· Χριστιανισμοῦ βεβαίωσις· καταλλαγῆς Θεοῦ δήλωσις· χάρις Θεοῦ· σοφία Θεοῦ· μᾶλλον δὲ αὐτοσοφίας ἀρχή· Θεοῦ φανέρωσις· μοναστῶν ἔργον· ἡσυχαζόντων πολίτευμα· ἡσυχίας ἀφορμή· ἀγγελικῆς πολιτείας τέκμήριον. Καὶ τί δεῖ πλείστα λέγειν; Προσευχή ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι, διὰ τὸ μίαν εἶναι Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν, τοῦ ἐνεργοῦντος τὰ πάντα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

114. Nisi virgam virtutis Moyses a Deo accepisset, non factus fuisset Deus Pharaonis ad eum cum Ægypto percutiendum. Ita mens, nisi virtute orationis polleat, peccatum et adversarias potestates conterere nequit.

ριδ'. Ῥάβδον δυνάμεως εἰ μὴ Μωϋσῆς παρὰ Θεοῦ εἰλήφει, οὐκ ἂν Θεὸς Φαραὼ γενόμενος, αὐτόν τε μαστίζῃ καὶ τὴν Αἴγυπτον. Καὶ νοῦς εἰ μὴ δύναμιν προσευχῆς ἐν χειρὶ μετάσχοι, τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὰς ἐναντίας δυνάμεις συντρίψαι ἀδύνατον.

115. Ei qui dicunt faciuntve aliquid sine humilitate, sunt velut in hieme aut sine luto ædificantes. Illam autem experientia et scientia invenire ac cognoscere, paucissimorum est. Nam qui sermone de ea disserunt, similes sunt metientibus abyssum. Nos vero quibus admodum cæcis parva magnæ lucis affulsit scintilla, dicimus: Vera humilitas, nec humilia dicit, nec humilem habet habitum, nec humiles affectat sensus, nec seipsum vituperat humilis. Ista quidem sunt initia, et species, et varii modi humilitatis; sed ipsa est gratia et donum Dei. Porro duplex est, juxta Patres, humilitas; scilicet se posthabere omnibus, et ascribere Deo sua bona. Illud est initium, hoc autem est perfectio humilitatis. Hanc autem qui quærit agnoscere et reputare tria hæc in seipso debet: se esse magis quam omnes peccatorem; et cunctis turpiorem creaturis, quatenus est contra naturam; et miserabiliorem dæmonibus, utpote dæmonum servum. Sic igitur loqui debet: Egone penitus scio peccata hominum quot et quanta sint, an excedant vel æquent meas ipsius iniquitates? Nam propter ignaviam, o anima, sumus infra cunctos homines, tanquam terra, et cinis, et scabellum pedum eorum. Quomodo non me habeam viliorem omnibus creaturis, quæ sunt secundum naturam prout factæ sunt, ego vero propter innumeras iniquitates sum contra naturam? Vere enim jumenta et pecora sunt puriora me peccatore, ideoque omnibus vilior factus sum, qui apud inferum vel ante mortem decidi et jaceo. Quis non scit ac sentit pejorem dæmonibus esse peccatorem, cum sit eorum famulus et mancipium, et jam nunc cum eis in tenebris conclusus? Vere pejor es dæmonibus, qui eis inservis, ideoque cum eis abyssum sortitus es, o miserrime! Terram, et infernum, et abyssum etiam ante mortem habitans, quomodo te justum mentiris, qui peccatorem et nefandum et dæmonem te pravis operibus fecisti? Proh mendacium! proh errorem tuum, o inimice Dei, canis immunde, quem proinde ignis et tenebræ manent!

ριε'. Οἱ λέγοντες, ἢ πράττοντές τι χωρὶς ταπειB νώσεως, ἐοίκασιν ἐν χειμῶνι, ἢ ἄνευ πηλοῦ οἰκοδομεῖν. Πεῖρᾳ δὲ καὶ γνώσει ταύτην εὑρεῖν καὶ γνῶναι, ὀλίγων λίαν ἐστίν. Οἱ γὰρ ἐν λόγῳ περὶ ταύτης διεξιόντες, ὁμοιοί εἰσιν οἱ μετροῦντες τὴν ἄβυσσον. Ἡμεῖς δὲ οἱ τυφλοὶ νεανικῶς περὶ τοῦ μεγάλου φωτὸς τούτου μικρὸν φανταζόμενοι, λέγομεν· Ἡ ταπείνωσις κυρίως οὔτε ταπεινολογίαν ἔχει, οὔτε ταπεινοσχημοῖ· οὐδὲ φρονεῖν ταπεινὰ βιάζεται, οὐδὲ ἑαυτὸν μέμφεται ταπεινούμενος. Κἂν ταῦτα ἀφορμαὶ καὶ σχήματα ταπεινώσεώς εἰσιν, ὡς τρόποι διάφοροι, ἀλλὰ χάρις ἐστὶν αὕτη, καὶ δωρεὰ ἄνωθεν. Δύω δέ εἰσιν, ὥς φασιν οἱ Πατέρες, ταπεινώσεις· τὸ ἔχειν ἑαυτὸν ὑποκάτω πάντων, καὶ τὸ ἐπιγράφειν Θεῷ τὰ κατορθώματα. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον, ἀρχή· τὸ δὲ δεύτερον, τέλος. Ἐπιγίνεται δὲ τοῖς C ζητοῦσιν αὐτὴν, τὸ μετὰ γνώσεως ἔχειν, καὶ λογίζεσθαι τὰ τρία ταῦτα ἐν ἑαυτῷ· τὸ ὑπὲρ πάντας ἁμαρτωλοὺς εἶναι, καὶ τὸ ὑπὲρ πάντα τὰ κτίσματα αἰσχροὺς, ὡς εἰς τὸ παρὰ φύσιν ὄντας· καὶ τὸ ὑπὲρ τοὺς δαίμονας ἐλεεινοτέρους, ὡς τὸ εἶναι δούλους τοῖς δαίμοσιν. Λέγειν δὲ οὕτως ὀφείλει· Ποῦ γὰρ οἶδα ἐγὼ ἀκριβῶς τὰς τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτίας ὁποίαι ἢ ὅσαι εἰσίν; ὅτι ὑπερβαίνουσιν, ἢ ἐξισοῦνται ταῖς ἐμαῖς ἁμαρτίαις; Καὶ διὰ τὴν ἄγνοιαν, ὦ ψυχὴ, ὑποκάτω πάντων ἀνθρώπων ἐσμὲν, ὡς γῆ καὶ σποδὸς, καὶ ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῶν. Πῶς δὲ καὶ μὴ ἔχῃ ἑαυτὸν αἰσχρότερον, πάντων τῶν κτισμάτων εἰς τὸ κατὰ φύσιν ὄντων, ὥσπερ γεγόνασιν, ἐμοῦ δὲ διὰ τὰς ἀμετρήτους ἀνομίας εἰς τὸ παρὰ φύσιν; Ἀληθῶς γὰρ καὶ τὰ θηρία καὶ τὰ κτήνη καθαρώτερα ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ τυγχάνουσι· καὶ διὰ τοῦτό εἰμι ὑποκάτω πάντων, ὡς εἰς τὸν ᾅδην καὶ πρὸ θανάτου κατενεχθεὶς, καὶ κατάκειμαι. Τίς δὲ οὐκ οἶδεν ἐν αἰσθήσει, ὅτι καὶ τῶν δαιμόνων ἐστὶ χείρων ὁ ἁμαρτωλὸς, ὡς δοῦλος αὐτῶν καὶ ὑπήκοος, καὶ ἀπ' ἐντεῦθεν σὺν αὐτοῖς τῷ σκότει συγκαθειργμένος; Ὄντως καὶ χείρων τῶν δαιμόνων, ὁ ὑπ' αὐτῶν κυριευόμενος, καὶ διὰ τοῦτο σὺν αὐτοῖς τὴν ἄβυσσον ἐκληρώσω, ταλαίπωρε. Γῆν δὲ, καὶ ᾅδην, καὶ ἄβυσσον ὁ καὶ πρὸ θανάτου κατοικῶν, πῶς ἑαυτὸν, δίκαιον ὀνομάζων φρεναπατᾷς, ἁμαρτωλὸν, καὶ βέβηλον, καὶ δαίμονα τοῖς κακοῖς ἔργοις ποιήσας; Φεῦ τῆς σῆς ἀπάτης καὶ πλάνης, δεισιδαίμων, κύων ἀκάθαρτε, τῷ πυρὶ καὶ τῷ σκότει διὰ ταῦτα παραπεμπόμενος!

116. Hæc sapientia quam dat spiritus, est, juxta

ριζ'. Σοφία πνευματοκίνητός ἐστι, κατὰ τοὺς θεο-

λόγους, ἡ δύναμις τῆς νοερᾶς, καὶ καθαρᾶς, καὶ ἀγγελικῆς προσευχῆς· ἧς τὸ σημεῖον, ἐν τῷ εὔχεσθαι ὁ νοῦς ἀνείδεος πάντη ὁρᾶσθαι, καὶ μήτε ἑαυτὸν, μήτε τι ἄλλο ἐν ταχύτητι βλέπων, ἀλλὰ καὶ τῶν αἰσθήσεων πολλάκις ὑπὸ τοῦ φωτὸς ἐκείνου συστελλομένων. Ὁ γὰρ νοῦς ἄϋλος καὶ φωτοειδὴς τότε γίνεται, Θεῷ ἀῤῥήτως εἷς ἓν πνεῦμα κολλώμενος.

ριζ'. Εἰσὶν οὖν οἱ ἐνάγοντες καὶ ὁδηγοῦντες εἰς αὐτὴν τὴν θεόσδοτον ταπείνωσιν τρόποι διάφοροι ἑπτὰ, συστατικοὶ ἀλλήλων καὶ γεννητικοί· σιωπὴ, ταπεινοφροσύνη, ταπεινολογία, ταπεινοφορία, αὐτομεμψία, συντριβὴ, ἐσχατιά. Καὶ ἡ μὲν σιωπὴ ἐν γνώσει τίκτει τὴν ταπεινοφροσύνην. Ἐκ δὲ τῆς ταπεινοφροσύνης τίκτονται οἱ τρεῖς τρόποι τῆς ταπεινώσεως· τὸ ταπεινὰ φθέγγεσθαι, τὸ ταπεινὰ καὶ εὐτελῆ φορεῖν, καὶ τὸ ἑαυτὸν διαπαντὸς μέμφεσθαι. Οἱ τρεῖς δὲ τρόποι οὗτοι τίκτουσι τὴν συντριβὴν τὴν ἐκ τῆς παραχωρήσεως τῶν πειρασμῶν γινομένην, ἣν καὶ οἰκονομικὴν παίδευσιν φάσκουσι, καὶ ἐκ δαιμόνων ταπείνωσιν. Ἡ δὲ συντριβὴ εὐχερῶς ἔργῳ ποιεῖ τὴν ψυχὴν ὑποκάτω πάντων εἶναι, καὶ ἔσχατον πάντων, ὡς ὑπὸ πάντων κυριευομένην. Οἱ δύω δὲ οὗτοι τρόποι τὴν τελείαν καὶ θεοδώρητον φέρουσι ταπείνωσιν, ἥντινα δύναμιν τελειότητα πασῶν τῶν ἀρετῶν καλοῦσι· καὶ αὕτη ἐπιγράφει Θεῷ τὰ κατορθώματα. Πρώτη οὖν πάντων ἐστὶν ἡ σιωπὴ, ἐξ ἧς τίκτεται ἡ ταπεινοφροσύνη· αὕτη δὲ τίκτει τοὺς τρεῖς τρόπους τῆς ταπεινώσεως. Οἱ τρεῖς δὲ τίκτουσι τὸν ἕνα τῆς συντριβῆς· ὁ δὲ τῆς συντριβῆς τίκτει τὸν ἕβδομον τὸν ὑποκάτω πάντων τῆς πρώτης ταπεινώσεως τρόπον, ὄντινα καὶ οἰκονομικὴν ταπείνωσιν λέγουσιν. Ἡ δὲ οἰκονομικὴ φέρει τὴν θεοδώρητον, καὶ τελείαν, καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἀληθινὴν ταπείνωσιν. Καὶ ἡ μὲν πρώτη ἐπιγίνεται οὕτως· ἐὰν μὴ ἐγκαταλειφθῇ ὁ ἄνθρωπος καὶ νικηθῇ, καταδουλωθεὶς, καὶ κυριευθῇ παντὶ πάθει καὶ λογισμῷ, καὶ πνεύματι νικώμενος, καὶ μήτε βοήθειαν εὑρίσκων ἐξ ἔργων, ἢ ἐκ Θεοῦ, ἢ ἔκ τινος τὸ σύνολον, ὥστε μικροῦ δεῖν, καὶ εἰς ἀπελπισμὸν ἐλθῇ, καὶ ταπεινούμενος εἰς πάντα, οὐ δύναται συντριβῆναι καὶ ἔχειν ἑαυτὸν ὑποκάτω πάντων, καὶ ἔσχατον, καὶ δοῦλον πάντων, καὶ αὐτῶν δὴ χείρονα τῶν δαιμόνων, ὡς ὑπ' αὐτῶν τυραννούμενον καὶ νικώμενον. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ οἰκονομικὴ τῆς Προνοίας ταπείνωσις, δι' ἧς ἡ δευτέρα, καὶ ὑψηλὴ θεόθεν δίδοται· ἥτις ἐστὶ θεία δύναμις, ἡ ἐνεργοῦσα καὶ ποιοῦσα τὰ πάντα. Δι' αὐτῆς ὄργανον αὐτὸν ἑαυτῇ βλέπων διαπαντὸς, καὶ δι' αὐτῆς τὰ θαυμάσια τοῦ Θεοῦ ἐργαζόμενον.

ριη'. Ὑποστατικὴν τοῦ φωτὸς θεωρίαν πνευματικὴν, νοῦν ἀφάνταστον, καὶ ἀμετεώριστον, ἐνέργειαν προσευχῆς ἀληθινὴν, καὶ ἐκ μέσης καρδίας ἀείῤῥυτον, ψυχῆς ἀνάστασιν καὶ ἀνάτασιν, ἔκπληξιν θείαν καὶ με[τε]ωροπορίαν τοῦδε τοῦ παντὸς, ἔκστασιν διανοίας ἐν πνεύματι ὁλικὴν τῶν αἰσθήσεων, ἁρπαγὴν νοὸς τῶν οἰκείων δυνάμεων, ψυχῆς κίνησιν ἀγγελικὴν θεοκίνητον, πρός τε τὸ ἄπειρον καὶ τὸ ἄναντες κινουμένην, ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γενεᾷ εὑρεῖν ἀμήχανον, τῆς τῶν παθῶν τυραννίδος ἐν ἡμῖν βασιλευούσης νῦν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν πειρασμῶν. Πέφυκε γὰρ ὁ νοῦς ἐν τοῖς κουφοτέροις μάλιστα. ταῦτα καὶ πρὸ

A theologos, virtus mentalis paræque et angelicæ orationis : cujus signum est mens in orando nullam aspiciens formam, nec se aut aliquid aliud mox videns, sed a sensibus sæpe illa luce abrepta. Animus enim tunc immaterialis et lucidus fit, Deo ineffabiliter in unitate spiritus adhærens.

117. Inferentes et ducentes ad divinam humilitatem sunt viæ septem diversæ, quæ se invicem consequuntur et congenerant : silentium, humilis sensus, humililoquium, humilis habitus, sui contemptus, contritio, et sui ad infima depressio. Et quidem silentium mystice parit humilem sensum. Ex humili autem sensu nascuntur tres humilitatis modi, nempe humililoquium, humilis et simplex habitus, et perfecta sui despectio. Hi autem modi tres generant contritionem, ex tentationibus quibus relinquimur, natam, quæ dicitur Providentiæ disciplina et ex dæmonibus oborta humilitas. Contritio autem facile efficit ut anima omnibus inferior et vilior fiat et omnibus serviat. Sed hi duo modi perfectam et divinam important humilitatem, quæ virtus virtutum omnium perfectio dicitur : et hæc Deo bona sua tribuit. Primum igitur omnium est silentium, ex quo nascitur humilis sensus : hic vero parit tres humilitatis modos ; hi autem tres unam generant contritionem ; atque contritio gignit septimum modum, seu subjacentem omnibus primam humilitatem, quæ etiam providentialis dicitur humilitas ; quæ quidem providentialis importat divinam, perfectam, veramque ac minime fictam humilitatem. Et hæc prima sic nascitur ; nisi forte derelinquatur homo virtusque et mancipium inserviat omni vitio et cogitationi, et malo spiritu superetur, nec auxilium accipiat ex operibus, nec a Deo, nec ab ullo quocunque, ita ut pene in desperationem incidat, et in omnibus humiliatus non possit conteri et se habere ut omnium infimum, novissimumque, et servum, atque ipsis pejorem dæmonibus, utpote ab iis devictum et superatum. Et hæc est data a Providentia humilitas, per quam secunda et sublimis divinitus datur, quæ est divina virtus operans et faciens omnia, et cui homo se velut instrumentum ministrare videns semper, per eam mirabilia Dei operatur.

118. Substantialis luminis contemplatio spiritualis, intellectus a phantasia et superbia liber, orationis operatio vera et ex imo corde proflua, animæ elevatio et attentio, divinus excessus et ascensus supra hunc mundum, spiritualis abstractio cogitationum ab omnibus sensibus, raptus mentis a propriis facultatibus, motus angelicus animæ divinitus ad infinitum et inaccessum erectæ, in nostra natura inveniri non possunt, quia nunc tyrannica passionum dominatio in nobis regnat, ob tentationum multitudinem. Solet enim animus, quæ præsertim leviora sunt sibi ante tempus imaginari, ita ut

exiguam vitam divinitus acceptam amittens, mortuus omnino fiat. Quare oportet cum multo judicio nec temporaria ante tempus quærere, nec quæ sunt in manibus rejicere ut alia præsumantur : quippe intellectus prædicta facile sibi imaginatur, et sibi effingit quæ nondum attigit. Ideo valde timendum est ne hic acceptis etiam privetur, et ne mente sæpius excidat, deceptus imaginatione et quietem haud reperiens.

A καιροῦ φαντάζεσθαι, ἵνα καὶ τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ θεόθεν μικρὰν κατάστασιν ἀπολέσας νεκρὸς ἐκ πάντων γένηται. Διὸ χρὴ μετὰ πολλῆς διακρίσεως μήτε τὰ τοῦ καιροῦ ζητεῖν πρὸ καιροῦ, μήτε τὰ ἐν χερσὶν ἀποβάλλειν καὶ ἄλλα φαντάζεσθαι· φύσει γὰρ ὁ νοῦς πρὸς τὰ προειρημένα εὐχερῶς ἔχει τὸ φαντασιοποιεῖν, καὶ ἀναπλάττειν καὶ εἰς ἃ οὐκ ἔφθασε. Διὰ τοῦτο φόβος οὐ μικρὸς, ἵνα μὴ καὶ τῶν δοθέντων ὁ τοιοῦτος ὑστερηθῇ, καὶ τὴν φρένα πολλάκις ἀπολέσῃ ἀπατηθεὶς, φανταστὴς, καὶ οὐχ ἡσυχαστὴς γενόμενος.

119. Fides non sola, sed et viva operibus oratio est gratia. Fides enim vera vitam Dei habens manifestam, ea est quæ charitate formatur in spiritu : unde contrario mortuam et inanimem habet fidem qui non est operum sibi conscius. At fidelis non merito diceretur qui ore tenus crederet, fidem vero non haberet operibus mandatorum vel spiritu informatam. Oportet igitur hanc manifestare proficiendo in operibus, eamque operibus lucidam et fulgidam ostendere, ut ait divus Apostolus : « Ostende mihi fidem tuam ex operibus tuis, et ego ostendam tibi opera mea ex fide mea [11]; » hinc demonstrans operibus mandatorum manifestari fidem gratiæ, sicut fiunt et refulgent opera mandatorum per gratiæ fidem. Fides enim est radix mandatorum, vel potius fons quo rigantur et crescunt. Et in duo dividitur, nempe in confessionem et gratiam, licet sit natura indivisibilis.

ριθ'. Χάρις οὐ μόνον ἡ πίστις ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐνεργουμένη προσευχή· πίστιν γὰρ ἀληθινὴν τὴν ἔχουσαν τὴν ζωὴν τοῦ Ἰησοῦ φανερουμένην δείκνυσιν, ἡ δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη τῷ πνεύματι· οὐκοῦν τὴν ἐναντίαν, καὶ νεκρὰν, καὶ ἄζωον κέκτηται πίστιν, ὁ μὴ ἐνεργουμένην εἰδὼς αὐτὴν ἑαυτῷ. Ἀλλ' οὐδὲ πιστὸς λέγοιτ' ἂν κυρίως εἶναι, ὁ λόγῳ μόνῳ ψιλῷ πιστεύων, καὶ μὴ ἐνεργουμένην αὐτὴν ταῖς ἐντολαῖς, ἢ τῷ πνεύματι. Χρὴ τοιγαροῦν φανερουμένην αὐτὴν δεικνύειν ταῖς προκοπαῖς διὰ τῶν ἔργων, ἢ τοῖς ἔργοις ἐνεργουμένην ἐν φωτὶ καὶ λάμπουσαν ἔχειν, καθώς φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· « Δεῖξόν μοι σὺ τὴν πίστιν σου ἐκ τῶν ἔργων σου, κἀγώ σοι δείξω τὰ ἔργα μου ἐκ τῆς πίστεώς μου· » δεικνύων ἐντεῦθεν, ὅτι ἐκ τῶν ἔργων τῶν ἐντολῶν φανεροῦται ἡ τῆς χάριτος πίστις, καθὼς ἐνεργοῦνται αἱ ἐντολαὶ διὰ τῆς ἐν χάριτι πίστεως καὶ λάμπουσι. Ῥίζα γὰρ τῶν ἐντολῶν ἐστιν ἡ πίστις, μᾶλλον δὲ πηγὴ πρὸς αὔξησιν ταύτας ἀρδεύουσα. Εἰς δύω διαιρουμένη, ὁμολογίαν καὶ χάριν, κἂν ἀδιαίρετος φύσει πέφυκεν.

B

120. Ingens et exigua brevisque obedientiæ scala quinque habet gradus ad perfectionem ferentes. Primus est renuntiatio, secundus subjectio, tertius obedientia, quartus humilitas, quintus charitas, quæ est Deus. Renuntiatio jacentem ab inferis suscitat et servum materiæ liberat. Subjectio Christum reperit eique ministrat, ut ipse ait : « Si quis mihi ministrat, me sequitur, et ubi sum ego, illic et minister meus erit [12]. » Ubi autem est Christus? ad dexteram Patris sedens. Ergo ubi Dominus, ibi est et famulus, ponens pedem ad ascensionem, et priusquam sursum venerit, moribus cum Christo conscendens et proficiens. Obedientia operibus mandatorum omnino producta, scalam fabricatur ex multis virtutibus, easque velut ascensiones in anima disponit. Hanc deinde ab illa excipiens exaltatrix humilitas, et ad cœlum provehens, reginæ virtutum charitati tradit, et Christo adducit et offert. Et sic per brevem scalam facile ad cœlum ascendit qui vere obediens est.

ρκ'. Ἡ μικρὰ, καὶ μεγάλη, καὶ σύντομος τῶν ὑποτασσομένων κλίμαξ πέντε βαθμίδας τὰς πρὸς τελειότητα φερούσας κέκτηται. Πρώτη ἡ ἀποταγὴ, δευτέρα ἡ ὑποταγὴ, τρίτη ἡ ὑπακοὴ, τετάρτη ἡ ταπείνωσις, πέμπτη ἡ ἀγάπη, ἥ ἐστιν ὁ Θεός. Καὶ ἡ μὲν ἀποταγὴ, ἐκ τοῦ ᾅδου ἀνάγει τὸν κείμενον, καὶ τὸν δεδουλωμένον, τῆς ὕλης ἐκνευροῖ. Ἡ δὲ ὑποταγὴ, Χριστὸν εὗρε, καὶ τούτῳ διακονεῖ, ὡς αὐτός φησιν· « Ὁ ἐμοὶ διακονῶν, ἐμοὶ ἀκολουθεῖ· καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται. » Ποῦ δέ ἐστιν ὁ Χριστός; Ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς ἐφεζόμενος. Οὐκοῦν ἐκεῖ δεῖ εἶναι καὶ τὸν διάκονον, ὅπου καὶ ὁ διακονούμενος, ἐπιβιβάζων τὸν πόδα πρὸς τὴν ἀνάβασιν· ἢ πρὶ τοῦ ἀνελθεῖν τοῖς τρόποις, Χριστῷ συναναβὰς καὶ συνανερχόμενος. Ἡ δὲ ὑπακοὴ ἐνεργουμένη ταῖς ἐντολαῖς διόλου, τεκταίνει τὴν κλίμακα ἐκ διαφόρων ἀρετῶν, καὶ ταύτας ὡς ἀναβάσεις ἐν τῇ ψυχῇ διατίθεται· ἐξ ἧς ἡ ὑψοποιὸς ταπείνωσις τοῦτον ἀναλαβοῦσα, καὶ ἄνωθεν φέρουσα πρὸς οὐρανὸν, τῇ βασιλίδι τῶν ἀρετῶν ἀγάπῃ δίδωσι· καὶ Χριστῷ προσαγαγοῦσα, παρίστησι. Καὶ οὕτω, διὰ τῆς συντόμου κλίμακος, εὐκόλως πρὸς οὐρανὸν ἀνέρχεται ὁ ἐν ἀληθείᾳ ὑποτασσόμενος.

C

D

121. Et brevior ad regnum cœlorum per exiguam virtutum scalam non est via, quam ablatio quinque vitiorum obedientiæ oppositorum, quæ sunt inobedientia, contradictio, in se complacentia, amor proprii judicii, et funesta superbia : hæc sunt enim

ρκα'. Συντονωτέρα ὁδὸς πρὸς τὰ ἄνω βασίλεια, διὰ τῆς μικρᾶς κλίμακος τῶν ἀρετῶν οὐκ ἔστιν ἄλλη, ὡς ἡ τῶν πέντε τῆς ὑπακοῆς ἀντικειμένων παθῶν ἀναίρεσις· παρακοῆς, φημὶ, καὶ ἀντιλογίας, αὐταρεσκείας τε καὶ δικαιώματος, καὶ τῆς ὀλεθρίου οἰήσεως· αὖ-

[11] Jac. II, 18. [12] Joan. XII, 26.

ται γάρ εἰσι μέλη καὶ μέρη τοῦ ἀφηνιαστοῦ δαίμονος, τοῦ καταπίνοντος τοὺς νόθους τῶν ὑπηκόων, καὶ παραπέμποντος τῇ ἀβύσσῳ τῷ δράκοντι. Καὶ ἡ μὲν παρακοὴ ἐστι τὸ τοῦ ᾅδου στόμα· ἡ δὲ ἀντιλογία, ἡ γλῶσσα αὐτοῦ ὡς ὀξεῖα μάχαιρα· ἡ δὲ αὐταρέσκεια, ὀδόντες αὐτοῦ ἠκονημένοι· τὸ δὲ δικαίωμα, ὁ θώραξ αὐτοῦ· ἡ δὲ διάπνευσις τῆς παμφάγου γαστρὸς αὐτοῦ, ἡ πρὸς τὸν ᾅδην προπέμπουσα οἴησις. Ὅστις δὲ τὸ πρῶτον διὰ τῆς ὑπακοῆς νικᾷ, τὰ λοιπὰ ὑφ' ἓν περιέκοψε, καὶ εἰς οὐρανοὺς διὰ τῆς μιᾶς βαθμίδος ὀξέως ἀνέρχεται. Θαῦμα δὲ ὄντως, καὶ τῶν ἀῤῥήτων ὄν, καὶ ἀνέφικτον, καὶ τοῦτο ὁ φιλάνθρωπος ἡμῶν πεποίηκε Κύριος, τὸ, διὰ μιᾶς ἀρετῆς, ἢ μᾶλλον ἐπιταγῆς, ἀχρόνως εἰς οὐρανοὺς ἀνέρχεσθαι, ὥσπερ καὶ διὰ μιᾶς παρακοῆς εἰς τὸν ᾅδην κατήλθομεν καὶ κατερχόμεθα.

ρκβ'. Ὥσπερ ἄλλος κόσμος διττὸς ὁ ἄνθρωπος, καὶ καινὸς ὀνομάζεται, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον τὸν εἰπόντα· « Εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις. » Καὶ γὰρ καὶ οὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ πάντα ὅσα ὁ κόσμος, ὁ ἄνθρωπος γίνεταί τε κατὰ ἀρετὴν καὶ ὀνομάζεται· ὑπὲρ οὗ ἅπας λόγος καὶ ἅπαν μυστήριον, ὥς φησιν ὁ Θεολόγος. Ἐπειδὴ γὰρ « τὴν πάλην ἡμῶν εἶναι οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις τοῦ ἄρχοντος τοῦ ἀέρος, » τοῦ Ἀποστόλου φήσαντος, ἁρμόδιον εἶναι ὡς εἰς κόσμον ἄλλον μέγαν τῆς φύσεως τῶν ψυχικῶν ἡμῶν δυνάμεων εἶναι τοὺς ἀντιπαλαίοντας ἡμῖν κρυπτῶς· κατὰ τῶν τριῶν γὰρ οἱ τρεῖς ἄρχοντες τοῖς ἀγωνισταῖς ἀντικαθιστάμενοι, ἐκστρατεύουσι, καὶ καθ' ὃ ἂν προέκοψέ τις, καὶ εἰς ὅπερ ἐργάζεται, ὑπ' αὐτῶν πολεμεῖται. Καὶ ὁ μὲν δράκων ὁ ἄρχων τῆς ἀβύσσου, πρὸς τοὺς καρδιακῶς προσέχοντας ἐκστρατεύων ἐνίσταται, ὡς πρὸς τὴν ὀσφὺν τῆς ἐπιθυμίας καὶ τοῦ ὀμφαλοῦ τὴν ἰσχὺν ἔχων, καὶ διὰ τοῦ τῆς λήθης ἐνηδόνου γίγαντος, τὰς καυστικὰς τῶν πεπυρωμένων βελῶν δυνάμεις ἀκοντίζων αὐτοῖς, ὥσπερ θάλασσαν ἄλλην, καὶ ἄβυσσον τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων, δύνων, καὶ ἕρπων, καὶ ἐκταράττων αὐτὴν καὶ ἀφρίζων, ἀναζέει αὐτὴν, καὶ πρὸς συνουσιασμοὺς ἐκκαίει, καὶ τοῖς τῶν ἡδονῶν χειμάῤῥοις ἐπικλύζει αὐτὴν, καὶ ὡς ἄπληστον οὐκ ἐμπιπλᾷ. Ὁ δὲ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τοὺς τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν μετερχομένους ἀνθίσταται, ὡς πρὸς τὸ θυμικὸν τὴν πάλην ἔχων, καὶ διὰ τοῦ τῆς ῥᾳθυμίας γίγαντος, τὰς παντοδαπὰς τῶν παθῶν μαγγανείας ὡς εἰς κόσμον ἄλλον, ἢ θέατρόν τε καὶ στάδιον τὴν πάλην νοερῶς ποιῶν, νικῶν, ἢ ἡττώμενος τοὺς ἀεὶ αὐτῷ ἀνδρικῶς προσπαλαίοντας, καὶ στεφάνους, ἢ αἰσχύνην ἐνώπιον ἀγγέλων αὐτοῖς προξενῶν, τὰς παρατάξεις αὐτοῦ καθ' ἡμῶν διηνεκῶς καθοπλίζει, ἡμῖν μαχόμενος. Ὁ δὲ ἄρχων τοῦ ἀέρος τοὺς τῇ διανοίᾳ πρὸς θεωρίαν σχολάζοντας ἐπέρχεται, φαντασιοσκοπῶν, ὡς πρὸς τὸ λογικόν τε καὶ νοερὸν ἐγγίζων, μετὰ τῶν τῆς πονηρίας τοῦ ἀέρος πνευμάτων· καὶ διὰ τοῦ τῆς ἀγνοίας γίγαντος τὴν ἀνατατικὴν

membra et partes rebellis dæmonii, qui devorat filios servorum suorum, eosque Tartareo reservat draconi. Inobedientia est inferni os; contradictio, ejus lingua ut gladius mucronata; complacentia, dentes ejus acuti; proprium judicium, ejus pectus; et spiramen ventris ejus, trahens ad infernum superbia. Quisquis autem primum illud obedientia superat, cætera uno concidit ictu, et in cœlos per unum gradum illico ascendit, sed mirabile prorsus inenarrabileque est ineffabile est misericordiæ Dei donum, sic per unam virtutem, seu potius per unum mandatum confestim ad cœlos conscendere, ut per solam inobedientiam in infernum delabimur et decidimus.

122. Tum secundus, tum novus alter mundus vocatur homo, juxta divum Apostolum dicentem [13]: « Si qua in Christo nova creatura. » Namque cœlum terraque et universus mundus homo est et nominatur, propter quem omne est verbum et omne mysterium, ut ait Theologus. Etenim « quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus rectores tenebrarum hujus sæculi, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus primi aeris, » ut ait Apostolus [14], convenienter velut in magnum alterum naturæ mundum in animæ nostræ vires pugnant latentes adversarii nostri. Nam colluctantes nobis tres principes tres impugnant potentias animæ; et ubi profectus est, ubi labor, ibi prælium committunt. Et quidem draco princeps abyssi contra eos qui sunt corde attenti, dimicans insurgit, utpote in concupiscentiam lumborum et umbilici potestatem habens; et per voluptarium oblivionis gigantem flammeos ignitorum telorum impetus in illos jaculans, concupiscentiam quasi mare subit, irrepit, perturbat, et spumosam fervidamque facit, et ad copulas carnales succendit, et voluptatum torrentibus inundat, et tanquam insatiabilem non implet. Princeps autem mundi hujus opera virtutes persequentes aggreditur, quatenus contra partem irascibilem luctans; et per ignaviæ gigantem omnimoda passionum præstigia in alterius mundi illius theatrum et stadium pugna spirituali jaculans, vel vincit, vel vincitur ab iis qui fortiter usque ipsi resistunt; et coronas aut ignominiam in conspectu angelorum nobis comparans, sua tela semper et arma in nos contorquet. Princeps autem aeris mentali vacantes orationi invadit, imaginationem impetens intellectumque et rationem adoriens cum malignis spiritibus ætheris; et per gigantem ignorantiæ superiorem intellectus partem velut alterum spirituale cœlum cœnose turbat, et phantasticas tenebrosasque spirituum formas et transmutationes, quasi fulgura, et tonitrua, procellasque et fragores exhibens, terrorem incutit. Ita singuli

[13] I Cor. v, 17. [14] Ephes. vi, 12

singulas impugnant tripartitæ animæ facultates, et quo bellum ferunt, hic pugnam committunt.

τῶν μορφώσεις, καὶ τοὺς μετασχηματισμοὺς ἁπατηλῶς καθάπερ ἀστραπὰς, καὶ βροντὰς, καταιγίδας τε καὶ ῥόθους φέρων, δειλίαν ἐπάγει. Ἕκαστος ἑκάστῳ δηλονότι διὰ τῶν τριῶν πρὸς τὸ τριμερὲς τῆς ψυχῆς προσπαλαίων, ἀνθίσταται καὶ πρὸς ὃ τὸν πόλεμον ἔχει, πρὸς αὐτὸ καὶ τὸν ἀγῶνα κέκτηται.

123. At enim, quamvis sint spiritus, quia tamen pristina immaterialitate ac simplicitate exciderunt, materialem quamdam habet unusquisque compositionem, ordini aut operationi assimilatus corporis, ad quod movendum factus est. Quia enim et ipsi, hominis instar, angelicis spoliati divitiis divinaque privati voluptate, terrenam sicut et nos patiuntur voluptatem, materiales etiam quodammodo facti sunt materialium passionum habitibus; neque mirum est, quum et anima nostra ad Dei imaginem rationalis intellectualisque creata, bestialis et fere omnis sensus et intelligentiæ exspers facta sit materialis voluptatis operibus ac Dei oblivione. Solet enim habitus mutare naturam, et operationem in voluntatem convertere. Et spiritus quidem alii sunt materiales, graves et molesti, iracundi et vindices, ferarum instar carnivori, et ad libidinem voluptatemque hiantes, velut canes ad sanguinem, corruptionem cum spiritualibus comedendo suum hujus amorem ostendunt, materiales et crassas habentes carnem, delectationem et habitationem. Alii vero luxuriosi et lubrici, in concupiscentia velut in palude hirudines ranæque et reptilia, et aliquando velut alii pisces reptant, amaram incontinentiæ voluptatem quasi degustantes, et natant in ebrietatis mari, læves mollesque natura, et lubricitate brutarum voluptatum gaudentes, fœdarum cogitationum fluctus turbinesque ac tempestates in anima cient. Alii autem leves et tennes, utpote aerii spiritus, vim mentis contemplativam excitantes, imagines velut vehementes vento immittunt, et aliquando in volucres et in angelos transformati animam decipiunt, imaginationi se ut gnosticos repræsentantes, et convertentes immutantesque omnem spiritus contemplationem in his qui adhuc multum pugnant ante purificationem spiritualemque perfectionem. Nam spirituale nihil est, cujus effigiem imaginarie haud simulent, seipsos enim in statum atque modum mystici progressus subornant, ut veritati sufficiant errorem, et illusionem substituant contemplationi. De istis loquitur Scriptura, per bestias agri volucresque cœli et reptilia terræ spiritus nequitiæ significans et indicans.

διάνοιαν καθάπερ ἄλλον λογικὸν οὐρανὸν ἐκταράττων θολοῖ, τὰς φανταστικὰς καὶ ὁμιχλώδεις τῶν πνευμάτων ἐγείρων φαντασίας, εἰς πετεινὰ, ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς ἀγγέλους μεταμορφούμενα τὴν ψυχὴν ἀπατῶσι· μνήμας εἰδοποιοῦντα γνωστῶν τινων, μετασχηματίζοντά τε καὶ μετατρέποντα πᾶσαν θεωρίαν πνευματικὴν ἐν τοῖς ἔτι μάλιστα ἀγωνιζομένοις, πρὸ τῆς καθαρότητος καὶ τῆς πνευματικῆς διακρίσεως. Οὐδὲν γάρ ἐστι πνευματικὸν, ᾧ μὴ ὡς αὐτὸ κατὰ φαντασίαν λεληθότως μετασχηματίζονται· πρὸς γὰρ τὴν κατάστασιν, καὶ τὸ μέτρον τῆς προκοπῆς, καὶ αὐτοὶ καθοπλίζονται, πλάνην ἀντὶ ἀληθείας, καὶ φαντασίαν ἀντὶ θεωρίας ἐπιφέροντες, εἰσοικίζονται. Περὶ γὰρ τούτων ἡ Γραφὴ μαρτυρεῖ λέγουσα, καὶ θηρία τοῦ ἀγροῦ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς, τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας ἐπισημάνασα ἐδήλωσεν.

121. Carnis et passionum adversus animam insurrectio quinque modis fit in nobis. Nunc enim rebus abutitur caro; nunc contraria naturæ ut naturæ conformia vult operari: modo in seipsam a dæmonibus armata, cum his lætissima jungit amicitiam; modo in seipsam rebellatur, ut vitiis mancipetur; postremo bellum movetur a dæmonibus nos per abusum humilitatis impugnantibus, cum omnibus præfatis modis nihil profecerunt.

ρκγ'. Νόες γάρ ὄντες ποτὲ καὶ αὐτοὶ, καὶ τῆς ἀϋλίας ἐκείνης καὶ λεπτότητος ἐκπεσόντες, ὑλικήν τινα παχύτητα ἕκαστος κέκτηται· κατὰ τὴν τάξιν, ἢ ἐνέργειαν σωματούμενος, οὗ ἐνεργῶν πεποίωται. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ αὐτοὶ, κατὰ ἄνθρωπον, τὴν ἀγγελικὴν ἡδονὴν ἀπολέσαντες, τρυφῆς θείας ὑστερηθέντες, χοῦν, καθάπερ καὶ ἡμεῖς, καὶ αὐτοὶ τρυφὴν πάσχουσιν, ὑλώδεις πως καὶ αὐτοὶ γεγονότες ταῖς τῶν ὑλικῶν παθῶν ἕξεσι· καὶ οὐ δεῖ θαυμάζειν, ὅπουγε καὶ ἡ κατ' εἰκόνα Θεοῦ λογικὴ καὶ νοερὰ κτισθεῖσα ψυχὴ ἡμῶν, κτηνώδης καὶ ἀναίσθητος, καὶ σχεδὸν ἄνους ταῖς τῶν ὑλικῶν πραγμάτων ἀπολαύσεσι γέγονε, Θεὸν ἀγνοήσασα. Πέφυκε γὰρ ἡ ἕξις μεταποιεῖν τὴν φύσιν, καὶ ἀλλοιοῦν τὴν ἐνέργειαν πρὸς τὴν προαίρεσιν. Καὶ τὰ [*δηλ.* πνεύματα] μέν εἰσιν ὑλώδη, καὶ βαρέα τινὰ καὶ δυσκάθεκτα, θυμοειδῆ καὶ ἀμυντικὰ, καὶ ὡς θηρία τινὰ σαρκοφάγα πρὸς τὴν ὑλικὴν ἡδονὴν καὶ τρυφὴν κεχηνότα, δίκην κυνῶν αἱμοβόρων, τὴν σαπρίαν μετὰ τῶν πνευματώντων ἐσθίοντα τὴν φίλην αὐτῶν φαντάζουσι, τὰς παχείας καὶ ὑλώδεις σάρκας, καὶ τρυφὴν καὶ οἰκίαν ἔχοντα. Τὰ δὲ ἀκόλαστά τινα καὶ ὑγρώδη, ὡς εἰς λίμνην βδέλλαι τινὲς τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ βάτραχοι, καὶ ὄφεις, ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς ἰχθύας ἀλλοιούμενα, ἕρποντα τὴν ἁλμυρὰν τῆς ἀκολασίας ἡδονὴν, ὡς ἀπόλαυσιν κεκτημένα· νηχόμενα τῷ πελάγει τῆς πολυποσίας, λεῖά τινα ὄντα, καὶ ἁπαλά πως τὴν φύσιν, τῇ ὑγρότητι τῶν ἀλόγων ἡδονῶν χαίροντα, κύματα λογισμῶν, καὶ μολυσμῶν, καὶ τριχυμίας, καὶ ζάλας ἀεὶ τῇ ψυχῇ διεγείρουσι· τὰ δὲ κοῦφά τινα καὶ λεπτὰ, ὡς ἐναέρια πνεύματα ὄντα, τὸ θεωρητικὸν τῆς ψυχῆς ῥιπίζουσιν, ἀνέμους τινὰς βιαίους καὶ φαντασίας προτείνοντα, εἰς πετεινὰ, ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς ἀγγέλους μεταμορφούμενα τὴν ψυχὴν ἀπατῶσι· μνήμας εἰδοποιοῦντα γνωστῶν τινων, μετασχηματίζοντά τε καὶ μετατρέποντα πᾶσαν θεωρίαν πνευματικὴν ἐν τοῖς ἔτι μάλιστα ἀγωνιζομένοις, πρὸ τῆς καθαρότητος καὶ τῆς πνευματικῆς διακρίσεως. Οὐδὲν γάρ ἐστι πνευματικὸν, ᾧ μὴ ὡς αὐτὸ κατὰ φαντασίαν λεληθότως μετασχηματίζονται· πρὸς γὰρ τὴν κατάστασιν, καὶ τὸ μέτρον τῆς προκοπῆς, καὶ αὐτοὶ καθοπλίζονται, πλάνην ἀντὶ ἀληθείας, καὶ φαντασίαν ἀντὶ θεωρίας ἐπιφέροντες, εἰσοικίζονται. Περὶ γὰρ τούτων ἡ Γραφὴ μαρτυρεῖ λέγουσα, καὶ θηρία τοῦ ἀγροῦ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς, τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας ἐπισημάνασα ἐδήλωσεν.

ρκδ'. Ἡ ἐπανάστασις τῶν παθῶν, καὶ ὁ ἐπεγειρόμενος τῆς σαρκὸς πόλεμος κατὰ τῆς ψυχῆς, κατὰ πέντε τρόπους προσγίνεται ἐν ἡμῖν· ποτὲ μὲν ἡ σὰρξ παραχρωμένη τοῖς οὖσι, ποτὲ δὲ τὰ παρὰ φύσιν, ὡς κατὰ φύσιν ἐπιζητοῦσα ἐνεργεῖν· ποτὲ δὲ καὶ ὑπὸ τῶν δαιμόνων ὁπλιζομένη κατὰ τῆς ψυχῆς, ὡς ἡδέως συμφιλιάζουσα τούτοις. Ἔστι δ' ὅτε καὶ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἀτακτεῖ, ὡς πεποιωμένη τοῖς πάθεσι. Γίνεται δὲ καὶ πόλεμος ἐπ' ἐσχάτων πάντων, ἐκ

φθόνου δαιμόνων κατὰ παραχωρησιν ἀνθισταμένων ἡμῖν δι' ταπείνωσιν, ὁπόταν ἐκ πάντων τῶν προειρημένων ἀστοχήσωσιν.

ρκε'. Αἰτίαι δὲ κυρίως τοῦ πολέμου τρεῖς εἰσιν, ἐκ πάντων καὶ διὰ πάντων ἡμῖν προσγινόμεναι· ἡ ἕξις, ἡ παράχρησις τῶν ὄντων, καὶ ὁ κατὰ παραχώρησιν τῶν δαιμόνων φθόνος, καὶ πόλεμος. Τὸ δὲ ἐπανίστασθαι, ἢ ἐπιθυμεῖν τὴν σάρκα κατὰ τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν ψυχὴν κατὰ τῆς σαρκὸς, τὸν αὐτὸν τρόπον κατὰ τὴν ἕξιν καὶ τὴν ἐνέργειαν ἔχουσι τὰ τῆς σαρκὸς κατὰ τῆς ψυχῆς πάθη, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς κατὰ τῆς σαρκὸς ἀριστεύματα. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ πολέμιος ἔστι δ' ὅτε ἀπερισκέπτως καὶ ἀναιτίως, ὡς ἀναιδὴς, καθ' ἡμῶν θρασυνόμενος μάχεται. Μὴ δὸς οὖν, ὦ φίλος, τῇ βδέλλῃ ὡς αἱμοχαρεῖ, ἀναιμάττειν τὰς ἀρτηρίας, καὶ οὐδ' ἐμεῖν αἷμα δυνηθείη ποτέ. Μήτε χοῦν εἰς κόρον τῷ ὄφει καὶ δράκοντι παραχώρει, καὶ καταπατήσεις εὐχερῶς λέοντος καὶ δράκοντος φρύαγμα. Στέναξον ἄχρις ἂν ἐκδυθεὶς, ἐπενδύσῃ τὸ ἄνωθεν οἰκητήριον, καὶ τὴν μόρφωσιν τοῦ κατ' εἰκόνα σε πλάσαντος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

125. Revera illius belli tres sunt causæ, ex omnibus et per omnia nobis provenientes : habitus, abusus rerum, et propter hunc abusum dæmonum invidia et pugna. Porro in rebellione et concupiscentia carnis adversus animam, et animæ adversus carnem, eodem modo se habent et operantur carnis contra animam cupiditates, atque animæ contra carnem bona opera. Ipse autem inimicus aliquando temere et sine causa, utpote impudens, contra nos cum fiducia pugnat. Ne credas igitur, o amice, arterias hirudini segendas, quippe quæ sanguinem amet, nec unquam possit sanguinem vomere. Neque des terram in cibum serpenti et B draconi, et facile conculcabis tumorem leonis et draconis, donec gemitum exuius, induas supernam habitationem et formam ejus qui te ad imaginem suam creavit, Jesu Christi.

ρκς'. Κυρίως οἱ αὐτόχρημα σάρκες ὄντες, καὶ τὴν φιλαυτίαν ἀσπαζόμενοι, ἡδονῇ καὶ κενοδοξίᾳ ἀεὶ δουλεύουσιν· οἷς ὁ φθόνος ἐρρίζωται. Τῇ βασκανίᾳ γὰρ τηκόμενοι, καὶ τὴν τοῦ πλησίον εὐπραγίαν πικρίαν ἡγούμενοι, διαβάλλουσι τὰ καλὰ ὡς κακὰ, καὶ τῆς πλάνης ὄντα γεννήματα, καὶ οὐδὲ τὰ τοῦ Πνεύματος δέχονται, ἢ πιστεύουσι, μήτε Θεὸν ἰδεῖν ἢ ἐπιγνῶναι τῇ ὀλιγοπιστίᾳ δύνανται. Οἱ τοιοῦτοι, κατὰ τὴν τύφλωσιν αὐτῶν καὶ ὀλιγοπιστίαν, εἰκότως ἐκεῖθεν ἀκούσουσι τὸ, « Οὐκ οἶδα ὑμᾶς. » Χρὴ γὰρ τὸν ἐρωτῶντα πιστὸν, ἢ πιστεύειν ἃ οὐκ οἶδεν ἀκούων, ἢ μανθάνειν ἃ πιστεύει, ἢ διδάσκειν ἅπερ ἔγνω, καὶ πολυπλασιάζειν ἀφθόνως ἐν τοῖς δεχομένοις πιστως τὸ τάλαντον. Εἰ δ' ἀπιστεῖ ἃ οὐκ οἶδε, καὶ ἐξουθενεῖ ἃ οὐκ ἔγνω, καὶ διδάσκει ἃ οὐκ ἔμαθε, βασκαίνων τοῖς διδάσκουσι πρακτικῶς ταῦτα, ἔσται ἡ μερὶς αὐτοῦ πάντως, μετὰ τῶν ἐχόντων χολὴν πικρίας ἐπιτιμώμενος.

126. Omnes vere ac proprie carnalis et sui amore capti, voluptati et vanæ gloriæ semper inservimus, et in eis invidia radicem habet. Invidia enim tabescentes et proximi felicitatem ægre ferentes, calumniantur bona tanquam mala, et, filii erroris, ea quæ sunt Spiritus non amplectuntur nec credunt, et Deum videre aut cognoscere, cum sint modicæ fidei, non possunt. Isti, ob suam cæcitatem et modicam fidem, merito in die judicii hoc audient : C « Nescio vos [13]. » Debet enim interrogans fidelis, vel credere audiens quæ nescit, vel discere quæ credit, vel docere quæ cognoscit, et sine invidia multiplicare talentum in iis qui fideliter accipiunt. Si vero credere abnuat quæ nescit, et rejiciat quæ non intelligit, et doceat quæ non didicit, invidens iis qui hæc practice docent, profecto cum amaris felle consortium pœnæ habebit.

ρκζ'. Ῥήτωρ ἐστὶ, κατὰ τοὺς ὄντως ἐν λόγῳ σοφοὺς, ὁ ἐν συντομίᾳ διὰ τῆς γενικῆς ἐπιστήμης τὰ ὄντα περιλαμβάνων, καὶ ὡς ἓν σῶμα καὶ διαιρῶν καὶ συνάπτων αὐτὰ, δεικνύων ταῦτα ὡς ὁμοδύναμα κατά τε τὴν ἑτερότητα, καὶ ταυτότητα· ἢ καὶ ὁ κατ' ἀλήθειαν ἀποδεικτικὸς λεγόμενος. Ἢ πάλιν ῥήτωρ ἐστὶ κυρίως πνευματικὸς, ὁ τὰς διῃρημένας καθολικὰς τῶν ὄντων πέντε γενικὰς ἰδιότητας, ἃς ὁ ἐνανθρωπήσας Λόγος συνῆψε, διαιρῶν καὶ συνάπτων περιληπτικῷ λόγῳ φωνῆς ποιᾷς, ὡς ῥήτωρ περιλαμβάνων τὸ πᾶν· οὐ λόγῳ ψιλῷ μόνον ἀποδεικτικῷ κατὰ τοὺς ἔξω δεικνύων ἄλλοις αὐτὰ, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐμφαινομένων αὐτῷ ἐν πνεύματι τοῖς οὖσι θεωρημάτων, καὶ ἑτέρους φωτίζειν δυνάμενος. Φιλόσοφος δέ ἐστιν ἀληθινὸς, ὁ ἐκ τῶν ὄντων τὴν αἰτίαν τῶν ὄντων εἰδὼς, ἢ ἐκ τῆς αἰτίας τὰ ὄντα γινώσκων, κατὰ τὴν ὑπὲρ νοῦν ἕνωσιν καὶ τὴν ἄμεσον πίστιν γενόμενος, οὐ μόνον μαθὼν, ἀλλὰ καὶ παθὼν τὰ θεῖα. Ἢ πάλιν φιλόσοφός ἐστι κυρίως, ὁ πρακτικός τε καὶ θεωρητι-

127. Secundum eos qui sermone sunt vere sapientes, orator est qui concise generali scientia res comprehendit, easque velut unum corpus et dividens et colligens, ostendit illas eamdem vim habere secundum differentiam et identitatem; vel est qui veritatem persuasorie dicit. Vel adhuc orator est D verus spiritualis, qui divisas et unitas quinque generales rerum proprietates, quas Verbum homo factum assumpsit, separans et conjungens unius vocis complexione (ut rhetor verbo universali utens), non mero tantum sermone demonstrativo, ut qui non sunt mystici, illas docet alios, sed etiam ex iis quæ spiritualiter didicit auribus aut oculis, illuminare alios potest. Philosophus autem verus est qui ex rebus rerum causam ediscit, vel ex causa res cognoscit, et qui incomprehensam unionem immediatamque fidem sortitus est, atque res divinas non solum doctus, sed et passus est. Vel iterum proprie philosophus est animus in practico

[13] Luc. XIII, 25.

A

B

C

D

a contemplativo statu stabilitus; perfectus autem philosophus est intellectus ethica physicaque et theologica instructus philosophia, vel potius *philotheia*, et ex ethica quidem actiones, a physica vero sermones, e theologia demum contemplationem irreprehensibilemque fidem a Deo edoctus. Vel rursus sagax rerum divinarum rhetor est qui ea quæ proprie sunt, ab his demonstrat, ex illisque rationes harum clarissime perspicit; qui intelligibilem invisibilemque a sensibili et visibili, et sensibilem visibilemque ab invisibili et insensibili mundum discernit, quia visibilia sunt invisibilium imagines, et invisibilia visibilium archetypi, et objacere dicit figuras iis quæ non habent figuras, et species iis quæ non habent speciem, ut hunc mundum per illum, et illum per hunc spiritualiter cognoscat, et mutuo alterum in altero clare perspiciat et ostendat verbo veritatis et non anagogicis aut allegoricis sermonibus scientiam veritatis fulgidam solis instar efficit, sed scientia et virtute spirituali veras utriusque rationes apertissime dilucidat et explanat, ita ut hunc esse pædagogum nostrum, illum vero æternam Dei domum, manifeste nobis pateat. Divus autem philosophus est qui per activam et contemplativam vitam immediate unitur Deo, et amicus ejus fit et dicitur, quia primam creatricem et veram sapientiam amat et diligit supra omnem aliam amicitiam sapientiamque et scientiam. Philologus autem et vere philosophus (licet vana gloria philosophiæ nomen usurpaverit, ut ait magnus Gregorius), ille est qui sapientiam harumce creaturarum Dei amat et scrutatur, ut novissime dictum est, sed non propter laudem et gloriam humanam hanc philosophiam ostentator exercet, ita ut non materiæ, sed naturali sapientiæ Dei studeat. Scriba autem doctus in regno cœlorum est quicunque per praxim ad Dei contemplationem ascendit et in quietudine perseverat; qui profert de thesauro cordis sui nova et vetera, id est, evangelica et prophetica, seu Novi et Veteris Testamenti eloquia, seu doctrinalia et practica, seu legalia et apostolica. Hæc enim sunt nova et antiqua mysteria, quæ practicus scriba profert, doctus in statu divinæ pietatis. Scriba item est omnis practicus qui corporaliter adhuc bonis operibus vacat. Præterea orator divinus est, qui circa naturam scientiamque et rationes rerum versatus, omnia spiritualiter demonstrat et sermonis virtute dirimit. Philosophus denique verus est, qui supernaturalem Dei unionem gnostice et immediate habet in seipso.

τικὸς γενόμενος καὶ πολιτευόμενος νοῦς· τέλειος δέ ἐστι νοῦς φιλόσοφος, ὁ τὴν ἠθικὴν, καὶ φυσικὴν, καὶ θεολογικὴν κατορθώσας φιλοσοφίαν, μᾶλλον δὲ φιλοθεΐαν, καὶ τῆς μὲν ἠθικῆς, τὰς πράξεις· τῆς δὲ φυσικῆς, τοὺς λόγους· τῆς δὲ θεολογικῆς, τὴν θεωρίαν, καὶ τὴν τῶν δογμάτων ἀκρίβειαν ἐκ Θεοῦ διδαχθείς. Ἢ πάλιν ῥήτωρ θεῖος ἐν θείοις ἐστὶν, ὁ τὰ κυρίως ὄντα ἐκ τῶν ὄντων, ἢ μὴ ὄντων διαιρῶν, καὶ τοὺς μὲν λόγους ἐκείνων, ἐκ τούτων δεικνύων, καὶ ἐκ τούτων, ἐκείνων τοὺς λόγους ὁρῶν ἐνθεαστικώτατα· καὶ τὸν μὲν νοητὸν καὶ ἀόρατον, ἐκ τοῦ αἰσθητοῦ καὶ ὁρωμένου· τὸν δὲ αἰσθητὸν καὶ ὁρώμενον κόσμον, ἐκ τοῦ ἀοράτου καὶ ἀναισθήτου συγκρίνων, ὡς τὸν μὲν ὁρατὸν, εἰκόνα τοῦ ἀοράτου, τὸν δὲ ἀόρατον τοῦ ὁρωμένου ἀρχέτυπον. Προβέβληνται, φησὶ, τῶν ἀτυπώτων οἱ τύποι, καὶ τὰ σχήματα τῶν ἀσχηματίστων· ὡς δι' ἐκείνου, τοῦτον, καὶ διὰ τούτου ἐκεῖνον ἐμφαίνεσθαι πνευματικῶς, καὶ τρανῶς ἐν ἀλλήλοις θάτερον ἐν θατέρῳ ὁρᾷν, καὶ ἐμφανῆ ποιεῖν τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ· οὐκ ἀναγωγικοῖς, ἢ ἀλληγορικοῖς λόγοις πλάττειν τὴν δίκην ἡλίου τῆς ἀληθείας ἐλλάμπουσαν γνῶσιν, ἀλλ' ἐπιστήμῃ καὶ δυνάμει πνευματικῇ τοὺς τῆς ἀληθείας ἀμφοτέρων λόγους, διατρανοῦντα τὰ ἀποδεικνύοντα τούτους ἐμφαντικώτατα· ὡς τὸν μὲν παιδαγωγὸν ἡμῶν εἶναι, τὸν δὲ, οἶκον αἰώνιον θεῖον, δι' ἡμᾶς γενόμενον ἀριδήλως. Φιλόσοφος δέ ἐστι θεῖος, ὁ διὰ πράξεως καὶ θεωρίας ἀμέσως ἑνωθεὶς τῷ Θεῷ, καὶ φίλος αὐτῷ γενόμενος, καὶ λεγόμενος, ὡς τὴν πρώτην, καὶ ποιητικὴν, καὶ ἀληθινὴν σοφίαν καὶ φιλήσας, καὶ ἀγαπήσας ὑπὲρ πᾶσαν ἄλλην φιλίαν, καὶ σοφίαν καὶ γνῶσιν. Φιλόλογος δέ ἐστι, καὶ ὁ κυρίως φιλόσοφος (κἂν ἡ δόξα τὸ τῆς φιλοσοφίας ὄνομα σφετερισαμένη, ὥς φησιν ὁ μέγας Γρηγόριος, λέληθεν), ὁ τὴν σοφίαν τήνδε τῆς δημιουργίας, φιλῶν καὶ ἐρευνῶν, τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ ἔσχατον ἀπήχημα, ἀλλὰ μὴ δι' ἔπαινον καὶ δόξαν ἀνθρωπίνην τὴν φιλοσοφίαν ταύτην ἀσκῶν ἐπιδεικτικῶς, ἵνα μὴ φιλόῦλος εἴη, καὶ οὐ φιλόσοφος τῆς φυσιολογικῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας. Γραμματεὺς δέ ἐστιν, ὁ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ μαθητευθεὶς, πᾶς ὁ διὰ πράξεως εἰς τὴν περὶ Θεοῦ θεωρίαν σχολάζων καὶ τῇ ἡσυχίᾳ προσκαρτερῶν· ὃς ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ τῆς καρδίας, καινὰ καὶ παλαιά· τουτέστιν εὐαγγελικὰ καὶ προφητικά· ἢ ἐκ τῆς Νέας καὶ Παλαιᾶς Διαθήκης· ἢ διδασκαλικὰ καὶ πρακτικά· ἢ νομικὰ καὶ ἀποστολικά. Ταῦτα γὰρ τὰ καινὰ καὶ παλαιὰ μυστήρια, ἅπερ ὁ πρακτικὸς γραμματεὺς ἐκβάλλει, μαθητευθεὶς εἰς τὴν θεάρεστον πολιτείαν. Γραμματεὺς δέ ἐστι, πᾶς πρακτικὸς, ὁ σωματικῶς ἔτι πρὸς τὰς πράξεις ἐνασχολούμενος.

Ῥήτωρ δὲ θεῖος, ὁ φυσικῶς, ὁ πρὸς τὰς γνώσεις καὶ τοὺς λόγους τῶν ὄντων μέσος ἑστὼς, καὶ ἀποδεικτικὸς τῶν ὅλων ἐν πνεύματι τῇ διαιρετικῇ τοῦ λόγου Θεοῦ ἕνωσιν γνωστῶς καὶ ἀμέσως ἔχων ἐν ἑαυτῷ. δυνάμει. Φιλόσοφος δὲ ἀληθὴς, ὁ τὴν ὑπερφυᾶ τοῦ

128. Tentantes sine spiritu scribere, et loqui, et Ecclesiam ædificare, sunt animales, ut ait divus Apostolus, spiritum non habentes. Isti enim subjecti sunt maledictioni ejus qui dicit: « Væ qui sapientes sunt in oculis suis, et coram seipsis prudentes [16]. » Nam a seipsis loquuntur, nec Spiritus

ρχη'. Οἱ χωρὶς Πνεύματος γράφοντές τε καὶ λέγοντες, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖν βουλόμενοι, ψυχικοί εἰσιν, ὥς πού φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, Πνεῦμα μὴ ἔχοντες. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι ὑπόδικοί εἰσι τῇ ἀρᾷ τῇ λεγούσῃ· « Οὐαὶ οἱ συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες· ἀφ' ἑαυτῶν γὰρ λα-

[16] Isa. v, 21.

λοῦσι, καὶ οὐ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐστι τὸ λαλοῦν ἐν αὐτοῖς· » κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον. Ἐκ γὰρ τῶν οἰκείων λογισμῶν πρὸ καθαρότητος οἱ λέγοντες, πνεύματι οἰήσεως ἐπλανήθησαν. Περὶ τούτου γάρ φησιν ἡ Παροιμία· « Εἶδον ἄνδρα δόξαντα παρ' ἑαυτῷ σοφὸν εἶναι· ἐλπίδα μᾶλλον ἔχει ὁ ἄφρων αὐτοῦ. » Καὶ τό· « Μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς, » ἡ Σοφία παραγγέλλει ἡμῖν. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ πλήρης Πνεύματος θεῖος Ἀπόστολος, διομολογεῖ λέγων· « Οὐ γὰρ ἱκανοί ἐσμεν παρ' ἑαυτῶν, ἀλλ' ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ. » Καὶ τὸ, « Ἀλλ' ὡς ἐκ Θεοῦ κατ' ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ λαλοῦμεν ἐν Χριστῷ. » Τῶν γὰρ τοιούτων οἱ λόγοι ἀηδεῖς καὶ ἀφώτιστοι· οὐκ ἐκ τῆς ζώσης γὰρ πηγῆς τοῦ Πνεύματος μεταλαμβάνοντες λέγουσιν, ἀλλ' ἐκ λίμνης οἷά τινος βορβορώδους καρδίας, βδέλλας, καὶ ὄφεις καὶ βατράχους ἐπιθυμιῶν καὶ τύφου, καὶ ἀκρασίας ἐχούσης τρέφονται, καὶ τὸ ὕδωρ τῆς γνώσεως αὐτῶν ὄζον θολερόν τε καὶ χλιαρόν· οὗ οἱ πίνοντες, εἰς καχεξίαν καὶ ἀηδίαν καὶ ἔμετον ἀλλοιούμενοι, μετατρέπονται.

ρκθ'. « Σῶμα Χριστοῦ ἡμεῖς ἐσμεν, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, καὶ μέλη ἐκ μέρους. » Καὶ πάλιν· « Ἕν σῶμα, καὶ ἓν πνεῦμά ἐστε, καθὼς καὶ ἐκλήθητε. » Ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα νεκρὸν καὶ ἀναίσθητόν ἐστι χωρὶς πνεύματος, οὕτως ὁ νεκρωθεὶς τοῖς πάθεσι διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν ἀμελείας μετὰ τὸ βάπτισμα, ἀνενέργητος γίνεται, καὶ ἀφώτιστος τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, ἔχων μὲν τὸ πνεῦμα διὰ τῆς πίστεως καὶ τῆς ἀναγεννήσεως, ἀνενέργητον δὲ καὶ ἀκίνητον διὰ τὴν ψυχικὴν νεκρότητα. Καὶ γὰρ ἡ ψυχὴ μία μὲν οὖσα, τὰ δὲ μέλη τοῦ σώματος πολλὰ, πάντα αὐτὴ κρατεῖ, καὶ ζωοποιεῖ, καὶ κινεῖ τὰ ζωῆς δεκτικὰ, τὰ δὲ κατά τινα συμβατικὴν ἀσθένειαν καταψυγέντα μέλη, ὡς νεκρὰ καὶ ἀκίνητα, φέρει μὲν ἐν ἑαυτῇ, πλὴν ἄζωα, καὶ ἀναίσθητα· οὕτως ὅλον ἐν ὅλοις ἀμιγῶς τοῖς Χριστοῦ μέλεσίν ἐστι τὸ Χριστοῦ πνεῦμα ἐνεργοῦν, καὶ ζωοποιοῦν τὰ μετέχειν ζωῆς δυνάμενα, ἀλλὰ καὶ τὰ μὴ μετέχειν ἀσθενῆ φιλανθρώπως ὡς οἰκεῖα περικρατεῖ. Διὸ καὶ πᾶς πιστὸς μετέχει μὲν διὰ τῆς πίστεως τῆς υἱοθεσίας τοῦ πνεύματος, ἀνενέργητος δὲ γίνεται καὶ ἀφώτιστος διὰ τῆς ἀμελείας καὶ ἀπιστίας, τοῦ φωτὸς καὶ τῆς ζωῆς τοῦ Ἰησοῦ ὑστερούμενος· ὡς ἔστι μὲν πιστὸς ἅπας, μέλος Χριστοῦ, καὶ πνεῦμα Χριστοῦ ἔχων· ἀνενέργητος δὲ, καὶ ἀκίνητος, καὶ πρὸς μετουσίαν τῆς χάριτος ἀνεπίδεκτος.

ρλ'. Τὰς ὀκτὼ γενικὰς θεωρίας φαμὲν εἶναι· πρώτην, τὴν περὶ Θεοῦ τοῦ ἀνειδέου, καὶ ἀνάρχου, καὶ ἀκτίστου, καὶ τῶν ὅλων αἰτίου, τῆς τριαδικῆς μιᾶς καὶ ὑπερουσίου θεότητος· δευτέραν, τῆς τῶν νοερῶν δυνάμεων τάξεώς τε καὶ στάσεως· τρίτην, τῆς τῶν ὄντων συστάσεως· τετάρτην, τῆς οἰκονομικῆς τοῦ Λόγου συγκαταβάσεως· πέμπτην, τῆς καθολικῆς ἀναστάσεως· ἕκτην, τῆς φοβερᾶς καὶ δευτέρας τοῦ Χριστοῦ ἐλεύσεως· ἑβδόμην, τῆς αἰωνίου κολάσεως· ὀγδόην, τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Καὶ αἱ μὲν τέσσαρες, τῶν παρῳχηκότων καὶ γεγενημένων εἰσίν· αἱ

A Dei est qui loquitur in eis, juxta Domini effatum [14]. Etenim qui ex propriis cogitationibus ante purificationem loquuntur, spiritu sapientiæ aberrant. De hujusmodi dicitur in Proverbiis : « Vidi hominem sapientem sibi videri ; magis illo spem habebit insipiens [15]. » Et alibi : « Nolite esse prudentes apud vosmetipsos [16], » Sapientia nobis præcipit. Ipse etiam plenus Spiritu divus Apostolus confitetur dicens [17] : « Non quod sufficientes simus ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. » Et alibi [18] : « Sed tanquam ex Deo coram Deo in Christo loquimur. » Illorum nempe sermones injucundi sunt et tenebrosi, quia non e vivo Spiritus fonte hauriunt

B quæ profantur, sed velut e cœnosa cordis palude hirudines, reptilia et ranas concupiscentiæ, tumoris et luxuriæ habente nutriuntur, et aqua scientiæ eorum fœtida est lutosaque ac tepida : de qua bibentes in cachexiam, tædium et vomitum mutati decidunt.

129. Inquit divus Apostolus [19] : « Nos sumus corpus Christi, et membra de membro. » Et iterum : [20] « Unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis ». Quemadmodum enim corpus mortuum et exanime sine spiritu est, ita qui enectus est cupiditatibus per mandatorum transgressionem post baptisma, operationem amittit, lucemque Spiritus sancti, et Christi gratiam, habens quidem Spiritum

C per fidem et regenerationem, sed qui non operatur nec movetur propter mortem animæ. Etenim anima cum una sit, multi vero artus corporis, omnes illa regit, vivificat et movet qui sunt vitæ capaces ; aliqua autem fortuita infirmitate refrigeratos artus, tanquam mortuos et immobiles, fert quidem in seipsa, sed vitæ et sensus impotes. Sic totus in singulis inconfuse Christi membris inest Christi spiritus, movens et vivificans vitæ participandæ capacia, et etiam consortio huic imparia tanquam sibi propria dominatur. Itaque omnis fidelis per fidem particeps est adoptionis spiritus, sed fit iners et cæcus incuria et incredulitate, et vitam Jesu amittit : et sic se habet omnis fidelis qui membrum

D quidem Christi et Spiritus Christi est compos, operationis vero motusque et participationis gratiæ impos.

130. Contemplationis octo præcipuas numeramus species. Prima forma principioque carentem et non factum intuetur Deum ; et causam omnium individuam Trinitatem, et supersubstantialem divinitatem ; secunda, intellectualium virtutum ordinem et statum ; tertia, rerum constitutionem ; quarta, Redemptoris Verbi descensum ; quinta, universalem resurrectionem ; sexta, secundum ac terribilem Christi adventum ; septima, pœnas æternas ; octava, regnum cœlorum. Quatuor priores sunt de præteritis et jam factis ; quatuor posteriores, de futuris

[14] Matth. x, 21. [15] Prov. III, 7. [16] Rom. XII, 16. [17] II Cor. III, 5. [18] II Cor. XII, 19. [19] I Cor. XII, 27. [20] Ephes. IV, 4.

et nondum manifestatis. Eas clare contemplantur et inveniunt qui gratia multam adepti sunt mentis puritatem. Qui vero sine lumine ad eas accedit, imaginationem efformabit, haud contemplationem, per spiritum phantasmatum imaginatione deceptus et se decipiens.

131. Hic etiam de errore oportet, qua fieri potest, dicere, cum multa variaque ejus incommoda difficile agnosci et fere non intelligi possint. Error, inquam, duobus modis ostenditur, seu potius accidit et ingruit, scilicet per operationem, licet ex una superbia initium habeat et originem. Et prior quidem est causa posterioris, posterior vero est causa tertii, qui est per exstasim. Nam causa contemplandi imaginarie est præsumptio, quæ de Deo tanquam de aliqua forma imaginatur; unde sequitur deceptæ imaginationis illusio, quæ blasphemiam generat; et insuper imaginationis error parit, tum vigilia, tum in somnis, singularium phantasmatum formidinem, quæ etiam tremor et perturbatio animæ nuncupari dicitur: superbiam enim sequitur error, errorem blasphemia, blasphemiam pavor, pavorem tremor, tremorem exstasis naturalium cogitationum. Et hic est erroris prior modus, qui est per imaginationem. Posterior autem modus, qui est per operationem, hic est: et originem ducit a voluptate quam naturalis gignit concupiscentia. Namque ex voluptate nascitur haud nominandæ impudicitiæ incontinentia; calefaciens vero hæc totam naturam, et rationem fœdans turpi imaginum societate, in excessum rapit animam, ebrietate æstuosæ operationis eam ita phreneticam faciens, ut falsas proferat prophetias, vaticinans nempe quorumdam sanctorum visiones et sermones tanquam sibi revelatos, utpote inebriata torpore passionis, immutataque moribus, et a dæmonio correpta. Hujusmodi homines ab iis qui sæculi errore sunt decepti, corcula vocantur, tanquam assidentes et inhærentes quorumdam sanctorum oraculis, et exinde facti spirituales, et ab ipsis moti ac exagitati, et quæ ab eis didicerint hominibus prædicantes; quos potius vere dæmoniacos deceptionique et errori inservientes vocare oportet, haud vero prophetas et ventura ac futura prædicantes. Ipse enim luxuriæ dæmon illorum intellectum obtenebrans æstus libidinosi fumo, eos in excessum mentis ducit, quorumdam eis sanctorum imagines, colloquia et visiones exhibens. Aliquando ipsi etiam dæmones videntur ad terrorem eos commovere; qui enim eos ad jugum Belial devinxit, ad operationem festinus impellit, ut captivos et servos usque ad mortem habeat quos suppliciis reservat.

A δὲ τέσσαρες, τῶν μελλόντων καὶ οὔπω φανερουμένων. Θεωροῦνται αὗται τηλαυγῶς, καὶ εὑρίσκονται παρὰ τῶν κτησαμένων διὰ τῆς χάριτος πολλὴν νοὸς καθαρότητα. Ὁ δὲ χωρὶς φωτὸς προσβάλλων αὐταῖς, ἔστω φαντασίας ἀνατυπῶν, καὶ οὐ θεωρίας, διὰ τοῦ φανταστικοῦ πνεύματος φανταζόμενος καὶ φαντάζων.

ρλα'. Ἰδοὺ καὶ περὶ πλάνης ἀναγκαῖον κατὰ δύναμιν εἰπεῖν, ὡς οὖσαν τοῖς πολλοῖς, κατὰ τὴν πολυμήχανον καὶ πολύτροπον αὐτῆς ἔνεδραν, δυσδιάγνωστον, καὶ σχεδὸν ἀκατάληπτον. Ἡ πλάνη, φησὶν, ἐν δυσὶ τρόποις ἐμφαίνεται, ἢ μᾶλλον ἐπέρχεται καὶ προσγίνεται, κατὰ φαντασίαν καὶ ἐνέργειαν, κἂν ἐκ μιᾶς τῆς ὑπερηφανίας τὴν ἀρχὴν ἔχει καὶ τὴν αἰτίαν. Καὶ ἡ μὲν πρώτη ἀρχὴ τῆς δευτέρας, ἡ δὲ δευτέρα, B ἀρχὴ τῆς κατ' ἔκστασιν τρίτης πέφυκεν· ἀρχὴ γὰρ τῆς κατὰ φαντασίαν θεωρίας, ἡ οἴησις, ἡ τὸ Θεῖον ὡς σχῆμά τι ποιεῖ φαντάζεσθαι, ἐξ ἧς ἕπεται ἡ κατὰ φαντασίαν πρὸς ἀπάτην πλάνη, δι' ἧς ἡ βλασφημία γεννᾶται, καὶ μεθ' ὧν ἡ κατὰ φαντασίαν πλάνη τίκτει τὴν τῶν ἀλλοκότων φασμάτων δειλίαν, ἐγρηγορότως καὶ κατὰ τοὺς ὕπνους· ὄντινα τρόμον καὶ κλόνον ψυχῆς ὀνομαζόμενον φάσκουσι. Τῇ μὲν γὰρ ὑπερηφανίᾳ ἕπεται ἡ πλάνη· τῇ πλάνῃ, ἡ βλασφημία· τῇ βλασφημίᾳ, ἡ δειλία· τῇ δειλίᾳ, ὁ τρόμος· ὁ δὲ τρόμος τῇ ἐκστάσει [ἴσ. τῷ δὲ τρόμῳ ἡ ἔκστασις] τῶν κατὰ φύσιν φρενῶν· οὗτος ὁ τῆς κατὰ φαντασίαν πλάνης τρόπος πρῶτος. Ὁ δὲ κατ' ἐνέργειαν δεύτερος τρόπος, ἔστιν οὗτος· τὴν γὰρ ἀρχὴν διὰ τῆς ἡδυπαθείας τῆς ἀπὸ τῆς φυσικῆς δῆθεν ἐπιθυμίας C τικτομένης ἔχει. Ἐκ μὲν γὰρ τῆς ἡδονῆς τίκτεται ἡ ἀκολασία τῶν ἀῤῥήτων ἀκαθαρσιῶν· διαθερμαίνουσα δὲ αὐτὴ τὴν ὅλην φύσιν, καὶ τὸ ἡγεμονικὸν θολώσασα τῷ τῶν ἐνδαλμάτων συνουσιασμῷ, εἰς ἔκστασιν ἄγει τὸν νοῦν, τῇ μέθῃ τῆς καυστικῆς ἐνεργείας, φρενήρη αὐτὸν ἀπεργαζομένη. καὶ προλέγειν ποιεῖ ψευδοπροφητείας, μαντευόμενον ἁγίων τινῶν δῆθεν ὁράσεις, καὶ λόγους ἐκείνων, ὡς δι' αὐτοῦ ἀποκαλυπτομένων μεμεθυσμένον τῷ χάρῳ τοῦ πάθους, καὶ τὸ ἦθος ἐνηλλαγμένον, καὶ δαιμονιώδη· τοὺς τοιούτους οἱ κατὰ κόσμον τῇ ἀπάτῃ τῆς πλάνης ἀγόμενοι, ψυχάρια ὀνομάζουσι, παρακαθεζόμενα καὶ παραμένοντα τεμένεσιν ἁγίων τινῶν, καὶ ὡς δῆθεν πνευματιῶντας, καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων δῆθεν ἐνεργουμένους, καὶ βασανιζομένους, καὶ τὰ δι' αὐτῶν τοῖς D ἀνθρώποις ἀναγγέλλοντας, οὓς δαιμονιζομένους κυρίως, καὶ ἠπατημένους, καὶ τῇ πλάνῃ δεδουλωμένους, δέον ἀποκαλεῖν, καὶ οὐ προφήτας, καὶ προλέγοντας τὰ ἐνεστῶτα καὶ τὰ μέλλοντα. Αὐτὸς γὰρ ὁ τῆς ἀκολασίας δαίμων σκοτώσας διὰ τῆς ἐνηδόνου πυρᾶς τὸν νοῦν αὐτῶν, εἰς ἔκστασιν ἄγει φρενῶν, φαντάζων ἁγίους τινὰς αὐτοῖς, καὶ ὁμιλίας καὶ θέας δεικνύων· Ἔστι δ' ὅτε καὶ αὐτοὶ ἐκεῖνοι οἱ δαίμονες παραφαίνονται πρὸς δειλίαν ταράξαι τούτους· τῷ γὰρ ζυγῷ τοῦ Βελίαρ συνδήσας αὐτοὺς, πρὸς τὴν κατ' ἐνέργειαν κατεπείγων αὐτοὺς ὠθεῖ, ἵνα ἐκδότους ἔχῃ καὶ δούλους μέχρι θανάτου, τῇ κολάσει παραπεμψόμενος.

132. Ignorandum non est tres esse generales causas ob quas error homines subit, nempe superbiam, invidiam dæmonum et pœnalem derelictionem. Harum autem causæ sunt: superbiæ, levitas, invi-

ρλβ'. Χρὴ εἰδέναι, ὅτι τρεῖς καθολικὰς ἡ πλάνη αἰτίας ἔχει δι' ὧν ἐπέρχεται τοῖς ἀνθρώποις· ἐξ ὑπερηφανίας, ἐκ φθόνου δαιμόνων, καὶ ἐκ παιδευτικῆς παραχωρήσεως. Αἰτίαι δὲ τούτων· τῆς μὲν ὑπερηφα-

νίας, ἡ κουφότης· τῆς δὲ προκοπῆς, ὁ φθόνος· τῆς δὲ πα δευτικῆς παραχωρήσεως, ἡ ἐφάμαρτος βιοτή. Καὶ ἡ μὲν ἐκ φθόνου, καὶ οἰήσεως μόνης, ταχεῖαν ἔχει τὴν ἴασιν, ὅταν μάλιστα καὶ ταπεινωθῇ· ἡ δὲ ἐκ παιδείας· δι' ἁμαρτίαν τῷ Σατανᾷ ἔκδοσις, πολλάκις μέχρι θανάτου πρὸς ἄφεσιν ὁ Θεὸς παραχωρεῖ ταύτην. Ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀνευθύνους κολάζεσθαι, πρὸς σωτηρίαν ἐκδίδωσι. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ τῆς οἰήσεως δαίμων προλέγει ἐν τοῖς μὴ ἀκριβῶς τῇ καρδίᾳ προσέχουσιν. A

ρλγ'. Ἱερεῖς καὶ βασιλεῖς τῇ ἀληθείᾳ χρίονται ἐν τῇ ἀνακαινίσει πάντες οἱ εὐσεβεῖς, ὥσπερ κατὰ τὸν τύπον τότε καὶ οἱ παλαιοί. Τύποι γὰρ ἦσαν ἐκεῖνοι τῇ ἡμετέρᾳ ἀληθείᾳ· οὐκ ἐκ μέρους, ἀλλ' ὅλοι ὅλους ἡμᾶς ἐτεκμαίροντο. Οὔτε γὰρ κατ' ἐκείνους ὁμοιότροπος καὶ ὁμοειδὴς ἡ ἡμετέρα βασιλεία, καὶ ἱερατεία, κἂν σύμβολα τὰ αὐτά· οὔτε καθ' ἡμᾶς διορισμὸν ἔχει ἡ φύσις, ἢ ἡ χάρις, καὶ ἡ κλῆσις πρὸς τὴν χρίσιν, τοῦ εἶναι τὰ χρισθέντα διάφορα· ἀλλ' μίαν καὶ τὴν αὐτὴν κλῆσιν, καὶ πίστιν, καὶ μόρφωσιν ἔχομεν. Δηλοῖ δὲ καὶ ἐμφαίνει, κατὰ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον, τὸ καθαρὸν καὶ ἀπαθὲς, καὶ ὅλον ἀφιερωμένον, Θεῷ γενέσθαι νῦν τε καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. B

ρλδ'. Σοφίαν τηνικαῦτα ἐκεῖνος τῷ στόματι λαλεῖ, καὶ τῇ τῆς καρδίας μελέτῃ σύνεσιν, ὁ Θεὸν Λόγον, τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐνυπόστατον σοφίαν, τρανῶς ἐκ τῶν ὄντων ἐμφαίνων, ὡς τοὺς λόγους τῶν ἀρχετύπων ἐν τοῖς οὖσιν ἔχων χαρακτηρίζοντας, καὶ διὰ τοῦ κατ' ἐνέργειαν ζῶντος λόγου, τῷ στόματι λαλεῖ σοφίαν ἐκ σοφίας· τῇ δὲ καρδίᾳ ἐλλαμπόμενος τῇ δυνάμει τῆς μεταποιητικῆς συνέσεως μελετωμένης τῷ πνεύματι, ποιεῖν καὶ φωτίζειν δύναται διὰ τῆς συνέσεως, τοὺς πιστῶς ἀκούοντας. C

ρλε'. Ἡ μεγάλη τῆς ἀληθείας ἀντίπαλος, καὶ πρὸς ἀπώλειαν τοὺς ἀνθρώπους ἕλκουσα πλάνη σήμερον (δι' ἧς ἡ ἄγνοια τοῦ σκότους ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ῥᾳθύμων ἐβασίλευσεν, ἐκ Θεοῦ ἀλλοτριώσασα αὐτούς· οἳ καὶ ὡς μὴ εἶναι Θεὸν γινώσκοντες, τὸν ἡμᾶς ἀναγεννήσαντα καὶ φωτίσαντα, ἢ λόγῳ μόνῳ ψιλῷ πιστευόμενον καὶ γινωσκόμενον, καὶ οὐκ ἔργῳ, ἢ τοῖς ἀρχαίοις μόνοις ἐπιφαινόμενον, καὶ οὐχὶ καὶ ἡμῖν, τὰς Γραφικὰς περὶ Θεοῦ μαρτυρίας ἄλλοις, ἢ καὶ τοῖς εἰρηκόσι προσάπτουσι, καὶ δόξαν, ὡς φησι περὶ Θεοῦ, βλασφημοῦσι, τὴν δὲ ἐπιγνώσεως ὄντως εὐσέβειαν ἀπαρνούμενοι, καὶ σωματικῶς μόνον, ἵνα μὴ εἴπω Ἰουδαϊκῶς, τὰς Γραφὰς ἀναγινώσκουσι, τὴν διὰ τῆς ἀναστάσεως τῆς ψυχῆς ἐντεῦθεν ἔγερσιν ἀπαρνούμενοι, καὶ κατοικεῖν ἐν τάφοις ἀγνώστως ἐπιποθοῦσι)· τὰ τρία ταῦτα πάθη ὑπάρχουσιν· ἀπιστία, πονηρία, καὶ ῥᾳθυμία. Ἀλλήλων δέ εἰσι γεννητικὰ καὶ συνεκτικά· ἀπιστία γὰρ, πονηρίας διδάσκαλος· πονηρία δὲ, σύντροφος ῥᾳθυμίας, ἧς ἡ ὀκνηρία σύμβολον· ἢ τὸ ἀνάπαλιν, ῥᾳθυμία, πονηρίας γεννήτρια, ὡς ὁ Κύριος ἔφησεν· « Πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρέ. » Πονηρία δὲ, μήτηρ ἀπιστίας· πᾶς γὰρ πονηρὸς, ἄπιστος, ὁ δὲ μὴ πιστεύων, καὶ ἄφοβος Θεῷ. Ἐξ ἧς ἡ ῥᾳθυμία γεννᾶται, ἡ μήτηρ τῆς καταφρονήσεως, δι' ἧς πᾶν ἀγαθὸν ἀμελεῖται, καὶ πᾶν κακὸν διαπράττεται. D

ρλς'. Δόξα περὶ Θεοῦ ἀληθὴς, καὶ γνῶσις τῶν

diæ, dæmon progressui æmulans: pœnalis derelictionis, vita peccaminosa. Qui errat ex invidia et superbia tantum, prompto sanatur remedio, præsertim si humilietur; qui vero in pœnam peccati Satanæ traditus est, sæpe illum usque ad mortem deserit Deus ac derelinquit. Aliquando tamen vel justos pœnæ tradit ad salutem. Sciendum vero est ab ipso superbiæ dæmonio præoccupari eos qui non diligenter cordi suo invigilant.

133. Sacerdotes et reges reipsa unguntur in renovatione omnes pii, sicut olim figurate ungebantur veteres. Ibi enim præfigurabant nostram veritatem, et non ex parte, sed totos toti nos præmonstrabant. Neque enim congruentiam tantum et similitudinem cum eis habent nostrum regnum et sacerdotium, quæ iisdem signis portenduntur; neque diversitatem habent apud nos natura, aut gratia, aut vocatio ad unctionem, ut uncta sint discrepantia, sed unam et eamdem vocationem fidemque ac formam habemus. Ostendit autem ac demonstrat, juxta veritatis verbum, puritas impassibilitasque et quævis sanctitas unionem cum Deo præsentem et futuram.

134. Ille jam nunc ore loquitur sapientiam et cordis meditatione prudentiam, qui Deum Verbum, substantialem Dei Patris sapientiam, clare ex rebus ostendit; qui ratione archetyporum in rebus videns expressas, ex viventis per operationem rationis sapientia sapientiam ore loquitur, et corde illuminatus atque transformatus per virtutem prudentiæ spiritualia meditantis, facere et illuminare potest per hanc prudentiam fideles auditores.

135 Labefactat multum veritatem et homines ad perniciem nunc trahit error, per quem ignorantia caliginosa in animis ignavorum regnat, a Deo eos abalienans: qui quidem, tanquam nescientes exsistere Deum qui ipsos creavit et illuminavit, aut eum dicentes mera tantum ratione, at non operibus credi atque cognosci, aut veteribus tantum, haud vero nobis manifestatum esse, Scripturæ de Deo testimonia aliis auctoribus attribuunt, ac gloriam Dei, ut ita dicam, blasphemant, atque veram scientiam pietatemque renuentes, corporaliter tantum, ut non dicam judaice, Scripturas legunt, et præsentem reviviscentis animæ negantes resurrectionem, in sepulcris inglorii habitare cupiunt. Errorem subsequuntur tria hæc vitia: incredulitas, malitia et ignavia. Hæc se invicem generant et conservant; incredulitas enim est malitiæ magistra; malitia autem comes ignaviæ, cujus signum est pigritia, aut vice versa ignavia est malitiæ mater, ut Dominus dicit (*Matth.* xxv, 26), « Serve male et piger. » Malitia item est incredulitatis parens: omnis enim malus, incredulus est; et qui non credit, Deum nec timet: et ex hac nascitur ignavia mater despectionis, per quam omne bonum committitur, omne malum omittitur.

136. Laus Dei vera, et scientia rerum certa, per-

fectam orthodoxi doctrinam constituit : ideo hic talem proferre debet doxologiam : « Gloria tibi, quia pro nobis homo factus es, Verbum Dei supersubstantiale. Propterea magnum est mysterium providentiæ tuæ, Salvator noster, gloria tibi. »

137. Ad tres varias species, juxta insignem Maximum, reducuntur scripta quæ nec damnari nec reprehendi possunt : primo, quæ ad sui memoriam; secundo, quæ ad aliorum utilitatem; tertio, quæ per obedientiam scripta sunt : in quo genere pleræque scripturæ sunt compositæ pro iis qui verbum humiliter inquirunt. Quod vero ad jucunditatem et gloriam et ad ostendendas auctorum virtutes scriptum est, jam recepit, ut dicitur, mercedem suam, nullam habens utilitatem in præsenti, nec mercedem in futuro, imo tanquam hominibus placens et fraude corrumpens verbum Dei condemnabitur.

ὄντων ἀψευδῆς, τὴν τελείαν τῶν δογμάτων ὀρθοδοξίαν συνίστησι· διὸ καὶ δοξολογεῖν οὕτως ὁ τοιοῦτος ὀφείλει· Δόξα σοι, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, δόξα σοι, ὅτι δι' ἡμᾶς ἐνηνθρώπησας, ὁ Θεὸς Λόγος ὁ ὑπερούσιος. Διὰ τοῦτο μέγα τὸ μυστήριον τῆς οἰκονομίας σου, Σωτὴρ ἡμῶν, δόξα σοι.

ρλζ'. Εἰσὶν οὖν τῶν συγγραφομένων λόγων, κατὰ τὸν μέγαν Μάξιμον, τρόποι διάφοροι τρεῖς, ἀκατάγνωστοί τε καὶ ἀκατάκριτοι· πρῶτος, ὁ δι' ὑπόμνησιν ἑαυτοῦ, δεύτερος, ὡς πρὸς ὠφέλειαν ἄλλων, τρίτος, ὁ δι' ὑπακοὴν συγγραφόμενος, ἐν ᾧ καὶ τὰ πλεῖστα τῶν Γραφῶν συνετέθησαν τοῖς ταπεινῶς ἐκζητήσασι τὸν λόγον. Ὁ δὲ πρὸς ἀρέσκειαν καὶ δόξαν, καὶ πρὸς τὸ θεαθῆναι, τὰς ἀρετὰς λογογραφῶν, ἀπέχει, φησὶ, τὸν μισθὸν αὐτοῦ, μηδεμίαν ὠφέλειαν ἔχων ἐνταῦθα, ἢ μισθὸν ἐν τῷ μέλλοντι, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀνθρωπάρεσκος, καὶ δόλιος, καπηλεύων τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, κατακριθήσεται.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΤΕΡΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ

EJUSDEM ALIA CAPITA.

1. Omnes Christi ætates percurrere debet quicunque in Christo baptizatus est. Earum enim virtutem præsumpsit, et per præcepta eas reperire et discere potest. Conceptio quidem est arrha Spiritus sancti; nativitas, virtus exsultationis; baptismus, vis purgativa ignis Spiritus; transfiguratio, divini contemplatio luminis; crucifixio, mortificatio ab omnibus; sepultura divini amoris in corde custodia; resurrectio, vivifica animæ expergefactio; ascensio, mentis ad Deum ascensus et raptus. Qui vero illas non invenit nec sentit, adhuc infans est corpore et anima, licet virtute senex ab omnibus habeatur.

α'. Τὰς μεθηλικιώσεις πάσας τὰς ἐν Χριστῷ φθάσαι πᾶς τις ὀφείλει ὁ βαπτισθεὶς ἐν Χριστῷ· προείληφε γὰρ τὴν τούτων δύναμιν, καὶ διὰ τῶν ἐντολῶν ταύτας εὑρεῖν καὶ μαθεῖν δύναται· καὶ ἡ σύλληψίς ἐστιν ὁ ἀρραβὼν τοῦ Πνεύματος, ἡ δὲ γέννησις, ἡ ἐνέργεια τῆς ἀγαλλιάσεως· ἡ δὲ βάπτισις, ἡ καθαρτικὴ τοῦ πυρὸς τοῦ Πνεύματος δύναμις· ἡ δὲ μεταμόρφωσις, ἡ τοῦ θείου φωτὸς θεωρία· ἡ δὲ σταύρωσις, ἡ ἐκ πάντων νέκρωσις· ἡ δὲ ταφὴ, ἡ τοῦ θείου ἔρωτος ἐν καρδίᾳ κατοχή· ἡ δὲ ἀνάστασις, ἡ τῆς ψυχῆς ζωοποιὸς ἔγερσις· ἡ δὲ ἀνάληψις, ἡ πρὸς Θεὸν ἔκστασις, καὶ ἡ ἁρπαγὴ τοῦ νοός. Ὁ δὲ ταύτας μὴ εὑρὼν, μηδὲ αἰσθανόμενος, νήπιός ἐστιν ἔτι, καὶ τῷ σώματι, καὶ τῷ πνεύματι, κἂν πολιὸς καὶ πρακτικὸς παρὰ πάντων λογίζηται.

2. Passiones Christi vivificam dant mortificationem his qui omnia patiuntur, siquidem compatimur ut et conglorificemur; passiones autem voluptatum mortificam afferunt mortificationem his qui ipsis inserviunt. Atque est crux crucis et mors mortis, passionum Christi voluntaria passio.

β'. Τὰ πάθη τοῦ Χριστοῦ ζωοποιὸν ἔχουσι νέκρωσιν, τοῖς διὰ πάντων πεπονθόσιν, εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν, τὰ δὲ πάθη τῶν ἡδονῶν, νέκρωσιν θανατοποιὸν κέκτηνται τοῖς ἐνεργοῦσιν αὐτά· ἔστι γὰρ σταυρώσεως σταύρωσις, καὶ νεκρώσεως νέκρωσις, ἡ τῶν παθημάτων τοῦ Χριστοῦ ἑκούσιος πάθησις.

3. Pati pro Christo est sustinere quidquid accidit. Disciplina enim Domini est insontibus quidem increpatio utilis, sontibus vero nobis objurgatio nos convertens et aures nobis aperiens. Itaque coronam sustinentibus promisit Dominus in sæcula sæculorum. Gloria tibi, Deus noster; gloria tibi, sancta Trinitas; propter omnia sit tibi gloria.

γ'. Τὸ πάσχειν ὑπὲρ Χριστοῦ ἐστι τὸ ὑπομένειν τὰ συμβησόμενα· φθόνος γὰρ τοῖς ἀνευθύνοις πρὸς ὄφελος, ἔλεγχος δὲ πρὸς ἐπιστροφὴν, ἡ παιδεία Κυρίου ἡμῖν γίνεται, ἀνοίγουσα ἡμῖν τὰ ὦτα τοῖς ὑπευθύνοις· διὸ καὶ στέφανον τοῖς ὑπομένουσιν ὁ Κύριος ἐπηγγείλατο, εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Δόξα σοι, ὁ Θεὸς ἡμῶν, δόξα σοι, Τριὰς ἁγία, ἕνεκα πάντων, δόξα σοι.

Περὶ τῆς ἐμπαθοῦς ἀλλοιώσεως.

δ'. Ἡ ἀκηδία δυσκαταγώνιστον οὖσα πάθος, χαυνοῖ τὸ σῶμα, χαυνουμένου δὲ τοῦ σώματος, συγχαυνοῦται καὶ ἡ ψυχή, ἀμφοτέρων δὲ ἐκλυθέντων, ἀλλοιοῦσι τὴν κρᾶσιν τοῦ σώματος διὰ τῆς ἡδυπαθείας· ἡ δὲ ἡδυπάθεια κινεῖ τὴν ὄρεξιν, ἡ ὄρεξις τὴν πύρωσιν, ἡ πύρωσις τὴν ἐπανάστασιν, ἡ ἐπανάστασις κινεῖ τὴν μνήμην, ἡ μνήμη τὴν φαντασίαν, ἡ φαντασία τὴν προσβολήν, ἡ προσβολὴ τὸν συνδυασμόν, ὁ συνδυασμὸς τὴν συγκατάθεσιν, ἡ συγκατάθεσις ποιεῖ τὴν πρᾶξιν, εἴτε τὴν διὰ σώματος, εἴτε τὴν διὰ πολυτρόπων παρατριβῶν, καὶ οὕτως ὁ ἄνθρωπος ἡττηθεὶς πιωματίζεται.

De viliosa mutatione.

A 4. Acedia, quæ est passio pugnatu difficilis, enervat corpus; relaxato autem corpore, emollitur et anima; ambobus autem dissolutis, constitutio corporis mutatur voluptate; voluptas autem movet concupiscentiam, concupiscentia æstum, æstus commotionem, commotio memoriam, memoria imaginationem, imaginatio tentationem, tentatio complacentiam, complacentia consensum, consensus actum mentis, deinde actionem corporis, posteaque permulta peccata, et sic homo victus succumbit.

Περὶ τῆς ἀγαθῆς ἀλλοιώσεως.

ε'. Ἡ ὑπομονὴ ἐν παντὶ ἔργῳ τίκτει τὴν ἀνδρείαν, ἡ ἀνδρεία τὴν προθυμίαν, ἡ προθυμία τὴν καρτερίαν, ἡ καρτερία τὴν ἐπίτασιν, ἡ τοῦ ἔργου ἐπίτασις, ἧγουν προσθήκη, κατευνάζει τὴν ἀκρασίαν τοῦ σώματος, καὶ τὴν ἡδυπάθειαν ἡμεροῖ τῆς ἐπιθυμίας, ἡ ἐπιθυμία δὲ κινεῖ τὸν πόθον, ὁ πόθος τὴν ἀγάπην, ἡ ἀγάπη τὸν ζῆλον, ὁ ζῆλος τὴν θέρμην, ἡ θέρμη τὴν διέγερσιν, ἡ διέγερσις τὴν σπουδήν, ἡ σπουδὴ τὴν προσευχήν, ἡ προσευχὴ τὴν ἡσυχίαν, ἡ ἡσυχία τίκτει τὴν θεωρίαν, ἡ θεωρία τὴν γνῶσιν, ἡ γνῶσις τὴν τῶν μυστηρίων κατάληψιν· τέλος δὲ τῶν μυστηρίων, ἡ θεολογία, καρπὸς δὲ τῆς θεολογίας ἡ τελεία ἀγάπη, τῆς ἀγάπης ἡ ταπείνωσις, τῆς ταπεινώσεως ἡ ἀπάθεια, τῆς ἀπαθείας ἡ προόρασις, καὶ προφητεία, καὶ πρόγνωσις· οὐ γὰρ τελείας τις ἀπ' ἐντεῦθεν ἔχει τὰς ἀρετὰς, οὐδὲ ἐκ μιᾶς ἀπομειοῖ τὰς κακίας, ἀλλὰ μικρὸν αὐξανομένης τῆς ἀρετῆς, κατ' ὀλίγον ἡ κακία εἰς τὸ μὴ ὂν γίνεται.

De bona mutatione.

5. Perseverantia in omni bono parit fortitudinem, B fortitudo ardorem, ardor constantiam, constantia contentionem; contentio autem operi superaddita sedat corporis intemperantiam, et delectationem mitigat appetitus; appetitus vero movet desiderium, desiderium amorem, amor zelum, zelus fervorem, fervor excitationem, excitatio alacritatem, alacritas orationem, oratio recollectionem, recollectio contemplationem, contemplatio scientiam, scientia mysteriorum intelligentiam; finis autem mysteriorum est theologia, theologiæ vero fructus est perfecta charitas; et fructus charitatis, humilitas; et humilitatis, impassibilitas; et impassibilitatis, prævisio, prophetia et præscientia. Nemo enim repente perfectas acquirit virtutes, nec illico vitia ad melius vertit, sed crescente sensim virtute, paulatim vitium C annihilatur.

Περὶ τῶν καθ' ὕπνους πειρασμῶν.

ς'. Ἐρώτ. Ποσαχῶς ἡ ῥευστικὴ ἁμαρτία γίνεται, ἡ ἐφάμαρτος καὶ ἡ ἀναμάρτητος;

Ἀπόκρ. Τριχῶς μὲν, ἡ ἁμαρτητικὴ, ἐν πορνείᾳ, καὶ μαλακίᾳ, καὶ συγκαταθέσει λογισμῶν, ἑπταχῶς δὲ ἡ ἀναμάρτητος, διὰ τῶν οὔρων, ἐν ὑλικοῖς βρώμασιν, ἐν κινητικοῖς, διὰ ψυχροποσίας, διὰ χαυνότητος σώματος, ἐν κόπῳ ἀμέτρῳ, καὶ διὰ δαιμονιώδους πολυτρόπως φαντασίας· καὶ τῶν μὲν γεγηρακότων πρακτικῶν, διὰ τῶν προειρημένων πέντε συμβαίνει πολλάκις τρόπων· τῶν δὲ ἀπαθῶν, διὰ τῶν οὔρων καὶ μόνων προχωρεῖ ἀναμιξ ἡ τοῦ φλέγματος ὕλη, ὡς οἷα οἱ ἄδηλοι πόροι ἀραιοὶ γεγονότες, ἐκ πολλῶν πόνων καὶ θειοτέρας ἐνεργείας καθαρτικῆς τε καὶ ἁγιαστικῆς, τὸ τῆς σωφροσύνης προστεθὲν αὐτοῖς χάρισμα· ὁ δὲ ἔσχατος τῆς φανταστικῆς ῥεύσεως τρόπος ἐν ὕπνῳ, τῶν ἐμπαθῶν ἐστι καὶ τῶν ἀσθενῶν, ὅμως καὶ αὐτὸ ὡς ἀκούσιον, ἀναμάρτητον, ὥς φασιν οἱ Πατέρες.

De tentationibus per somnum.

6. *Quæstio.* Quotupliciter pollutio contingit, sive cum peccato, sive sine peccato?

Responsio. Tripliciter contingit cum peccato, scilicet in fornicatione, in mollitie, et in venereo consensu. Septupliciter autem sine peccato, scilicet per urinas, in materialibus alimentis, in commotionibus, ob frigidam potionem, ob corporis obesitatem, in labore nimio, denique propter multimodas imagines a dæmonibus exhibitas. Et iis quidem qui diuturna insenuerunt virtute, septem præfatis D sæpe contingit modis. Illis vero qui sunt impassibiles, cum urinis tantum mista profluit flegmatis materia, quia occulti pori rariores facti sunt per multos labores divinæque praxim puritatis et sanctitatis, data ipsis continentiæ gratia. Ultimus autem fluxus modus ob imagines in somno, his contingit qui passionibus aut infirmitate laborant, et est ipse, utpote involuntarius, peccati expers, ut aiunt Patres.

Τοῦ μὲν ἀπαθοῦς ἴδιον, ἡ ἐκ διαλειμμάτων κατὰ πρόνοιαν ἀναμάρτητος κίνησις, ὡς ἡ λοιπὴ ὕλη ἀναλίσκεται θείῳ πυρὶ, τοῦ δὲ πρακτικοῦ, πολύτροπος ἀνάγκη, καὶ ἄμεμπτος κένωσις, τοῦ δὲ ἐμπαθοῦς, ἡ διττὴ ἀπόῤῥοιά τε καὶ δύσροια, ἡ καθ' ὕπνους φανταστικὴ, καὶ ἐγρηγορότως συγκατάθεσις·

Impassibilis adhuc per intervalla, providente Deo, inculpabiles experitur motus, cum reliqua materia igne divino exusta est; practicus autem, multas necessitates involuntariosque egestus; vitiosus demum fluxus emissionem et difficultatem patitur in somno per imaginationem, et in vigilia per

consensum ; quorum quidem prius est inculpabile, posterius vero peccaminosum et vituperatione dignum.

Impassibiles unum habent motum et egestum corporis, præcaventes ut urinalis materiæ una pars ut superflua elabatur, altera igne digino, ut dictum est, sorbeatur et exuratur. Practici vero et medii tres habere dicuntur generales modos inculpabilis fluxus, quibus corpus a corruptrice materia naturalibusque necessitatibus purgatur et liberatur, nempe cibi graves, laxativa alimenta, frigidus potus, natura remissa, laborum cessatio, denique dæmonum invidia, ob quam natura per seipsam patitur. Infirmi autem et incipientes sex pariter habent vitiosos modos, scilicet ingluviem, vanam gloriam, condemnationem, duplicem per imaginationem et consensum emissionem, ac demum, ut supra dictum est, dæmonum invidiam. Hi similiter caute attendunt ut naturam liberent a corruptione et adventitiis ac superfluis humoribus irrationalibusque appetitibus, atque discant se diligenter exercere ad humilitatem, et semper et in omnibus se abstinere.

7. Qui in solitudine sedet, ac de charitate vivit, debet septem modis eleemosynam accipere : primo, utiliter rogare ; secundo, utiliter prehendere ; tertio, quæ offeruntur tanquam ex Deo acceptare ; quarto, in Deum ut remuneratorem confidere ; quinto, præcepta observare ; non sexto, datis abuti ; septimo, non esse avarus, sed liberalis et misericors. Nam qui in hujusmodi sic se habet, gaudet quod a Deo, non ab hominibus dirigatur.

ὧν ἡ μὲν μία ἀμεμπτος, ἡ δὲ ἄλλη ἐφάμαρτος, καὶ ἐν ἐπιτιμίοις ὁρίζεται.

Τῶν μὲν ἀπαθῶν, μία ἐστὶν ἡ κίνησίς τε καὶ κένωσις τοῦ σώματος, κατὰ πρόνοιαν διὰ τῶν οὔρων τὴν ὕλην, τὴν μὲν προχέεσθαι ὡς περίττωμα, τὴν δὲ ἀναλίσκεσθαι, πυρὶ θείῳ δαπανωμένην, κατὰ τὸν φάσκοντα, τῶν δὲ πρακτικῶν καὶ μέσων, ἓξ εἶναί φασι τοὺς καθολικοὺς τρόπους τῆς ῥευστικῆς κινήσεως ἀνεγκλήτους, δι' ὧν τὸ σῶμα τῆς φθοροποιοῦ ὕλης, καὶ τῶν φυσικῶν καὶ ἀναγκαίων καθαίρεται καὶ ἐλευθεροῦται, ἐν ὑλικοῖς βρώμασι, καὶ κινητικοῖς, διὰ ψυχροποσίας, καὶ χαυνότητος φύσεως, καὶ παρέσεως κόπων, καὶ τέλος, ἐν φθόνῳ δαιμόνων ἡ φύσις πάσχει δι' ἑαυτῆς, τῶν δὲ ἀσθενῶν καὶ εἰσαγωγικῶν, ὁμοίως καὶ αὐτοὺς ἓξ εἶναι τοὺς ἐμπαθεῖς τρόπους· διὰ γαστριμαργίας, καὶ καταλαλιᾶς, καὶ κατακρίσεως, καὶ κενοδοξίας, καὶ τῆς διπλῆς ἐν φαντασίᾳ συγκαταθέσεως, καὶ τέλος, ὁ κατ' ἐπίθεσιν τῶν δαιμόνων φθόνος· ὅμως καὶ ταῦτα προνοίας ἐστὶ σκοπὸς, καθαρίζειν τὴν φύσιν ἐκ τῆς φθορᾶς καὶ τῶν παρεισάκτων εἰς αὐτὴν ξένων περιττωμάτων καὶ ἀλόγων ὀρέξεων, παιδεύειν δὲ τὸν ἀγωνιστὴν ταπεινοῦσθαι τῇ προσοχῇ, καὶ πάντα ἐγκρατεύεσθαι καὶ ἐκ πάντων.

ζ'. Ὁ κατὰ μόνας καθήμενος, καὶ ἐσθίων ἀγάπην, ὀφείλει κατὰ τρόπους ἑπτὰ τὴν ἐλεημοσύνην δέχεσθαι· πρῶτον, χρειωδῶς αἰτεῖν, δεύτερον, χρειωδῶς λαμβάνειν, τρίτον, τὸ ὡς ἐκ Θεοῦ τὰ ἐπερχόμενα δέχεσθαι, τέταρτον, τὸ εἰς Θεὸν θαῤῥεῖν, καὶ αὐτὸν εἶναι μισθαποδότην, πέμπτον, τὸ ἐργάτην εἶναι τῶν ἐντολῶν, ἕκτον, τὸ μὴ ποιεῖν ἐκ τούτων παράχρησιν, ἕβδομον, τὸ μὴ εἶναι φειδωλὸν, ἀλλὰ μεταδοτικὸν καὶ οἰκτίρμονα· ὁ γὰρ ἐν τούτοις τοιοῦτος, χαίρει ὡς παρὰ Θεοῦ, καὶ μὴ παρὰ ἀνθρώπων οἰκονομούμενος.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΔΗΣΙΣ ΑΚΡΙΒΗΣ

ΠΕΡΙ ΗΣΥΧΙΑΣ ΚΑΙ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ

ΕΤΙ ΔΕ

ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΕΚΜΗΡΙΩΝ ΤΗΣ ΧΑΡΙΤΟΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΛΑΝΗΣ·

Καὶ τίς ἡ διαφορὰ τῆς θέρμης καὶ τῆς ἐνεργείας, καὶ ὅτι χωρὶς ὁδηγοῦ, εὐχερῶς συνεισέρχεται ἡ πλάνη·

ΚΕΦΑΛΑΙΑ Ι'.

EJUSDEM ACCURATA DISSERTATIO

DE QUIETE ET ORATIONE

ITEM DE SIGNIS GRATIÆ ET ERRORIS

Et quæ sit differentia fervoris et orationis ; et quod sine duce facile supervenial error.

CAPITA DECEM.

1. Oporteret quidem nos loqui ut magnus magister, nec opus habere Scripturarum adjutorio vel

α'. Ἔδει μὲν ἡμᾶς εἰπεῖν κατὰ τὸν μέγαν διδάσκαλον, μηδὲ δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν Γραφῶν βοηθείας,

ἢ τῆς ὑφ' ἑτέρων Πατέρων, ὦ σημειοφόρε Λογγῖνε! ἀλλ' οὕτως εἶναι θεοδιδάκτους. Ἔσονται γάρ, φησὶ, πάντες διδακτοὶ Θεοῦ, ὡς ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ γινώσκειν τε καὶ μανθάνειν τὰ συμφέροντα, οὐ μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ ἅπαντα τὸν τῶν πιστῶν ἕκαστον, ὡς τὸν νόμον τοῦ Πνεύματος ἐν ταῖς πλαξὶ τῶν καρδιῶν ἡμῶν φέρειν ἐγγεγραμμένον, καὶ ἀμέσως, καὶ χερουβικῶς, τὸ ἐξαίσιον, τῷ Ἰησοῦ διὰ καθαρᾶς προσευχῆς προσομιλεῖν ἠξιωμένους. Ἐπειδὴ δὲ νήπιοι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναπλάσεως ἐσμεν, μήτε τὴν χάριν νοοῦντες, μήτε τὴν καινότητα συνορῶντες, ἀγνοοῦντες δὲ μᾶλλον τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς τιμῆς τε καὶ δόξης ἧς μετελάβομεν, καὶ ὅτι ὀφείλομεν διὰ τῶν ἐντολῶν ψυχικῶς καὶ πνευματικῶς αὐξηνθῆναι, καὶ ἰδεῖν νοερῶς, ὅπερ ἐλάβομεν, πίπτομεν διὰ τῆς ἀμελείας καὶ ἐμπαθεστάτης ἕξεως εἰς ἀναισθησίαν καὶ σκότωσιν οἱ πολλοὶ, καὶ οὐδὲ εἰ ἔστι Θεὸς γινώσκομεν, οὐδὲ τίνες ἐσμὲν, ἢ ποῖοι γεγόναμεν, υἱοὶ Θεοῦ, καὶ υἱοὶ φωτὸς, καὶ τέκνα καὶ μέλη Χριστοῦ γεγονότες. Εἰ δὲ καὶ ἄνδρες βαπτιζόμεθα, πλὴν ἀλλ' ἐν ὕδατι μόνον, καὶ οὐ Πνεύματι αἰσθανόμεθα· εἰ δὲ καὶ ἐν Πνεύματι καινουργούμεθα, πιστεύομεν διὰ ψιλῆς πίστεως τῆς νεκρᾶς καὶ οὐκ ἐνεργουμένης, καὶ ἐν διψυχίᾳ γίνεσθαι λέγομεν, καὶ οὕτως αὐτόχρημα σάρκες ὄντες, σαρκικῶς ζῶμεν, καὶ πορευόμεθα· εἰ δὲ καὶ μετανοήσομεν, σωματικῶς μόνον, καὶ οὐ πνευματικῶς τὰς ἐντολὰς ποιοῦμεν καὶ γινώσκομεν· εἰ δὲ καὶ διὰ πολλῶν κόπων ἡ χάρις φιλανθρώπως ἐνίους ἐμφανείας ἀξιώσει, ὡς ἀπάτην αὐτὴν δεχόμεθα· εἰ δὲ καὶ παρ' ἑτέρων ταύτην ἐνεργοῦσαν ἀκούσωμεν, ὡς πλάνην αὐτὴν διὰ φθόνον λογιζόμεθα, καὶ οὕτω μένομεν νεκροὶ μέχρι θανάτου, μὴ ἐν Χριστῷ ζῶντες καὶ ἐνεργούμενοι, καὶ ὃ ἔχομεν, κατὰ τὴν Γραφὴν, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐξόδου, ἢ κρίσεως, δι' ἀπιστίας, ἢ ἀπογνώσεως ἀρθήσεται ἀφ' ἡμῶν, μὴ νοοῦντες ὅτι κατὰ τὸν πατέρα χρὴ εἶναι καὶ τὰ τέκνα, θεοὺς ἐκ Θεοῦ, καὶ πνευματικοὺς ἐκ Πνεύματος. Τὸ γεγεννημένον, φησὶ, ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν· ἡμεῖς δὲ σάρκες ἐσμὲν, εἰ καὶ πιστοὶ καὶ ἐπουράνιοι γεγόναμεν, καὶ τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦτο τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐμμένει ἐν ἡμῖν, καὶ τούτου ἕνεκα παρέδωκε Κύριος τὰς ἐπαγωγὰς καὶ τὰς αἰχμαλωσίας, καὶ σφαγὰς ἐπλήθυνεν, ἴσως διορθῶσαι, ἢ ἐκκόψαι, ἢ σῶσαι διὰ φαρμάκων ἰσχυροτέρων βουλόμενος τὴν κακίαν.

A aliorum Patrum, o signifer Longine, sed sic esse a Deo doctos « (Erunt enim, dicitur) omnes docibiles Dei [1], » ut ab ipso et per ipsum cognosceremus, non solum nos, at unumquemque fidelium, atque legem spiritus in tabulis cordis nostri ferremus inscriptam, et immediate ac felicissimo Cherubim more cum Jesu per purissimam orationem conversari mereremur. Quoniam autem infantes sumus cum regeneramur, nec gratiam intelligimus, nec concipimus renovationem, sed potius supereminentem ignoramus magnitudinem dignitatis ac gloriæ quam sortiti sumus, et nescimus nos debere per mandata crescere anima et spiritu, et intellectu perspicere quod accepimus; ideo plerique delabimur per negligentiam et vitiorum habitum in animi stuporem B et obcæcationem, nec jam novimus an sit Deus, et quid aut quales simus nos, qui filii Dei et filii lucis, et filii ac membra Christi facti sumus. Quod si jam viri baptizemur, solam tamen aquam, non spiritum sentimus; et quamvis spiritu renovemur, credimus fide tantum mortua, non operibus viva, et in dubitatione non esse dicimus, et sic vere carnales carnaliter vivimus et operamur. Et si resipiscamus, carnaliter tantum, non spiritaliter mandata facimus et cognoscimus. Et si post multos labores gratia nonnullos revelatione dignetur, hanc ut illusionem accipimus. Et si ab aliis audiamus hujusmodi operationem, eam ut deceptionem præ invidia arbitramur. Et ita remanemus exanimes usque ad mortem, in Christo non viventes nec operantes; C et quod habemus, ut ait Scriptura, in die exitus aut judicii, propter incredulitatem aut desperationem, auferetur a nobis, quia non cogitamus filios patri similes esse debere, deos de Deo, spirituales de spiritu. « Quod natum est ex spiritu, dicitur, spiritus est [2]; » nos vero carnales sumus, quamvis fideles cœlestesque facti, et ideo Spiritus Dei non manet in nobis, et propterea nos direptioni et servituti tradidit Dominus, et strages multiplicavit, forsan corrigere, exstirpare et sanare volens valentioribus remediis malum.

β'. Καὶ πρῶτον μὲν εἰπεῖν, Θεοῦ διδόντος ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις ἀγαθὰ τοιαῦτα, πῶς εὕρῃ τις, μᾶλλον δὲ εὑρηται ὄνπερ ἔχει, ἢ εἴληφε Χριστὸν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐν Πνεύματι; κατὰ τὸν ἀπόστολον Παῦλον, ὅτι «Οὐκ οἴδατε ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς οἰκεῖ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, » φησίν· ἔπειτα δὲ, καὶ τὸ πῶς προκόψει, εἶθ' οὕτως καὶ πῶς φυλάξει τὸ εὑρεθέν· ἄριστος γὰρ καὶ σύντομος τρόπος, τὰ ἄκρα μετὰ τοῦ μέσου συντόμως εἰπεῖν, πολὺν ἔχοντα πλάτος. Διότι πολλοὶ μὲν τὸν ἀγῶνα μέχρι τοῦ εὑρεῖν τὸ ζητούμενον ἠγωνίσαντο, καὶ ἔστησαν τὴν ἔφεσιν ἕως τούτου· περαιτέρω δὲ οὐ προβαίνουσιν, οὐδὲ μέλει τούτοις, ἀρκούμενοι μόνον εἰς τὴν ἀρχὴν, ἣν εὗρον, ἐμποδισθέντες δὲ καὶ λεληθότως δίοδον ἄραντες, οἴονται

2. Et primum quidem dicendum est, Deo dante D verbum evangelizantibus hujusmodi bona, quomodo quis reperiat, vel potius recuperet quem habet vel accepit Christum per baptisma in Spiritu, juxta Paulum apostolum dicentem: « An nescitis quoniam Christus Jesus habitat in cordibus nostris [3]? » Ac deinde, quomodo quis proficiat, seu quomodo repertum custodiat; optimus enim et brevis modus, extrema cum medio summatim dicere, quamvis multam habeant latitudinem. Ideo multi quidem certamen certant usquedum invenerint quæsitum, et hactenus desiderium sistunt, ultra vero non procedunt, nec eis cura est, et ingressi tantum viæ repertæ initium, impedimento transitum insciis

[1] Joan. vi, 45. [2] Joan. iii, 6. [3] I Cor. vi, 15; Ephes. iii, 17.

intercipiente, putant se recta ire via, cum frustra tamen extra illam ferantur: alii medium adepti illuminationis iter, ante finem succumbunt desidia, vel retro negligenti vita revertuntur et ad initium redeunt; alii autem jam finem consecuti, præ incuria et præsumptione cadunt, et retrocedentes, mediis et incipientibus similes opere fiunt. Incipientibus porro, et mediis, atque perfectis competit, aliis operatio, aliis illuminatio, aliis animæ purificatio et resurrectio.

Quomodo inveniatur operatio.

3. Duobus modis reperitur operatio Spiritus quam in baptismo mystice accepimus. Et primo quidem per mandatorum opera multo labore et tempore donum detegitur, ut ait venerabilis Marcus, et quo magis præcepta implemus, eo lucidius affulget nobis suis splendoribus; secundo autem per scientiam et invocationem continuam Domini Jesu, id est, per Dei memoriam, manifestatur in obedientia. Et primo quidem modo tardius, ex secundo autem brevius invenitur, quamvis laboriose oporteat discere, et permanenter fodere terram et aurum exquirere. Si igitur volumus certo veritatem invenire et cognoscere, quæramus tantum habere operationem quæ est in corde, sine ulla forma et specie, haud vero figuram aut effigiem aliquam sanctorum imaginarie speculari nec lucem videre (solet enim error, præsertim in initio, mendacibus hujusmodi phantasmatibus mentem inexpertorum decipere); sed tantum operationem orationis in corde agentem habere studeamus, quæ mentem calefacit et lætificat, et ad ineffabilem Dei et hominum amorem animam accendit. Itaque humilitatem et contritionem haud modicam videas ex oratione profluentem: nam oratio est, apud incipientes quidem, irrequieta sancti Spiritus operatio, in initio ut ignis lætitiæ de corde elicitus, in fine vero ut lux beneolentem faciens.

4. Hæc sunt autem illius initii signa, in iis qui illud vere inquirunt, nec sunt quasi tentantes, juxta ipsam sapientiam dicentem se inveniri ab his qui non tentant illam, apparere autem eis qui fidem habent in illam [1]. In nonnullis quidem videtur ut lux oriens, in aliis vero exsultatio tremebunda, in aliis gaudium, in aliis lætitia cum timore mista, in aliquibus tremor et gaudium, et aliquando in quibusdam fletus et pavor. Gaudet enim anima de providentia et misericordia Dei, timet vero et tremit ejus præsentiam, utpote multorum peccatorum rea. Aliis adhuc in initio contingit ineffabilis contritio et labor ingentissimus animæ, quasi dolor parientis et parturientis, juxta Scripturam: penetrat enim vivus et efficax sermo, id est Jesus, ut ait Apostolus [2], usque ad divisionem animæ ac

[1] Sap. I, 2. [2] Hebr. IV, 12.

καλῶς ὁδεύειν, καὶ ἀκερδῶς φέρονται ἔξωθεν ταύτης. ἄλλοι δὲ τὴν μεσότητα φθάσαντες τοῦ φωτισμοῦ, πρὸς τὸ τέλος ὤκλασαν, ῥᾳθυμήσαντες, ἢ εἰς τὰ ὀπίσω διὰ τῆς ἀδιαφόρου πολιτείας στραφέντες, καὶ ἀρχάριοι γεγονότες. οἱ δὲ πρὸς τὴν τελειότητα φθάσαντες, δι' ἀπροσεξίας πίπτουσιν ἐξ ὀλιγωρίας, καὶ εἰς τὰ ὀπίσω στρέφονται, καὶ τῶν μέσων καὶ ἀρχαρίων ἴσοι πρὸς τὸ ἔργον καθίστανται. Ἀρχαρίων δὲ, καὶ μέσων, καὶ τελείων ἐστὶ, τῶν μὲν, ἡ ἐνέργεια, τῶν δὲ, ὁ φωτισμὸς, τῶν δὲ, ἡ τῆς ψυχῆς κάθαρσις, ἢ ἀνάστασις.

Περὶ τοῦ πῶς εἰρεῖν τὴν ἐνέργειαν.

γ'. Κατὰ δύο τρόπους εὑρίσκεται ἡ ἐνέργεια τοῦ Πνεύματος, ἣν ἐν τῷ βαπτίσματι μυστικῶς προειλήφαμεν. Καὶ πρῶτον μὲν καθολικῶς εἰπεῖν, διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν ἐργασίας, διὰ πολλοῦ κόπου καὶ χρόνου ἡ δωρεὰ ἀποκαλύπτεται, καθά φησιν ὁ ἅγιος Μάρκος· καὶ καθόσον τὰς ἐντολὰς ἐνεργοῦμεν, κατὰ τοσοῦτον ἐμφανέστερον ἐκλάμπει ἡμῖν τὰς οἰκείας μαρμαρυγάς· δεύτερον δὲ, διὰ τῆς ἐπιστημονικῆς καὶ ἐπικλήσεως συνεχοῦς τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, τουτέστι τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης, φανεροῦται ἐν ὑποταγῇ· καὶ ἐκ μὲν τῆς πρώτης πολιτείας, βραδύτερον, ἐκ δὲ τῆς δευτέρας, συντομώτερον, ἐὰν καὶ μαθεῖν εὕρῃ ἐμπόνως καὶ καρτερικῶς· ὀρύσσειν τὴν γῆν, καὶ τὸν χρυσὸν ἐκζητεῖν. Εἰ οὖν βουλόμεθα ἁπλανῶς τὴν ἀλήθειαν εὑρεῖν καὶ γνῶναι, τὴν καρδιακὴν ζητήσομεν μόνον ἐνέργειαν ἔχειν, ἀνείδεον πάντη καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ μήτε μορφὴν ἢ τύπον ὅθεν ἁγίων φανταστικῶς ἐνοπτρίζεσθαι, μήτε φῶτα θεωρεῖν (πέφυκε γὰρ ἡ πλάνη παρὰ τὰς ἀρχὰς μάλιστα τοῖς τοιούτοις φαντάσμασι ψευδέστι τὸν νοῦν ἀπατᾷν τῶν ἀπείρων), ἀλλὰ μόνον τὴν ἐνέργειαν τῆς προσευχῆς ἐν τῇ καρδίᾳ ἐνεργοῦσαν ἔχειν σπουδάσωμεν, θερμαίνουσαν τὸν νοῦν καὶ εὐφραίνουσαν, καὶ πρὸς ἀγάπην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἄῤῥητον, τὴν ψυχὴν ἐκκαίουσαν. Διὸ καὶ ταπείνωσιν καὶ συντριβὴν οὐκ ὀλίγην ἔστιν ἰδεῖν γινομένην ἀπὸ τῆς προσευχῆς, εἴπερ προσευχή ἐστι, παρὰ μὲν τοῖς ἀρχαρίοις, ἀεικίνητος ἐνέργεια νοερὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐν μὲν τῇ ἀρχῇ ὡς πῦρ εὐφροσύνης ἀπὸ καρδίας ἀναδιδόμενον, ἐν δὲ τῷ τέλει, ὡς φῶς αὐγοειδάζον ἐνεργούμενον.

δ'. Εἰσὶ δὲ τεκμήρια τῆς ἀρχῆς τοιαῦτα, τῶν ἐκζητούντων αὐτὴν ἀληθῶς, καὶ οὐχ ὡς οἱ πειράζοντες [ἐν ἄλλ. ἐὰν μὴ ὡς πειράζοντες] ὄντων, κατὰ τὴν αὐτὴν σοφίαν τὴν λέγουσαν, ὅτι εὑρίσκεται τοῖς μὴ πειράζουσιν αὐτὴν, ἐμφανίζεται δὲ τοῖς μὴ ἀπιστοῦσιν αὐτῇ. Ἔν τισι μὲν ὁρᾶται, ὡς φῶς ἀνατέλλων, ἐν ἄλλοις δὲ, ἀγαλλίασις ἔντρομος· ἐν ἑτέροις δὲ, χαρὰ, ἐν ἄλλοις δὲ, σύμμικτος χαρὰ καὶ φόβος, ἔν τισι δὲ, τρόμος καὶ χαρά· ἔστι δ' ὅτε καὶ εἴς τινας δάκρυα καὶ φόβος. Χαίρει μὲν ἡ ψυχὴ τὴν ἐπισκοπὴν καὶ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ, φοβεῖται δὲ καὶ τρέμει τὴν παρουσίαν αὐτοῦ, ὡς ὑπεύθυνος ἐν ἁμαρτίαις πολλαῖς. Ἑτέροις δὲ πάλιν γίνεται παρὰ τὰς ἀρχὰς, ἄῤῥητος συντριβὴ καὶ πόνος ἄφατος ψυχῆς, ὀδυνωμένη καθάπερ ἡ τίκτουσα καὶ ὠδίνουσα, κατὰ τὴν Γραφήν· διικνούμενος γὰρ ὁ ζῶν καὶ ἐνερ-

γῆ; λόγος, τουτέστιν ὁ Ἰησοῦς, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος, μέχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ σώματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, ἵνα τὸ ἐμπαθὲς ἐξ ὅλων τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν, καὶ τοῦ σώματος βιαίως ἐκτέξῃ. Ἐν ἄλλοις δὲ, ἀγάπη καὶ εἰρήνη ἄμαχος πρὸς πάντας ὁρᾶται, ἐν ἑτέροις δὲ, ἀγαλλίαμα, ὅπερ σκίρτημα πολλαχῶς οἱ Πατέρες εἰρήκασι, Πνεύματος οὖσα δύναμις καὶ καρδίας ζώσης κίνημα. Τοῦτο καὶ παλμὸς λέγεται, καὶ στεναγμὸς, τοῦ Πνεύματος ἀλαλήτως ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς τὸν Θεὸν ἐντυγχάνοντος· κῦμα [*ἐν ἄλλ.* κύημα] δὲ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνης καὶ ὁ Ἡσαΐας ὠνόμασε, καὶ νυγμὸν ὁ μέγας Ἐφραΐμ, ὁ δὲ Κύριος, πηγὴν ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον (ὕδωρ δὲ τὸ Πνεῦμα ὠνόμασε), πηδῶντος ἐν καρδίᾳ καὶ ὑπερζέον, τῷ σφοδρῷ τῆς δυνάμεως.

A corporis, compagum quoque ac medullarum, ut passiones ex omnibus partibus animæ ac corporis violenter abscindat. In aliis quoque charitas et pax inexpugnabilis erga omnes cernitur; in aliis autem, alacritas, quæ exsultatio sæpe a Patribus vocatur, et est spiritus virtus et vivi cordis motus. Hoc etiam dicitur palpitatio et suspirium Spiritus pro nobis gemitibus inenarrabilibus Deum postulantis [1]; atque id fluctum justitiæ Dei vocavit Isaias, et stimulum magnus Ephraim, atque Dominus [2] fontem aquæ salientis in vitam æternam (aquam autem Spiritum nuncupavit), scatentem in corde et vehementia fervoris exundantem.

ε'. Δεῖ γινώσκειν, ὅτι δύω διαφορὰς ἔχει τὸ σκίρτημα, ἤτοι τὸ ἀγαλλίαμα, τὸ γαληνόμορφον (ὅπερ παλμὸς καὶ στεναγμὸς, καὶ ἐντυχία τοῦ Πνεύματος λέγεται), καὶ τὸ μέγα τῆς καρδίας (ὅπερ καὶ σκίρτημα, καὶ ἅλμα, ἤτοι πήδημα λέγεται, καρδίας ζώσης πρὸς τὸν θεῖκὸν ἀέρα ἀνατατικὴ πτῆσις). Ὑπὸ γὰρ τοῦ θείου Πνεύματος ἀναπτερουμένη τῷ ἔρωτι, καὶ τῶν δεσμῶν τῶν παθῶν ἡ ψυχὴ ἐλευθερουμένη, πρὸς τὰ ἄνω καὶ πρὸ τῆς ἐξόδου ἀνίπτασθαι δοκιμάζει, ἐφιεμένη τὴν τοῦ βάρους διάζευξιν. (Τοῦτο καὶ ταραγμὸς τοῦ Πνεύματος, εἶτ' οὖν ἐκβρασμὸς, καὶ κίνησις λέγεται, κατὰ τό· « Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐτάραξεν ἑαυτὸν τῷ Πνεύματι, κινηθεὶς ἐν δυνάμει, καὶ εἶπεν· Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; ») Δηλοῖ δὲ τὴν διαφορὰν τοῦ μεγάλου καὶ τοῦ μικροῦ σκιρτήματος ὁ θεῖος Δαβὶδ, εἰρηκώς· « Τὰ ὄρη ὡσεὶ κριοὶ, καὶ οἱ βουνοὶ ὡς ἀρνία σκιρτῶντες, » περὶ τελείων καὶ ἀρχαρίων εἶπεν· περὶ γὰρ αἰσθητῶν ὀρέων καὶ βουνῶν ὅτι σκιρτῶσιν, ἄζωα ὄντα ὧν ἐμνημόνευσε, περιττὸν ἦν αὐτῷ.

B 5. Sciendum est duplicem esse exsultationem : scilicet alacritatem placidam, quæ palpitatio gemitusque et colloquium Spiritus dicitur; et magnam cordis exsultationem, quæ dicitur et saltus, seu subsultus, et cordis vivi divinus sublimem per aera volatus. Namque a divino Spiritu alis amoris elata, et cupiditatum libera vinculis anima, sursum volare etiam ante mortem nititur, cupiens a corporis mole separari. Hoc etiam perturbatio spiritus, seu effervescentia et commotio dicitur, juxta illud [3]: « Jesus ergo turbavit seipsum spiritu, motus vehementer, et dixit : Ubi posuisti eum? » Ostendit autem discrimen magnæ et parvæ exsultationis divus David, dicens [4] : « Montes exsultaverunt ut arietes, et colles sicut agni ovium. » Quod de perfectis et incipientibus dicit : nam quos memorat montes et colles, cum inanimes sint, exsultantes dicere superfluum erat.

ς'. Δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι ὁ θεῖος φόβος τρόμον οὐκ ἔχει (τρόμον δὲ λέγω, οὐ τὸν ἀπὸ τῆς χαρᾶς, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ τῆς ὀργῆς, εἴτ' οὖν παιδείας καὶ ἐγκαταλείψεως), ἀλλ' ἀγαλλίασιν ἔντρομον τὴν ἀπὸ τῆς εὐχῆς ἐν τῷ πυρὶ τοῦ θείου φόβου προσγινομένην· φόβον δὲ, οὐ τὸν ἔντρομον τὸν ἐκ τῆς ὀργῆς, εἴτ' οὖν κολάσεως, ἀλλὰ τὸν τῆς σοφίας, ὃς καὶ σοφίας ἀρχὴ λέγεται. Διαιρεῖται δὲ ὁ φόβος εἰς τρία (κἂν εἰς δύω οἱ Πατέρες εἰρήκασι)· τὸν εἰσαγωγικὸν, καὶ τὸν τέλειον, εἶτα καὶ τρόμον δεῖ κυρίως καλεῖν, εἶτ' οὖν κλόνον, καὶ σύντριμμα.

6. Sciendum etiam est divino timori tremorem non esse (tremorem hic dico, non qui ex lætitia, sed qui ex ira, seu castigatione et derelictione provenit), sed exsultationem tremebundam, quam ex oratione ignis divini timoris elicit; timorem autem non dico tremulum quem incutit ira aut pœna, sed qui est a sapientia, et initium sapientiæ dicitur. Porro timor, quem Patres bipartiuntur, nempe in imperfectum et perfectum, dividitur in tria, quæ proprie vocare oportet tremorem, et perturbationem atque infractionem.

ζ'. Ὁ δὲ τρόμος διαφορὰς ἔχει πολυτρόπους· ἄλλος ὁ τῆς ὀργῆς, καὶ ἄλλος ὁ τῆς χαρᾶς, καὶ ἕτερος ὁ τοῦ θυμικοῦ (ὅταν καθ' ὑπερβολὴν γένηται ζέσις, ὥς φασι, τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος), καὶ ἄλλος ὁ ἐκ τοῦ γήρους, καὶ ἕτερος ὁ τῆς ἁμαρτίας, εἴτ' οὖν πλάνης, καὶ ἄλλος ὁ τῆς κατάρας, διὰ τοῦ Κάϊν δοθεὶς τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. Πλὴν τῷ ἀγωνιστῇ παρὰ τὰς ἀρχὰς, ὁ ἐκ τῆς χαρᾶς, καὶ ὁ ἐκ τῆς ἁμαρτίας πολεμεῖ τρόμος· πᾶσι δὲ οὐχ οὕτω συμβαίνει, σημεῖα δὲ ἀμφοτέρων· τοῦ μὲν, ἡ ἔντρομος ἀγαλλίασις ἐν εὐφροσύνῃ πολλῇ καὶ δάκρυσιν ἡ χά-

7. Tremor autem multimodas habet species; alius est iræ, alius lætitiæ, alius choleræ (cum immodice, ut aiunt, ebullit circa cor sanguis), alius senectutis, alius peccati seu erroris, et alius maledictionis, a Cain traditus humano generi. Insuper apud virtutis militem in initio dimicant tremor lætitiæ et tremor peccati; omnibus autem non pariter contingit, sed signa sunt utriusque : unius quidem, tremebunda exsultatio cum lætitia et lacrymis quibus animam gratia consolatur; alterius vero immodicus calor, et tumor, et durities cordis

[1] Rom. viii, 26. [2] Joan. iv, 14. [3] Joan. xi, 33, 34. [4] Psal. cxiii, 4.

adurens animam, et inflammans membra ad copulam apta, et ad commercium carnale amoremque ac turpia opera imaginationem et internum consensum inducens.

8. Duplicem esse operationem cuilibet incipienti, dupliciter et distincte in corde agentem, unam ex gratia, et alteram ex errore, testatur magnus Ascetes, sic loquens: « Est operatio spiritualis, et est operatio Satanica parvulo ignota. » Et rursus triplicem esse calorem operationis in hominibus accensum, scilicet ex gratia, ex errore seu peccato, et ex sanguinis redundatione, quam et mistionem Africanus vocavit Thalassius, et oportere congruenti temperantia hanc mitigare et sedare.

9. Operatio gratiæ est virtus ignis Spiritus in gaudio et lætitia cordis mota, stabiliens animam, calefaciensque et emundans, et cogitationes tempestive auferens, corporis vero motus opportune enecans. Et hæc sunt illius signa, et fructus veritatem ejus ostendentes: lacrymæ, contritio, humilitas, temperantia, silentium, patientia, occultatio, et cætera hujusmodi, quæ indubiam nobis afferunt certitudinem.

10. Operatio erroris est peccatis æstus ad voluptatem accendens animam, et ad copulam carnalem jugiter concupiscentiam et motum corporis excitans. Indigesta autem tota est et incondita, juxta sanctum Diadochum, habens lætitiam irrationalem, et superbiam, et perturbationem, et indigestum gaudium, instabile merito dicendum, et in teporis voluptate ad concupiscentiam maxime operans, delicias igni materiam sufficiens, et inexpletum ventrem habens cooperatorem: unde consociat sibi et accendit commercium carnis, exinde incipiens movere animam inflammareque et ad seipsam allicere, ut voluptati assuescens homo gratiam a seipso paulatim expellat.

ρις τὴν ψυχὴν παρακαλεῖ, τοῦ δὲ, ἀνώμαλος θέρμη, καὶ τύφος, καὶ σκληροκαρδία τὴν ψυχὴν ἐκκαίουσα, καὶ ἐκπυροῦσα τὰ συνουσιαστικὰ μέλη, καὶ πρὸς συμπλοκὴν σώματος καὶ ἔρωτα διὰ τῆς φαντασίας ἔνδον ἐν συγκαταθέσει τὴν αἰσχρουργίαν ποιοῦσα.

η'. Διττὴν εἶναι τὴν ἐνέργειαν τῷ ἀρχαρίῳ παντὶ, καὶ διττῶς ἐν καρδίᾳ ἐνεργουμένην καὶ ἀμιγῶς, τὴν μὲν, ἐκ τῆς χάριτος, τὴν δὲ, ἐκ τῆς πλάνης, μαρτυρεῖ ὁ μέγας Μάρκος ὁ ἀσκητὴς, οὑτωσὶ φάσκων· Ἔστιν ἐνέργεια πνευματικὴ, καὶ ἔστιν ἐνέργεια σατανικὴ, τῷ νηπίῳ ἀγνοουμένη. Καὶ πάλιν, τριττὴν εἶναι τὴν θέρμην τῆς ἐνεργείας ἐν ἀνθρώποις ἀναπτομένην, τὴν ἐκ τῆς χάριτος, τὴν ἐκ τῆς πλάνης, εἶτ' οὖν ἁμαρτίας, καὶ τὴν ἐκ τῆς πλησμονῆς αἵματος, ὅπερ καὶ κρᾶσιν ὁ Ἀφρικανὸς ἔφησε Θαλάσσιος, καὶ δι' ἐγκρατείας ἐμμέτρου ὁμαλίζειν ταύτην καὶ εἰρηνεύειν.

θ'. Ἐνέργεια τῆς χάριτός ἐστι δύναμις τοῦ πυρὸς τοῦ Πνεύματος ἐν χαρᾷ, καὶ εὐφροσύνῃ καρδιακῶς κινουμένη, στηρίζουσα, καὶ θερμαίνουσα τὴν ψυχὴν, καὶ καθαίρουσα, καὶ τοὺς μὲν λογισμοὺς παύουσά τε ὡς πρὸς ὥραν, τὴν δὲ τοῦ σώματος κίνησιν νεκροῦσα πρὸς καιρόν. Καὶ ταῦτα τὰ σημεῖα αὐτῆς, καὶ οἱ καρποὶ οἱ ἐμφαίνοντες τὴν ἀλήθειαν, τὰ δάκρυα, ὁ συντριμμὸς, ἡ ταπείνωσις, ἡ ἐγκράτεια, ἡ σιωπὴ, ἡ ὑπομονὴ, τὸ κρύπτεσθαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα, δι' ὧν ἀδιστάκτως πληροφορούμεθα.

ι'. Ἐνέργεια πλάνης ἐστὶν ἡ τῆς ἁμαρτίας ἔκκαυσις, ἐν ἡδονῇ θερμαίνουσα τὴν ψυχὴν, καὶ πρὸς συνουσιασμὸν ἐμμανῶς σωμάτων τὴν ἐπιθυμίαν ἐν τῇ τοῦ σώματος κινήσει διεγείρουσα· ἄποιος δέ ἐστιν ὅλη καὶ ἀδιάθετος, κατὰ τὸν ἅγιον Διάδοχον, χαρὰν ἄλογον, καὶ οἴησιν, καὶ ταραχὴν, καὶ εὐφροσύνην ἄποιον, καὶ ὡς εἰκὸς εἰπεῖν, ἄτροφον ἔχουσα, ἐν ἡδονῇ χλιαρότητος πρὸς τὸ ἐπιθυμητικὸν μάλιστα ἐνεργοῦσα, ποριζομένη ὕλην ἐκκαύσεως τὰς ἡδονὰς, καὶ τὴν ἀχόρεστον γαστέρα ἔχουσα συνεργόν· ἐκεῖθεν γὰρ κοινωνεῖ καὶ ἀνάπτεται τὴν σύγκρασιν τῆς σαρκὸς, αἰτίαν λαμβάνουσα πρὸς τὸ ἐνεργεῖν καὶ καίειν τὴν ψυχὴν καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἕλκειν, ἵνα τῇ ἕξει ἡδυπαθῶν ὁ ἄνθρωπος, τὴν χάριν κατὰ μικρὸν ἐκδιώξῃ ἐξ ἑαυτοῦ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙ ΗΣΥΧΙΑΣ

ΚΑΙ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΥΟ ΤΡΟΠΩΝ ΤΗΣ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ

ΕΝ ΚΕΦΑΛΑΙΟΙΣ ΙΕ'.

—

EJUSDEM

DE

QUIETUDINE ET DUOBUS ORATIONIS MODIS

CAPITA QUINDECIM.

—

α'. Δύω τρόποι εἰσὶν ἐνώσεως, μᾶλλον δὲ εἴσοδοι ἑκατέρωθεν τῆς νοερᾶς προσευχῆς, τῆς διὰ τοῦ Πνεύματος ἐν καρδίᾳ ἐνεργουμένης, δι' ὧν ὁ νοῦς ἢ προλαμβάνει αὐτὴν ἐκεῖσε τῷ Κυρίῳ κολλώμενος κατὰ τὴν Γραφήν, ἢ κινουμένης τῆς ἐνεργείας κατὰ πρόοδον ἐν πυρὶ εὐφροσύνης ἕλκει τὸν νοῦν, ἢ δεσμεύει αὐτὸν πρὸς τὴν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐπίκλησίν τε καὶ ἕνωσιν. Εἰ γὰρ καὶ τὸ Πνεῦμα ἰδίᾳ ἑκάστῳ ἐνεργεῖ ὡς βούλεται, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἀλλ' ἔστιν ὅτε μία τῆς μιᾶς προηγεῖται ἔν τισιν, κατὰ τοὺς τρόπους οὓς προειρήκαμεν. Καὶ ποτὲ μὲν ἡ ἐνεργεια γίνεται ἐν καρδίᾳ, τῶν παθῶν δηλονότι μειουμένων, διὰ συνεχοῦς ἐπικλήσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς θείας θέρμης ἀναφανείσης· ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον τὰ πάθη, φησὶν ἡ Γραφή· ποτὲ δὲ τὸ Πνεῦμα ἕλκει τὸν νοῦν πρὸς ἑαυτὸ, εἰς τὸ βάθος τῆς καρδίας ἄγχον αὐτὸν, καὶ τῆς συνήθους περιφορᾶς ἀπείργον, καὶ τότε οὐκ ἔτι αἰχμάλωτος εἰς Ἀσσυρίους ἄγεται ἐξ Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Σιὼν μετοικεσίαν ποιεῖται τὴν κρείττονα, ὥστε λέγειν καὶ αὐτὸν μετὰ τοῦ προφήτου· « Σοὶ πρέπει ὕμνος, ὁ Θεὸς, ἐν Σιὼν, καὶ σοὶ ἀποδοθήσεται εὐχὴ ἐν Ἱερουσαλήμ· » καὶ πάλιν, « Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν Σιών· » καὶ τό· « Ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ, καὶ εὐφραθήσεται Ἰσραὴλ, » ὁ πρακτικὸς καὶ θεωρητικὸς νοῦς δηλονότι, ὁ διὰ πρακτικῆς τὰ πάθη μετὰ Θεὸν νικῶν, καὶ αὐτὸν διὰ θεωρίαν ὁρῶν, καθ' ὅσον αὐτῷ ἐφικτόν. Τότε γὰρ ὁ νοῦς ὡς εἰς τράπεζαν δ. ψιλεστάτην κληθεὶς, ἐν τρυφῇ θείᾳ εὐφραινόμενος ψάλλει· Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐξεναντίας τῶν θλιβόντων με δαιμόνων τε καὶ παθῶν.

1. Duo sunt modi unionis, seu potius unus et alter aditus mentalis orationis a Spiritu in corde formatæ, per quos illam ingreditur animus Deo adhærens juxta Scripturam, vel operationem progressu movens in igne lætitiæ reducit intellectum, vel eum devincit ad Domini Jesu invocationem et unionem. Quamvis enim Spiritus in singulis operetur prout vult, ait Apostolus [1], aliquando tamen una operatio aliam præcedit, juxta præfatos modos. Et interdum operatio fit in corde, passionibus scilicet imminutis, et per continuam Jesu Christi invocationem divino fervore manifestato : Deus enim noster ignis consumens vitia, ut ait Scriptura [2]. Interdum vero Spiritus attrahit ad se intellectum, ad altitudinem cordis eum astringens, et ab agitatione solita liberans, et tunc jam non captivus in Assyrios Jherosolyma ducitur, sed Babylone ad Sion transit meliori transmigratione, ita ut et ipse cum propheta dicat : « Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi redditur votum in Jerusalem [3], » et iterum : « In convertendo Dominus captivitatem Sion [4], » et : « Exsultabit Jacob, et lætabitur Israel [5], » practicus scilicet et contemplativus intellectus qui per praxim post Deum vitia vicerit, et hunc per contemplationem videt, qua fieri potest. Tunc enim animus quasi ad mensam lautissimam invitatus, divina suavitate gaudens psallit : « Parasti in conspectu meo mensam, adversus eos qui tribulant me, dæmones et passiones [6]. »

Περὶ τοῦ πῶς δεῖ ἐνεργεῖν τὴν προσευχήν.

β'. « Ἐν πρωΐᾳ σπεῖρον, φησὶν ὁ Σολομὼν, τὸ σπέρμα σου, » τὸ τῆς εὐχῆς δηλονότι, « καὶ ἐν ἑσπέρᾳ μὴ ἀφιέτω ἡ χείρ σου, » ἵνα μὴ διάστασιν

Quomodo oporteat facere orationem.

2. « Mane semina, inquit Salomon [7], semen tuum, » id est orationis, « et vespere ne cesset manus tua, » ne forte interruptionem habens con-

[1] I Cor. XII, 11. [2] Deut. IV 24. [3] Psal. LXIV, 2 [4] Psal. CXXV, 1. [5] Psal. XIII, 7. [6] Psal. XXI, 5. [7] Eccle. XI, 6.

tinuitatis oratio, exauditionis tempus prætermittat, « Quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud. » Et a mane quidem sedens in cathedra unius palmæ, intellectum de mente ad cor coge et in eo retine, et laboriose incurvatus, et pectus humerosque et collum graviter afflictans, perseveranter clamita mente et anima : « Domine Jesu Christe, miserere mei. « Deinde cum gemitu et labore, et forsan cum fastidio, tria nomina quasi unum cibum assidue habens et jugiter comedens (« Qui enim edunt me, dicitur [1], ») adhuc esurient transferens intellectum ad alterum dimidium : « Fili Dei, miserere mei, » et sæpe dictitans hoc dimidium, non debes perpetuo mutare hæc verba : non radicantur enim plantæ continuo translatæ. Imo comprime motum respirationis, ne absque necessitate respires : quippe aura spirituum de corde emissa obtenebrat mentem, et intellectum eventilatum illinc expellit, et eum vel captivum memoriæ tradit, vel ad alias jactatum cogitationes sine sensu ad incongrua inducit. Si autem videris inortas menti tuæ malorum spirituum immundas cogitationes et imagines, ne stupeas, et si bonæ cogitationes tibi affulserunt, ne his attendas ; sed comprimens, quantum potes, respirationem, et intellectum in corde concludens, et invocationem Domini Jesu assidue et permanenter repetens, brevi comburis illas et reprimis, eas invisibiliter divino flagellans nomine ; dicit enim Joannes Climax : « Nomine Jesu flagella inimicos, nulla enim validiora sunt arma sive in cœlo sive in terra. »

αὐτοὺς ἀοράτως διὰ τοῦ θείου ὀνόματος· φησὶ γὰρ ὁ οὐδὲν γὰρ ἰσχυρότερον ὅπλον ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς.

De respiratione.

3. Comprimendam porro tibi esse respirationem testatur Isaias anachoreta de hoc loquens, et multi alii. Unus quidem : « Refrena, inquit, infrenem intellectum, quem nempe dispellit atque dispergit inimica potestas, propter incuriam post baptisma revertens cum aliis nequioribus spiritibus in animam negligentem, ut ait Dominus, et novissima faciens prioribus pejora. » Alius autem : « Debet monachus habere Dei memoriam pro respiratione. » Alius quoque : « Amor Dei præoccupet illius respirationem. » Et novus Theologus : « Stringe ipsam narium attractionem, ut non absque necessitate respires. » Et Climax : « Jesu memoria uniatur tuæ respirationi, et tunc cognosces quietudinis utilitatem. » Et Apostolus [2] : « Vivo jam non ego, vivit vero in me Christus, » operans et vitam divinam inspirans. Et Dominus : « Spiritus ubi vult spirat, » ait, exemplum sumens ex venti sensibilis spiramine. Quia autem purificati pignus spiritus et insitum verbum ut semen, juxta fratrem Domini Jacobum [3] suscepimus, quod seminatum, et quasi coalitum, et indivise participatum, nos deificat sine

A καιροῦ τὸ τῆς εὐχῆς διηνεκῶς ἔχον, τὴν τῆς εἰσακουστῆς ὥραν λαχὼν ἀστοχήσῃ, « ὅτι οὐ γινώσκεις, φησὶ, ποῖον στοιχήσει, τοῦτο, ἢ ἐκεῖνο, » καὶ ἀπὸ μὲν πρωΐας καθεζόμενος ἐν σπιθαμιαίᾳ καθέδρᾳ, ἄγχιζον τὸν νοῦν ἐκ τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐν καρδίᾳ, καὶ κράτει αὐτὸν ἐν αὐτῇ, κύπτων δὲ ἐμπόνως, καὶ τὰ στέρνα, ὦμούς τε καὶ τὸν τράχηλον σφοδρῶς περιαλγῶν, ἐπιμόνως κράζε νοερῶς, ἢ ψυχικῶς τὸ, « Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ἐλέησόν με· » εἶτα διὰ τὸ στενὸν καὶ ἐπίπονον, ἴσως, καὶ ἀηδῶς, διὰ τῶν συνεχῆς ἔχων (ὅπερ οὐκ ἔστι διὰ τὸ ἐν βρῶμα τοῦ τριωνύμου συνεχῶς ἐσθιόμενον. Οἱ γὰρ ἐσθίοντές με, φησὶν, ἔτι πεινάσουσι), μεταλλάττων τὸν νοῦν εἰς τὸ ἕτερον ἥμισυ, λέγε· « Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ἐλέησόν με· » καὶ πολλαχῶς λέγων τὸ ἥμισυ, συνεχῶς οὐκ ὀφείλεις B ἐκ ῥᾳθυμίας μεταλλάττειν αὐτά· οὐ ῥιζοῦνται γὰρ τὰ φυτὰ συνεχῶς μεταφυτευόμενα, κράτει δὲ καὶ τὸν ἀνασπασμὸν τοῦ πνεύμονος, ἵνα μὴ ἀδεῶς πνῇς· ἡ γὰρ αὔρα τῶν πνευμάτων ἀπὸ καρδίας ἀναδιδομένη, σκοτίζει τὸν νοῦν καὶ ῥιπίζει τὴν διάνοιαν ἐκεῖθεν αὐτὸν ἀπείργων, καὶ ἢ αἰχμάλωτον τῇ λήθῃ παραδίδωσιν, ἢ ἄλλα ἀντ' ἄλλων μελετῶν αὐτὸν παρατκευάζει, ἀναισθήτως εἰς ἃ μὴ δεῖ ἐ ρισκόμενον. Ἐὰν δὲ ἴδῃς τὰς ἀκαθαρσίας τῶν πονηρῶν πνευμάτων, ἤτοι λογισμῶν ἀναδιδομένας, ἢ μεταμορφουμένας ἐν τῷ νοΐ σου, μὴ θαμβηθῇς, κἂν ἀγαθὰ νοήματα πραγμάτων ἀναφαίνωνταί σοι, μὴ πρόσχῃς αὐτοῖς, ἀλλὰ κρατῶν τὴν ἐκπνοὴν, ὡς δυνατὸν, καὶ τὸν νοῦν ἐν καρδίᾳ συγκλείων, καὶ τὴν ἐπίκλησιν C τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ συνεχῶς καὶ ἐπιμόνως ἐνεργῶν, ταχέως καταπαίεις καὶ συστέλλεις αὐτὰ, μαστίζων τῆς Κλίμακος· Ἰησοῦ ὀνόματι μάστιζε πολεμίους·

Περὶ τῆς ἀναπνοῆς.

γ'. Ὅτι δὲ ὀφείλεις κρατεῖν τὴν ἐκπνοὴν, μάρτυς Ἡσαΐας ὁ ἀναχωρητὴς περὶ τούτου λέγων, καὶ ἄλλοι πολλοί. Ὁ μὲν, Κράτει νοῦν ἀκράτητον, ὠθούμενον δηλονότι, καὶ διασκεδαζόμενον ὑπὸ τῆς ἐναντίας δυνάμεως, τῆς δι' ἀμέλειαν πάλιν μετὰ τὸ βάπτισμα ἐπαναστραφείσης, μετὰ καὶ ἄλλων πονηροτέρων πνευμάτων ἐν τῇ ῥᾳθύμῳ ψυχῇ, ὥς φησιν ὁ Κύριος, καὶ τὰ ἔσχατα ποιησάσης τῶν προτέρων χείρονα· ὁ δὲ, ὅτι Ὀφείλει ὁ μοναχὸς ἔχειν τὴν τοῦ Θεοῦ μνήμην, D ἀντὶ ἀναπνοῆς, ἄλλος δὲ, τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγάπην, προλαμβάνουσαν αὐτοῦ τὴν ἐκπνοήν. Καὶ ὁ νέος Θεολόγος· Ἄγχιζον καὶ τὴν τῆς ῥινὸς ὁλκὴν, ἵνα μὴ ἀδεῶς πνῇς· καὶ ὁ τῆς Κλίμακος· Ἰησοῦ μνήμη ἑνωθήτω τῇ πνοῇ σου, καὶ τότε γνώσῃ ἡσυχίας ὠφέλειαν· καὶ ὁ Ἀπόστολος· Οὐκ αὐτὸς, ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἐν αὐτῷ ἔζη, ἐνεργῶν καὶ τὴν θείαν ζωὴν ἐμπνεόμενος· καὶ ὁ Κύριος· « Τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, » φησὶ, τὸ παράδειγμα λαβὼν ἐκ τῆς πνεύσεως τοῦ αἰσθητοῦ ἀνέμου. Ἐπειδὴ καθαροὶ γεγονότες τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος, καὶ τὸν ἔμφυτον λόγον ὡς σπόρον, κατὰ τὸν ἀδελφόθεον Ἰάκωβον ἐδεξάμεθα, φυτευθέντα, καὶ οἱονεὶ συμπα-

[1] Eccli. xxiv, 29. [2] Galat. II, 20. [3] Jac. I, 21.

γέντα ἐν μετοχῇ ἀμεθέκτῳ, καὶ ἀμιγῶς θεουργοῦντα ἡμᾶς ἀμειώτως τὸν ὑπερπλήρη δι' ἀγαθότητα, τῶν ἐντολῶν δὲ ὡς φυλακτικῶν τῆς χάριτος, ἀμελήσαντες, πεπτώκαμεν πάλιν εἰς τὰ πάθη δι' ἀμέλειαν, καὶ ἀντὶ ἀναπνοῆς Πνεύματος ἁγίου, πνευμάτων πονηρῶν πνεύσεις ἐπληρώθημεν. Καὶ ὅθεν ἡ χάσμη καὶ ὁ τανυσμὸς ἐκ τούτων γίνεται, ὡς λέγουσιν οἱ Πατέρες· ὁ γὰρ κτησάμενος τὸ Πνεῦμα, καὶ ὑπ' αὐτοῦ καθαρθείς, ἐξ αὐτοῦ θερμαίνεται καὶ ἐμπνέεται τὴν θείαν ζωὴν, καὶ λαλεῖ, καὶ νοεῖ, καὶ κινεῖται, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, ὅτι « Οὐχ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρός μου τὸ λαλοῦν, φησὶν, ἐν ὑμῖν · » ὁμοίως πάλιν ὁ τὸ πράττει καὶ λέγει.

A commistione et imminutione superabundantis bonitatis, sed mandata gratiæ nutritia transgressi, ob incuriam in vitia recidimus, itaque pro Spiritus sancti afflatu, malorum spirituum flaminibus repleti sumus. Et evidenter oscitatio et tensus halitus ab his provenit, ut aiunt Patres : nam qui spiritum accepit ab eoque mundatus est, per ipsum calefit et divina vita afflatur, et loquitur, et intelligit, et movetur, juxta hanc Domini vocem : « Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris mei qui loquitur in vobis [1] ; » item qui ad hostem redit eique subjicitur, contraria facit atque dicit.

ἐναντίως ἔχων, καὶ ὑπ' αὐτοῦ κυριευθείς, τἀναντία

Περὶ τοῦ πῶς δεῖ ψάλλειν.

δ'. Ἀποκαμὼν, φησὶν ὁ τῆς Κλίμακος, ἀναστὰς προσεύξεται, καὶ πάλιν καθεσθεὶς, τῆς προτέρας ἐργασίας ἀνδρείως ἕξεται· εἰ γὰρ καὶ περὶ τοῦ νοὸς εἴρηκεν, ὅτε φθάσει τὴν τῆς καρδίας τήρησιν, τάδε ὀφείλειν ποιεῖν, ἀλλ' οὖν οὐκ ἀπεικὸς καὶ περὶ τῆς ψαλμῳδίας εἰπεῖν αὐτό. Λέγεται γὰρ ὅτι ἠρωτήθη περὶ τῆς ψαλμῳδίας ὁ μέγας Βαρσανούφιος, τὸ πῶς δεῖ ψάλλειν, καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Αἱ ὧραι, καὶ αἱ ᾠδαὶ, ἐκκλησιαστικαί εἰσι παραδόσεις, καὶ καλῶς δὲ τὴν συμφωνίαν ἐδόθησαν. Οἱ δὲ Σκητιῶται οὔτε ὥρας ψάλλουσιν, οὔτε ᾠδὰς ἔχουσιν· ἀλλ' ἐργόχειρον, καὶ κατὰ μόνας μελέτην, καὶ κατ' ὀλίγον εὐχήν. Στήκων δὲ εἰς εὐχὴν, ὀφείλεις λέγειν τὸ Τρισάγιον, καὶ τὸ, Πάτερ ἡμῶν · παρακαλεῖν δὲ καὶ τὸν Θεὸν, τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου ῥυσθῆναι, καὶ μὴ βραδύνειν εἰς αὐτήν· ὅλην γὰρ τὴν ἡμέραν ὁ νοῦς σου εἰς τὴν εὐχήν ἐστιν. Καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν ὁ γέρων, ὅτι ἡ κατὰ μόνας μελέτη, αὕτη ἐστὶν ἡ καρδιακὴ εὐχή. Ἡ δὲ κατ' ὀλίγον εὐχὴ, ἡ στάσις τῆς ψαλμῳδίας. Λέγει δὲ σαφῶς καὶ ὁ μέγας Ἰωάννης ὁ τῆς Κλίμακος· Ἔργον ἡσυχίας, ἀμεριμνία ἐν πᾶσι· προσευχὴ ἄοκνος, αὕτη ἐστὶν ἡ στάσις, καὶ τρίτον ἐργασία καρδίας ἄσυλος, αὕτη ἐστὶν ἡ καθέδρα τῆς προσευχῆς, εἶτ' οὖν ἡσυχίας.

B

C

Quomodo oporteat psallere.

4. « Qui fatigatus est, ait Joannes Climax, stans orabit, et iterum sedens, prius fortiter opus persequetur. » Quamvis enim hoc faciendum dixerit de intellectu, cum adeptus erit cordis custodiam, non tamen dedecet idem de psalmodia dicere. Fertur enim interrogatus de psalmodia magnus Barsanuphius quomodo psallere oporteat, respondisse senex : « Horæ et cantus, ecclesiasticæ sunt traditiones, et optime pro symphonia tradita sunt. Attamen Scitiotæ nec horas psallunt, nec cantus habent, sed laborant manibus, seorsim meditantur, et paulisper orant. Stans porro ad orationem, debes dicere *Trisagion*, et *Pater noster*, et rogare Deum ut a veteri homine libereris, nec tardus sis ad orationem, nam tota die mens tua orare debet. » Sic ostendit senex privatam meditationem esse ipsam cordis orationem, brevem vero orationem esse stationem ad psallendum. Clare insuper dicit magnus Joannes Climax : « Opus quietudinis est vacatio ab omni sollicitudine; oratio autem impigra, est statio ; ac tertio opus cordis sacrum, est sessio orationis seu quietudinis. »

Περὶ διαφορᾶς τῶν ψαλλόντων.

ε'. Τίς ἡ διαφορὰ, ὅτι οἱ μὲν πολλὰ ψάλλειν διδάσκουσιν, οἱ δὲ ὀλίγον, ἕτεροι δὲ οὐδ' ὅλως, ἀλλὰ μόνην τὴν εὐχὴν, καὶ κόπον, ἐργόχειρον τυχὸν, ἢ μετανοίας, ἄλλην τινὰ ἐργασίαν ἐπίπονον; Ἔστι δὲ ἡ λύσις τῶν τοιούτων αὕτη· Ὅσοι ἀπὸ πρακτικῆς διὰ πολλῶν κόπων καὶ χρόνων εὗρον τὴν χάριν, τοῦτο ὡς μαθόντες οὕτως ἑτέροις διδάσκουσιν. Ἀπειθοῦσι δὲ μὴ παραδεχόμενοι τοῖς ἐπιστημονικῶς, ἐλέει Θεοῦ, ἐν συντόμῳ διὰ θερμῆς πίστεως, ὡς φησιν ὁ ἅγιος Ἰσαὰκ εἰς αὐτὸ φθάσασι. Διὸ καὶ μέμφονται τοὺς τοιούτους ὑπὸ ἀγνωσίας καὶ οἰήσεως κλεπτόμενοι, καὶ ἑτέροις διαβεβαιοῦνται, ὅτι εἰ ἔστιν ἄλλως, πλάνη ἐστὶ, καὶ οὐ χάριτος ἐνέργεια. Καὶ οὐκ οἴδασιν, ὅτι κοῦφον ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου, κατὰ τὴν Γραφὴν, ἐξάπινα πλουτίσαι πένητα. Καὶ τὸ, « Ἀρχὴ σοφίας, κτῆσαι σοφίαν, » τὴν χάριν, φησὶν ἡ Παροιμία. Ἐπι-

De diversitate psallentium.

5. Unde ea est diversitas, ut alii multum psallere doceant, alii parum, alii minime, sed tantum orationem, laborem, manuum opus quodlibet, aut quoddam aliud pœnitentia opus laboriosum? — Ad hujusmodi responsio hæc est. Qui pro praxim multis et diuturnis laboribus invenerunt gratiam, idem tanquam sic edocti alios docent. Sed non audiunt nec approbant eos qui scite, miserente Deo, breviter fidei fervore, ut ait sanctus Isaac, eodem devenerunt. Itaque hos vituperant, ignorantia et præsumptione decepti, et aliis affirmant, quod secus sit, errorem esse, ut non gratiæ operationem. Nec sciunt facile esse in oculis Domini, juxta scriptum, confestim ditare pauperem. Et illud : « Principium sapientiæ possidere sapientiam, » de gratia dicit Proverbium [2]. Increpat autem Apostolus discipulos

[1] Matth. 20. [2] Prov. IV, 7.

qui tunc ignorabant gratiam, dicens [1] : « An non cognoscitis quia Christus Jesus in vobis est? nisi forte reprobi estis, » id est præ incuria vestra non proficientes. Unde singulares in quibusdam orationis proprietates a Spiritu sancto peculiari modo inditas, ex incredulitate et superbia non approbant.

A σκώπτει δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος τοὺς τότε μαθητὰς ἀγνοοῦντας τὴν χάριν, λέγων· « Οὐκ οἴδατε ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; εἰ μή τι ἄρα ἀδόκιμοί ἐστε · » τουτέστι διὰ τὴν ἀμέλειαν ὑμῶν ἀπρόκοποι. Ὅθεν καὶ τὰ ἐξαίσια ἔν τισι τῆς προσευχῆς ἰδιώματα ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐνεργούμενα ἰδιοτρόπως, ἐξ ἀπιστίας καὶ ὑψηλοφροσύνης οὐ παραδέχονται.

Contradictio ejus.

6. Dic mihi, o homo, si jejunet quis, temperetur, vigilet, stet, pœnitentiam agat, lugeat, pauperiem exerceat, nonne est hoc praxis? Cur igitur dicis absque praxi, psalmodiam tantum proferens, orationem acquiri non posse? An non et illa sunt praxes? Responsio. Si quis ore precetur, et mente aberret, quid prodest? « Unus ædificans, et unus destruens, quid prodest illis, nisi labor [2]? » Sed sicut ore, ita debet et mente operari, ut non inveniatur ore quidem justus, corde autem omni pigritia et immunditie plenus. Id confirmat Apostolus dicens [3] : « Si orem lingua, » id est ore, « spiritus meus orat, » scilicet vox mea, « mens autem mea sine fructu est. Oro spiritu, orabo et mente. » Et [4] : « Volo quinque verba loqui, » et reliqua. Testatur autem quid per hoc significet, Climax dicens in sermone de oratione : « Magnus magna et perfectæ orationis artifex hæc dicit : *Volo quinque verba sensu meo loqui*, et reliqua. Sunt autem opera multa, sed particularia sunt. » Magnum vero et universale opus, juxta Climacem, est mentalis oratio, per quam omne bonum reperitur. « Non est, inquit sanctus Maximus, cogitatione mortis terribilius, nec memoria Dei altius, » sublimitatem operis ostendens. Quidam vero, si sit gratia in præsenti tempore, audire nolunt, quia ob multam amentiam et ignorantiam obcæcati sunt et modicæ fidei.

B

C

Ἀντίῤῥησις αὐτοῦ.

ς'. Εἰπέ μοι, ὦ οὗτος, ἐὰν νηστεύῃ τις, ἐγκρατεύηται, ἀγρυπνῇ, ἵσταται, μετανοίας ποιῇ, πενθῇ, ἀκτημονῇ, οὐκ ἔστιν αὕτη πρᾶξις; Πῶς οὖν λέγεις χωρὶς πρακτικῆς, τὴν ψαλμῳδίαν προβαλλόμενος μόνον, προσευχὴν κρατῆσαι ἀδύνατον; Οὐχὶ ταῦτα πράξεις εἰσίν; Λύσις· Ἐάν τις τῷ στόματι προσεύχηται, καὶ ὁ νοῦς ῥέμβεται, τί ὠφέλησεν; Εἷς οἰκοδομῶν, καὶ εἷς καταλύων, οὐδὲν ἀλλ' ἢ κόπους. Ἀλλ' ὥσπερ τῷ σώματι ἐργάζεται, οὕτως ὀφείλει καὶ τῷ νοΐ· ἵνα μὴ εὑρεθῇ τῷ μὲν σώματι δίκαιος, τῇ δὲ καρδίᾳ πάσης ἀκηδίας καὶ ἀκαθαρσίας πεπληρωμένος. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Ἀπόστολος διαβεβαιοῖ, λέγων· « Ἐὰν προσεύχωμαι γλώσσῃ, » τουτέστι στόματι, « τὸ πνεῦμά μου προσεύχεται, » ἤτοι ἡ φωνή μου· « ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι. Προσεύχομαι τῷ στόματι, προσεύξομαι καὶ τῷ νοΐ. » Καί· « Θέλω εἰπεῖν πέντε λόγους, » καὶ τὰ ἑξῆς. Μάρτυς δὲ, ὅ τι περὶ τούτου λέγει ὁ τῆς Κλίμακος· φησὶν ἐν τῷ περὶ προσευχῆς λόγῳ· Ὁ μὲν μέγας τῆς μεγάλης καὶ τελείας προσευχῆς ἐργάτης τάδε φησί· *Θέλω εἰπεῖν πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰσὶ δὲ ἐργασίαι πολλαί, ἀλλὰ μερικαί εἰσι. Μεγάλη δὲ καὶ περιεκτικὴ, ὡς ἀρετῶν πηγή, κατὰ τὸν τῆς Κλίμακος, ἡ καρδιακὴ προσευχή ἐστι, δι' ἧς πᾶν ἀγαθὸν εὑρίσκεται. « Οὐκ ἔστι, φησὶν ὁ ἅγιος Μάξιμος, ἐννοίας θανάτου φοβερώτερον· οὐδὲ μνήμης Θεοῦ μεγαλοπρεπέστερον· » τὸ ὑπερέχον τοῦ ἔργου παραδηλῶν. Τινὲς δὲ οὐδὲ εἰ ἔστι χάρις ἐν τῷ νῦν καιρῷ θέλουσιν ἀκοῦσαι, ἐκ πολλῆς ἀναισθησίας καὶ ἀγνωσίας ἐσκοτισμένοι ὄντες καὶ ὀλιγόπιστοι.

7. Qui autem parum psallunt, bene, ut puto, faciunt, moderationem colentes (omne enim moderatum est optimum juxta sapientes), ut non totis animæ viribus in praxi impensis, mens in oratione negligens facta, ad eam relaxetur. Sed partito psallentes, plerumque orationi intendunt. Aliquando tamen mentali et assidua clamatione et perpetua immobilitate mens defatigata paulum quietis percipit sese ab angustia quietudinis in psalmodiæ latitudinem explicando. Hic ordo est optimus, et a viris docetur sapientissimis.

D

ζ'. Οἱ δὲ ὀλίγον ψάλλοντες, καλῶς, οἶμαι, ποιοῦσι, τὴν συμμετρίαν τετιμηκότες (πᾶν γὰρ μέτρον ἄριστον, κατὰ τοὺς σοφούς)· ἵνα μὴ τὴν δύναμιν τῆς ψυχῆς ὅλην ἐν τῷ πρακτικῷ κενοῦντες, ὁ νοῦς ὀλίγωρος ἐν τῇ προσευχῇ εὑρισκόμενος, ἀτονῇ πρὸς αὐτήν. Ἀλλὰ μερικῶς ψάλλοντες, τὸ πλεῖστον ἐν τῇ προσευχῇ ἐκτείνονται. Ἴσως δὲ ἔστιν ὅτε τῇ νοερᾷ καὶ συνεχεῖ βοῇ καὶ τῇ ἐμμόνῳ πήξει ὁ νοῦς ἀθυμῶν, μικρᾶς ἀναπαύσεως μεταλαμβάνει ἐν τῷ ἀπολῦσαι αὐτὸν εἰς τὸ πλάτος τῆς ψαλμῳδίας, ἀπὸ τοῦ ἀπεστενωμένου τῆς ἡσυχίας. Αὕτη ἡ τάξις ἀρίστη, καὶ διδαχὴ σοφωτάτων ἀνδρῶν.

8. Qui vero minime psallunt, bene faciunt, si sint in progressu. Illi enim opus non habent psalmodia, sed silentio, et indeficienti oratione, ac contemplatione, si pervenerint ad illuminationem. Cum Deo enim sunt uniti, nec eis expedit mentem suam avocare ab ipso, et in confusionem dejicere. « Scandalum est, ait Climax, obedienti propria voluntas, quieto autem orationis interruptio. » Mœ-

η'. Οἱ δὲ μηδόλως ψάλλοντες, καλῶς ποιοῦσιν, ἐὰν εἰσὶν ἐν προκοπῇ. Οὗτοι γὰρ οὐ χρῄζουσι λέγειν ψαλμούς, ἀλλὰ σιωπὴν, καὶ ἀδιάλειπτον προσευχὴν, καὶ θεωρίαν, ἐὰν ἔφθασαν εἰς φωτισμόν. Μετὰ τοῦ Θεοῦ γὰρ ἡνωμένοι εἰσὶ, καὶ οὐ χρείαν ἔχουσιν ἀποσπᾶσαι τὸν νοῦν αὐτῶν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ βαλεῖν αὐτὸν εἰς σύγχυσιν. « Πτῶμα μὲν, φησὶν ὁ τῆς Κλίμακος, ὑπηκόῳ, τὸ οἰκεῖον θέλημα, ἡσυχίᾳ δὲ προσευχῆς διά-

[1] II Cor. xiii, 5. [2] Eccli. xxxiv, 28. [3] I Cor. xiv, 14. [4] Ibid. 19.

στασις. » Μοιχεύει γὰρ τῶν τοιούτων ὁ νοῦς, ὅταν ἀποστῇ τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης, ὡς ἀπὸ νυμφίου. Καὶ ἐν ἐλαχίστοις πράγμασιν ἐρωτικῶς ἔχεται. Τὸ διδάξαι δὲ καὶ ἑτέρους τὴν αὐτὴν τάξιν, οὐκ ἐν πᾶσιν ἐνδέχεται. Τοῖς μὲν ἰδιώταις ὑπηκόοις οὖσι καὶ ἀγραμμάτοις, ναί· διότι ἡ ὑπακοὴ ἐκ πάσης ἀρετῆς μετέχει, διὰ τῆς ταπεινώσεως. Ἀνυποτάκτοις δὲ οὐ δίδοται, ἵνα μὴ πλανηθῶσιν εὐχερῶς, κἂν ἰδιῶται, κἂν γνωστικοὶ ὦσι· διότι ὁ αὐτόστοιχος οὐ δύναται ἐκφυγεῖν τὴν οἴησιν, δι' ἧς ἡ πλάνη ἐπακολουθεῖν πέφυκεν, ὡς φησιν ὁ ἅγιος Ἰσαάκ. Τινὲς δὲ μὴ ἐννοοῦντες τὴν μέλλουσαν βλάβην, πρὸς τὸ συνηθίσαι φασὶ καὶ ἀγαπῆσαι τὸν νοῦν τὴν τοῦ Θεοῦ μνήμην, τοῖς τυχοῦσι ταύτην μόνην ἐνεργεῖν διδάσκουσιν· ὅπερ οὐκ ἐνδέχεται, καὶ μάλιστα ἰδιορρύθμοις οὖσι. Ἔτι γὰρ τοῦ νοὸς αὐτῶν ἀκαθάρτου ὄντος δι' ἀμέλειαν, καὶ ὑψηλοφροσύνην, διὰ δακρύων μὴ προκαθαρθέντος, εἰδώλα μᾶλλον αἰσχρὰ λογισμῶν, καὶ οὐ προσευχὴν ἐνοπτρίζονται, τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὑπὸ τοῦ φοβεροῦ ὀνόματος ταραχθέντων, καὶ ἀνελεῖν βρυχόντων τὸν μαστίζοντα. Ἐὰν γὰρ ἀκούσῃ, ἢ διδαχθῇ ὁ ἰδιόρρυθμος περὶ τῆς ἐργασίας ταύτης, καὶ βούλεται κρατῆσαι αὐτὴν, ἓν ἐκ τῶν δύω μέλλει παθεῖν· εἰ μὲν βιάζεται, πλανᾶται, καὶ ἀνίατος μένει· εἰ δ' ἀμελεῖ, ἀπρόκοπος ἐν ὅλῃ τῇ ζωῇ αὐτοῦ καθίστατσι.

θ'. Ἐρῶ δὲ κἀγὼ, ὡς ἀπὸ πείρας μικρὸν ἐγνωκώς· Ὅτε καθίσῃς ἐν ἡμέρᾳ ἢ ἐν νυκτὶ ἡσυχάζων, συχνῶς δεόμενος τοῦ Θεοῦ, χωρὶς λογισμῶν ἐν ταπεινώσει, καὶ ἀτονήσει μὲν ὁ νοῦς κράζων, ἀλγήσει δὲ τὸ σῶμα, καὶ ἡ καρδία τῇ σφοδρᾷ πήξει τῆς συχνῆς ἐπικλήσεως τοῦ Ἰησοῦ, μηκέτι θερμαινόμενος, ἢ εὐφραινόμενος, ἐξ ὧν ἡ προθυμία, καὶ ἡ ὑπομονὴ τῷ ἀγωνιστῇ γεννᾶται, τότε ἐγερθεὶς στῆθι, καὶ ψάλλε κατὰ μόνας, ἢ μετὰ τοῦ συνόντος σοι μαθητοῦ, ἢ μελέτῃ τινὸς ῥητοῦ, ἢ μνήμῃ θανάτου, ἢ ἐνεργείᾳ χειρῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἀσχολούμενος, ἢ τῇ ἀναγνώσει προσέχων ἱστάμενος μᾶλλον, ἵνα κόπον ἐμποιῇς τῷ σώματι. Καὶ ὅταν μὲν ἵστασαι κατὰ μόνας ψάλλων, λέγε τὸ Τρισάγιον, καὶ εἶθ' οὕτω τὴν προσευχὴν ψυχικῶς, ἢ νοερῶς, προσέχοντος τοῦ νοῦ τῇ καρδίᾳ. Ἐὰν δὲ ἐπίκειται ἀκηδία, λέγε καὶ ψαλμοὺς δύω, ἢ τρεῖς, καὶ τροπάρια κατανυκτικὰ ἄνευ μέλους· ὅτι οὐ μελῳδήσουσιν οἱ τοιοῦτοι, φησὶν ὁ τῆς Κλίμακος. Ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς εἰς εὐφροσύνην ὁ τῆς καρδίας πόνος ὑπὲρ εὐσεβείας γινόμενος, καθὼς φησιν ὁ ἅγιος Μάρκος, καὶ ἡ θέρμη τοῦ Πνεύματος πρὸς χαρὰν καὶ ἀγαλλίασιν αὐτοῖς διδομένη. Λέγε δὲ κατὰ ψαλμὸν, καὶ τὴν προσευχὴν νοερῶς, ἢ ψυχικῶς, ἀρεμβάστως, καὶ τὸ, Ἀλληλούϊα. Αὕτη γὰρ ἡ τάξις τῶν ἁγίων Πατέρων, Βαρσανουφίου, καὶ Διαδόχου, καὶ τῶν λοιπῶν. Καὶ, καθὼς φησιν ὁ θεῖος Βασίλειος, δεῖ τοὺς ψαλμοὺς καθ' ἡμέραν ἐναλλάττειν, διὰ τὸ ἐρεθίζειν εἰς προθυμίαν, καὶ ἵνα μὴ, φησὶν, ἀηδῶς ὁ νοῦς ἔχῃ πάντοτε τὰ αὐτὰ ψάλλων, ἀλλὰ τὴν ἐλευθερίαν αὐτῷ χρὴ παραχωρεῖν, καὶ ἔτι μᾶλλον εἰς προθυμίαν ἐρῶται. Ἐὰν δὲ μετὰ μαθητοῦ πιστοῦ ἵστασαι ψάλλων, ἐκεῖνος μὲν τοὺς ψαλμοὺς λεγέτω, σὺ δὲ τῇ καρδίᾳ κρυπτῶς προσέχων καὶ προσευχόμενος, τήρει

A chatur quippe hujusmodi mens, a Dei memoria quasi a sponso discedens, et infimis rebus amorem prostituens. Idem autem ordo aliis suaderi non omnibus potest. Obedientibus quidem ignaris et illitteratis potest, quia obedientia omnem virtutem per humilitatem participat. Liberis autem, sive ignari, sive docti sint, non conceditur, ne facile errent, quia seorsum meditans non potest vitare præsumptionem, unde sequi solet error, ut ait sanctus Isaac. Quidam vero, non cogitantes futurum damnum, ad assuefaciendam, inquiunt, et alliciendam mentem ad Dei memoriam, quibus vis illam solam methodum suadent : quod non possibile est, ac præsertim his qui seorsim vivunt. Cum enim nondum mens eorum munda sit propter B negligentiam et superbiam, lacrymis non lota, turpes cogitationum imagines, potius quam orationem speculantur, immundis cordis spiritibus tremendo nomine perturbatis, et frementibus ut auferant eum qui ipsos flagellat. Nam si audiat et docetur illam methodum qui privatum vivit, unum ex duobus patietur malum : si luctetur quidem aberrat, et insanabilis fit, si vero sit negligens, nullum in tota vita profectum facit.

